



WIDENER LIBRARY
HX Q4EF N


VE RI
TAS

T LIVII PATAVINI

OPERUM OMNIUM

VOLUMEN QUARTUM.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT
CUM DEPERDITORUM FRAGMENTIS
ET EPITOMIS OMNIUM

EX RECENSIONE

ARNOLDI DRAKENBORCHII

CUM NOTIS INTEGRIS

J. B. L. CREVIERII

ET

INDICE RERUM LOCUPLETISSIMO

ACCESSIT

PRÆTER VARIETATEM LECTT.

GRONOVIANÆ CREVIERIANÆ DOERINGIANÆ ET RUPERTINÆ

NECNON CODICUM DUORUM MANUSCRIPTORUM

GLOSSARIUM LIVIANUM

SIVE

INDEX LATINITATIS EXQUISITIORIS

EX SCHEDIS

AUG. GUIL. ERNESTI

EMENDAVIT PLURIMISQUE ACCESSIONIBUS LOCUPLETAVIT

GODOFR. HENR. SCHÆFER.

VOLUMEN IV.

LONDINI

SUMTIBUS RICARDI PRIESTLEY

MDCCCXXV.

TYPIS EXPRESSIT B. BENSLEY, LONDINI.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI.

EPITOME LIBRI XLI.

IGNIS in æde Vestæ exstinctus est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditionem accepit, monumentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et a Postumio Albino proconsule Vaccæi ac Lusitani subacti sunt. [1] *uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriæ ab urbe dimissus. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta sexaginta tria millia ducenta nonaginta quatuor.* [2] *Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis hæredem mulierem institueret. suasit legem M. Cato. exstat oratio ejus. Præterea res contra Ligures, Istros, Sardos, et Celtiberos, a compluribus ducibus prospere gestas, et initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, moliebatur. miserat enim Karthaginienses legationem, et ab iis nocte audita erat: sed et alias Græciæ civitates sollicitabat. qui* [3] *præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii,* [4] *et Antiochiæ Capitolini, vilissimum regem egit.*

[1] *Uterque triumphavit*] Antea legebatur *de utrisque triumphavit*: quo admisso, sileretur de triumpho Gracchi. Emendavit Sigonius ex vet. lib. et Livio infra, c. 7. Consentit Campanus.

[2] Q. *Voconius*] Suum quoque huic tribuno restituit nomen Sigonius. Olim, Q. *Volumnius.*

[3] *Præter religionem, qua multa templa... vilissimum regem egit*] Hic sequimur, post Clericum, Gronovii mentem. Antea enim hæc omnia ad totius epitomes finem attexebantur in hunc modum: *sed et alias Græciæ civitates sollicitabat: qui, præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis, Jovis Olympii, et Antiochiæ, Capitolini, vilissimum regem egit.* Itaque hæc ad Persen referebantur, quæ tamen constat ex Polybio et Diodoro ad Antiochum pertinere. Quum igitur manifestum vitium esset, Gronovio obsecuti sumus, qui reponendo in ordinem suum male trajectas voces cum levissimis mutationibus locum sanavit, aut certe ad historiæ veritatem revocavit.

[4] *Et Antiochiæ, Capitolini*] Vocem ultimam adjecit Sigonius ex Livio, infra, c. 20.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLI.

---

* * * * * * * * *

U. C. 574. A. C. 178. [1] a patre in pace habitam armasse, eoque juventuti prædandi cupidæ pergratus esse dicebatur.

Istricum bellum.

I. Consilium de Istrico bello quum haberet consul, alii gerendum extemplo, antequam contrahere copias hostes possent, alii consulendum prius senatum censebant. Vicit sententia, quæ diem non proferebat. Profectus ab Aquileia consul castra ad lacum Timavi posuit; (inminet mari is lacus) eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit. Adversus Illyriorum classem creati duumviri navales erant, [2] qui tuendam viginti navibus mari superiore [a] Anconam, velut [b] cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra litora usque ad Tarentum, C. Furius læva usque ad Aquileiam tueretur. Eæ naves ad proximum portum in Istriæ fines cum onerariis et magno commeatu missæ: secutusque cum legionibus consul quinque ferme millia a mari posuit castra. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra subportabantur, et, quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatæ sunt: [3] in Istriamque suum præsidium stativum, repentina

[a] *qui tuendæ v. n. maris superi oræ* Rup. [b] *veluti* Gron. Crev.

[1] *A patre in pace habitam*] Quinque horum librorum fragmenta quæ habemus, publici juris fecit Simon Grynæus in Helvetiis anno 1531. reperta apud monasterium Laurissenum, vulgo Lorssense, e regione Borbetomagi: nec alius postea erui potuit codex, quocum illa conferrentur. Ex unici igitur illius exemplaris fide descripti sunt hi libri.

[2] *Qui tuendam viginti navibus mari superiore Anconam*] Hunc locum feliciter emendavit sive Florebellus, sive Muretus, hoc modo: *qui tuendæ viginti navibus maris Superi oræ Anconam velut cardinem haberent.* Sic l. XL. c. 18. *Inter duumviros ita divisa tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervæ velut cardo in medio esset.*

[3] *In Istriamque suum*] Rescribit Gronovius: *in Istriam versum stativum præsidium. Repentina cohors* videtur exponi debere cohors ex eo militum genere, qui *subitarii* passim a Livio nominantur. Sic infra c. 10. *repentinus et tumultuarius exercitus.*

cohors Placentina obposita inter mare et castra: et, ut idem aquatoribus ad fluvium esset præsidium, M. Æbutius tribunus militum secundæ legionis duos manipulos militum adjicere jussus est. T. et C. Ælii tribuni militum legionem tertiam, quæ pabulatores et lignatores tueretur, via, quæ Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme passuum contra erant Gallorum: [4] Catmelus [c] pro regulo erat tribus haud [d] amplius millibus armatorum. U. C. 574. A. C. 178.

II. Istri, ut primum ad lacum Timavi castra sunt Romana mota, ipsi post collem occulto loco consederunt; et inde obliquis itineribus agmen sequebantur, in omnem occasionem intenti: nec quidquam eos, quæ terra marique agerentur, fallebat. Postquam stationes invalidas esse pro castris, [5] eorum turba inermis [e] frequens inter castra et mare mercantium, sine ullo terrestri aut maritimo munimento, viderunt; duo simul præsidia, Placentinæ cohortis, et manipulorum secundæ legionis, adgrediuntur. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente ad primum teporem solis, [6] perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux, speciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque frustrata Romanos, multo majorem iis, quam erat, hostium aciem ostendit. qua territi utriusque stationis milites ingenti tumultu quum in castra confugissent, haud paullo ibi plus, quam quod secum ipsi adtulerant, terroris fecerunt. Nam neque dicere, quid fugissent, nec percunctantibus reddere responsum poterant: et clamor in portis (ut ubi nulla esset statio, quæ sustineret inpetum) audiebatur: et conversatio in obscuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat, an hostis intra vallum esset. Una vox audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab uno exclamatum totis passim personabat castris. Itaque primo, velut jussi id facere, pauci armati, major pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, postremo prope omnes, et ipse consul; quum, frustra revocare fugientes conatus, nec imperio, nec auctoritate, nec precibus ad extremum, valuisset. Unus remansit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiæ legionis, [7] cum tribus signis ab legione sua relictus. Hunc, in

Istri tumultum creant in castris Romanis.

Fugiunt ad mare Romani.

[c] *Carmelus* Gron. Crev. [d] *aut* Gron. [e] *forum turba inermi* Rup.

[4] *Carmelus pro regulo erat*] Hæc nobis suspecta sunt. Possis tamen utcunque explicare: Carmelus quidam loco reguli, qui ipse non aderat, in iis castris erat cum tribus haud amplius millibus armatorum. *Haud amplius* legi jusserunt Florebellus et Gronovius pro *aut amplius*,

[5] *Eorum turba inermis frequens*] Egregie Jos. Scaliger *forum* pro *eorum*. Totam periodum sic format Gronovius: *forum turba inermi frequens inter castra et mare mercantium. Forum* intellige emporium illud, quod brevi perfrequens factum fuisse dixit supra Livius.

[6] *Perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux*] Lux jam aliqua ex parte perrumpens obstantia, incerta tamen, ut solet esse, quum nebulis dilabentibus oriri incipit.

[7] *Cum tribus signis*] Cum tribus ma-

U. C. 574. A. C. 178. vacua castra inpetu facto, Istri, quum alius armatus iis nemo obviam isset, in prætorio instruentem atque adhortantem suos obpresserunt. Prœlium atrocius, quam pro paucitate resistentium, fuit: nec ante finitum est, quam tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt. Prætorio dejecto, direptis, quæ ibi fuerunt, [8] ad quæstorium forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi, quum omnium rerum paratam expositamque copiam, et stratos lectos in quæstorio invenissent, regulus adcubans epulari cœpit. mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.

Istri epulantur in castris Rom.

III. Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra, mari trepidatur: nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expositum in naves rapiunt: milites in scaphas et mare territi ruunt: nautæ, metu ne compleantur navigia, alii turbæ obsistunt, alii ab litore naves in altum expellunt. inde certamen, mox etiam pugna cum vulneribus et cæde in vicem militum nautarumque oritur, donec jussu consulis procul a terra classis submota est. Secernere inde inermes ab armatis cœpit. vix mille ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt. cetera deformis turba, velut lixarum calonumque, præda vere futura, si belli hostes meminissent. [9] Tunc [f] demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, et Gallorum præsidium: et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum est. Tribuni militum tertiæ legionis pabulum lignaque projicere jubent: centurionibus

Trepidatio Romanorum.

Redeunt ad castra recipienda.

[f] *Tum* Crev.

nipulis. Vid. not. 2. ad l. XXXIII. c. 1.

[8] *Ad quæstorium forum Quintanamque*] Duo fuere in castris Romanis fora rerum venalium: alterum ad prætorium, sive tabernaculum ducis, de quo diserte Polybius, libro sexto: alterum ad quæstorium, sive tabernaculum quæstoris. Ceterum et quæstorium, et hoc proinde forum quæstoris olim versus portam Decumanam fuisse jam annotavimus ad l. XXXIV. c. 47. Situm erat nempe in media Quintana, quæ via transversa erat, secans longitudinem castrorum, parallela Principiis. Atque hinc forum ipsum quæstoris sæpissime Quintana dicebatur. Quintana dicta a quintis cohortibus juxta eam tendentibus. Apparet ex hoc Livii loco jam nunc mutatum fuisse situm quæstorii, ita ut illud tum esset, quo loco Polybius statuit, in fronte castrorum ad prætorii latus. Ideo hostes prætorio dejecto ad quæstorium perveniunt. Quæstorio igitur translato in partem superam castrorum, simul et forum quæstoris eodem translatum est. Quin et via proxima quæstorio Quintana quoque vocitata est a similitudine veræ Quintanæ, in qua olim quæstorium positum fuerat. Et hæc in loco quem explicamus intelligenda est Quintana, non illa altera vetus, quæ nimium longe abest a prætorio. Hæc ita explicare conamur, ut brevitati simul et claritati consulamus. Sed qui totam rem apertius perspicere volet, adeat Lips. l. v. de Mil. Rom. Dial. 3.

[9] *Tum demum nuntius*] Supple *missus est:* et intellige Gallorum præsidium de quo hic agitur, cujusque mentio facta est supra c. 1. stetisse a parte Romanorum.

imperant, ut graviores ætate milites binos in ea jumenta, ex quibus onera dejecta erant, inponant: equites ut singulos e juvenibus pedites secum in equos tollant. 'Egregiam gloriam legionis fore, si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant: et recipi facile esse, si in præda occupati barbari subito obprimantur: sicut ceperint, posse capi.' Summa militum alacritate adhortatio audita est. Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur: priores tamen consul copiæque, quæ a mari reducebantur, ad vallum accesserunt. L. Atius, tribunus primus secundæ legionis, non hortabatur modo milites, sed docebat etiam, 'Si victores Istri, quibus armis cepissent castra, iisdem capta retinere in animo haberent, primum exutum castris hostem ad mare persecuturos fuisse, deinde stationes certe pro vallo habituros. vino somnoque verisimile esse mersos jacere.' U.C. 574. A.C. 178.

IV. Sub hæc A. Bæculonium signiferum suum, notæ fortitudinis virum, inferre signum jussit. [10] Ille, si unum se sequerentur, quo celerius fieret, facturum [g] dixit: connisusque, quum trans vallum signum trajecisset, primus omnium portam intravit. Et parte alii T. et C. Ælii, tribuni militum tertiæ legionis, cum equitatu adveniunt. confestim, et quos binos oneraria in jumenta inposuerant, secuti, et consul cum toto agmine. At Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ; aliis somno mors continuata est: integraque sua omnia Romani, præterquam quod vini cibique absumtum erat, receperunt. Ægri quoque milites, qui in castris relicti fuerant, postquam intra vallum suos senserunt, armis arreptis, cædem ingentem fecerunt. Ante omnes insignis opera fuit C. Popillii equitis. Sabello cognomen erat. is, pede saucio relictus, longe plurimos [h] hostium occidit. Ad octo millia Istrorum sunt cæsa, captus nemo, quia ira et indignatio inmemores prædæ fecit. Rex tamen Istrorum, temulentus ex convivio, raptim a suis in equum inpositus, fugit. Ex victoribus ducenti triginta septem milites perierunt, plures in matutina fuga, quam in recipiendis castris.

Recuperant castra.

V. Forte ita evenit, ut Cn. et L. Gavillii, [11] novelli Aquileienses, cum commeatu venientes, ignari prope in capta castra ab Istris inciderent. Ii, quum Aquileiam, relictis inpedimentis, refugissent, omnia terrore ac tumultu, non

Terror Romæ.

[g] *jacturum* Crev. Rup. [h] *plurimum* Gron. Crev.

[10] *Ille, si unum se sequerentur . . . jacturum dixit*] Nihil apertius est, quam legi debere, non *facturum*, quomodo scriptus habuit, sed *jacturum*, quæ Gronovii emendatio est. Dicit igitur signifer, si ceteri unum se sequi vellent, non modo illaturum se, quod jubebatur, sed jacturum signum in castra, quo celerius res perageretur, accensis periculo ignominiæ, si signum amitteretur, militibus.

[11] *Novelli Aquileienses*] Qui erant e colonis ante triennium Aquileiam deductis. Supra l. XL. c. 34.

U.C. 574. A.C. 178. Aquileiæ modo, [12] sed Romæ quoque post paucos dies, impleverunt: quo, non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga, quæ vera [13] erant, sed perditas res deletumque exercitum omnem, adlatum est. Itaque, [14] quod in tumultu fieri solet, delectus extra ordinem, non in urbe tantum, sed tota Italia, indicti. Duæ legiones civium Romanorum conscriptæ, et decem millia peditum cum equitibus quingentis sociis nominis Latini imperata. M. Junius consul transire in Galliam et ab civitatibus provinciæ ejus, quantum quæque posset, militum exigere jussus. Simul decretum, ut [15] Ti. Claudius prætor militibus legionis quartæ, et sociûm Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta, Pisas ut convenirent, ediceret; eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur: M. Titinius prætor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque, Ariminum convenire juberet. Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus. Titinius, C. Cassio tribuno militum Ariminum, qui præesset legioni, misso, delectum Romæ habuit. M. Junius consul, ex Liguribus in provinciam Galliam transgressus, auxiliis protinus per civitates Galliæ [16] militibusque colonis imperatis, Aquileiam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem esse, scriptis literis Romam, ne tumultuarentur, ipse, remissis auxiliis, quæ Gallis imperaverat, ad collegam est profectus. Romæ magna ex necopinato lætitia fuit: delectus omissus est: exauctorati, qui sacramento dixerant: et exercitus, qui Arimini pestilentia adfectus erat, domum dimissus. Istri, magnis copiis quum castra haud procul consulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu novo advenisse audierunt, passim in civitates dilapsi sunt: consules Aquileiam in hiberna legiones reduxerunt.

VI. Sedato tandem Istrico tumultu, senatusconsultum factum est, ut consules inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Quum absentem Manlium tribuni plebis, [17] A. Licinius Nerva et C. Papirius

[12] *Sed Romæ quoque . . . impleverunt*] Non quod Romam profecti sint hi Gavillii, sed quod rumor ab illis sparsus Aquileia Romam brevi perlatus fuerit. DUJATIUS.

[13] *Erant*] Sic recte Gronovii edidere. Alii *erut*, teste Hearnio.

[14] *Quod in tumultu fieri solet*] Vid. not. 52. ad l. VII. c. 9. supra.

[15] *Ti. Claudius prætor*] Ex hoc loco recte colligit Pighius hunc et M. Titinium, qui infra nominatur, juri in urbe dicundo præfuisse. Ceteri enim prætores tunc in provincias profecti esse debebant. Quum autem 5. seq. M. Titinius dicatur senatum dedisse Sempronio et Postumio, quod munus est prætoris urbani absentibus consulibus, judicavit idem Pighius urbanam jurisdictionem Titinio obtigisse, Claudio Neroni inter cives et peregrinos.

[16] *Militibusque colonis imperatis*] Non sine causa optaret Dujatius *coloniis*. Quum milites coloniis imperasset. Magis adhuc placeret, *per colonias*.

[17] *A. Licinius Nerva*] Adjecit huic tribuno prænomen Sigonius.

Turdus, in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatæ namque consulibus jam in annum provinciæ erant) imperium retineret, uti caussam extemplo dicere, quum abisset magistratu, posset; huic rogationi Q. Ælius collega intercessit, magnisque contentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus et L. Postumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent, senatus iis a M. Titinio prætore datus in æde Bellonæ [18] ad disserendas [i] res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, [19] ut [k] Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore et [20] in Sardinia magnum tumultum esse, literis T. Æbutii prætoris cognitum est, quas filius ejus ad senatum adtulerat. Ilienses, adjunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invaserant: nec eis invalido exercitu, et magna parte pestilentia absumto, resisti poterat. Eadem et Sardorum legati nunciabant; orantes, ut urbibus saltem (jam enim agros deploratos esse) opem senatus ferret. Hæc legatio, totumque quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus rejectum est. Æque miserabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione adtributi erant, querebantur: 'Fuisse sub ditione Antiochi: eam regiam servitutem, conlatam cum præsenti statu, præclaram libertatem visam. non 'publico tantum se premi imperio, sed singulos [21] justum 'pati servitium. [22] juxta se conjuges liberosque vexari: in 'corpus, in tergum sæviri: famam, quod indignum sit, ma'culari dehonestarique: et palam res odiosas fieri, [23] juris 'etiam usurpandi caussa; ne pro dubio habeant, nihil inter 'se et argento parata mancipia interesse.' [24] Motus his senatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: '[25] nec Lycios Rhodiis,

U. C. 574.
A. C. 178.

Sardiniæ tumultus.

Lyciorum querelæ.

[i] *edisserendas* Crev. [k] *et ut* Ead.

[18] *Ad edisserendas*] Vulgo *disserendas*. Correxit Gronovius. Supra l. XXXIV. c. 52. *Senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas datus est.*

[19] *Et ut Diis immortalibus*] Adjecimus voculam *et*, auctore itidem Gronovio. Et sic solet Livius. Supra l. XXVIII. c. 9. *In senatu quum more omnium imperatorum, expositis rebus ab se gestis, postulassent .... ut et Diis immortalibus haberetur honos, et ipsis triumphantibus urbem inire liceret.* Et alibi passim.

[20] *In Sardinia magnum tumultum esse, litteris T. Æbutii prætoris*] Hic habemus et nomen et provinciam unius e prætoribus hujus anni, cujus mentio interciderat cum iis quæ ex initio hujus libri deperdita sunt.

[21] *Justum .... servitium*] Veram ac plenam servitutem. Sic alibi apud nostrum, *ab justo exercitu*, et *duæ legiones cum suo justo equitatu.*

[22] *Juxta se conjuges*] Sese pariter conjugesque ac liberos vexari. Ante Sigonium legebatur, procul dubio mendose, *justos conjuges.*

[23] *Juris etiam usurpandi causa*] Non fructus alicujus aut emolumenti spe, sed plane ut dominos sese probarent.

[24] *Motus his senatus*] Sic recte Sigonius, quum legeretur *motus is.*

[25] *Nec Lycios Rhodiis*] Polybius Excerpt. Legat. 60. tradit hoc decretum multis nequaquam placuisse: propterea quod Romani viderentur id agere, ut committerent inter se Rhodios Lyciosque, ad exhauriendos apparatus et

U. C. 574. A. C. 178.

'nec ullos alicuiquam, qui nati liberi sint, in servitutem dari 'placere. Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio et tutela 'esse, ut in ditione populi Romani civitates sociæ sint.'

Triumphi de Hispanis.

VII. Triumphi deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis sociisque eorum; postero die L. Postumius de Lusitanis aliisque ejusdem regionis Hispanis triumphavit. [26] quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus transtulit, viginti millia Albinus. Militibus [27] denarios quinos vicenos, duplex centurioni, triplex equiti ambo diviserunt: sociis tantumdem, quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Junius consul ex Istria comitiorum caussa Romam venit. Eum quum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis Papirius et Licinius de his, quæ in Istria essent acta, in concionem quoque produxerunt. Ad quæ quum consul, 'se dies non plus undecim in ea pro'vincia fuisse,' responderet; 'quæ se absente acta essent, 'se quoque, ut illos, fama comperta habere;' exsequebantur deinde quærentes, 'Quid ita non potius A. Manlius Romam 'venisset, ut rationem redderet populo Romano, cur ex 'Gallia provincia, quam sortitus esset, in Istriam transisset? '[28]quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum 'populus Romanus jussisset? At, Hercule, privato quidem 'consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter forti'terque. Immo, utrum susceptum sit nequius, an inconsultius 'gestum, dici non posse. Stationes duas necopinantes ab 'Istris obpressas, castra Romana capta, [29] quod peditum, 'quod equitum in castris fuerit. ceteros inermes [30] fusosque, 'ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse. 'Privatum rationem redditurum earum rerum esse, quoniam 'consul noluisset.'

Comitia.

VIII. Comitia deinde habita. consules creati, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: et postero die prætores facti, P. Ælius Tubero iterum, C. Quinctius Flamininus, C. Numisius, [31] C.[1] Mummius, Cn. Cornelius

[1] *C.* l. *L.* Crev. Rup.

thesauros Rhodiorum, quorum cum Perseo amicitia suspecta jam iis erat. Et re quidem vera idem auctor est, Legat. 61. Lycios, qui jam victi acquieverant Rhodiorum imperiis, audito Romanorum responso rursus tumultuari cœpisse.

26 *Quadraginta millia pondo argenti*] Marcas nostrates 62500. *Viginti millia.* Marcas 31250.

27 *Denarios quinos vicenos*] Amplius ternas uncias argenti nostrates.

28 *Quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus*] Male profecto iteratur *id bellum.* Tolle ingratam repetitionem, auctore Gronovio.

29 *Quod peditum, quod equitum in castris fuerit*] Videtur adjici debere, *cæsum.* Nemo enim captus in castris esse dicitur supra c. 2. Sed M. Lininius Strabo cum trium signorum militibus cæsus. Nisi forte hic intelligendi sunt ægri relicti in castris, quorum mentio fit c. 4.

30 *Fusosque*] Sparsos, nullo ordine dilabentes. Sic. l. II. c. 54. *Sicut acies funditur duce occiso.* Et Cicero pro Sextio, n. 91. *fusi per agros ac dispersi.*

31 *L. Mummius*] Prænomen aberat in prima editione. Vulgo nunc legitur *C. Mummius.* Sed vocatur *L.* infra c. 9. et supra l. XXXVIII. c. 54. mentio

Scipio, C.[m] Valerius Lævinus. Tuberoni urbana jurisdictio, Quinctio peregrina evenit, Numisio Sicilia, Mummio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem provincia consularis facta. Gracchus eam sortitur, Istriam Claudius; Scipio et Lævinus Galliam, in duas divisam provincias, sortiti sunt. Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiusque consulatum inierunt, mentio tantum de provinciis Sardinia Istriaque [32] et utriusque hostibus fuit, qui in his provinciis bellum concivissent. Postero die [33] legati Sardorum, qui ad novos magistratus dilati erant, L.[n] Minucius Thermus, qui legatus Manlii consulis in Istria fuerat, in senatum venit. Ab his edoctus est senatus, quantum belli eæ provinciæ haberent. Moverunt senatum et legationes sociûm nominis Latini, quæ et censores et priores consules [34] fatigaverunt[o], tandem in senatum introductæ. Summa querelarum erat, 'Cives suos Romæ censos plerosque Romam commigrasse. 'Quod si permittatur, perpaucis lustris futurum, ut deserta 'oppida, deserti agri, nullum militem dare possent.' Fregellas quoque millia quatuor familiarum transisse ab se, Samnites Pelignique querebantur: neque eo minus [35] aut hos aut illos[p] in delectum militum dare. Genera autem fraudis duo mutandæ viritim civitatis inducta erant. Lex [36] sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. ea lege male utendo, alii sociis, alii populo Romano injuriam faciebant. Nam et, ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent: [37] et quibus stirpes[q] deesset, quam

U. C. 574. A. C. 178. Provinciæ.

U. C. 575. A. C. 177. C. Claudio, Ti. Sempronio Coss.

Latinorum querelæ.

[m] *C.* l. *P.* Gron. Crev. [n] *et L.* Crev. Rup. [o] *fatigaverant* Eæd. [p] *illos plus* Gron. [q] *stirps* Ead.

fit L. Mummii tribuni plebis, qui idem videtur esse cum hoc prætore.

[32] *Et utriusque hostibus . . qui in his provinciis bellum conscivissent*] Hoc totum, *qui in his provinciis bellum conscivissent*, non videtur esse Livii: cui suffecerat *utriusque hostibus*, id est, hostibus qui in utraque provincia erant.

[33] *Legati Sardorum . . . et L. Minucius Thermus . . in senatum venit*] Gronovius mallet *venerunt*. Sed nihil videtur esse mutatione opus. Verbum refertur ad eum qui ultimo nominatus est, et intelligendum relinquitur in primo membro. Sic Horatius, *Quem juvat clamor, galeæque leves:* et rursus: *Sic te Diva potens Cypri, sic fratres Helenæ, lucida sidera, ventorumque regat pater.* Complura similia ex Horatio exempla collegit Bentleius in not. ad Hor. Od. I. 21.

[34] *Fatigaverant*] Sic legendum censuit Gronovius. Vulgo *fatigaverunt*.

[35] *Aut hos, aut illos*] Aut Samnites, aut Pelignos.

[36] * *Sociis ac nominis Latini*] Sic infra c. 9. *Qui socii ac nominis Latini.* Nimirum supplendum est *populis* vel *populi*, prout ratio structuræ postulat.

[37] *Et quibus stirpes deesset . . . ut cives Romani fiebant*] Primo reposuimus *stirpes*, quomodo fuisse in membranis testatur Gronovius: et sic quoque primos editos habuisse monet Hearnius. Sane non video, inquit Gronovius, cur non æque antiquitus *stirpes* dici potuerit, cur non usurpari a Livio, quam *plebes*. Recentiores editi habent *stirps*. Deinde Sigonius legi jubet *ii cives*. Sed majus hic videtur esse vulnus, quam ut tam leniter curari possit. Itaque quamvis aliquot editi emendationem Sigonii receperint,

U. C. 575. A. C. 177. relinquerent, ut[r] cives Romani fiebant. Postea, his quoque imaginibus juris spretis, promiscue sine lege, sine stirpe, in civitatem Romanam per migrationem et censum transibant. 'Hæc ne postea fierent,' petebant legati, 'et ut redire in 'civitates juberent socios; deinde ut lege caverent, [38] ne quis 'quem civitatis mutandæ caussa suum faceret, neve alienaret: 'et, si quis ita civis Romanus factus esset [39] **.' Hæc impetrata ab senatu.

IX. Provinciæ deinde, quæ in bello erant, Sardinia atque Istria decretæ. In Sardiniam duæ legiones scribi jussæ; quina millia in singulas et duceni pedites, treceni equites; et duodecim millia peditum sociorum ac Latini nominis, et sexcenti equites, et decem quinqueremes naves, [40] si deducere ex navalibus vellet. Tantumdem peditum equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, et quinque millia peditum sociorum, et ducentos quinquaginta [41] mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium jussi. Priusquam consules provincias sortirentur, prodigia nunciata sunt. Lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de cœlo cecidisse. [42] Puerum trunci corporis in agro Romano natum, et quadrupedem anguem visum: et Capuæ multa in foro ædificia de cœlo tacta: et Puteolis duas naves fulminis ictu concre-

Exercitus.

Prodigia.

[r] *ut* l. ii Gron.

veterem scripturam revocavimus, ne hic locus specie sanitatis imponeret. Perspicuum est deesse aliquid. Duo enim genera fraudis supra explicanda proponuntur, alterum quo sociis, alterum quo populo Romano fieret injuria. In priore hujus pericli membro prius fraudis genus et injuriam sociis factam intelligimus. Hic igitur exposuerat procul dubio Livius et alterum quoddam genus fraudis ab iis inductum quibus stirps deesset, et injuriam factam populo Romano. Suspicamur fraudem in eo positam fuisse, quod, quibus stirps deesset, ii adoptarent quosdam cives suos, quos fortasse postea emancipatos domi relinquerent, ut ipsi, quasi stirpem relinquentes in patria sua, cives Romani fierent. Hac re fiebat populo quoque Romano injuria, in quem inquilini nullo jure et adversus legis mentem sese immiscebant. Itaque crediderimus nullum vitium inesse in vocula *ut*, Liviumque scripsisse *ut cives Romani fierent* . . . Reliqua explere sine libris non possumus.

[38] *Ne quis quem . . suum faceret, neve alienaret*] Prior pars est, ut recte observat Gronovius, contra accipientem mancipio, posterior contra dantem. Ille enim recte dicitur *suum facere* eum quem mancipio accipit; hic *alienare* eum quem tradit. Ceterum, si ea conjectura quam superiore nota exposuimus vana non est, videtur et hic excidisse aliquod hujus legis caput, nimirum contra fraudulentas illas adoptiones.

[39] *Civis ne esset*] Hoc adjectum est ex mente Sigonii, ut expleretur sensus: nisi quod, quum ille scribi voluerit, *civis non esset*, maluimus sequi Dujatium, qui observat formulam in sanctionibus hujusmodi receptam exigere potius *ne*, quam *non*.

[40] *Si deducere ex navalibus vellet*] Quænam illa dubitatio est? aut cur nollet consul naves e navalibus deducere? Gronovius legit, *quas deduceret ex quibus navalibus vellet*.

[41] *Mittere . . in Hispaniam . . ad M. Titinium*] Ex hoc loco collegit Pighius fuisse superiore anno, præter M. Titinium prætorem urbis, etiam alterum M. Titinium prætorem, cui Hispaniam citeriorem obtigisse apparet ex c. 26. infra.

[42] *Puerum trunci corporis*] Brachiisne carentem, an capite? Vox enim *trunci* ambigua est.

matas esse. Inter hæc, quæ nunciabantur, lupus etiam Romæ interdiu agitatus, quum Collina porta intrasset, per Esquilinam magno consectantium tumultu evasit. Eorum prodigiorum caussa consules majores hostias inmolarunt, et diem unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, provincias sortiti sunt: Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit. [43] Legem dein[s] de sociis C. Claudius tulit senatusconsulto, et edixit: 'qui socii ac nominis Latini, ipsi majoresve eorum, M. Claudio, T. Quinctio censoribus, postque ea, apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres[t] redirent.' Quæstio, qui ita non redissent, L. Mummio prætori decreta est. ad legem et edictum consulis senatusconsultum adjectum est: [44] 'ut, dictator, consul, interrex, censor, prætor, qui nunc[u] esset, apud eorum[x] quem[y] manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jurisjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandæ caussa manu non mittere:' qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt. [45] Hæc in posterum caussa jurisque dictio C. Claudio consuli decreta est.

U. C. 575. A. C. 177.

Lex de Latinis.

[s] *deinde* conjunctim Gron. [t] *Novembris* Crev. [u] *tunc* Ead.
[x] *forum* * * Gron. [y] [*qui*] post *quem* add. Crev. Doer.

[43] *Legem dein de sociis C. Claudius tulit senatusconsulto*] *Dein de* divisim edi jussimus, quomodo habet prima editio, teste Hearnio. Sed et lege cum Gronovio *ex senatusconsulto*. Sic enim solet Livius.

[44] *Ut dictator, consul*] Vulgo hic legitur, *Ut dictator..prætor qui nunc esset apud forum, quem manumitteretur.* Nos repræsentamus veterem hujus loci lectionem, qualem Lambecius, citante Hearnio, exhibet Comm. de Biblioth. Vindob. l. II. c. 8. p. 495. depromptam ex unico codice, qui hodie in Bibliotheca Cæsarea asservatur. Id solum mutavimus, quod pro *qui nunc esset* edidimus *qui tunc esset* ex mente Gronovii, et inseruimus voculam *qui* ante *manumitteretur*. Nam ceteræ mutatione et leviusculæ sunt, et evidenti de causa jam olim factæ a Simone Grynæo, ab omnibusque deinceps editoribus approbatæ: *manumitteret* pro *manumittere*, *mutandæ* pro *multandæ*, *juraret* pro *jurare*, etc. Hujus igitur senatusconsulti hunc esse sensum credimus, ut qui manumitteretur, vel in libertatem vindicaretur apud aliquem magistratum, puta dictatorem, vel consulem, vel censorem, vel interregem, vel prætorem, qui tunc esset, id est, qui munere dictatorio, vel consulari, etc. fungeretur eo tempore quo perageretur manumissio, ut is, inquam, qui manumitteretur, jusjurandum daret, non eam esse mentem manumittentis, ut ipse, id est, is qui manumittebatur, civitatem mutaret. *Apud eorum quem* idem est atque *apud eorum aliquem*, nempe apud aliquem eorum magistratuum qui initio nominati sunt. *Qui tunc esset* omnino legendum putamus. Hujus enim S. C. vis non in præsentem modo annum, sed et in futuros pertinebat. Præterea nullus erat Romæ, tunc quum S. C. illud daretur, nec dictator, nec interrex, neque etiam, ut videtur, censor. Denique id moram facere non debet, quod ab eo qui manumittitur, jusjurandum exigitur de mente et consilio manumittentis. Nam primo ita se rem habuisse invicte probant ea quæ proxime sequuntur verba: *qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt.* Jam vero, quum illa fraus, quæ hoc S. C. cavetur, in manumissi præcipue commodum cederet, ille habebatur totius rei caput: atque ideo ab eo jusjurandum exigitur.

[45] *Hæc... causa jurisque dictio*] Testatur Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindob. l. II. c. 8. unicum exemplar habere: *hæc... causa jusique*

U. C. 575. A. C. 177. Res in Istria gestæ a Romanis.

X. Dum hæc Romæ geruntur, M. Junius et A. Manlius, qui priore anno consules fuerant, quum Aquileiæ hibernassent, principio veris in fines Istrorum exercitum introduxerunt: ubi quum effuse popularentur, dolor magis et indignatio diripi res suas cernentes Istros, quam certa spes, satis sibi virium adversus duos exercitus, excivit. concursu ex omnibus populis juventutis facto, repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo inpetu, quam perseverantius, pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie cæsa: ceteri, omisso bello, in civitates passim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in castra Romana, deinde obsides imperatos, miserunt. Hæc quum Romæ cognita literis proconsulum essent, C. Claudius consul, veritus, ne forte ea res provinciam exercitumque sibi adimeret, non votis nuncupatis, [46] non paludatus, sine lictoribus, uno omnium certiore facto collega, nocte profectus, præceps in provinciam abiit: ubi inconsultius, quam venerat, se gessit. nam, quum concione advocata fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum (quippe qui primi ipsi fugissent) jactasset, ingessissetque probra M. Junio, quod se dedecoris socium collegæ fecisset, ad extremum utrumque decedere provincia jussit. [47] Quod quum milites consulis imperio dicto audientes futuros esse [z] dicerent, quum is more majorum, secundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus, paludatus profectus ab urbe esset; furens ira, [48] vocatum, qui pro quæstore Manlii erat, catenas poposcit, vinctos se Junium Manliumque minitans Romam missurum. Ab eo quoque spretum consulis imperium est: et circumfusus exercitus, favens imperatorum caussæ, et consuli infestus, animos ad non parendum addebat. Postremo fatigatus consul et contumeliis singulorum, et multitudinis (nam insuper inride-

[z] *sese* Gron. Crev.

edicto C. Claudi cons. Claudio decreta est. Emendavit Grynæus quomodo nunc legimus.

[46] *Non paludatus, sine lictoribus*] Vetus lectio erat, *non paludatus lictoribus.* Sed paludamentum chlamys imperatoria est, quam proficiscentes ad bellum duces ipsi, non utique lictores, gerebant. Supra, II. 49. *Consul paludatus egrediens.* et l. XXI. c. 63. de Flaminio, *Ne paludatus.. cum lictoribus ad provinciam iret.* et l. XXXI. c. 14. *Tum P. Sulpicius..paludatus cum lictoribus profectus ab urbe, Brundusium venit.* Ex his, et multis aliis veterum locis recte colligit Gronovius hic mendosum esse unicum exemplar: atque adeo sic legi jussit quomodo edidimus, et idem mendum infra bis hoc eodem capite correxit.

[47] *Quod quum milites*] Recte videtur observare idem Gronovius nihil hic negotii fuisse militibus, nec fuisse causam cur illi pro Junio et Manlio, qui decedere provincia jubebantur, responderent. Displicet etiam τὸ *quod.* Itaque legi jubet: *quumque illi,* nempe Junius et Manlius, *se consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent.* Vetus enim exemplar habuit *esse,* non *sese.*

[48] *Vocatum qui pro quæstore Manlii erat, catenas poposcit*] Vocavit eum qui pro quæstore Manlii erat, et illum catenas poposcit. Qui Manlii consulis quæstor fuerat, ejusdem proconsulis pro quæstore erat.

bant) ludibriis, nave eadem, qua venerat, Aquileiam rediit. Inde collegæ scripsit, ut militum novorum ei parti, quæ scripta in Istriam provinciam esset, ediceret, Aquileiam ut conveniret: ne quid se Romæ teneret, quo minus, votis nuncupatis, paludatus ab urbe exiret. Hæc collegæ obsequenter facta, brevisque dies ad conveniendum edicta est. Claudius prope consecutus est literas suas. Concione adveniens de Manlio et Junio habita, non ultra triduum moratus Romæ, paludatus, cum lictoribus, votisque in Capitolio nuncupatis, in provinciam, [49] æque ac prius, præcipiti celeritate abit.

U. C. 575.
A. C. 177.

Nesattium Claudius Cos. obsidet.

XI. Paucis ante diebus Junius Manliusque oppidum [50] Nesattium, quo se principes Istrorum et regulus ipse Æpulo receperat, summa vi obpugnarunt. Eo Claudius duabus legionibus novis adductis, vetere exercitu cum suis ducibus dimisso, ipse oppidum circumsedit, et vineis obpugnare intendit: amnemque præterfluentem mœnia, qui et inpedimento obpugnantibus erat, et aquationem Istris præbebat, multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. Ea res barbaros miraculo terruit abscisæ[a] aquæ: et ne tum quidem memores pacis, in cædem conjugum ac liberorum versi; etiam, ut spectaculo hostibus tam fœdum facinus esset, palam in muris trucidatos præcipitabant. Inter simul complorationem feminarum puerorumque, simul nefandam cædem, milites, transgressi murum, oppidum intrarunt. cujus capti tumultum ut ex pavido clamore fugientium accepit rex, trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur: ceteri capti, aut occisi. Duo deinde oppida, Mutila et Faveria, vi capta et deleta. Præda, ut in gente inopi, spe major fuit, et omnis militibus concessa est. Quinque millia capitum sexcenta triginta duo sub corona venierunt. auctores belli virgis cæsi, et securi percussi. Istria tota trium oppidorum excidio et morte regis pacata est: omnesque undique populi, obsidibus datis, in ditionem venerunt. Sub Istrici finem belli apud Ligures concilia de bello haberi cœpta.

Furor oppidanorum.

Istria pacata.

XII. Ti. Claudius proconsul, qui prætor priore anno fuerat, cum præsidio legionis unius Pisis præerat. cujus literis senatus certior factus, eas ipsas literas ad C. Claudium (nam alter consul jam in Sardiniam trajecerat) deferendas censet: et adjicit decretum; 'quoniam Istria provincia confecta es-'set, si ei videretur, exercitum traduceret in Ligures.' Si-

[a] *abscissæ* Gron. Crev.

[49] *Æque ac prius*] Hoc substitutum est, auctore Florebello, pro mendosa vet. codicis scriptura *æque amplius.*

[50] *Nesartium*] Plerique editi habent *Nesattium.* Cellar. l. II. Geogr. Ant. c. 9. contendit ex Plinio et Ptolemæo nomen hujus urbis fuisse *Nesactium.*

U.C. 575. A.C. 177. Res in Sardinia gestæ.

mul ex literis consulis, quas de rebus in Istria gestis scripserat, in biduum supplicatio decreta. Et ab altero consule Ti. Sempronio in Sardinia prospere res gestæ. Exercitum in agrum Sardorum Iliensium induxit. Balarorum magna auxilia Iliensibus venerant. Cum utraque gente signis conlatis conflixit. fusi fugatique hostes, castrisque exuti: duodecim millia armatorum cæsa. Postero die arma lecta conjici in acervum jussit consul, sacrumque id Vulcano cremavit. Victorem exercitum in hiberna sociarum urbium reduxit. Et C. Claudius, literis Ti. Claudii et senatusconsulto accepto, ex Istria legiones in Ligures transduxit. Ad Scultennam flumen in campos progressi castra habebant hostes.

Ligures victi a Claudio Cos.

Ibi cum his acie dimicatum. quindecim millia cæsa; [51] plus septingenti aut [b] in prœlio, aut in castris (nam ea quoque expugnata sunt) capti: et signa militaria unum et quinquaginta capta. Ligures, reliquiæ cædis, in montes refugerunt passim: populantique campestres agros consuli nulla usquam adparuerunt arma. Claudius, duarum gentium uno anno victor, duabus, quod raro alius, in consulatu pacatis provinciis Romam revertit.

Prodigia.

XIII. Prodigia eo anno nunciata. in Crustumino [52] avem sangualem (quam vocant) [53] sacrum lapidem rostro cecidisse. [54] Bovem in Campania locutum [c]. Vaccam æneam Syracusis ab agresti tauro, qui pecore aberrasset, initam, ac semine adspersam. In crustumino diem unum in ipso loco supplicatio fuit: et in Campania bos alenda publice data: Syracusanumque prodigium expiatum, editis ab aruspicibus Diis, quibus supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul censorque fuerat. in ejus locum subfectus est pontifex filius ejus M. Marcellus. et [55] Lunam colonia [d] eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta. Triumviri deduxerunt, P. Ælius, L. Egilius, Cn. Sicinius. quinquagena et singula jugera et semisses agri in singulos dati sunt. de Ligure captus is ager erat. Etruscorum ante, quam Ligurum, fuerat. C. Claudius consul ad urbem venit: cui, quum in senatu de re-

Luna colonia.

Claudii triumphus.

[b] *aut* del. Gron. Crev. [c] *locutam* Crev. [d] *Lucam colonium* Gron. Crev.

[51] *Plus septingenti*] Sic legi jussit Gronovius ex Livii more, non *septingentis*.

[52] *Avem sangualem*] Scribitur quoque *sanqualis*. De ea Plinius mentionem facit l. x. c. 7. Vid. et Festum. Nomine tantum nobis nota est.

[53] *Sacrum lapidem*] Aliquem ex iis lapidibus, quos terminandis agris fixos consecrabant, ornabant floribus, olivo ungebant, etc. De religione et cultu dei Termini, sive hujusmodi lapidum, vid. Plut. in Numa.

[54] *Bovem in Campania locutum*] Vulgo *locutum*. Sed Jac. Gronovius maluit *locutam*, propterea quod mox sequitur *Bos alenda publice data*.

[55] *Lunam*] Hic Gronovianæ editiones habent *Lunam*: mendose. Vetustiores præferunt *Lucam*, et consentit Velleius, l. i. c. 15.

U. C. 575. A. C. 177.

bus in Istria Liguribusque prospere gestis disseruisset, postulanti triumphus est decretus. triumphavit in magistratu de duabus simul gentibus. Tulit in eo triumpho [56] denariûm trecenta septem millia, et [57] victoriatûm octoginta quinque millia septingentos duos [e]. militibus in singulos [58] quini deni denarii dati: duplex centurioni, triplex equiti. Sociis dimidio minus, quam civibus, datum. itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum.

Ligures rebellant.

XIV. Dum is triumphus de Liguribus agebatur, Ligures, postquam senserunt, non consularem tantum exercitum Romam [59] abductum, sed legionem ab Ti. Claudio Pisis dimissam, soluti metu, clam exercitu indicto, per transversos limites superatis montibus, in campos degressi, agrum Mutinensem populati, repentino inpetu coloniam ipsam ceperunt. Id ubi Romam adlatum est, senatus C. Claudium consulem comitia primo quoque tempore habere jussit, creatisque in annum magistratibus in provinciam redire, et coloniam ex hostibus eripere. Ita, uti censuit senatus, comitia habita. Consules creati, Cn. Cornelius Scipio Hispallus, Q. Petillius Spurinus. Prætores inde facti, M. Popillius Lænas, P. Licinius Crassus, M. Cornelius Scipio, L. Papirius Maso, M. Aburius, L. Aquillius Gallus. C. Claudio consuli prorogatum in annum imperium, et Gallia provincia: et, ne Istri quoque idem, quod et Ligures, facerent, socios nominis Latini in Istriam mitteret, quos triumphi caussa de provincia deduxisset. Cn. Cornelio et Q. Petillio consulibus, quo die magistratum inierunt, immolantibus Jovi singulis bubus, uti solet, in ea hostia, qua Q. Petillius sacrificavit, in jocinore caput non inventum. id quum ad senatum retulisset, bove perlitare jussus. De provinciis deinde consultus senatus Pisas et Ligures provincias consulibus decrevit. Cui Pisæ provincia obvenisset, quum magistratuum creandorum tempus esset, ad comitia reverti jussit. additum decreto, ut [60] binas legiones novas

Comitia.

U. C. 576. A. C. 176. Cn. Cornelio, Q. Petillio Coss.

[e] *duo* Crev.

[56] *Denariûm trecenta septem millia*] Marcas argenti nostrates 4796. uncias 7.

[57] *Victoriatûm octoginta quinque millia septingentos duo*] *Qui nunc Victoriatus appellatur*, inquit Plinius, l. XXXIII. c. 3. *lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus victoria, et inde nomen.* Eum Volusius Mæcianus docet tantum valuisse, quantum prius quinarius. Si igitur ad hanc rationem Victoriati 85702. æstimentur, efficientur denarii 42851. marcæ nostrates paulo plus 669. unciæ 4.

[58] *Quinideni denarii*] Minus unciæ argenti nostrates binæ.

[59] *Abductum*] Olim legebatur *adductum*. Correxit Gronovius.

[60] *Binas legiones novas . . et trecentos equites*] Vix dubitari potest, quin hic exciderit aliquid. Expresserat nempe Livius pro more suo, quantum peditum, quantum equitum legiones novæ quæ scribebantur habere deberent. Peditum numerus intercidit. Si id sequamur quod plerumque his temporibus factitatum est, videmur regere debere: *Binas legiones novas*

U. C. 576. A. C. 176. scriberent, et trecenos [f] equites; et dena millia peditum sociis nominique Latino, et sexcenos [g] imperarent equites. Ti. Claudio prorogatum est imperium in id tempus, quo in provinciam consul venisset.

XV. Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius, evocatus a viatore, quum templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu, et exposuit Patribus conscriptis, [61] bovis sescenaris, quem inmolavisset, [62] jecur defluxisse. id se victimario nuncianti parum credentem, ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, jussisse: et vidisse ceteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter absumtum. Territis eo prodigio Patribus, et alter consul curam adjecit: qui se, quod caput jocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit. Ceteris Diis perlitatum ferunt; Saluti Petillium perlitasse negant. Inde consules

Provinciæ. prætoresque provincias sortiti. [63] Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt. Prætores, L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos, sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulteriorem, L. Aquillius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in provincias irent: M. Popillius in Sardiniam. 'Gracchum eam provinciam pacare, [64] et T. Æbutium prætorem adjutorem ab 'senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus 'peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire. Inter traditionem imperii novitatemque successoris, 'quæ noscendis prius, quam agendis, rebus imbuenda sit, sæpe 'bene gerendæ rei occasiones intercidere.' Probata Popillii excusatio est. P. Licinius Crassus sacrificiis se inpediri sollemnibus excusabat, ne in provinciam iret. Citerior Hispania obvenerat. Ceterum aut ire jussus, aut jurare pro concione, sollemni sacrificio se prohiberi. id ubi in P. Licinio ita statutum est, et ab se uti jusjurandum acciperent, M. Cornelius postulavit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. Prætores ambo in eadem verba [65] jurejurarunt.

[f] *trecentos* Gron. Crev. [g] *sexcentos* Eæd.

scriberent; quina millia in singulas et ducenos pedites, trecenos equites. Vid. supra, c. 9. et l. XL. c. 18.

[61] *Bovis sescenaris*] Hujus vocis omnino ignoratur sensus. Suspicatur Gutherius vel eam derivari a *scena*, quam Festus docet esse aut securim, aut dolabram pontificalem, ita ut *sescenaris* bos dictus sit, bos eo cultri genere immolatus: vel legendum esse *sagenaris*, id est, saginati.

[62] *Jecur defluxisse*] Perizonius legi jubet *diffluxisse*. *Defluere* enim est delabi. At hic jecur colliquefactum erat, et, ut mox dicitur, *inenarrabiliter absumptum*.

[63] *Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio*] Vel utrique addendum prænomen videtur, vel utrique detrahendum.

[64] *Et T. Æbutium*] Recte suspicatur Gronovius pro *et* legendum esse *ei*.

[65] *Jurejurarunt*] Verbum rarum admodum, et cujus haud aliud fortasse exemplum extet. Ac dubitari

[66] M. Titinius et T. Fonteius proconsules manere cum eodem imperii jure in Hispania jussi: et ut in supplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia sociûm Latini nominis et trecenti equites mitterentur. U. C. 576. A. C. 176.

XVI. Latinæ feriæ fuere ante diem tertium Nonas Maii, in quibus, quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, 'populo Romano Quiritium,' religioni fuit. Id quum ad senatum relatum esset, senatusque ad pontificum collegium rejecisset; pontificibus, quia non recte factæ Latinæ essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratæ essent, hostias præbere. Accesserat ad religionem, quod Cn. Cornelius consul, ex monte Albano rediens, concidit: et, parte membrorum captus, ad Aquas Cumanas profectus ingravescente morbo, Cumis decessit. Sed inde mortuus Romam adlatus, et funere magnifico elatus sepultusque est. Pontifex idem fuerat. Consul Q. Petillius, quum primum per auspicia posset, collegæ subrogando comitia habere jussus, et Latinas edicere: comitia [67] in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas in ante diem tertium Idus Sextiles edixit. Plenis religionum animis, prodigia insuper nunciata: Tusculi facem in cœlo visam, Gabiis ædem Apollinis et privata ædificia complura, Graviscis murum portamque de cœlo tacta. Ea patres procurari, uti pontifices censuissent, jusserunt. Dum consules primum religiones, deinde alterum alterius mors, et comitia, et Latinarum instaurationes inpediunt, interim C. Claudius exercitum ad Mutinam, quam Ligures priore anno ceperant, admovit. [68] Ante triduum, quam obpugnare cœperat, receptam ex hostibus colonis restituit. Octo millia ibi Ligurum intra muros cæsa; literæque Romam extemplo scriptæ, quibus non modo rem exponeret, sed etiam gloriaretur, sua virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hostem populi Romani: [69] agrique aliquantum captum, qui multis millibus hominum dividi viritim posset.

Cornelii Cos. mors.

Prodigia.

sane potest, an ex hoc uno loco deformati miserum in modum libri hoc verbum alias incognitum in linguam Latinam facile admittendum sit.

[66] *M. Titinius et T. Fonteius..manere..in Hispania jussi*] Hinc apparet T. Fonteio, qui tertio ante anno prætor fuit, Hispaniam jam tunc obtigisse, et quidem ulteriorem, quum collega ejus M. Titinius citeriorem obtinuerit, ut constat ex c. 26. infra.

[67] *In ante diem tertium Nonas ... in ante diem tertium Idus*] Perierat utrobique vocula *ante*. Eam restituit Sigonius ex solenni Livii et ceterorum loquendi more.

[68] *Ante triduum, quam oppugnare cœperat, receptam*] Si hæc sana sunt, sensus est: Quum recepisset eam, antequam triduum elapsum esset, ex quo oppugnare cœperat. Sed plerumque longe aliam vim habet hæc formula loquendi, et, si solito more exponeretur, sensus esset coloniam triduo ante receptam, quam oppugnari cœpta esset. Quod quum absurdum sit, non immerito Perizonius emendat: *intra triduum*.

[69] *Agrique aliquantum*] Hic perspicuum est *aliquantum* idem esse

U. C. 576. A. C. 176. Sardinia pacata.

XVII. Et Ti. Sempronius eodem tempore in Sardinia multis secundis prœliis Sardos perdomuit. quindecim millia hostium sunt cæsa. Omnes Sardorum populi, qui defecerant, in ditionem redacti. stipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumque: ceteri frumentum contulerunt. Pacata provincia, obsidibusque ex tota insula ducentis triginta acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, missi; quique ab senatu peterent, ut ob eas res, ductu auspicioque Ti. Sempronii prospere gestas, Diis inmortalibus honos haberetur, ipsique decedenti de provincia exercitum secum deportare liceret. Senatus, in æde Apollinis legatorum verbis auditis, supplicationem in biduum decrevit, et quadraginta majoribus hostiis consules sacrificare jussit: Ti. Sempronium proconsulem exercitumque eo anno in provincia manere. Comitia deinde consulis unius subrogandi, [70] quæ in ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant, eo ipso die sunt confecta. Q. Petillius consul collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit C. Valerium Lævinum. [71] Is, jam diu cupidus provinciæ, quum opportunæ cupiditati ejus literæ adlatæ essent, Ligures rebellasse, Nonis Sextilibus [72] paludatus, literis auditis, tumultus ejus caussa legionem tertiam ad C. Claudium proconsulem in Galliam proficisci jussit; et duumviros navales cum classe Pisas ire, qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur. Eodem et Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul, audita rebellione Ligurum, præter eas copias, quas secum Parmæ habebat, subitariis conlectis militibus, exercitum ad fines Ligurum admovit.

Cos. subrogatus.

Res in Liguria gestæ.

XVIII. Hostes sub adventum C. Claudii, a quo duce se meminerant nuper ad Scultennam flumen victos fugatosque,

quod *multum*, quum ager ille bello captus multis millibus hominum dividi viritim posse dicatur.

70 *Quæ in ante diem*] Vocula *in* abest a vetustioribus editis. Eam quisquis reposuit, non sine causa fecit.

71 *Is jamdiu cupidus provinciæ*] Ordo et structura verborum declarat hæc intelligi de Valerio consule: quod itidem probant ea quæ sequuntur: *eodem et Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat*. At quomodo novellus ille consul, ante biduum creatus, potest dici jamdiu cupidus provinciæ? Nisi si forte, quum eo loco natus esset, eos honores gessisset, ut sibi posset prope certa spe consulatum despondere, significaverat jam antequam consul fieret, se cupidum esse provinciæ.

72 *Paludatus, litteris auditis*] Hæc videntur narrari, tanquam argumenta illius cupiditatis, quam in consule notavit Livius. Ex tota enim superiorum temporum historia colligi potest consules non ante paludamenta in urbe sumpsisse, quam ad bellum proficiscerentur. At hic aliquanto antequam exeat in provinciam, paludatum sese ostentat, paludatus audit litteras, quas nimirum vel in concione, vel in senatu recitari jusserat. Hæc omnia eo spectabant, ut rem in majus augeret, ac, quemadmodum in tumultu civitatem saga sumere mos erat, sic ipse consul quum paludatus in urbe versaretur, impendentis alicujus periculi speciem ingereret animis.

locorum magis præsidio adversus infeliciter expertam vim, quam armis, se defensuri, duos montes Letum et Balistam ceperunt, [73] muroque insuper amplexi. Tardius ex agris demigrantes obpressi ad mille et quingentos perierunt. Ceteri montibus se tenebant, et, ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti, sæviunt in prædam, quæ Mutinæ parta erat. captivos cum foeda laceratione interficiunt: pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant. Satiati cæde animantium, quæ inanima erant, [74] parietibus adfligunt [h], [75] vasa omnis generis usui magis, quam ornamento in speciem, facta. Q. Petillius consul, ne absente se debellaretur, literas ad C. Claudium misit, ut cum exercitu ad se in Galliam veniret: campis Macris se eum exspectaturum. Literis acceptis, Claudius ex Liguribus castra movit, exercitumque ad campos Macros consuli tradidit. Eodem paucis post diebus C. Valerius consul alter venit. Ibi, divisis copiis, priusquam digrederentur, communiter ambo exercitus lustraverunt. tum sortiti, quia non ab eadem utraque parte adgredi hostem placebat, regiones quas peterent. Valerium auspicato sortitum constat [i], quod in templo fuisset: in Petillio id vitio factum, postea augures responderunt; [76] quod extra templum sortem in sitellam in templum latam foris ipse posuerit. Profecti inde in diversas regiones. Petillius adversus Balistæ et Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se jungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, immemorem ambiguitatis verbi, ominatum ferunt, 'se eo die Letum capturum 'esse.' Duabus simul partibus subire in adversos montes coepit. Ea pars, in qua ipse erat, inpigre subcedebat. Alteram hostes quum propulissent, ut restitueret rem inclinatam, consul equo advectus, suos quidem a fuga revocavit: ipse,

U. C. 578.
A. C. 176.

Petillius Cos. occisus.

[h] *affigunt* Gron. [i] *constabat* Gron. Crev.

[73] *Muroque insuper amplexi. Tardius ex agris demigrantes*] Apposuimus post verbum *amplexi* eam distinctionem, qua sensus finiretur. Itaque hoc modo interpretamur; Montes Letum et Balistam ceperunt, ac muro insuper amplexi sunt. Qui eorum tardius demigravere, oppressi sunt a Claudio. Ceteri montes tenebant.

[74] *Parietibus affligunt*] In parietes impingunt. Gronovianæ editiones habent *affigunt*: mendose.

[75] *Vasa... usui magis quam ornamenta in speciem facta*] Tolle vocem *ornamenta*, quæ videtur e margine, ubi addita erat interpretandis sequentibus verbis *in speciem*, in textum irrepsisse. *Vasa in speciem facta* sunt vasa quæ ad speciem et dignitatem, ad decorem aspectus comparantur.

[76] *Quod extra templum sortem*] Hæc admodum intricata sunt, et habent aliquid procul dubio aut vitiatum, aut certe luxatum. Attamen, donec melius quid afferatur, videmur utcumque explicare posse in hunc modum: quod ipse extra templum posuerit sortem in sitellam, quæ quidem sitella postea *foris*, id est, ex loco qui extra templum esset, in templum lata est. *Foris* aliquando denotat terminum unde aliquid proficiscitur aut sumitur. Sic *foris sumere*, *foris petere*. Ceterum *templum* hic intelligendum est locus auguriis consecratus.

U. C. 576. A. C. 176. dum incautius ante signa obversatur, missili trajectus cecidit. Nec hostes ducem occisum senserunt; et suorum pauci, qui viderant, haud neglegenter, ut qui in eo victoriam verti scirent, corpus occultavere. Alia multitudo peditum equitumque, deturbatis hostibus, montes sine duce cepere. Ad quinque millia Ligurum occisa: ex Romano exercitu duo et quinquaginta ceciderunt. Super tam evidentem tristis ominis eventum, etiam ex pullario auditum est, vitium in auspicio fuisse; nec id consulem ignorasse. C. Valerius, audita

* * *

77 periti religionum jurisque publici, quando duo 78 ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, subfectum consulem negabant recte[k] comitia habere posse.

* * *

deduxit.

XIX. Cis Apenninum Garuli, et Lapicini, et Hercates; trans Apenninum Briniates fuerant. 79 Inter Audenam amnem P. Mucius cum iis, qui Lunam Pisasque depopulati erant, bellum gessit: omnibusque in ditionem redactis arma ademit. Ob eas res, in Gallia Liguribusque gestas duorum consulum ductu auspicioque, senatus in triduum supplicationes decrevit, et quadraginta hostiis sacrificari jussit. Et tumultus quidem Gallicus et Ligustinus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi obpressus erat. Belli Macedonici subibat jam cura, miscente Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina: et legati, qui missi ad res visendas in Macedoniam erant, jam reverterant Romam, renunciaverantque, bellum in Dardania esse. Simul venerant et ab rege Perseo oratores, 80 qui purgarent, nec adcitos ab eo Bastarnas, nec auctore eo quidquam facere. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, neque arguit: moneri eum tantummodo jussit, ut etiam atque etiam curaret, 81 ut sanctum haberet[l] fœdus, quod ei cum

Bellum inter Dardanos et Bastarnas.

k *recte* del. Gron. Crev. l *habere* Doer.

77 *Periti religionum*] Hanc periodum apud Priscianum l. XVIII. repertam suo loco Sigonius inseruit.

78 *Ordinarii consules*] *Ordinarii* consules sunt ii qui primis comitiis electi sunt. Iis opponuntur consules *suffecti*.

79 *Inter Audenam amnem*] Nullus est horum verborum sensus. Lege omnino *intra*, ut dicatur Mucius non ultra Audenam amnem, ac proinde Apenninum, bellum gessisse. At vero Æmilius Gallicum tumultum compresserat, et in Liguria ipsa ad utrumque Apennini latus arma circumtulerat.

80 *Qui purgarent, nec accitos*] Qui ad purgandum et liberandum eum a suspicione belli, dicerent et probare intenderent, nec accitos.

81 *Ut sanctum haberet fœdus*] Hunc locum feliciter emendat Jac. Gronovius: *ut sanctum habere fœdus, quod ei cum Romanis esset, videri posset.*

Romanis esse [m] videri posset. Dardani, quum Bastarnas non modo non excedere finibus suis, quod speraverant, sed graviores fieri in dies cernerent, subnisos Thracum adcolarum et Scordiscorum auxiliis, audendum aliquid vel temere rati, omnes undique armati ad oppidum, quod proximum castris Bastarnarum erat, conveniunt [n]. Hiems erat, et id anni tempus elegerant, ut Thraces Scordiscique in fines suos abirent. quod ubi ita factum, et solos jam esse Bastarnas audierunt, bifariam dividunt copias: pars, ut recto itinere ad lacessendum ex aperto iret; pars, devio saltu circumducta, ab tergo adgrederetur. Ceterum, priusquam circumire castra hostium possent, pugnatum est; victique Dardani compelluntur in urbem, quæ fere duodecim millia ab castris Bastarnarum aberat. Victores confestim circumsidunt urbem, haud dubie postero die aut metu dedituris se hostibus, aut vi expugnaturi. Interim Dardanorum altera manus, quæ circumducta erat, ignara cladis suorum, castra Bastarnarum sine præsidio relicta

U. C. 577. A. C. 175.

Dardanorum urbs obsessa.

* * *

XX. *** more, sella eburnea posita, jus dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum. [82] adeoque nulli fortunæ adhærebat animus, per omnia genera vitæ errans, uti nec sibi, nec aliis, quinam hómo esset, satis constaret. Non adloqui amicos, [83] vix notis familiariter adridere; munificentia inæquali sese aliosque ludificari: quibusdam honoratis magnoque æstimantibus se puerilia, [84] ut escæ aut lusus, munera dare; alios nihil exspectantes ditare. Itaque nescire, quid sibi vellet, quibusdam videri. quidam [85] ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire aiebant. In duabus tamen magnis honestisque rebus vere regius erat animus, in urbium donis, et Deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus, majoremque partem pecuniæ dedit. Tegeæ theatrum magnificum e marmore facere instituit. [86] Cyzici

Antiochi munificentia.

[m] *esset*, Doer. [n] *convenerunt* Gron. Crev.

[82] *Adeoque nulli fortunæ*] Lege cum Rubenio, *nulli formæ*. Sic apud Tac. l. I. Ann. c. 74. *Qui formam vitæ iniit, quam etc.*

[83] *Vix notis*] Conjunge τὸ *vix* cum *notis*. *Vix noti* opponuntur *amicis*.

[84] *Ut escæ aut lusus*] Polybius nominat talos et dactylos palmarum.

[85] *Ludere . . simpliciter*] Ludere per jocosam et nugacem simplicitatem.

[86] *Cyzici in Prytaneum*] Prytanei Syracusani meminit. Cic. in Verr. l. IV. n. 119. Nempe, ut notat ad hunc Ciceronis locum Grævius, nulla urbs Græca fuit, quæ non suum Prytaneum haberet. Prytanea autem erant Vestæ sacra: cujus in honorem perpetuus ibi ignis fovebatur. Vid. Casaub. Animadv. in Athen. l. XV. c. 19. et Ezech. Spanhemii Dissert. de Vesta et Prytanibus. Quia igitur Prytanea Vestæ sacra erant, cujus ædes penetrale erat urbis Romæ, ideo Livius Prytaneum Latine interpretatur *penetrale urbis*. Quod adjicit, publice ibi vesci,

U. C. 577. A. C. 175. in Prytaneum, (id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur) vasa aurea mensæ unius posuit. Rhodiis, [87] ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quæque usus eorum postulaverunt, donna dedit. Magnificentiæ vero in Deos vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, potest testis esse. [88] Sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit: et Antiochiæ Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum, et alia multa in aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni ejus fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit; [89] reliquorum sui moris, et copia Græcorum artificum. Gladiatorum munus Romanæ consuetudinis primo majore cum terrore hominum, insuetorum ad tale spectaculum, quam voluptate, dedit: deinde sæpius dando, et [90] modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam, et familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, et armorum studium plerisque juvenum accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis præmiis paratos gladiatores arcessere solitus erat, jam suo

Ludi.

* * *

XXI. *** pio inter peregrinos. M. Atilio prætori provincia Sardinia obvenerat: sed cum legione nova, quam consules conscripserant, quinque millibus peditum trecentis equitibus, in Corsicam jussus est transire. dum is ibi bellum gereret, [91] Cornelio prorogatum imperium, ubi obtineret Sardiniam. Cn. Servilio Cæpioni in Hispaniam ulteriorem, et

sive publico sumptu ali solitos, quibus is honos datus est, id de Athenis notissimum est omnibus. Sed et in aliis quoque Græcis urbibus eumdem morem servatum esse, hic locus testimonio est.

[87] *Ut*] Particula *ut* adjecta est ex Freinshemii et Gronovii sententia.

[88] *Sed et Delon aris insignibus*] Hic olim legebatur *Delon maris*. Correxere Vossius et Gronovius. Quæ emendatio si vera est, hic Livius paulum discessit a Polybio, qui loquitur tantummodo de statuis circa Deli aram ab Antiocho positis.

[89] *Reliquorum sui moris*] Vox *reliquorum* pendet a præcedenti nomine *spectaculorum*. Dicit Livius ab Antiocho superatos esse superiores reges magnificentia spectaculorum omnis generis, ex quibus cetera moris Græci erant, et cum copia Græcorum artificum; unum Romanæ consuetudinis, nempe gladiatorium munus: quod quidem primo majore cum terrore . . Artifices hic intelligendi sunt, ut l. v. supra, c. 1. ii quorum opera ludi peraguntur, puta histriones, saltatores, tibicines, &c.

[90] *Modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam*] Modo ita ut vulnerarentur tantum gladiatores, non interficerentur; modo ad necem usque. *Missio* erat gratia deserendi pugnam, quæ dabatur aliquando victis gladiatoribus. Quum autem placeret, ut eousque pugnaretur donec alteruter occumberet, dicebatur pugna *sine missione*. Sic Flor. l. III. c. 20. de Spartaci militibus: *dignam viris obiere mortem: et, quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est*. Vide plura apud Lips. Saturn. II. 21.

[91] *Cornelio prorogatum imperium*] Hinc apparet Cornelium superiore anno prætorem fuisse.

U. C. 578. A. C. 174.

P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta, et sociûm Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L. Claudio sine supplemento decreta. Duas præterea legiones consules scribere jussi, cum justo numero peditum equitumque, et decem millia peditum sociis imperare, et sexcentos equites. Delectus consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, [92] eo verteret [o] in hominum morbos. qui inciderant, haud facile septimum diem superabant: qui superaverant [p], longinquo, maxime quartanæ, inplicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. eorum strages per omnes vias insepultorum erat. Ne liberorum quidem funeribus [93] Libitina subficiebat. Cadavera, intacta a canibus ac vulturibus, tabes absumebat: satisque constabat, nec illo, nec priore anno, in tanta strage boum hominumque vulturium usquam visum. Sacerdotes publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Servilius Cæpio pontifex, pater prætoris, et [94] Ti. Sempronius Ti. F. [q] Longus decemvir sacrorum, et P. Ælius Pætus augur, et Ti. Sempronius Gracchus, et C. Mamilius Vitulus curio maximus, et M. Sempronius Tuditanus pontifex. [95] pontifices subfecti sunt, C. Sulpicius Galba*** [r] in locum Tuditani. Augures subfecti sunt, in Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus, in P. Ælii Q. Ælius Pætus. Decemvir sacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio subficitur. Quum pestilentiæ finis non fieret, senatus decrevit, uti decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit. et, [96] Q. Martio Philippo verba præeunte, populus in foro votum concepit: ‘Si morbus pestilentiaque ‘ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplica- ‘tionem se habiturum.’ In Veienti agro biceps natus puer, et Sinuessæ unimanus, et Auximi [s] puella cum dentibus; et arcus interdiu sereno cœlo super ædem Saturni in foro Romano intentus, et tres simul soles effulserunt: et [97] faces eadem nocte plures per cœlum lapsæ sunt in Lanuvino:

Pestilentia.

Prodig

[o] *verterat* Gron. Crev. [p] *superabant* Eæd. [q] *Ti. F.* l. *C. F.* Gron. [r] abest signum lacunæ Gron. Crev. [s] *Oximi* Eæd.

[92] *Eo*] Anno.

[93] *Libitina*] Vid. not. 67. ad l. XL. c. 19.

[94] *Ti. Sempronius Ti. F. Longus*] Hæc est vetus scriptura, quam male mutaverat Sigonius, legique jusserat *Ti. Sempronius C. F.* Vid. supra l. XXVII. c. 6.

[95] *Pontifices suffecti sunt C. Sulpicius Galba in locum Tuditani*] Hic excidit nomen ejus qui in locum Cæpionis pontifex suffectus est.

[96] *Q. Marcio Philippo*] Decemviro sacrorum. Vid. supra l. XL. c. 42.

[97] *Faces . . lapsæ sunt in Lanuvino. Cæritesque*] Priscianus l. IV. citat hunc locum sic: *Lanuvini Cæritesque anguem jubatum*. Itaque legendum est hoc modo: *lapsæ sunt. Lanuvini Cæritesque.* SIGONIUS. *Faces* sunt stellæ facem ducentes.

U. C. 578. A. C. 174. Cæritesque anguem in oppido suo jubatum, aureis maculis sparsum, adparuisse adfirmabant. et, in agro Campano bovem locutum esse, satis constabat.

XXII. Legati [98] Nonis Juniis [t] ex Africa redierunt, qui, convento prius Masinissa rege, Karthaginem ierant: ceterum certius aliquanto, quæ Karthagine acta essent, ab rege rescierant, quam ab ipsis Karthaginiensibus. compertum tamen adfirmaverunt, legatos ab rege Perseo venisse, iisque noctu senatum in æde Æsculapii datum esse. ab Karthagine legatos in Macedoniam missos, et rex adfirmaverat, et ipsi parum constanter negaverant. In Macedoniam quoque mittendos legatos senatus censuit. tres missi sunt, C. Lælius, M. Valerius Messalla, Sex. Digitius. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, sub jus judiciumque suum totam Persei iter Delphos. coëgit gentem. Inde, per Œtæos montes transgressus, religionibus quibusdam animo objectis, oraculum aditurus Delphos adscendit. Quum in media repente Græcia adparuisset, magnum non finitimis modo urbibus terrorem præbuit, sed in Asiam quoque ad regem Eumenem nuncius tumultus ejus venit. Triduum, non plus, Delphis moratus, per [99] Phthiotidem Achaiam, Thessaliamque, sine damno injuriaque agrorum, per quos iter fecit, in regnum rediit. Nec earum tantum civitatium, per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare: [1] aut [u] legatos, aut literas dimisit, petens, 'ne 'diutius simultatum, quæ cum patre suo fuissent, meminis-'sent. nec enim tam atroces fuisse eas, ut non cum ipso po-'tuerint, ac debuerint, finiri. Secum quidem omnia illis 'integra esse ad instituendam fideliter amicitiam.' Cum Achæorum maxime gente reconciliandæ gratiæ viam quærebat.

Achæorum animos sibi reconciliare tentat. XXIII. Hæc una ex omni Græcia gens, et Atheniensium civitas, eo processerat irarum, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaque servitiis ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia, quum finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi non audebant. Id quum Perseus animadvertisset, comprehensis omnibus, literas ***. ceterum, ne similis fuga servorum postea fieret, cogitandum et illis esse. Recitatis his literis per Xenarchum prætorem, qui privatæ gratiæ aditum apud regem

[t] *Junii* Gron. Crev. [u] *sed aut* Gron.

[98] *Nonis Junii*] Sic reposuit Sigonius, quum prius legeretur *Julii*. Nimirum Julii mensis nomen nondum in usu erat.

[99] *Phthiotidem Achaiam*] Vid. not. 63. ad l. XXXIII. c. 32.

[1] *Aut legatos, aut litteras*] Adjecerat Sigonius de suo *sed* ante prius illud *aut*. Videntur pluscula deesse. Dederat fortasse Livius: *sed circa omnes Græciæ civitates, aut legatos...*

U. C. 578. A. C. 174.

Callicratis adversus regem oratio.

quærebat, et plerisque moderate et benigne scriptas esse censentibus literas, atque his maxime, qui præter spem recepturi essent amissa mancipia; [2] Callicrates ex iis, qui in eo verti salutem gentis crederent, si cum Romanis inviolatum fœdus servaretur, 'Parva,' inquit, 'aut mediocris res, 'Achæi, quibusdam videtur agi; ego [3] maxime gravissimam 'omnium non agique tantum arbitror, sed quodam modo 'actam esse. Nam qui regibus Macedonum, Macedonibusque 'ipsis, finibus interdixissemus, [4] manereque id decretum, '[5] scilicet, ne legatos, ne nuncios admitteremus regum, per 'quos aliquorum ex nobis animi sollicitarentur; ii concion-'antem quodam modo absentem audimus regem, et, si Diis 'placet, orationem ejus probamus. Et, quum feræ bestiæ 'cibum ad fraudem suam positum plerumque adspernentur 'et refugiant, nos cæci, specie parvi beneficii, inescamur: 'et, servulorum minimi pretii recipiendorum spe, nostram 'ipsorum libertatem subrui et tentari patimur. Quis enim 'non videt, [6] viam regiæ societatis quæri, qua Romanum 'fœdus, quo nostra omnia continentur, violetur? Nisi hoc 'dubium alicui est, bellandum Romanis cum Perseo esse, et, 'quod vivo Philippo exspectatum, morte ejus interpellatum 'est, id post mortem Philippi futurum. Duos, ut scitis, 'habuit filios Philippus, Demetrium et Persea. Genere 'materno, virtute, ingenio, favore Macedonum, longe præ-'stitit Demetrius. Sed quia in Romanos odii regnum posu-'erat præmium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanæ 'amicitiæ initæ, occidit: [7] Persea, quem populus Romanus 'prius pœnæ, quam regni, hæredem futurum sciebat, regem 'fecit. Itaque quid hic post mortem patris egit aliud, quam 'bellum paravit? Bastarnas primum ad terrorem omnium '[8] in Dardaniam inmisit: qui si sedem eam tenuissent, gra-

[2] *Callicrates, ex iis qui in eo verti*] Hic Callicrates non tam honorifice tractatur a Polybio, qui eum traducit tanquam proditorem publicæ Achæorum libertatis, et insignem ejus perfidiam notat, Legat. 58.

[3] *Maxime gravissimam omnium, non agique tantum*] Emendat Gronovius: *maximam et gravissimam omnium, neque agi tantum.* Quod concinnius est et magis ex solito loquendi more.

[4] *Manereque id decretum*] Hoc vel vitiatum, vel mancum, vel superfluum est. *Resecto hoc membro, sua orationi integritas constat, sua sententiæ perspicuitas. † Corrigit Gronovius: *Nam quum regibus Macedonum Macedonibusque ipsis, finibus interdixissemus, manereique id decretum .... hic concionantem.* Sed vix dubitari potest, quin totius hujus periodi structura, qualis vulgo exhibetur, et duo illa membra sibi mutuo respondentia, *qui regibus Macedonum ... ii concionantem*, a Livii manu sint.

[5] *Scilicet, ne legatos*] Hic non referuntur ipsa decreti verba, sed mens explicatur. Regibus Macedonum, inquit, Macedonibusque ipsis, finibus nostris interdixeramus, id scilicet præcaventes, ne legatos, ne nuncios . . .

[6] *Viam regiæ societatis quæri*] Magis placeret *societati.*

[7] *Persea, quem populus Romanus prius pœnæ*] Lege vel cum Gronovio, *quem *in populum Romanum prius odii, quam regni hæredem futurum sciebat:* vel cum Rubenio, *quem belli in populum Romanum prius pene, quam regni.*

[8] *In Dardaniam immisit*] Hic admisimus, auctore Gronovio, particulam *in*, quam orationis Latinæ ratio postulabat.

U. C. 578. A. C. 174. 'viores eos adcolas Græcia habuisset, quam Asia Gallos 'habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit: 'immo, si vera volumus dicere, jam inchoavit bellum. Dolo-'piam armis subegit, [9] nec provinciis de controversis ad dis-'ceptationem populum Romanum[x] adivit[y]. inde, transgressus 'Œtam, ut repente in medio umbilico Græciæ conspiceretur, 'Delphos adscendit. Hæc usurpatio itineris insoliti quo 'vobis spectare videtur? Thessaliam deinde peragravit. quod 'sine ullius eorum, quos oderat, noxia, hoc magis tenta-'tionem metuo. Inde literas ad nos cum muneris specie 'misit, et cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere 'non egeamus; hoc est, ut decretum, quo arcentur Pelopon-'neso Macedones, tollamus; rursus legatos regios, et hospi-'tia cum principibus, et mox Macedonum exercitus, ipsum 'quoque a Delphis (quantum enim interluit fretum?) traji-'cientem in Peloponnesum videamus, [10] inmisceamur Mace-'donibus armantibus se adversus Romanos. Ego nihil novi 'censeo decernendum, servandaque omnia integra, [11] donec 'ad certum dirigatur[z], vanusne hic timor noster, an verus 'fuerit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanosque 'manebit, nobis quoque amicitia et commercium sit: nunc 'de eo cogitare periculosum et inmaturum videtur.'

Arco Callicrati respondet. XXIV. Post hunc Arco, frater Xenarchi prætoris, ita disseruit: 'Difficilem orationem Callicrates, et mihi, et omnibus, 'qui ab eo dissentimus, fecit: agendo enim Romanæ societatis 'caussam ipse, tentarique et obpugnari dicendo, quam nemo 'neque tentat, neque obpugnat, effecit, ut, qui ab se dissentiret, 'adversus Romanos dicere videretur. Ac primum omnium, 'tamquam non hic nobiscum fuisset, sed aut ex curia populi 'Romani veniret, aut regum arcanis interesset, omnia scit et 'nunciat, quæ occulte facta sunt. [12] Divinat etiam, quæ futura 'fuerant, si Philippus vixisset: quid ita Perseus regni hæres 'sit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos au-'tem, qui, nec ob quam caussam, nec quemadmodum perierit 'Demetrius, scimus; nec quid Philippus, si vixisset, facturus 'fuerat[a], ad hæc, quæ palam geruntur, consilia nostra ad-'commodare oportet. [13] Ac scimus, Persea, regno accepto, ad

[x] *populi Romani* Gron. [y] *nec provocantes de controversiis ad disceptationem populi Romani audivit.* Crev. [z] *redigatur* Crev. Doer. [a] *fuerit* Gron. Crev.

9 *Nec provocantes*] Supple, Dolopas. Vulgo hic habetur *nec provinciis.* Probabilem Gronovii conjecturam in textum recepit Clericus, nec nos exturbare sustinuimus.

10 *Immisceamur*] Sic dedit Sigonius pro *immiscemur.*

11 *Donec ad certum redigatur*] Donec certum fiat, donec certo sciatur. Sic l. XLIV. c. 15. *Et, si id ante dubium fuisset, legatorum ... verba ad certum redegisse.* Ceterum legebatur hic *ad certum dirigatur.* Correxit Gronovius.

12 *Divinat etiam quæ futura fuerant*] Hoc mutat Gronovius, tanquam grammaticæ legibus absonum, jubetque reponi *fuerint.* Sed sexcentis in locis quum Livii, tum probatissimorum scriptorum, reperire facile est similium locutionum exempla Vid. Novam Methodum linguæ Latinæ.

13 *Ac scimus Persea....ad legatos Romanos venisse, ac regem Persea*]

'legatos Romanos venisse, ac regem Persea a populo Romano 'adpellatum: audimus, legatos Romanos venisse ad regem, et 'eos benigne exceptos [b]. Hæc omnia pacis equidem signa esse 'judico, non belli: nec Romanos offendi posse, si, ut bellum 'gerentes eos secuti sumus, nunc quoque pacis auctores se'quamur. cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum ad'versus regnum Macedonum geramus, non video. Opportuni 'propinquitate ipsa Macedoniæ sumus; an infirmissimi om'nium, tamquam, quos nuper subjecit, Dolopes? [14] immo 'contra ea, vel viribus nostris, Deûm benignitate, vel regionis 'intervallo tuti. [15] Sed sumus æque subjecti ac Thessali Æto'lique; nihilo plus fidei auctoritatisque habemus adversus 'Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Ætoli, 'qui paullo ante hostes fuerunt. Quod Ætolis, quod Thes'salis, quod Epirotis, omni denique Græciæ cum Macedonibus 'juris est, idem et nobis sit. cur exsecrabilis ista nobis solis 'velut desertio juris humani est? Fecerit aliquid Philippus, 'cur adversus eum armatum et bellum gerentem hoc decer'neremus: quid Perseus, novus rex, omnis injuriæ insons, suo 'beneficio paternas simultates obliterans, meruit? cur soli 'omnium hostes ei sumus? Quamquam et illud dicere po'teram, tanta priorum Macedoniæ regum merita erga nos 'fuisse, ut Philippi unius injurias, si quæ forte fuerunt, * uti'que post mortem. Quum classis Romana Cenchreis staret, 'consul cum exercitu Elatiæ esset, triduum in concilio fuimus, 'consultantes, utrum Romanos, an Philippum, sequeremur. '[16] Nonnihil metus præsens ab Romanis sententias nostras incli-

U. C. 578.
A. C. 174.

[b] *acceptos* Gron. Crev.

Nemo est quin videat tollendum esse secundum illud *Persea*, tam inutiliter et odiose repetitum. Admodum etiam verisimile est, ea quæ præcedunt vitiata esse. Nusquam enim memoratum est, ut observat Gronovius, Persea statim regno accepto ad legatos Romanos venisse, sed legatos Romam misisse. Et causam errori præbere fortasse potuerint hæc verba membri sequentis: *audimus legatos Romanos venisse.* Itaque recte videtur hunc locum emendare Gronovius hoc modo: *Ac scimus Persea, regno accepto, legatos Romam misisse, ac regem a populo Romano appellatum.*

[14] *Imo contra ea*] Voculam *ea* ejicit Gronovius. Sed si illa non exprimatur, debet intelligi. Quid igitur necesse est eam deleri, si quando exprimitur? Nec videmus, cur non tam dicamus *contra ea*, quam *præterea*, aut *postea*. Et alibi usurpavit Livius, ut l. III. 60. et l. XXI. c. 20. * Fortasse legendum est *contra eam*, nempe contra Macedoniam, quæ paulo ante nominata est, vel intelligendum *contra ea* pericula.

[15] *Sed sumus æque subjecti ac Thessali Ætolique*] Patet ex iis quæ sequuntur, legi debere *Epirotæque*. Ceterum hæc ita intelligenda sunt, ut ea Arco sibi ipse objiciat, ac dum objicit refellat. *Subjecti* idem est ac supra *opportuni*. Nisi forte legendum est potius *suspecti*.

[16] *Nonnihil metus præsens ab Romanis*] Imo *nihil*, ut recte monet Perizonius. Arco vult intelligi Romanorum metum. quorum classis Cenchreis, exercitus terrestris Elatiæ erat, dum deliberarent Achæi, in causa fuisse, cur ad illos inclinarent consultantium animi. Sed demus, inquit, nihil tunc valuisse metum illum. Certe aliquid tamen fuit, quod tam longam deliberationem faceret. De beneficiis Macedonum regum in Achæos vid. Polyb. l. II. et Plut. in Arato.

U. C. 578. A. C. 174.

'narit: fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem fecerat[c]: id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus, vetera et magna in nos regum merita. Valeant et nunc eadem illa, non ut præcipue amici, sed ne præcipue inimici simus. Ne id, quod non agitur, Callicrates, simulaverimus. nemo novæ societatis aut novi fœderis, quo nos temere inligemus, conscribendi est auctor: sed commercium tantum juris præbendi repetendique sit, ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus, ne servis nostris aliquo fugere liceat. Quid hoc adversus Romana fœdera est? Quid rem parvam et apertam, magnam et suspectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid ut ipsi locum adsentandi Romanis habeamus, suspectos alios [17] ac invisos efficimus? Si bellum erit, ne Perseus quidem dubitat, quin Romanos secuturi simus: in pace etiam, si non odia finiuntur, intermittantur.' Quum iidem huic orationi, [18] qui literis regis adsentierant [d], adsentirentur, indignatione principum, quod, quam rem ne legatione quidem dignam judicasset Perseus, literis paucorum versuum [19] impetraret, decretum differtur. Legati [20] deinde postea missi ab rege, quum Megalopoli concilium esset; dataque opera est ab iis, qui offensionem apud Romanos timebant, ne admitterentur.

Nihil novi statuunt Achæi.

Ætolorum discordiæ.

XXV. Per hæc tempora Ætolorum in semet ipsos versus furor mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem. Fessi deinde et Romam utraque pars miserunt legatos, et inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant: [21] quæ novo facinore discussa res veteres etiam iras excitavit. Exsulibus Hypatæis, qui factionis Proxeni erant, quum reditus in patriam promissus esset, fidesque data per principem civitatis Eupolemum, octoginta inlustres homines, quibus redeuntibus inter ceteram multitudinem Eupolemus etiam [e] obvius exierat, [22] quum salutatione benigne excepti essent, dextræque datæ, ingredientes portam, fidem datam Deosque testes nequidquam invocantes, interfecti sunt. Inde gravius de integro bellum exarsit. C. Valerius Lævinus, et Ap. Claudius Pulcher, et C. Memmius, et M. Popillius, et L. Canuleius missi ab senatu venerant. Apud eos quum Delphis utriusque partis legati magno certamine agerent, Proxenus maxime, quum caussa, tum eloquentia, præstare visus est; qui paucos post dies ab Ortho-

[c] *faceret* Gron. Crev. [d] *adsentierant* del. Crev. [e] *etiam* del. Gron. Crev.

17 *Ac invisos*] Lege *et invisos*.

18 *Qui litteris regis, adsentirentur*] Vetus scriptura: *qui litteris regis adsentierant, adsentirentur*. Gronovius tolli jussit verbum *adsentierant*, quod sane a Livio esse non videtur.

19 *Impetraret*] Et hic Gronovius reposuit *impetraret* pro *imperaret*.

20 *Deinde postea*] Alterutrum vacat.

21 * *Quæ ... discussa res*] Delemus postremam vocem. Etenim ex præcedentibus facile intelligitur *concordia*.

22 *Quum salutatione benigne excepti essent*] Mallemus *benignæ*.

bula uxore veneno est sublatus: [23] damnataque eo crimine, in exsilium abiit. Idem furor et Cretenses lacerabat. adventu deinde Q. Minucii legati, qui cum decem navibus missus ad sedanda eorum certamina erat, in spem pacis venerant. [24] ceterum induciæ et antea sex mensium fuerunt: inde multo gravius bellum exarsit. Lycii quoque per idem tempus ad Rhodiis bello vexabantur. Sed externorum inter se bella, quo quæque modo gestæ sunt, persequi non operæ est [25] satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere.

U. C. 578. A. C. 174. Cretensium dissidia.

XXVI. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti se Ti. Graccho dediderant, pacati manserant M. Titinio prætore obtinente provinciam. rebellarunt [26] sub adventum Ap. Claudii, orsique bellum sunt ab repentina obpugnatione castrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, quum vigiles in vallo, quique in portarum stationibus erant, quum vidissent procul venientem hostem, ad arma conclamaverunt. Ap. Claudius, signo proposito pugnæ, ac paucis adhortatus milites, tribus simul portis eduxit. Obsistentibus ad exitum Celtiberis, primo par utrumque[f] prœlium fuit, quia propter angustias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani: [27] urguentes deinde alii alios secuti evaserunt extra vallum, ut pandere aciem, [28] et exæquari cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent. ita repente eruperunt, ut sustinere inpetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam secundam pulsi sunt: ad quindecim millia cæsa aut capta: signa ademta duo et triginta. Castra etiam eo die expugnata, debellatumque. nam, qui superfuere prœlio, in oppida sua dilapsi sunt. quieti deinde paruerunt imperio.

Celtiberorum rebellio.

XXVII. Censores eo anno creati Q. Fulvius Flaccus et A. Postumius Albinus legerunt senatum: princeps lectus M. Æmilius Lepidus pontifex maximus. De senatu novem ejecerunt. insignes notæ fuerunt M. Cornelii Maluginensis, [29] qui biennio ante prætor in Hispania fuerat; et

Censores. Insignes notæ.

[f] *utrimque* Gron. Crev. Doer.

[23] *Damnataque eo crimine*] Lege cum Perizonio, *damnata quæ*. Vid. not. 89. ad l. IV. c. 17. supra.

[24] *Ceterum induciæ et antea sex mensium fuerunt*] Lege cum Gronovio: *ceterum inducias tantum sex mensium fecerunt*.

[25] *Satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere*] Delendum videtur verbum *scribere*, quod et otiosum est, et deformat orationem. Dicit Livius se satis superque oneris ferre, nempe, res a populo Romano gestas.

[26] *Sub adventum Ap. Claudii*] Hinc discimus Ap. Claudium fuisse prætorem superiore anno, et citeriorem Hispaniam obtinuisse.

[27] *Urgentes deinde alii alios secuti*] Nemini non apparebit vocem *secuti* hic ita positam esse, ut impediat potius sensum, quam adjuvet. Non dubitamus, quin rescribendum sit: *urgentes deinde alii alios scutis*.

[28] *Et exæquari cornibus hostibus, quibus*] Reponit Gronovius: *et exæquari cornibus hostium, a quibus*.

[29] *Qui biennio ante prætor in Hispania fuerat*] Hic prætor in Hispaniam ire noluerat, ut constat ex c.

U. C. 578. A. C. 174.

[30] L. Cornelii Scipionis prætoris, cujus tum inter cives et peregrinos jurisdictio erat; et [31] Cn. Fulvii, qui frater germanus, [32] et, ut Valerius Antias tradit, consors etiam censoris erat. [33] Consules, votis etiam in Capitolio nuncupatis, in provincias profecti sunt. [34] Ex iis M. Æmilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum ad intestinum bellum exarsisse, [35] et ipsorum legati adtulerant. Legati, qui in Ætoliam ad similes motus comprimendos ierant, renunciarunt, coërceri rabiem gentis non posse. Patavinis saluti fuit adventus consulis: neque aliud, quod ageret in provincia, quum habuisset, Romam rediit. Censores vias sternendas silice in urbe, [36] glarea extra urbem substruendas [8] marginandasque primi omnium locaverunt, pontesque multis locis faciendos: et [37] scenam ædilibus prætoribusque præbendam: et carce-

Censorum opera.

[8] *substernendas* Gron. Crev.

15. supra. Ergo aut delendæ sunt voces *in Hispania* aut lapsus est memoria Livius.

[30] *L. Cornelii Scipionis prætoris*] Testatur Valer. Max. l. III. c. 5. ejus propinquos dedisse operam, ne aut sellam ponere, aut jus dicere auderet. Id fortasse ut perficere possent, notandum eum a censoribus curaverant. Quamvis enim hujus notæ vi præturam non amitteret, alienum tamen erat a dignitate populi Romani, hominem a censoribus notatum jus dicere, et statuere de fortunis civium.

[31] *Cn. Fulvii, qui frater germanus .. censoris*] Huic Fulvio prænomen assignabatur in veteri codice *Lucius*. At Velleius l. I. c. 10. eum vocat *Cnæum*: eique potius assentiendum Sigonius existimat. Ceterum is, sive L. sive Cn. Fulvius, idem est, qui supra l. XL. c. 41. vocatur M. Fulvius Nobilior, et dicitur legionem in qua tribunus militum erat, dimisisse. Quod autem in priore illo libri XL. loco vocatur M. Fulvius Nobilior, hic autem Cn. Fulvius, id ex eo oriri Sigonius existimat, quod a M. Fulvio Nobiliore adoptatus esset. Itaque *Cn. Fulvius Flaccus* primum est ejus nomen: *M. Fulvius Nobilior* nomen est illud quod a patre adoptivo sibi adsciverat.

[32] *Et . . . consors*] Eodem vocabulo utitur Velleius hac ipsa de re agens. Cicero quoque, l. III. in Verr. n. 57. *Sostratum et Numenium, et Nymphodorum, tres fratres consortes* appellat. Ad eum Ciceronis locum in editione Grævii apposita est hæc Salmasii ex Plinianis Exercitationibus nota. *Consortes* dicebantur cohæredes quamdiu hæreditas divisa non erat. Glossæ: *consortes, κοινόβιοι, σύγκληροι.* Inde et *consortium* societas et communio cohæredum. Contra *dissortes*, postquam diviserant. Glossæ: *dissortes διακληρωθέντες.*

[33] *Consules votis etiam*] Tollenda videtur particula *etiam*, quæ hic nullum habet sensum, et facile immigrare potuit ex iis quæ præcedunt, *consors etiam censoris*.

[34] *Ex iis M. Æmilio*] Mendum est in nomine consulis. Non enim hoc anno, sed superiore, M. Æmilius consul fuit.

[35] *Et ipsorum legati*] Vel delenda est particula *et*, vel excidit prius orationis membrum.

[36] *Glarea . . . substernendas, marginandasque*] Vocis *substernendas*, hæc profecto vis est, ut lapidibus, quibus sternebantur viæ, solum e terra lapidosa substerneretur, cui solidius ac firmius lapides inhærerent. Ac rem ita se habere asserit oculatus testis, Cl. auctor Antiquitatis Schematibus illustratæ, qui Appiæ viæ partem aliquam etiamnum integram inspexit diligentius et exploravit. Eum vid. Tom. V. parte II. *Marginandas* recte Dujatius exponit marginibus lapideis muniendas. Margines illi, inquit Raph. Fabrettus in Apolog. ad Grunnovium, *firmissima ad viarum latera crassiorum lapidum serie, duplici etiam, triplicique alicubi, ut observavimus, vias ipsas continebant.*

[37] * *Scenam*] Vid. not. 66. ad XL. 51.

res in circo, et [38] ova ad notas curriculis numerandis, [39] et * U. C. 578.
dam, et metas trans * et caveas ferreas pe * intromitteren- A. C. 174.
tur * ferreis [40] in monte Albano consulibus, et clivum Capitolinum silice sternendum curaverunt, et [41] porticum ab æde Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam. Et extra portam Trigeminam emporium lapide straverunt, stipitibusque sepserunt: et porticum Æmiliam reficiendam curarunt: gradibusque adscensum ab Tiberi in emporium fecerunt. et extra eamdem portam in Aventinum porticum silice straverunt, [42] et eo publico ab æde Veneris fecerunt. Iidem Calatiæ et Auximi muros faciendos locaverunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quæ redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis consumserunt. et alter ex iis Fulvius Flaccus (nam Postumius nihil, nisi senatus Romani populive jussu, se locaturum [43] ipsorum pecunia *) Jovis ædem Pisauri, et Fundis, [44] et Pollentiæ etiam aquam adducendam, et Pisauri viam silice sternendam, [45] et Sinuessam a ga * aviariæ. In his et clo * um circumducend * et forum porticibus tabernisque claudendum, et [46] Janos tres faciendos.

[38] *Ova ad notas curriculis numerandis*] Prius legebatur *numerandas*: male. Mendosam quoque esse vocem *notas* judicat Fulv. Ursinus, ac reponit probabili conjectura *metas*. Ova enim illa, e ligno fabricata, imponebantur columnis, aliquando binis, aliquando quaternis, ad metas Circi statutis. Tot illa erant numero, quot curricula erant peragenda: septena proinde, ut plurimum, pro septeno curriculorum numero, qui solennis maxime erat. Primo curriculo peracto, unum ovum e medio tollebatur, secundo curriculo alterum, et sic de reliquis. Hæc fere Salmasius.

[39] *Et * dam, et metas trans **] Hæc explet utcunque Marcellus Donatus, legitque *et rhedam, et metas transitus*. Nobis consultius videtur locum intactum relinquere, quam male curatum exhibere. Idem et in iis quæ sequuntur judicat legendum esse, *et caveas ferreas, per quas intromitterentur feræ*. Sat. feliciter. In Circensibus enim ludis non solum cursu certabatur, sed et ferarum inter se, aut cum bestiariis pugnæ edebantur.

[40] *In monte Albano consulibus*] Hic perspicuum est aliquid deesse.

[41] *Porticum ab æde Saturni Capitolium ad senaculum, ac super id curiam*] Fortasse legendum *in Capitolio*. Fuit enim Saturni ædes in clivo Capitolino. Itaque porticus illa intelligetur porrecta *ab æde Saturni* in clivo Capitolino *ad senaculum, atque* ad *curiam* quæ est *super id* senaculum. Possis et cum Justo Rycquio, libro de Capit. c. 34. legere *et senaculum*: ut sensus sit porticum ab æde Saturni in Capitolium, id est, in templum Jovis Capitolini, porrectam, et senaculum, ei curiam, locata esse a censoribus lapide silice sternenda. Porro *senaculum*, sive *senatulum*, hoc enim quoque modo scribitur, est, teste Festo, locus in quo *senatus haberi* solet, sive potius, *in quo solebant magistratus duntaxat cum senioribus deliberare*. Curiam de qua hic agitur, idem Rycquius existimat fuisse curiam Kalabram, de qua vid. Macrob. Saturn. l. I. c. 15.

[42] *Et eo publico ab æde Veneris*] Suspicatur Gronovius *et basilicam ad ædem Veneris*.

[43] *Ipsorum pecunia dicebat*] Verbum adjectum est ex mente Sigonii.

[44] *Et Pollentiæ, etiam aquam adducendam*] Vel lege *et Pollentium aquam adducendam*: vel in voce *etiam* latebit nomen alicujus alterius urbis, in quam Fulvius aquam ducendam locaverit.

[45] *Et Sinuessam*] Emendat Marcellus Donatus, *et Sinuessæ glarea*: supple, viam sternendam. In iis quæ sequuntur legendum putat Sigonius, *et cloacam in fluvium circumducendam*.

[46] *Janos tres*] Hi Jani erant transitiones perviæ. Vid. not. 78. ad l. II. c. 49.

U. C. 578. A. C. 174. Hæc ab uno censore opera locata, cum magna gratia colonorum. Moribus quoque regendis diligens et severa censura fuit. multis equi ademti.

XXVIII. Exitu prope anni diem unum supplicatio fuit ob res prospere gestas in Hispania ductu auspicioque Ap. Claudii proconsulis: et majoribus hostiis viginti sacrificatum. et alterum diem supplicatio [47] ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit, quod ex Sabinis terræ motus ingens cum multis ædificiorum ruinis nunciatus erat. Quum Ap. Claudius ex Hispania Romam redisset, decrevit senatus, ut ovans urbem iniret. Jam consularia comitia adpetebant; quibus, magna contentione habitis propter multitudinem petentium, creati L. Postumius Albinus et M. Popillius Lænas. Prætores inde facti, [48] N. Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Crassipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius Saxula iterum. Comitiis perfectis, Ap. Claudius Centho, ex Celtiberis ovans quum in urbem iniret, [49] decem millia pondo argenti, quinque millia auri in ærarium tulit. Flamen Dialis inauguratus est Cn. Cornelius. Eodem anno tabula in ædem [h] Matris Matutæ cum indice hoc posita est: 'Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. in ea provincia hostium cæsa aut capta supra octoginta millia. Republica felicissime gesta, [50] atque liberatis vectigalibus * restitutis, exercitum salvum atque incolumem plenissimum præda domum reportavit. iterum triumphans in urbem Romam rediit. Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit.' Sardiniæ insulæ forma erat, atque in ea simulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data; unum ante cetera insigne fuit T. Flaminini, quod mortis caussa patris sui, [51] cum visceratione epuloque et ludis scenicis, quatriduum dedit. [52] magni tamen muneris ea summa fuit, ut per triduum [53] quatuor et septuaginta homines pugnarint.

Comitia.

Tabula in æde Matris Matutæ a Graccho posita.

* * *

[h] *æde* Gron. Crev.

[47] *Ad Cereris, Liberi, Liberæque*] Ædem. Vid. not. 46. ad l. III. c. 55.

[48] *Numerius Fabius*] Vulgo *Cn. Fabius*. Mutavit Sigonius.

[49] *Decem millia pondo argenti*] Marcas nostrates 15625. *Quinque millia auri*. Marcas 7812. uncias 4.

[50] *Atque liberatis vectigalibus, et reipublicæ restitutis*] *Liberata vectigalia* interpretatur Gronovius salva reddita populo Romano, quæ defectores averterant. Hæ voces, *et reipublicæ*, debentur Sigonio. Gronovius conjicit: *sociisque restitutis*.

[51] *Cum visceratione*] Vid not. 37. ad l. VIII. c. 22.

[52] *Magni tamen muneris*] In illo munere, quod magnum illis temporibus judicatum est, tantummodo quatuor et septuaginta homines per triduum pugnarunt. Intelligit Livius hoc munus magnum illo ævo visum esse, sed nihil ad sui temporis profusam magnificentiam, sive potius vesaniam.

[53] *Quatuor et septuaginta homines pugnarint*] Hic mutilum esse librum credimus. Namque ex epitome hujus libri apparet Livium in eo legis Voco-

niæ mentionem fecisse. At Cicero, l. I. in Verrem, n. 107. docet Voconium sanxisse de iis qui post A. Postumium, Q. Fulvium censores censi essent, ita ut hi censores in lege diserte nominati fuisse videantur. Jam vero iidem hi censores creati memorantur hujus libri c. 27. a quo nulla jam occurrit lacuna. Sequitur ergo, ut in fine libri de lege Voconia egerit Livius. At enim Cic. l. de Senect. n. 14. dicit legem Voconiam latam esse Cæpione et Philippo II. consulibus, qui quinto post hunc anno consules futuri sunt. Sed primo non admodum mirandum est duos scriptores aliquot annis inter se de eadem re discrepare. Deinde etiam videmur suspicari posse, ideo dissentire Livium et Ciceronem circa annum legis Voconiæ, quia circa ætatem Catonis dissenserint, et Livius eum quinque annis seniorem faciat, quam Cicero, ut observavimus supra ad l. XXXIX. c. 40. Cicero enim loco modo memorato scribit Catonem annos natum quinque et sexaginta legem Voconiam suasisse, qui Catonis vitæ annus, eo modo quo numerat Cicero, incidit revera in consulatum Cæpionis et Philippi. At vero ex Livii sententia sexagesimus quintus vitæ Catonis annus retrahi debet in quinque ante annos, ac proinde incidisse in consulatum Sp. Postumii, et Q. Mucii, qui est hic ipse annus in quo desinit hic liber. Itaque credimus nihil jam superesse, cur quisquam dubitet inserendum hoc loco fuisse supplementum de lege Voconia: quod fecimus.

U. C. 578.
A. C. 174.

EPITOME LIBRI XLII.

Q. FULVIUS Flaccus censor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliavit, ut ædem, quam dedicabat, tegeret. tegulæ ex senatusconsulto reportatæ. Eumenes, Asiæ rex, in senatu de Perseo, Macedoniæ rege, questus est: cujus injuriæ in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indicto, P. Licinius Crassus consul, [1] *cui id mandatum erat, in Macedoniam transiit, levibusque expeditionibus, equestribus prœliis, in Thessalia cum Perseo parum felici eventu pugnavit. Inter Masinissam et Karthaginienses de agro* [2] *fuit arbiter ad disceptandum a senatu datus. Legati missi ad civitates socias et reges* [3] *rogandos, ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita* [4] *ducenta quinquaginta septem millia ducenta triginta unum. Res præterea adversus Corsos et Ligures prospere gestas continet.*

[1] *Cui id mandatum erat*] Sic habere tres membranas testatur Gronovius, nisi quod addidit ipse voculam *id*. Admisit emendationem Gronovii Clericus. Vulgo: *cui Macedonia decreta erat.*

[2] *Fuit dies ad disceptandum a senatu datus*] Gronovius ex uno MS. affert: *fuit arbiter .. datus.* Sed nulla apud Livium fit *arbitri* mentio. Infra c. 24. Jubetur Masinissa legatos quamprimum ad senatum mittere, et denunciare Carthaginiensibus, ut ad disceptandum veniant. Hoc voluit auctor epitomes, etsi minus accurate locutus esse videtur. Non enim *fuit dies* certus *a senatu datus*, quo sisterent se legati Carthaginiensium et Masinissæ: sed quamprimum, nulla definita die, Masinissa jussus est legatos mittere.

[3] *Rogandos, ut in fide permanerent*] Vulgo, *an in fide:* quod procul dubio vitiosum erat. *Ut* reperit in uno MS. Gronovius. Adstipulantur Andreas, Campanus, Sigonius, et unus ex MSS. Hearnii.

[4] *CCLVII. millia, CCXXXI*] Livius aliter infra c. 10. nempe *CCLXIX. millia, et XV.*

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLII.

U. C. 579. A. C. 173. L. Postumio, M. Popillio Coss. Provinciæ.

L. POSTUMIUS Albinus, M. Popillius Lænas quum omnium primum de provinciis exercitibusque ad senatum retulissent, Ligures utrique decreti sunt: ut novas ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones, (binæ singulis decretæ) et sociûm Latini nominis dena millia peditum et sexcenos[a] equites, et supplementum Hispaniæ tria millia peditum Romanorum scriberent, et ducentos equites. Ad hoc mille et quingenti pedites Romani cum centum equitibus scribi jussi; cum quibus prætor, cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transgressus bellum gereret; interim M. Atilius, vetus prætor, provinciam obtineret Sardiniam. Prætores deinde provincias sortiti sunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives et peregrinos, N. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Crassipes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam. Priusquam magistratus proficiscerentur, senatui placuit, L. Postumium consulem ad agrum publicum a privato terminandum in Campaniam ire; cujus ingentem modum possidere privatos, paullatim proferendo fines, constabat. Hic, iratus Prænestinis, quod, cum eo privatus sacrificii in templo Fortunæ faciundi caussa profectus esset, nihil in se honorifice, neque publice, neque privatim, factum a Prænestinis esset, priusquam ab Roma proficisceretur, literas Præneste misit, ut sibi magistratus obviam exiret, locum publice pararet, ubi diverteretur, jumentaque, quum exiret inde, præsto essent. Ante hunc consulem, nemo umquam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit. ideo magistratus mulis tabernaculisque et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. privata hospitia habebant; ea benigne comiterque colebant: domusque eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset. Legati, qui repente aliquo mitterentur, singula jumenta per oppida, iter qua faciundum[b] erat, imperabant: aliam inpensam socii in magistratus Romanos non faciebant. [1] Injuria consulis, etiamsi justa, non tamen in magistratu exercenda,

Magistratuum Rom. prisca modestia.

[a] *sexcentos* Gron. Crev. [b] *faciendum* Crev.

[1] *Injuria consulis, etiamsi justa*] Manifestum mendum. Quid est enim *injuria justa?* Emendant *ira:* bono sensu.

et silentium, nimis aut modestum, aut timidum, Prænestinorum jus, velut probato exemplo, magistratibus fecit graviorum in dies talis generis imperiorum. U. C. 579. A. C. 173.

II. Principio hujus anni legati, qui in Ætoliam et Macedoniam missi erant, renunciarunt, 'sibi conveniendi regis 'Persei, quum alii abesse eum, alii ægrum esse, falso utrumque, 'fingerent, potestatem non factam. Facile tamen adparuisse 'sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. Item 'in Ætolia seditionem gliscere in dies, neque discordiarum 'principes auctoritate sua coërceri potuisse.' Quum bellum Macedonicum in exspectatione esset, priusquam id susciperetur, prodigia expiari, [a] pacemque Deûm peti precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris essent, placuit. Lanuvii classis magnæ species in cœlo visæ dicebantur; et Priverni lana pulla terra enata: et in Veienti [3] apud Rementem lapidatum; Pomptinum omne velut nubibus locustarum coopertum esse; in Gallico agro, qua induceretur aratrum, sub exsistentibus glebis pisces emersisse. Ob hæc prodigia libri fatales inspecti, editumque ab decemviris est, et quibus Diis, quibusque hostiis sacrificaretur, et ut supplicatio prodigiis expiandis fieret: altera, quæ priore anno valetudinis populi caussa vota esset, ea uti feriæque essent. itaque sacrificatum est, ut decemviri scriptum ediderunt.

Legati ex Macedonia et Ætolia reduces.

Prodigia expiata.

III. Eodem anno ædis [c] Junonis Laciniæ detecta. Q. Fulvius Flaccus censor ædem Fortunæ Equestris, quam in Hispania prætor bello Celtiberico voverat, faciebat eniso studio, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset. Magnum ornamentum se templo ratus adjecturum, si tegulæ marmoreæ essent, profectus in Bruttios, ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit. id satis fore ratus ad tegendum, quod ædificaretur. Naves paratæ fuerunt, quæ tollerent atque asportarent, auctoritate censoria sociis deterritis id sacrilegium prohibere. Postquam censor rediit, tegulæ, expositæ de navibus, ad templum portabantur. quamquam, unde essent, silebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus est: ex omnibus partibus postulabatur, ut consules eam rem ad senatum referrent. Ut vero arcessitus in curiam censor venit, multo infestius singuli universique præsentem lacerare: 'Templum augustissi'mum regionis ejus, quod non Pyrrhus, non Hannibal vio'lassent, violare parum habuisse, nisi detexisset fœde, ac

Ædes Fortunæ Equestris

Tegulæ marmoreæ ex æde Junonis Laciniæ detractæ.

[c] *ædes* Gron. Crev.

[a] *Pacemque deûm peti precationibus, quæ editæ*] Hæc lectio sana est, nec debuit sollicitari a Gronovio. Non modo enim edebant ex libris decemviri, quibus diis supplicandum esset, sed et quo ritu, qua forma precationum utendum. *Ita sacrificatum est*, inquit Livius infra, *ut decemviri scriptum ediderunt*.

[3] *Apud Rementem*] Nomen loci incognitum: pro quo suspicatur Cluverius legi posse *Cremeram*.

U. C. 579. A. C. 173. 'prope diruisset. Detractum culmen templo, nudatum tectum 'patere imbribus putrefaciendum. censorem, moribus regen-'dis creatum, cui [4] sarta tecta exigere sacris publicis, et loca 'tuenda, more majorum traditum esset; eum per sociorum 'urbes diruentem templa, nudantemque tecta ædium sacra-'rum, vagari: et, quod, si in privatis sociorum ædificiis fa-'ceret, indignum videri posset, [5] id Deûm inmortalium templa 'demolientem facere: et [6] obstringere religione populum 'Romanum, ruinis templorum templa ædificantem: tam-'quam non iidem ubique Dii inmortales sint, sed spoliis 'aliorum alii colendi exornandique.' Quum, priusquam referretur, adpareret, quid sentirent Patres, relatione facta, in unam omnes sententiam ierunt, ut hæ tegulæ reportandæ in templum locarentur, piaculariaque Junoni fierent. Quæ ad religionem pertinent, cum cura facta: tegulas relictas in area templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, [7] redemtores nunciarunt.

Relatæ jussu senatus.

IV. Ex prætoribus, qui in provincias ierant, N. Fabius Massiliæ moritur, quum in citeriorem Hispaniam iret. Itaque, quum id nunciatum a Massiliensibus legatis esset, senatus decrevit, ut P. Furius et Cn. Servilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, uter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret. [8] Sors opportuna fuit; P. Furius idem, cujus ea provincia fuerat, remaneret. Eodem anno, quum agri Ligustini et Gallici, quod bello captum erat, aliquantum vacaret, senatusconsultum factum, ut is ager viritim divideretur. Decemviros in eam rem ex senatusconsulto creavit A. Atilius prætor urbanus, M. Æmilium Lepidum, C. Cassium, T. Æbutium Carum, C. Tremellium, P. Cornelium Cethegum, Q. et L. Appuleios, M. Cæcilium, C. Salonium, C. Munatium. [9] Diviserunt dena jugera in singulos, sociis nominis Latini terna. Per idem tempus, quo hæc agebantur, legati ex Ætolia Romam venerunt de discordiis seditionibusque suis, et Thessali legati, nunciantes, quæ in Macedonia gererentur.

Perseus animos Græcorum sibi conciliat.

V. Perseus, jam bellum vivo patre cogitatum in animo

[4] *Sarta tecta*] Vid. not. ad XXIX. 37.

[5] *Id deûm immortalium templa demolientem facere*] Vox *demolientem* non exstat in prima editione, teste Hearnio. Sane magis placeret: *id in deûm immortalium templis facere.*

[6] * *Obstringere religione populum Romanum*] Subjicere populum Romanum pœnæ violatarum religionum.

[7] *Redemptores*] Ii qui tegulas reportandas conduxerant.

[8] *Sors opportuna fuit: P. Furius*] Videtur legendum . . . *fuit, ut P. Furius:* quod Pithœus apud Hearnium monet. *Sors opportuna fuit*, dum ita rem transegit, *ut P. Furius idem, cujus ea provincia fuerat, remaneret.*

[9] *Diviserunt dena jugera in singulos*] Qui cives Romani essent. Ceterum vix est, ut non hic exciderit aliquid. Debuit enim profecto Livius docere, quantus numerus civium Latinorumque in eorum agrorum possessionem missus sit. Nec facile nobis persuademus id ab eo prætermissum.

volvens, omnes, non gentes modo Græciæ, sed civitates etiam, legationibus mittendis, pollicendo plura, quam præstando, sibi conciliabat. Erant tamen magna ex parte hominum ad favorem ejus inclinati animi, et aliquanto quam in Eumenem propensiores: quum Eumenis beneficiis muneribusque omnes Græciæ civitates et plerique principum obligati essent: et ita se in regno suo gereret, ut, quæ sub ditione ejus, urbes [c] nullius liberæ civitatis fortunam secum mutatam vellent. contra Persea fama erat post patris mortem uxorem manu sua occidisse: Apellem, ministrum quondam fraudis in fratre tollendo, atque ob id requisitum a Philippo ad supplicium, exsulantem, arcessitum post patris mortem ingentibus promissis ad præmia tantæ perpetratæ rei clam interfecisse. intestinis [10] externisque præterea multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito, præferebant vulgo civitates tam pio erga propinquos, tam justo in cives, tam munifico erga omnes homines regi, seu fama et majestate Macedonum regum præoccupati ad spernendam originem novi regni; seu mutationis rerum cupidi; seu quia eum objectum esse Romanis volebant. Erant autem non Ætoli modo in seditionibus, propter ingentem vim æris alieni, sed Thessali etiam: [11] ea contagione, velut tabes, in Perrhæbiam quoque id pervaserat malum. [12] Quum Thessalos in armis esse nunciatum est, Ap. Claudium legatum ad eas res adspiciendas componendasque senatus misit. Qui, utriusque partis principibus castigatis, quum injusto fœnore gravatum æs alienum, ipsis magna ex parte concedentibus, qui onerarant, levasset, justi crediti solutionem [13] in * [d] annorum pensiones distribuit. Per eumdem Appium eodemque modo compositæ in Perrhæbia res. Ætolorum caussas Marcellus Delphis per idem tempus hostilibus actas animis, [14] quas intestino gesserant bello, cognovit. Quum certatum utrimque temeritate atque audacia cerneret, decreto quidem suo neutram partem aut levare, aut U. C. 579. A. C. 173.

[c] add. *essent* Gron. Crev.

[d] asteriscus abest a Gron. et Crev.

10 * *Externisque præterea*] Harum externarum cædium enumerationem habes infra in oratione Eumenis, n. 13.

11 *Ea contagione*] Lege cum Gronovio: *et contagione.*

12 *Quum Thessalos in armis esse nunciatum est*] Idem recte monet reponi debere: *Quum . . . . nunciatum esset.*

13 *In annorum pensiones*] Videtur intercidisse numerus annorum.

14 *Quas intestino gesserant bello*] Suspicari licet τὸ *gesserant* addidisse aliquem supplendæ sententiæ, quum jam corrupte legeretur *quas:* scripsisse autem Livium *quasi intestino bello.* Non enim bellum fuit, sed factionum rabies. GRONOVIUS. * Inelegans et obscurum additamentum, quod suspicamur assutum ab imperito librario, ad interpretandum membrum præcedens *hostilibus actas animis.* Sensus est: caussas eo ardore odiorum actas, quo si non cives, sed hostes inter se decertarent. Nihil ultra adjici opus est: et sublato illo quod nobis parum placet additamento, integra et clara est oratio.

U. C. 579. A. C. 173. onerare voluit: communiter ab utrisque petiit, abstinerent bello, et oblivione præteritorum discordias finirent. Hujus reconciliationis inter ipsos fides obsidibus ultro citroque datis firmata est. Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur.

VI. A Delphis et Ætolico concilio [15] Marcellus in Peloponnesum trajecit, quo Achæis edixerat conventum. Ubi, conlaudata gente, quod constanter vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum tenuissent, insigne adversus Persea odium Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens secum, quod de adparatibus belli omnia inquirens fecerat, Romam venit. Per idem tempus quinque legati ad regem missi, qui res in Macedonia adspicerent. Alexandriam iidem ad Ptolemæum renovandæ amicitiæ caussa proficisci jussi. Legati erant hi, C. Valerius, Cn. Lutatius Cerco, Q. Bæbius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Cæcilius Denter. Et ab Antiocho rege sub idem tempus legati venerunt: quorum princeps Appollonius, in senatum introductus, multis justisque caussis regem excusavit, 'Quod stipendium serius 'quoad diem præstaret. id se omne advexisse, ne cujus, nisi 'temporis, gratia regi fieret. Donum præterea adferre, [16] vasa 'aurea quingentûm pondo. Petere regem, ut, quæ cum patre 'suo societas atque amicitia fuisset, ea secum renovaretur; 'imperaretque sibi populus Romanus, quæ bono fidelique so-'cio regi essent imperanda, se nullo usquam cessaturum offi-'cio. Ea merita in se senatus fuisse, quum Romæ esset, eam 'comitatem juventutis, ut pro rege, non pro obside, omnibus 'ordinibus fuerit.' Legatis benigne responsum, et societatem renovare cum Antiocho, quæ cum patre ejus fuerat, A. Atilius prætor urbanus jussus. Quæstores urbani stipendium, vasa aurea censores acceperunt: eisque negotium datum est, ut ponerent ea, in quibus templis videretur: [17] legatoque [18] centum millium æris munus missum, et [19] ædes liberæ hospitio datæ, sumtusque decretus, donec in Italia esset. [20] Legati, qui in Syria fuerant, renunciaverunt, in maximo eum honore apud regem esse, amicissimumque populo Romano.

Legati in Macedoniam et Ægyptum.

Legati ab Antiocho Romam veniunt.

VII. In provinciis eo anno hæc. C. Cicereius prætor in

[15] *Marcellus in Peloponnesum trajecit, quo*] Videtur excidisse nomen ejus urbis, ubi illud concilium Achæorum habitum est.

[16] *Vasa aurea quingentûm pondo*] Livius procul dubio numerum vasorum apposuerat, quem librariorum incuria perire passa est. Ceterum quingenta pondo auri sunt marcæ auri nostrates 781. unciæ 2.

[17] *Legatoque*] Principi legationis Apollonio.

[18] *Centum millium æris*] Quæ redeunt ad marcas argenti nostrates 156. uncias 2.

[19] *Ædes liberæ*] Vid not. ad XXX. 17.

[20] *Legati qui in Syria fuerant, renunciaverunt*] Magis placeret *renunciaverant*. * Hic enim redditur ratio, cur tam honorifice tractatus sit ille nti ochi legatus.

Corsica signis conlatis pugnavit: septem millia Corsorum cæsa; capti amplius mille et septingenti. Voverat in ea pugna prætor ædem [21] Junoni monetæ. Pax deinde data petentibus Corsis, et exacta ceræ [22] ducena millia pondo. Ex Corsica subacta Cicereius in Sardiniam transmisit. Et in Liguribus in agro Statiellati pugnatum ad oppidum Carystum. Eo se magnus exercitus Ligurum contulerat. Primo sub adventum M. Popillii consulis mœnibus sese continebant: deinde, postquam oppidum obpugnaturum Romanum cernebant, progressi ante portas, aciem struxerunt: nec consul (ut qui id ipsum obpugnatione comminanda quæsisset) moram certamini fecit. Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes. Quod ubi consul vidit, nulla parte moveri Ligurum signa, imperat equitibus, ut equos conscendant, ac tribus simul partibus in hostes, quanto maximo possent tumultu, incurrant. Pars magna equitum mediam trajecit aciem, et ad terga pugnantium pervasit. Inde terror injectus Liguribus. diversi in omnes partes fugerunt. perpauci retro in oppidum, quia inde se maxime objecerat eques, et pugna tam pervicax multos absumserat Ligurum, et in fuga passim cæsi sunt. Decem millia hominum cæsa traduntur; amplius septingenti passim capti: signa militaria relata octoginta duo. Nec incruenta victoria fuit. amplius tria millia militum amissa; quum, cedentibus neutris, ex parte utraque primores caderent.

U. C. 579.
A. C. 173.
Corsi victi
Ligures quoque victi.

VIII. Post hanc pugnam ex diversa fuga in unum conlecti Ligures, quum majorem multo partem civium amissam, quam superesse, cernerent, ([23] nec enim plus decem millia hominum erant) dediderunt sese; nihil quidem illi pacti. speraverant tamen, non atrocius, quam superiores imperatores, consulem in se sæviturum. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipsos bonaque eorum vendidit: literasque senatui de rebus ab se gestis misit. Quas quum A. Atilius prætor in curia recitasset, (nam consul alter Postumius, agris recognoscendis in Campania occupatus, aberat) atrox res visa senatui: 'Statiellates, qui uni ex 'Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos, tum 'quoque obpugnatos, non ultro inferentes bellum; deditos in 'fidem populi Romani omni ultimæ crudelitatis exemplo lace-'ratos ac deletos esse: tot millia capitum innoxiorum, fidem

Dedunt se.
Venduntur.

[21] *Junoni*] Sic legi jussit Sigonius pro *Junonis*.

[22] *Ducena millia pondo*] Mallemus *ducenta*. Libræ Romanæ 200000 æquiparantur libris Parisiensibus 156250.

[23] *Nec enim plus decem millia hominum erat*] Vel hic numerus justo major est, vel numerus cæsorum in pugna de qua modo mentio facta est, justo minor. Dicuntur enim Statiellates in iis quæ proxime præcedunt majorem multo civium partem amisisse, quam quæ superesset.

U. C. 579. A. C. 173. 'inplorantia populi Romani, ne quis umquam se postea dedere 'auderet, pessimo exemplo venisse: et distractos passim '[24] justis quondam hostibus populi Romani pacatis servire. 'Quas ob res placere senatui, M. Popillium consulem Ligures, pretio emtoribus reddito, ipsos restituere in libertatem; bonaque ut iis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur curare. [25] Arma primo quoque tempore fieri in ea 'gente. consulem de provincia decedere, quum deditos in 'sedem suam Ligures restituisset. Claram victoriam [26] vincendo obpugnantes, non sæviendo in adflictos, fieri.

Redimi jubentur.

Consulis contumacia.

IX. Consul, qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eamdem ad non parendum senatui habuit. Legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis, iratus Patribus, infestus [27] prætori, Romam rediit: senatuque extemplo ad ædem Bellonæ vocato, multis verbis invectus est in prætorem: 'qui, quum ob 'rem bello [e] bene gestam, uti Diis inmortalibus honos habe'retur, referre ad senatum debuisset, adversus se pro hostibus 'senatusconsultum fecisset, quo victoriam suam ad Ligures 'transferret, dedique iis prope consulem prætor juberet. Itaque 'multam ei se dicere: a Patribus postulare, ut senatuscon'sultum in se factum tolli juberent: supplicationemque, [28] quam 'absentes ex literis, de bene gesta republica missis, decernere 'debuerint, præsentes honoris Deorum primum caussa, deinde 'et sui aliquo tandem respectu, decernerent.' Nihilo lenioribus, quam absens, senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re, in provinciam redit [f]. Alter consul Postumius, consumta æstate in recognoscendis agris, ne visa quidem provincia sua, comitiorum caussa Romam rediit. [29] consules C. Popillium Lænatem, P. Ælium Ligurem creavit. Prætores exinde [g] facti C. Licinius Crassus, M.

Comitia.

[e] *bello rem bene* Gron. Crev. [f] *rediit* Eæd. [g] *deinde* Eæd.

[24] *Justis . . . hostibus*] Qui vere et plane hostes fuerant: vel, quibuscum justum piumque bellum gestum esset.

[25] *Arma primo quoque tempore fieri*] Addidit Sigonius vocem *primo*. Ceterum ideo jubet senatus arma fieri in ea gente, ut rescindat id quod fecerat consul, qui arma Statiellatibus ademerat, ac nova fabricari procul dubio vetuerat.

[26] *Vincendo oppugnantes*] Recte Clericus: *vincendo pugnantes*.

[27] *Prætori*] Legebatur *prætoribus*. Emendavit Sigonius.

[28] *Quam absentes*] Gronovius mutat: *quam absenti sibi*. Sed debuerat ergo corrigere et τὸ *præsentes*, quod sequitur. Sane tam aberat senatus a Popillio, quam Popillius ab senatu. Et sic loquuntur Latini. Cic. in Bruto, n. 11. *Vos vero et præsentem me cura levatis, et absenti magna solatia dedistis.*

[29] *Consules C. Popillium Lænatem, P. Ælium Ligurem creavit*] Hi ambo primi de plebe consules fuisse in Fastis Capitolinis notantur: atque id miratur a Livio prætermissum esse Pighius. Sed hi quidem ambo primi de plebe consules magistratum gesserunt, at non primi creati sunt. Anno enim quarto secundi Punici belli Marcellus Sempronio Graccho collega datus fuerat: sed vitio creatus magistratum abdicavit. Atque illo loco diligenter annotatum a Livio est, tum primum duos consules plebeios factos esse. Vid. supra l. XXIII. c. 31.

Junius Pennus, Sp. Lucretius, Sp. Cluvius, Cn. Sicinius, C. Memmius iterum. U. C. 579. A. C. 173.

X. Eo anno lustrum conditum est. Censores erant Q. Fulvius Flaccus, [30] A.[h] Postumius Albinus. Postumius condidit. Censa sunt civium Romanorum capita ducenta sexaginta novem millia et quindecim. Minor aliquanto numerus, quia L. Postumius consul pro concione edixerat, qui sociûm Latini nominis ex edicto C. Claudii consulis redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, sed omnes in suis civitatibus censerentur. Concors et e republica censura fuit. omnes, quos senatu moverunt, quibusque equos ademerunt, ærarios fecerunt, et tribu moverunt: [31] neque ab altero notatum alter probavit. Fulvius ædem Fortunæ Equestris, quam proconsul in Hispania, dimicans cum Celtiberorum legionibus, voverat, annos sex post, quam voverat, dedicavit: et scenicos ludos per quatriduum, unum diem in circo fecit. L. Cornelius Lentulus, decemvir sacrorum, eo anno mortuus est. in locum ejus subfectus A. Postumius Albinus. Locustarum tantæ nubes a mari vento repente in Apuliam inlatæ sunt, ut examinibus suis agros late operirent. ad quam pestem frugum tollendam [32] Cn. Sicinius prætor designatus, cum imperio in Apuliam missus, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis absumsit. Principium insequentis anni, quo C. Popillius et P. Ælius fuerunt consules, residuas contentiones ex priore anno habuit. Patres referri de Liguribus, renovarique senatusconsultum volebant, et consul Ælius referebat. Popillius et collegam et senatum pro fratre deprecabatur; præ se ferens, si qui [i] decernerent, intercessurum, collegam deterruit. Patres, eo magis utrique pariter consulum infensi, in cœpto perstabant. Itaque, quum de provinciis ageretur, et Macedonia, jam inminente Persei bello, peteretur, Ligures ambobus consulibus decernuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popillio referretur. Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est. Prætoribus quoque in Hispaniam supplementum petentibus negatum: M. Junio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Crassus urbanam jurisdictionem, Cn. Sicinius inter peregrinos erat sortitus, C.

Locustæ in Apulia.

U. C. 580. A. C. 172. C. Popillio, P. Ælio Coss.

Contentiones de Liguribus.

[h] *A.* l. *L.* Gron. [i] *quid* Gron. Crev.

[30] *A. Postumius*] Hactenus *L. Postumius*. Debuerant editores parere Sigonio prænomen hujus censoris corrigenti ex Livio, l. XLI. c. 27. et Fastis Capitolinis.

[31] *Neque ab altero notatum alter probavit*] Sigonius inseruit vocem *alter*, quæ necessaria erat.

[32] *Cn. Sicinius*] Editi habent *C. Sicinius*. Sed quum et supra et infra vocetur *Cn.* prænomen ei suum hoc quoque loco restituimus.

U. C. 580. A. C. 172.

Memmius Siciliam, Sp. Cluvius Sardiniam. Consules, ob ea irati senatui, Latinis feriis in primam quamque diem indictis, in provinciam abituros esse[k] denunciarunt; nec quidquam reipublicæ acturos, præterquam quod ad provinciarum administrationem adtineret.

Eumenes Romam venit.

XI. Attalum, regis Eumenis fratrem, legatum venisse Romam, Valerius Antias his consulibus scribit, ad deferenda de Perseo crimina, indicandosque adparatus belli. Plurium annales, et quibus credidisse malis, ipsum Eumenem venisse tradunt. Eumenes igitur, ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum ejus, sed beneficiis etiam suis, ingentia quæ in eum congesta erant, existimaret deberi populus Romanus, in senatum est introductus. 'Caussam veniendi sibi Romam fuisse,' dixit, 'præter cupiditatem visendi Deos hominesque, quorum beneficio in ea 'fortuna esset, supra quam [33] ne optare quidem auderet, 'etiam ut coram moneret senatum, ut Persei conatis obviam 'iret.' Orsus inde a Philippi consiliis, 'necem Demetrii 'filii' retulit, 'adversantis Romano bello; Bastarnarum gentem excitam sedibus suis, quorum auxiliis fretus in Italiam 'transiret. Hæc eum volutantem in animo, obpressum fato, 'regnum ei reliquisse, quem infestissimum esse sensisset Romanis. itaque Persea, hæreditarium a patre relictum bellum, 'et simul cum imperio traditum, [34] jamjam primum alere ac 'fovere omnibus consiliis. Florere præterea juventute, quam 'stirpem longa pas ediderit, florere opibus regni, florere 'etiam ætate. Quæ quum corporis robore ac viribus vigeat, 'animum esse inveteratum diutina arte atque usu belli. Jam 'inde a puero, patris contubernio, Romanis quoque bellis, 'non finitimis tantum, adsuetum, missum a patre in expeditiones multas variasque. Jam ex quo ipse accepisset regnum, multa, quæ non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, admirando rerum successu tenuisse. 'Accessisse ad vires eam, quæ longo tempore, multis magnisque meritis pareretur[l], auctoritatem.

Perseum suspectum facit Romanis.

XII. 'Nam apud Græciæ atque Asiæ civitates vereri majestatem ejus omnes. nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere pro certo posse, 'utrum felicitate id quadam ejus accidat, an, quod ipse vereatur dicere, invidia adversus Romanos favorem illi conciliet.

[k] *esse* l. *se* Gron. Crev. [l] *pararetur* Exed.

[33] *Ne optare quidem*] Adde *quicquam*.

[34] *Jamjam primum*] Hoc corruptum est. Corrigit Gronovius *tanquam primum*: id est, tanquam aliquid primum ac præcipuum, quod potissimum spectaret. Sed durius videtur hoc loquendi genus, quam pro Liviana elegantia.

'Inter ipsos quoque reges ingentem auctoritate; [35] Seleuci fi- U. C. 580.
'liam duxisse eum, non petentem, sed petitum ultro; sororem A. C. 172.
'dedisse Prusiæ [36] precanti ac oranti: celebratas esse utrasque nuptias gratulatione donisque innumerabilium legationum, et [37] velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse. Bœotorum gentem, captatam Philippo, numquam ad scribendum amicitiæ fœdus adduci potuisse: tribus nunc locis cum Perseo fœdus incisum literis esse: uno Thebis, altero [38] ad Delum, augustissimo et celiberrimo in templo, tertio Delphis. in Achaïco concilio vero, nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentantes esset, eo rem prope adductam, ut aditus et in Achaiam daretur. [39] At, Hercule, suos honores, cujus merita in eam gentem privatim, an publice, sint majora, vix dici posset, partim desertos per incultum ac neglegentiam, partim hostiliter sublatos esse. Jam, Ætolos, quem ignorare, in seditionibus suis non ab Romanis, sed a Perseo præsidium petiisse? His eum fultum societatibus atque amicitiis eos domesticos adparatus belli habere, ut externis non egeat; triginta millia peditum, quinque millia equitum: in decem annos [40] frumentum præparare, ut abstinere et suo et hostium agro frumentandi caussa possit. Jam pecuniam tantam habere, ut [41] decem millibus mercenariorum militum, præter Macedonum copias, stipendium in totidem annos præparatum habeat: præter annuum, quod ex metallis regiis capiat, vectigal. Arma [42] vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congessisse. [43] Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subjectam esse.'

[35] *Seleuci filiam*] Laodicen, quæ deducta ad eum fuerat a Rhodiis, ut testatur Polyb. Legat. 60. Unde infra dicit Eumenes nuptias illas auspicibus nobilissimis populis celebratas et deductas esse.

[36] *Precanti ac oranti*] Lege *et oranti*. Neque enim apud optimos illos Latinitatis auctores vocula *ac* ponitur ante vocalem.

[37] * *Velut auspicibus*] Vox propria in negotio nuptiali. Etenim auspices nuptiis apud Romanos interponebantur, qui auguriis exquirerent utrum volentibus propitiisque diis nuptiæ fierent. † Vid. Valer. Max. l. II. c. 1.

[38] *Ad Delum*] Olim *ad Sidenum*. Correxit Sigonius.

[39] *At Hercule suos honores...partim deserto...partim...sublatos esse*] Sed ii haud ita multo post restituti sunt, nisi qui aliquid habebant, quod aut parum decorum esset Achæorum communi, aut legibus repugnaret. Rem narrat Polybius, qui etiam, ut id fieret, multum adjuvit. Eum vide Legat. 74.

[40] *Frumentum præparare*] An non potius, *præparatum?* Supple ex præcedentibus *habere*: quemadmodum paulo infra, *stipendium præparatum habeat*: et c. 52. Perseus ipse dicit *se et pecuniam, et frumentum..in decem annos seposuisse.*

[41] *Decem millibus*] Sic dedimus, auctore Gronovio. Prius *decem millia.*

[42] *Vel tribus tantis*] Tribus etiam exercitibus tam numerosis, quam ille est quem jam collectum habet Perseus. Ceterum τὸ *tantis* debetur Sigonio, quum prius legeretur *tantum.*

[43] * *Juventutem, ut jam Macedonia*] Etiamsi Macedonia milites jam suppeditare non posset, Thraciam vicinam ei et ad manum esse, unde, tanquam ex perenni fonte, hauriat militarem juventutem.

U. C. 580. A. C. 172. Hortatur ad bellum contra Persea.

XIII. Reliquum orationis adhortatio fuit. 'Non ego hæc,' inquit, 'incertis jactata rumoribus, et cupidius credita, quia 'vera esse de inimico crimina volebam, adfero ad vos, Patres 'conscripti; sed comperta et explorata, haud secus quam si 'speculator missus a vobis subjecta oculis referrem. Neque, 'relicto regno meo, quod amplum et egregium vos fecistis, mare 'tantum trajecissem, ut vana ad vos adferendo fidem abroga-'rem mihi. Cernebam nobilissimas Asiæ et Græciæ civitates, 'in dies magis denudantes judicia sua, mox, si permitteretur, 'eo processuras, unde receptum ad pœnitendum non haberent. 'Cernebam Persea, non continentem se Macedoniæ regno, 'alia 'armis occupantem, alia, quæ vi subigi non possunt, favore ac 'benevolentia complectentem. Videbam, quam inpar esset 'sors, [44] quum ille vobis bellum [m], vos ei securam pacem præ-'staretis; quamquam mihi quidem non parare, sed gerere pene 'bellum videbatur. [45] Abrupolim, socium atque amicum ves-'trum, regno expulit. Artetarum Illyrium, quia scripta ab eo 'quædam vobis comperit, socium item atque amicum vestrum, 'interfecit. [46] Eversam [n] et Callicritum Thebanos, principes 'civitatis, quia liberius adversus eum in concilio Bœotorum lo-'cuti fuerant, delaturosque ad vos, quæ agerentur, professi 'erant, tollendos curavit. Auxilium Byzantiis adversus fœdus 'tulit, [47] Dolopiæ bella intulit, Thessaliam et Doridem cum 'exercitu pervasit, ut in bello intestino deterioris partis auxilio 'meliorem adfligeret. Confudit et miscuit omnia in Thessalia 'Perrhæbiaque spe novarum tabularum, ut manu debitorum 'obnoxia sibi optimates obprimeret. Hæc quum vobis quies-'centibus et patientibus fecerit, et concessam sibi Græciam 'esse a vobis videat; pro certo habet, neminem sibi, ante-'quam in Italiam trajecerit, armatum obcursurum. Hoc quam 'vobis tutum aut honestum sit, vos videritis: ego certe mihi 'turpe esse duxi, prius Persea ad bellum inferendum, quam me 'socium ad prædicendum, ut caveretis, venire in Italiam. Func-'tus necessario mihi officio, et quodam modo liberata atque 'exonerata fide mea, quid ultra facere possum, quam uti Deos 'Deasque precer, ut vos et vestræ reipublicæ, et nobis sociis 'atque amicis, qui ex vobis pendemus, consulatis?'

[m] add. [*pararet*] Crev.

[n] *Evercam* Ead.

[44] *Quum ille vobis bellum pararet*] Verbum *pararet* adjecit Gronovio auctore Clericus. Nec dubitabit, quin Livius ita scripserit, qui ea legerit quæ sequuntur: *quanquam mihi quidem non parare, sed gerere pene bellum videbatur.* Est enim correctio, tanquam minus quam res est dixisset. Oportuit igitur etiam eum dixisse quod corrigit.

[45] *Abrupolim socium*] Quæ hic et infra c. 40. indicantur de Abrupoli, de Artetaro, de Everca, et Callicrito, fusius memoraverat procul dubio Livius in iis quæ exciderunt de libro XLI. Illo enim libro initia continebantur belli Macedonici, ut constat ex epitome. Abrupolim Sapensium regem (Sapaica Thraciæ regio est) fuisse, e Pausaniæ corrupto licet textu eruitur, in Achaicis, sive libro VII.

[46] *Evercam*] Ita legendum censet Henr. Valesius, non *Eversam*: quia illud Græcum nomen est, hoc non item.

[47] *Dolopiæ bella intulit*] Lege cum Gronovio *bellum*.

XIV. Hæc oratio movit Patres conscriptos. ceterum in præsentia nihil, præterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit: eo silentio clausa curia erat. bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanavere. Persei deinde regis legatis post paucos dies senatus datus est. Ceterum, præoccupatis non auribus magis, quam animis, ab Eumene rege, omnis et defensio et deprecatio legatorum respuebatur: et exasperavit animos [48] ferocia animi Harpali, qui princeps legationis erat. Is, 'velle quidem et laborare,' dixit 'regem, ut purganti, se nihil hostile 'dixisse aut fecisse, fides habeatur: ceterum, si pervicacius 'caussam belli quæri videat, forti animo defensurum se. Mar'tem communem esse, et eventum incertum belli.' Omnibus civitatibus Græciæ atque Asiæ curæ erat, quid Persei legati, quid Eumenes in senatu egisset: et propter adventum ejus, quem moturum aliquid rebantur, miserant pleræque civitates, alia in speciem præferentes, legatos. [49] et legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque suam Persei criminibus junxisset. Itaque omni modo per patronos hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quærebat. Quod quum contigisset, libertate intemperantius invectus in regem, quod Lyciorum gentem adversus Rhodios concitasset, graviorque Asiæ esset, quam Antiochus fuisset; popularem quidem ac gratam populis Asiæ (nam eo quoque jam favor Persei venerat) orationem habuit: ceterum invisam senatui, inutilemque sibi et civitati suæ. Eumeni vero conspiratio adversus eum, favorem apud Romanos fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplissima data, cum sella curuli atque eburneo scipione.

U. C. 580. A. C. 172. Miro silentio clausa curia. Legati Persei. Rhodii frustra Eumenem adcusant.

XV. Legationibus dimissis, quum Harpalus, [50] quanta eximia celeritate poterat, regressus in Macedoniam, nunciasset regi, nondum quidem parantes bellum reliquisse se Romanos, sed ita infestos, ut facile adpareret, non dilaturos; et ipse, præterquam quod et ita credebat futurum, jam etiam volebat, [51] in flore virium se credens esse. Eumeni ante omnes infestus erat: a cujus sanguine ordiens bellum, Evandrum Cretensem, ducem auxiliorum, et Macedonas tres, adsuetos ministeriis talium facinorum, ad cædem regis subornat: literasque eis dat ad Praxo hospitam, principem auctoritate et

In Eumenem percussores mittit Perseus.

48 *Ferocia animi Harpali*] Bene videtur inversis litteris emendare Gronovius: *ferocia nimia Harpali.*

49 *Et legatio Rhodiorum erat*] Gronovius putat excidisse aliquid, quale foret: *Inter ceteras et legatio.*

50 *Quanta eximia*] Legit idem Gronovius, *quanta maxima.*

51 *In flore virium se credens esse*] Credens sibi vires, id est, copias, apparatus, opes omnia denique ad bellum fortiter feliciterque gerendum adjumenta, esse in ipso flore, in ipso integri roboris vigore: ac proinde iis jam uti tempus esse.

U. C. 580. A. C. 172. opibus Delphorum. Satis constabat, Eumenem, ut sacrificaret Apollini, Delphos adscensurum. [52] Progressi [o] cum Evandro insidiatores, nihil aliud ad peragendum inceptum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quærebant. Adscendentibus ad templum a Cirrha, priusquam perveniretur ad frequentia ædificiis loca, maceria erat ab læva semitæ paullum exstans a fundamento, qua singuli transirent; dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. post maceriam se abdiderunt, gradibus adstructis, ut ex ea, velut e muro, tela in prætereuntem conjicerent. [53] Primo a mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat: deinde extenuabant paullatim angustiæ agmen. Ubi ad eum locum ventum est, qua singulis eundum erat, primus semitam ingressus Pantaleon Ætoliæ princeps, cum quo institutus regi sermo erat. Tum insidiatores exorti saxa duo ingentia devolvunt: quorum altero caput ictum est regi, altero [54] humerus sopitus. [55] ex semita proclivi in declive multis super prolapsum jam saxis congestis, et ceteri quidem etiam amicorum et satellitum, postquam cadentem videre, diffugiunt, Pantaleon constanter inpavidus mansit ad protegendum regem.

Adscendentem Delphos lapidibus obruunt.

XVI. Latrones, quum brevi circumitu maceriæ decurrere ad conficiendum saucium possent, velut perfecta re, in jugum Parnasi [p] refugerunt eo cursu, ut, quum unus non facile sequendo per invia atque ardua moraretur fugam eorum, ne comprenso indicium emanaret, occiderint comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde satellites ac servi concurrerunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem. Vivere tamen ex calore et spiritu remanente in præcordiis senserunt; victurum exigua ac prope nulla spes erat. Quidam ex satellitibus, secuti latronum vestigia, quum usque ad jugum Parnasi, nequidquam fatigati, pervenissent, re infecta redierunt. Adgressi facinus Macedones, ut inconsulte, ita audacter cœptum, nec consulte et timide reliquerunt. Compotem jam sui regem amici postero die deferunt ad navem: inde Corinthum: a Corintho, per Isthmi jugum navibus traductis, Æginam trajiciunt. Ibi adeo secreta ejus cu-

Sopitus vulnere tollitur.

[o] *Prægressi* Crev. Doer.

[p] *Parnassi* Gron. Crev.

52 *Prægressi*] Sequimur emendationem Gronovii. Vulgo *progressi*.

53 *Primo a mari*] Primo dum procedebant a mari, quod Cirrham alluit, ascensuri Delphos. Cirrha portus Delphorum est. Itidem Plutarchus hanc ipsam rem narrans in libro de Fraterno Amore, scribit insidias Eumeni positas quum iret πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ θαλάσσης. Frustra ergo Gronovius hunc Livii locum suspectum habet, censetque legendum *primo agmine*. Nihil mutandum.

54 * *Humerus sopitus*] Humerus ita elisus, ut motum sensumque amitteret.

55 *Ex semita proclivi in declive*] Possumus quidem explicare: multis super Eumenem prolapsum jam congestis in declive saxis ex semita proclivi. Tamen hic redundare crediderimus vel *proclivi*, vel *in declive*.

ratio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret. Attalus quoque celerius, quam dignum concordia fraterna erat, credidit. nam et cum uxore fratris, et præfecto arci, tamquam jam haud dubius regni hæres, est locutus. Quæ postea non fefellere Eumenem: et, quamquam dissimulare et tacite habere id patique statuerat, tamen in primo congressu non temperavit, quin uxoris petendæ præmaturam festinationem fratri objiceret. Romam quoque fama de morte Eumenis perlata est.

U. C. 580. A. C. 172. Convalescit.

XVII. Sub idem tempus C. Valerius ex Græcia, qui legatus ad visendum statum regionis ejus speculandaque consilia Persei regis missus erat, rediit; congruentiaque omnia criminibus ab Eumene adlatis referebat. simul et adduxerat secum Praxo a Delphis, cujus domus receptaculum latronum fuerat, et L. Rammium Brundisinum, qui talis indicii delator erat. Princeps Brundisii Rammius fuit; hospitio quoque et duces Romanos omnes, et legatos exterarum quoque gentium insignes, præcipue regios, accipiebat. ex eo notitia ei cum absente Perseo fuerat: literisque spem amicitiæ interioris magnæque inde fortunæ facientibus, ad regem profectus, brevi perfamiliaris haberi, trahique, magis quam vellet, in arcanos sermones est cœptus. Promissis enim ingentibus præmiis petere instituit ab eo rex, 'Quoniam duces 'omnes legatique Romani hospitio ejus uti adsuessent, quibus 'eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum curaret. cujus 'scire se comparationem plurimum difficultatis et periculi ha- 'bere, pluribus consciis comparari. eventu præterea incerto esse, '[56] ut aut satis efficacia ad rem peragendam, aut tuta ad rem 'celandam dentur. Se daturum, quod nec in dando, nec 'datum, ullo signo deprendi posset.' Rammius, veritus ne, si abnuisset, primus ipse veneni experimentum esset, facturum pollicitus proficiscitur. nec Brundisium ante redire, quam convento C. Valerio legato, qui circa Chalcidem esse dicebatur, voluit. Ad eum primum indicio delato, jussu ejus Romam simul venit. Introductus in curiam, quæ acta erant, exposuit.

Index sceleris Romam adducitur.

Perseus per veneficia grassari conatur in Rom.

XVIII. Hæc ad ea, quæ ab Eumene delata erant, accessere, quo maturius hostis Perseus judicaretur: quippe quem non justum modo adparare bellum regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant. Belli administratio ad novos consules rejecta est: in præsentia tamen Cn. Sicinium prætorem, cujus inter cives et peregrinos jurisdictio erat, scribere milites placuit; qui, Brundisium ducti, primo quoque tem-

Paratur bellum in Persea.

[56] *Ut aut satis efficacia ad rem peragendam, aut tuta ad rem celandam dentur*] Ingrata est repetitio vocis *rem*. Eam delet Gronovius in posteriore membro. Idem mallet quoque, nec sine causa, *efficax*, *tutum*, *detur*.

U. C. 580. A. C. 172.

pore Apolloniam in Epirum trajicerentur ad occupandas maritimas urbes, ubi consul, cui provincia Macedonia obvenisset, classem adpellere tuto, et copias per commodum exponere posset. Eumenes, aliquamdiu Æginæ retentus periculosa et difficili curatione, quum primum tuto potuit, profectus Pergamum, præter pristinum odium recenti etiam scelere Persei stimulante, summa vi parabat bellum. Legati eo ab Roma, gratulantes quod e tanto periculo evasisset, venerunt. Quum Macedonicum bellum in annum dilatum esset, ceteris prætoribus jam in provincias profectis, M. Junius et Sp. Lucretius, quibus Hispaniæ provinciæ obvenerant, fatigato sæpe idem petendo senatu, tandem pervicerunt, ut supplementum sibi ad exercitum daretur tria millia peditum, [57] centum et quinquaginta equites in Romanas legiones: in socialem exercitum quinque millia peditum, [58] et trecentos equites, imperare sociis jussi. Hoc copiarum in Hispanias cum prætoribus novis portatum est.

Eumenes redit Pergamum.

XIX. Eodem anno, quia per recognitionem Postumii consulis magna pars agri Campani, quem privati sine discrimine passim possederant, recuperata in publicum erat, M. Lucretius tribunus plebis promulgavit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent: quod factum tot annis post captam Capuam non fuerat, [59] ut in vacuo vagaretur cupiditas privatorum. Quum in exspectatione senatus esset, bello etsi non indicto, tamen jam decreto, qui regum suam, Persei qui secuturi amicitiam essent, [60] legati Ariarathis, puerum filium regis secum adducentes, Romam venerunt. quorum oratio fuit, 'regem educandum filium Romam misisse, ut jam 'inde a puero adsuesceret moribus Romanis hominibusque. 'Petere, ut eum non sub hospitum modo privatorum custodia, 'sed publicæ etiam curæ ac velut tutelæ vellent esse.' Ea regis legatio grata senatui fuit. Decreverunt, ut Cn. Sicinius prætor ædes instructas locaret, [61] ubi filius regis comitesque ejus habitare possent. Et Thracum legatis, apud se disceptantibus, et societatem amicitiamque petentibus, et, quod petebant, datum est, et munera [62] binûm millium æris sum-

Ariarathis filius Romæ.

[57] *Centum et quinquaginta equites*] Vel supple, vel adde *scribere*.

[58] *Et trecentos equites imperare sociis jussi*] Hinc sustulimus manifestum solœcismum, qui plerasque nuperarum editionum insederat, *trecenti*.

[59] * *Ut in vacuo*] Ita ut cupiditas privatorum, nullo retardata freno, invaderet agros vacuos et nulli colono attributos.

[60] *Legati Ariarathis, puerum filium regis secum adducentes*] Hic puer non erat genuinus regis filius, sed illi subditus ab Antiochide uxore, diu sterili: quæ postea quum filium peperisset, rem totam viro aperuit: atque ille, ne hic subdititius legitimo hæredi negotium olim facesseret, eum procul ab Cappadocia amandabat. Hæc infra narrata fusius reperientur l. XLVII. c. 14. ex Diodori l. XXXI. deprompta.

[61] *Ubi*] Hic quoque peccant recentiores editi, habentque *ut* pro *ubi*, quod exstat in antiquioribus.

[62] *Binûm millium æris*] Mercarum argenti Paris. 3. unciæ 1.

næ in singulos missa. Hos utique populos, quod ab tergo Macedoniæ Thracia esset, adsumtos in societatem gaudebant. Sed ut in Asia quoque et insulis explorata omnia essent, Ti. Claudium Neronem, M. Decimium legatos miserunt. adire eos Cretam et Rhodum jusserunt, simul renovare amicitiam, simul speculari, num sollicitati animi sociorum ab rege Perseo essent. U. C. 580. A. C. 172.

XX. In suspensa civitate ad exspectationem novi belli, nocturna tempestate [63] columna rostrata in Capitolio * [q] bello Punico [r] consulis, cui collega Ser. Fulvius fuit, tota ad imum fulmine discussa est. Ea res, prodigii loco habita, ad senatum relata est. Patres ad aruspices referre, et decemviros adire libros jusserunt. Decemviri, [64] lustrandum oppidum, [65] supplicationem obsecrationemque habendam, victimis majoribus sacrificandum et in Capitolio Romæ, et in Campania ad Minervæ promontorium, renunciarunt: ludos per decem dies Jovi optimo maximo primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. Aruspices, in bonum versurum id prodigium, prolationemque finium et interitum perduellium portendi, responderunt; quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra, quæ tempestas disjecisset. Accesserunt, [66] quæ cumularent religiones animis. Saturniæ, nunciatum erat, sanguine per triduum in oppido pluisse; Calatiæ asi- Prodigia.

[q] nota lacunæ abest: Gron. Crev. [r] — *Punico priore posita a M. Æmilio consule, cui etc.* Gron. Uncinis inclusa *priore — Æmilio* refert Crev.

[63] *Columna rostrata in Capitolio, bello Punico* [*priore posita a M. Æmilio*] Quinque ultimæ voces adjectæ sunt a Sigonio. Ceterum hujus columnæ rostratæ nulla alia exstat memoria. Triumphasse illos consules de Pœnis et Cossurensibus Fasti Capitolini testes sunt. Vid. supra l. XVIII. c. 41. *Rostrata* est rostris navium exornata.

[64] *Lustrandum oppidum*] Sacrificium peragendum esse, in quo oppidum circuiret et ambiret victima. *Lustratio*, vel *lustrum* commune erat nomen omnium sacrificiorum, in quibus hostia circumducebatur. Si circum urbem, dicebatur peculiari nomine *amburbium*; si circum agros, *ambarvalia*; si circum exercitum, *lustri* appellationem retinebat. *Amburbium* describitur a Lucano, l. I. v. 592. et seq. *Ambarvalia* a Virgilio, l. I. Georg. v. 345. et seq. Vid. et Festum in voce *Amburbiales*, et Servium ad Eclog. III. v. 77. Ceterum hic illud notandum occurrit, quod quum sermo de Roma sit, *oppidi* nomen usurpatur. Id mirum prima adspectu videri debet iis qui norunt hanc esse pervulgatam scriptorum Romanorum consuetudinem, ut Romam *urbis κατ' ἐξοχὴν* nomine insigniant, *oppida* soleant dicere minores urbes. Sed nimirum hoc loco et aliis similibus non tota Roma *oppidi* nomine intelligenda est, sed certa quædam ejus regio: ut Parisiis duas urbis partes, alteram nominamus *la Cité*, alteram *la Ville*. Jos. Scaliger in conjectaneis ulterius rem exsequitur, et oppidi nomine designatam esse putat Romam illam quadratam, a Romulo primum conditam.

[65] *Supplicationem observationemque*] *Supplicatio* erat, ut facile quivis annotare potuit ex sexcentis Livii locis, quum populus templa circumibat, et, cæsis victimis, vel gatulabatur de prosperis, vel mala deprecabatur. *Obsecratio* fiebat in foro, nec videtur aliud fuisse, nisi precatio quædam, quam e Rostris sacerdos publicus perageret. Vid. supra nostrum, l. IV. c. 21. et Sueton. in Claudio, c. 22.

[66] * *Quæ cumularent religiones animis*] Quæ magis ac magis animos implerent religionibus, novisque iræ divinæ timoribus.

U. C. 580. A. C. 172.

num tripedem natum, et taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos. Auximi terra pluisse. Horum quoque prodigiorum caussa res divinæ factæ, et supplicatio unum diem feriæque habitæ.

XXI. Consules ad id tempus in provincias non exierant, quia neque, uti de M. Popillio referrent, senatui obsequebantur, et, nihil aliud decernere prius, statutum Patribus erat. Aucta etiam invidia est Popillii literis ejus, quibus

Res in Liguria gestæ.

iterum cum Statiellatibus Liguribus proconsul [67] pugnasse se scripsit, ac se decem millia eorum occidisse. propter cujus injuriam belli ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum vero non absens modo Popillius, qui deditis contra jus ac fas bellum intulisset, et pacatos ad rebellium incitasset, sed consules, quod non exirent in provinciam, in senatu increpiti. hoc consensu Patrum accensi M. Marcius Sermo et Q. Marcius Scylla, tribuni plebis, et consulibus multam se dicturos, nisi in provinciam exirent, denuncia-

Rogatio de Statiellatibus.

runt; et rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in senatu recitarunt. Sanciebatur, [68] 'ut 'qui ex Statiellis deditis in libertatem restitutus [69] ante Ka'lendas Sextiles primas non esset, cujus dolo malo is in ser'vitutem venisset, ut juratus senatus decerneret, qui eam 'rem quæreret animadverteretque.' Ex auctoritate deinde senatus eam rogationem promulgarunt. Priusquam proficiscerentur consules, C. Cicereio prætori prioris anni ad

Cicereius de Corsis triumphat in monte Albano.

ædem Bellonæ senatus datus est. Is, expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoque frustra triumpho, in monte Albano, quod jam in morem venerat, ut sine publica auctoritate fieret, triumphavit. Rogationem Marciam de Liguribus magno consensu plebes scivit jussitque. ex eo plebiscito C. Licinius prætor consuluit senatum, quem quærere ea [a] rogatione vellet. Patres ipsum eum quærere jusserunt.

XXII. Tum demum consules in provinciam profecti sunt, [70] exercitumque a M. Popillio ceperunt. Neque tamen M. Popillius reverti Romam audebat, ne caussam diceret, adverso senatu, infestiore populo, apud prætorem,

[a] *ea* l. *ex* Gron. Crev.

[67] *Pugnasse se scripsit, ac se decem millia*] Forte *sedecim millia*. Ingrata enim auribus accidit repetitio voculæ *se* tam propinquis in locis. PERIZONIUS.

[68] *Ut qui ex Statiellis . . . ut juratus senatus*] Geminationem particulæ *ut* in ejusmodi formulis jam aliquoties annotavimus, et observabit infra diligens lector, capp. 22. 28. et 30. * Sensus hujus rogationis, qui paulo impeditior videri potest, perspicuus fiet revocanti in ordinem, trajecta, ex more his in formulis usitato, orationis membra. Ut juratus senatus decerneret, qui inquireret animadverteretque in eum, cujus dolo malo in servitutem venundatus esset, quicunque ex Statiellis non restitutus foret in libertatem ante Kalendas Sextiles.

[69] *Ante Kalendas Sextiles primas*] Ante Kalendas Sextiles proxime secuturas. Vid. not. 59. ad l. XXIII. c. 32.

[70] *Exercitumque a M. Popillio ceperunt*] Lege cum Gronovio *acceperunt*. Sic enim solet loqui Livius.

qui de quæstione in se posita senatum consuluisset. Huic detrectationi ejus tribuni plebis, alterius rogationis denunciatione, obcurrerunt: ut, si non ante Idus Novembres in urbem Romam introïsset. de absente eo C. Licinius statueret ac judicaret. Hoc tractus vinculo quum redisset, [71] ingenti cum invidia in senatum venit. Ibi quum laceratus jurgiis multorum esset, senatusconsultum factum est, ut, qui Ligurum post Q. Fulvium, L. Manlium consules hostes non fuissent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius prætores in libertatem restituendos curarent, agrumque iis trans Padum consul C. Popillius daret. Multa millia hominum hoc senatusconsulto restituta in libertatem, transductisque[t] Padum ager est adsignatus. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Licinium caussam dixit: tertio prætor, gratia consulis absentis et Popilliæ familiæ precibus victus, Idibus Martiis adesse reum jussit, quo die novi magistratus inituri erant honorem; ne diceret jus, qui privatus futurus esset. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est.

U. C. 580.
A. C. 172.

XXIII. Legati Karthaginienses eo tempore Romæ erant, et Gulussa filius Masinissæ: inter eos magnæ contentiones in senatu fuere. Karthaginienses querebantur, 'præter agrum, de 'quo ante legati ab Roma, [72] qui in re præsenti cognoscerent, 'missi essent, amplius septuaginta oppida castellaque agri 'Karthaginiensis biennio proximo Masinissam vi atque armis 'possedisse. Id illi, [73] cui nihil pensi sit, facile esse. Karthaginienses fœdere inligatos silere. Prohiberi enim extra fines 'efferre arma. Quamquam sciant, in suis finibus, si inde Numidas pellerent, se gesturos bellum; illo haud ambiguo capite fœderis deterreri, quo diserte vetentur cum sociis populi 'Romani bellum gerere. Sed jam ultra superbiam crudelitatemque et avaritiam ejus non pati posse Karthaginienses. 'missos esse, qui orarent senatum, ut trium harum rerum 'unam ab se impetrari sinerent: ut vel ex æquo apud socium 'populum, quid cujusque esset, disceptarent: vel permitterent 'Karthaginiensibus, ut adversus injusta arma pio justoque se 'tutarentur bello: vel ad extremum, si gratia plus, quam veritas, apud eos valeret, semel statuerent, quid donatum ex alieno Masinissæ vellent. Modestius certe daturos eos, et scituros, quid dedissent: ipsum nullum, præterquam suæ libidinis arbitrio, finem facturum. Horum si nihil impetrarent,

De Masinissa Karthaginiensium querelæ in senatu.

[t] *traductisque* Crev.

[71] * *Ingenti cum invidia*] Magna invidia oneratus, mirum in modum omnibus invisus.

[72] *Qui in re præsenti*] Adjecit Sigonius particulam *in*, quæ necessaria erat. Hæc est enim quasi solennis quædam loquendi forma, qua usus quoque est Livius bis, de his ipsis inter Masinissam et Carthaginienses controversiis agens, supra l. XL. c. 17. et l. XXXIV. c. 62.

[73] * *Cui nihil pensi sit*] Qui pro arbitrio ac libidine omnia agat, nihil expendens, nullius aut legis aut juris rationem habens. Supra XXVI. 15. *Queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam unquam pensi fuisset.*

U. C. 580.
A. C. 172.

'et aliquod suum post datam a P. Scipione pacem delictum 'esset, ipsi potius animadverterent in se. Tutam servitutem 'se sub dominis Romanis, quam libertatem expositam ad in-'jurias Masinissæ, malle. Perire namque semel ipsis satius 'esse, quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum du-'cere.' Sub hæc dicta lacrimantes procubuerunt; stratique humi, non sibi magis misericordiam, [74] quam regi * [u].

Gulussa defendit patrem.

XXIV. Interrogari Gulussam placuit, quid ad ea responderet, aut, si prius mallet, expromeret, super qua re Romam venisset. Gulussa, 'Neque sibi facile esse,' dixit, 'de iis re-'bus agere, de quibus nihil mandati a patre haberet: neque 'patri facile fuisse mandare, quum Karthaginienses, nec de 'qua re acturi essent, nec omnino ituros se Romam, indicave-'rint. In æde Æsculapii clandestinum eos per aliquot noctes 'consilium principum habuisse, [75] unde præterea legatos oc-'cultis cum mandatis Romam mitti. Eam caussam fuisse patri 'mittendi se Romam, [76] qui deprecaretur senatum, ne quid 'communibus inimicis criminantibus se crederent, quem ob 'nullam, aliam caussam, nisi propter constantem fidem erga 'populum Romanum, odissent.' His utrimque auditis, sena-

Senatus responsum.

tus, de postulatis Karthaginiensium consultus, [77] respondere ita jussit: 'Gulussam placere extemplo in Numidiam profi-'cisci, et nunciare patri, ut de iis, de quibus Karthaginienses 'querantur, legatos quamprimum ad senatum mittat; denun-'cietque Karthaginiensibus, ut ad disceptandum veniant. Si 'aliquid possent Masinissæ honoris caussa, et fecisse et fac-'turos esse. [78] jus gratiæ non dare. Agrum, qua cujusque sit, 'possideri velle: nec novos statuere fines, sed veteres obser-'vari, in animo habere. Karthaginiensibus victis se et urbes, 'et agros concessisse; non ut in pace eriperent per injuriam, 'quæ jure belli non ademissent.' Ita regulus Karthaginiensesque dimissi. Munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata.

Legati ad res repetendas in Macedoniam missi redeunt.

XXV. Sub idem tempus Cn. Servilius Cæpio, Ap. Claudius Centho, T. Annius Luscus legati, ad res repetendas in Macedoniam renunciandamque amicitiam [79] regi missi, redierunt: qui jam sua sponte infestum Persi senatum insuper accenderunt, relatis ordine, quæ vidissent, quæque audis-

[u] [*invidiam concitarunt. Deinde*] ins. Crev.

[74] *Quam regi [invidiam concitarunt. Deinde*] Tres ultimas voces adjecit ex Sigonii mente Clericus.

[75] *Unde præterea*] Locus mancus, a solo tamen Clerico observatus. Ea videtur mens fuisse Livii, ut Gulussam faceret dicentem, nihil patrem suum ex iis quæ acta fuerint in illo consilio scisse, præterquam legatos Romam mitti. Verba assequi non possumus sine libris.

[76] *Qui deprecaretur senatum*] Sic jussit legi Sigonius pro *deprecarentur*.

[77] *Respondere*] Vel lege *responderi*, vel adde *prætorem*.

[78] * *Jus gratiæ non dare*] Se jus non violare in gratiam personarum; se ex jure, non ex gratia, statuere ac judicare.

[79] *Regi*] Olim *regis*. Emendavit Sigonius.

sent. 'Vidisse se per omnes urbes Macedonum summa vi 'parari bellum. Quum ad regem pervenissent, per multos 'dies conveniendi ejus potestatem non factam: postremo, 'quum desperato jam conloquio profecti essent, tum demum 'se ex itinere revocatos, et ad eum introductos esse. Suæ 'orationis summam fuisse; fœdus, cum Philippo ictum, cum 'ipso eo post mortem patris renovatum: in quo diserte pro-'hiberi eum, extra fines arma efferre; prohiberi, socios po-'puli Romani lacessere bello. Exposita deinde ab se ordine, 'quæ ipsi nuper in senatu Eumenem vera omnia et comperta 'referentem audissent. Samothracæ[x] præterea per multos 'dies occultum consilium cum legationibus civitatium Asiæ 'regem habuisse. Pro his injuriis satisfieri, senatum æquum 'censere, reddique sibi res sociisque suis, quas contra jus 'fœderis habeat. Regem ad ea primo accensum ira incle-'menter locutum, avaritiam superbiamque Romanis objici-'entem frequenter: quod alii super alios legati venirent spe-'culari dicta factaque sua, quod se ad nutum imperiumque 'eorum omnia dicere ac facere æquum censerent. Postremo, 'multum ac diu vociferatum, reverti postero die jussisse. 'scriptum se responsum dare velle. Tum ita sibi scriptum 'traditum esse: Fœdus, cum patre ictum, ad se nihil per-'tinere. Id se renovari, non quia probaret, sed quia in nova 'possessione regni patienda omnia essent, passum. Si novum 'fœdus secum facere vellent, convenire prius de conditionibus 'debere: et, si in animum inducerent, ut ex æquo fœdus 'fieret, et se visurum, quid sibi faciundum esset, et illos cre-'dere reipublicæ consulturos. Atque ita se proripuisse, et sub-'moveri e regia omnes cœptos. Tum se amicitiam et societatem 'renunciasse. qua voce eum accensum restitisse, atque voce clara 'denunciasse sibi, ut triduo regni sui decederent finibus. Ita 'se profectos: nec sibi, [80] aut venientibus, aut manentibus, 'quidquam hospitaliter aut benigne factum.' Thessali deinde Ætolique legati auditi. Senatui, ut scirent quam primum, quibus ducibus usura respublica esset, literas mitti consulibus placuit, ut, uter eorum [81] posset, Romam ad magistratus creandos veniret.

U. C. 580. A. C. 172.

XXVI. Nihil magnopere, quod memorari adtineat, rei publicæ eo anno consules gesserant. magis e republica visum erat, comprimi ac sedari exasperatos Ligures. Quum Macedonicum bellum exspectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem suspectum Issenses legati fecerunt: simul questi, fines suos secundo populatum, simul nunciantes, 'uno animo vivere 'Macedonum atque Illyriorum regem: communi consilio

Gentius ab Issensibus Romæ insimulatur.

[x] *Samothraciæ* Gron. Crev.

[80] *Aut venientibus, aut manentibus*] Hanc lectionem induxit Sigonius Florebello obsecutus. Vetus codex habuit, *aut venientibus, aut moventibus.*

[81] *Posset*] Hoc a Gronovio est. Prius esset.

U. C. 580. A. O. 172.

'parare Romanis bellum: et specie legatorum Illyrios speculatores Romæ esse, Perse[u] auctore missos, ut, quid ageretur, scirent.' Illyrii vocati in senatum. qui quum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimina, si qua de rege Issenses deferrent; quæsitum, ecquid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia, acciperent? sciretur denique venisse eos, et super qua re venissent? Hæsitantibus in responso, ut curia excederent, dictum. Responsum tamquam legatis, [82] ut qui adire senatum non postulassent, dari non placuit: mittendosque ad regem legatos censuerunt, qui nunciarent, [83] 'qui[x] socii quererentur apud senatum, exustum 'a rege agrum. non æquum eum facere, qui ab sociis suis non 'abstineret injuriam.' In hanc legationem, missi, A. Terentius Varro, C. Plætorius, C. Cicereius. Ex Asia, qui circa socios reges missi erant, legati redierunt, qui renunciarunt, [84] 'Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemæum in Alexandria sese convenisse. Omnes sollicitatos legationibus 'Persei, sed egregie in fide permanere, pollicitosque omnia, 'quæ populus Romanus imperasset, præstaturos. et civitates 'socias adisse: ceteras satis fidas; solos Rhodios fluctuantes 'et imbutos Persei consiliis invenisse.' Venerant Rhodii legati ad purganda ea, quæ vulgo jactari de civitate sciebant: ceterum senatum iis dari, quum novi consules magistratum inissent, placuit.

Legati ex Asia reduces.

XXVII. Belli adparatum non differendum censuerunt. C. Licinio prætori negotium datur, ut ex veteribus quinqueremibus, in navalibus Romæ subductis, quæ possent usui esse, reficeret, pararetque naves quinquaginta. Si quid ad eum numerum explendum deesset, C. Meminio collegæ in Siciliam scriberet, ut eas, quæ in Sicilia naves essent, reficeret atque expediret, ut Brundisium primo quoque tempore mitti possent. Socios navales libertini ordinis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius prætor scribere jussus: in quinque et viginti parem numerum Cn. Sicinius sociis imperaret: idem prætor peditum octo millia, quadringentos equites a sociis Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundisii acciperet, atque in Macedoniam mitteret, A. Atilius Serranus, qui priore anno prætor fuerat, deligitur: [85] Cn. Sicinius prætor qui[y] exercitum paratum ad trajiciendum haberet, C. Popillio consuli ex

Adparatus in Persea.

[u] *Perseo* Crev. [x] *quod* Ead. [y] *quo* Ead.

[82] *Ut qui adire senatum*] Mallemus *iis qui.*

[83] *Quod socii quererentur*] Hic bene correxit Gronovius veterem lectionem, *qui socii. Quod* intelligi debet, *quantum attineret ad id quod:* ut apud Cicer. ep. 5. l. III. ad Quintum, *Quod quæris, quid de illis libris egerim, quos, quum essem in Cumano, scribere institui, non cessavi neque cesso.*

[84] *Eumenem in ea*] In Asia.

[85] *Cn. Sicinius prætor quo exercitum*] Ut Cn. Sicinius prætor paratum exercitum haberet, etc. Male antea legebatur, *qui exercitum.* Gronovius mutavit.

auctoritate senatus C. Licinius prætor scribit, ut et legionem secundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat, [86] et socios [z] Latini nominis [a] quatuor millia peditum, ducentos equites Idibus Februariis Brundisii adesse juberet. Hac classe et hoc exercitu Cn. Sicinius provinciam Macedoniam obtinere, donec successor veniret, jussus, prorogato in annum imperio. Ea omnia, quæ senatus censuit, inpigre facta sunt. Duodequadraginta quinqueremes ex navalibus deductæ: qui deduceret eas Brundisium, L. Porcius Licinus præpositus: duodecim ex Sicilia missæ. Ad frumentum classi exercituique coëmendum in Apuliam Calabriamque tres legati missi, Sex. Digitius, T. Juventius, M. Cæcilius. Ad omnia præparata Cn. Sicinius prætor, paludatus ex urbe profectus, Brundisium venit. U. C. 580. A. C. 172.

XXVIII. Exitu prope anni C. Popillius consul Romam rediit aliquanto serius, quam senatus censuerat: [87] cui primo quoque tempore magistratus creari [b], quum tantum bellum inmineret, jussum erat. Itaque, non secundis auribus Patrum auditus est consul, quum in æde Bellonæ de rebus in Liguribus gestis dissereret. subclamationes frequentes erant interrogationesque, cur scelere fratris obpressos Ligures in libertatem non restituisset? Comitia consularia, in quam edicta erant diem, ante diem duodecimum Kalendas Martias sunt habita. Creati consules, P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus. Postero die prætores facti, C. Sulpicius Galba, L. Furius Philus, L. Canuleius Dives, C. Lucretius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis. His prætoribus provinciæ decretæ: duæ jure Romæ dicendo, Hispania, et Sicilia, et Sardinia: ut uni sors integra esset, quo senatus censuisset. Consulibus designatis imperavit senatus, ut, qua die magistratum inissent, hostiis majoribus rite mactatis, precarentur, ut, quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret. Eodem die [88] decrevit senatus [c], C. Popillius consul ludos per dies decem Jovi optimo maximo voveret, donaque circa omnia pulvinaria dari, si respublica

Comitia.

Vota a Pop. suscepta.

[z] *socium* Gron. [a] distinct. post *nominis* pos. Doer. [b] *creare* Gron. Crev. [c] ins. *ut* Crev.

[86] *Et socios Latini nominis quatuor millia peditum*] Hæc est vetus lectio. Gronovius legi jussit *socium*. Sed nihil videtur mutatione opus esse. Hoc membrum, *quatuor millia peditum*, intelligi debet per appositionem junctum primo illi, *socios Latini nominis*. Similia exempla superius jam observata sunt.

[87] *Cui . . . jussum erat*] Vix nobis persuademus sic locutos esse aurei illius ævi scriptores. Lege *quem . . . jussum erat*, vel *qui jussus erat*. Vide tamen Sanctii Minervam, l. II. c. 4. et ibi Perizonium, qui ambo probare nituntur Latine dici *jubeo tibi*. Ceterum, quia pronomen *cui* longius abest a nomine *consul*, interjecta etiam mentione *senatus*, magis placeret illud pronomen referri ad senatum, et legi: *cui primo quoque tempore magistratus creari. . .visum erat.*

[88] *Decrevit senatus, ut C. Popillius*] Adjecimus voculam *ut* ex vetustis editionibus.

U. C. 580.
A. C. 172.

decem annos in eodem statu fuisset. Ita ut censuerant, in Capitolio vovit consul ludos fieri, donariaque dari, quanta ex pecunia decresset senatus, quum centum et quinquaginta non minus adessent. præeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum susceptum est. Eo anno sacerdotes publici mortui, L. Æmilius Papus decemvir sacrorum, et Q. Fulvius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat censor. Hic fœda morte periit. Ex duobus filiis ejus, qui tum in Illyrico militabant, nunciatum alterum decessisse, alterum gravi et periculoso morbo ægrum esse. Obruit animum simul luctus metusque: mane ingressi cubiculum servi laqueo dependentem invenere. Erat opinio, post censuram minus compotem fuisse sui: vulgo Junonis Laciniæ iram ob spoliatum templum alienasse mentem ferebant. Subfectus in Æmilii locum decemvir M. Valerius Messalla: in Fulvii [89] pontifex Cn. Domitius Ahenobarbus, oppido adolescens sacerdos lectus.

Fulvius laqueo gulam sibi frangit.

U. C. 581.
A. C. 171.
P. Licinio, C. Cassio Coss.

Exponitur quis esset regum animus erga Romanos et Persea.

XXIX. P. Licinio, C. Cassio consulibus, non urbs tantum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges civitatesque, quæ in Europa, quæque in Asia erant, converterant animos in curam Macedonici ac Romani belli. Eumenem quum vetus odium stimulabat, tum recens ira, quod scelere ejus prope ut victima mactatus Delphis esset. Prusias, Bithyniæ rex, statuerat abstinere armis, eventumque exspectare. nam neque pro Romanis se æquum censere adversus fratrem uxoris arma ferre; et apud Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore. Ariarathes, Cappadocum rex, præterquam quod Romanis suo nomine auxilia pollicitus erat, [90] ex quo est junctus Eumeni adfinitate, in omnia belli pacisque se consociaverat consilia. Antiochus imminebat quidem Ægypti regno, et [91] pueritiam regis, et inertiam tutorum spernens; et ambigendo de Cœle Syria [d] caussam belli se habiturum existimabat, gesturumque sine ullo inpedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum: tamen omnia et per suos legatos senatui, et ipse legatis eorum eximie pollicitus erat. Ptolemæus propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat. tutores et bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent [92] Cœlen Syriam,

[d] *Cœlesyria* Gron. Crev.

89 *Pontifex....oppido adolescens sacerdos*] Manifestum est vacare τὸ *sacerdos*, ac proinde delendum esse.

90 *Ex quo est junctus Eumeni affinitate*] Eumenes uxorem duxerat Ariarathis filiam, ut colligitur ex l. xxxviii. c. 39. supra. Ei nomen fuisse *Stratonicen* docet Plutarchus in lib. de Frat. Amore. Ceterum mallemus *ex quo erat junctus*.

91 *Pueritiam regis*] Is erat Ptolemæus Philometor, filius Ptolemæi Epiphanis, de quo mentio facta est l. xxxi. c. 2. et alibi sæpius.

92 *Cœlensyriam*] Sic edendum censuit Gronovius, quum in scripto legatur *Cœlemsyriam*. *Græce* κοίλην Συρίαν. Vulgati *Cœlesyriam*.

et Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Masinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum elephantis Misagenemque filium mittere ad bellum parabat. consilia autem in omnem fortunam ita disposita habebat: si penes Romanos victoria esset, suas quoque in eodem statu mansuras res, neque ultra quidquam movendum: non enim passuros Romanos, vim Karthaginiensibus adferri. Si fractæ essent opes Romanorum, quæ tum protegerent Karthaginienses, suam omnem Africam fore. Gentius, rex Illyriorum, fecerat potius, cur suspectus esset Romanis, quam satis statuerat, utram foveret partem; inpetuque magis, quam consilio, his aut illis se adjuncturus videbatur. Cotys Thrax, Odrysarum rex, evidenter Macedonum partis erat. U. C. 581. A. C. 171.

Quis liberarum civitatium.

XXX. Hæc sententia regibus quum esset de bello, in liberis gentibus populisque [93] plebs ubique [e] omnis ferme, ut solet, [94] deterioribus erat ob regem Macedonasque inclinata; principum diversa cerneres studia. pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem inmodico favore conrumperent: pauci ex iis justitia imperii Romani capti; plures ita, si præcipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis futuros rati. pars altera regiæ adulationis erat, quos æs alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, præcipites ad novanda omnia agebat; quosdam ventosum ingenium, quia [95] Perseus magis auræ popularis erat. tertia pars, optima eadem et prudentissima, si utique optio domini potioris daretur, sub Romanis, quam sub rege, malebat esse. [96] si liberum inde arbitrium fortunæ esset, neutram partem volebant potentiorem altera obpressa fieri; sed, inlibatis potius viribus utriusque partis, [97] pacem ex eo manere.

[e] *utique* Gron. Crev.

[93] *Plebs utique omnis*] Quædam editiones habent *ubique*. Sed melius videtur τὸ *utique*. *Plebs utique omnis*, id est, plebs quidem certe omnis: ut opponatur principibus, de quibus mox agetur.

[94] *Deterioribus erat ob regem . . inclinata*] Minime dubium esse potest, quin mendum sit in vocula *ob*, atque ejus loco legendum sit *ad*. Superest major difficultas, de voce *deterioribus* quid statuendum sit. Gronovius putat intelligi *studiis*, quæ vox reperitur in sequente membro: *principum diversa cerneres studia*. Sed, ut nihil dicamus de asperitate trajectionis, aliquid certe pingue et redundans redoleret hæc oratio, *deterioribus studiis erat ad regem inclinata*. Nobis verisimilius videtur excidisse hic verbum aliquod, quale esset *favens: plebs . . ut solet, deterioribus* favens, *erat ad regem . . inclinata*. Id suadet locus plane geminus, c. 63. infra: *pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque infirmiori favendi*.

[95] *Perseus magis auræ popularis erat*] Horum verborum duplex potest esse sensus: nempe, Perseus se magis dabat auræ populari, magis captabat favorem multitudinis: vel, Perseus gratior erat in vulgus. Quemadmodum utraque res natura conjuncta est, ita et utramque hic interpretationem jungas licet.

[96] *Si liberum inde*] Displicet τὸ *inde*. Mallemus *sibi*.

[97] *Pacem ex eo manere*] Placet Gronovii conjectura: *ex æquo*.

U. C. 581. A. C. 171.

ita inter utrosque optimam conditionem civitatium fore; protegente altero semper inopem ab alterius injuria. Hæc sentientes, certamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spectabant. [98] Consules, quo die magistratum inierunt, ex senatusconsulto quum circa omnia fana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis inmolassent, inde preces suas acceptas ab Diis inmortalibus ominati, senatui, rite sacrificatum, precationemque de bello factam, renunciarunt. Aruspices ita responderunt, 'si quid rei 'novæ inciperetur, id maturandum esse. victoriam, triumphum, '[99] prorogationem [f] imperii portendi.' Patres, 'quod faustum 'felixque populo Romano esset, centuriatis comitiis primo 'quoque die ferre ad populum consules,' jusserunt, 'ut, quod 'Perseus, Philippi filius, Macedonum rex, adversus fœdus cum 'patre Philippo ictum, et secum post mortem ejus renovatum, 'sociis populi Romani arma intulisset, agros vastasset, urbes'que occupasset; quodque belli parandi adversus populum Ro'manum consilia inisset [g], arma, milites, classem ejus rei 'caussa comparasset; ut, nisi de iis rebus satisfecisset, bellum 'cum eo iniretur.' Hæc rogatio ad populum lata est.

S. C. de bello in Persea.

XXXI. Senatusconsultum inde factum est, 'Ut consules 'inter se provincias Italiam et Macedoniam compararent, sor'tirenturve. Cui Macedonia obvenisset, ut is regem Persea, qui'que ejus sectam secuti essent, nisi populo Romano satisfecis'sent, bello persequeretur.' Legiones quatuor novas scribi placuit, binas singulis consulibus. [1] Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod, quum alterius consulis legionibus [2] quina millia et duceni equites [h] ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum scribi jussa;

Exercitus.

Legiones Macedonicæ auctiores.

[f] *propagationem* Doer. [g] *iniisset* Gron. Crev. [h] *pedites* Doer Rup.

[98] *Consules . . . quum . . . immolassent, inde . . . . ominati*] Viderentur hæc omnia structa elegantius, et aptius inter se cohærentia, si hunc in modum ordinarentur: *Consules . . . quum circa omnia fana . . . majoribus hostiis immolassent, aruspices ita responderunt*, si quid rei novæ inciperetur, id maturandum esse: victoriam, triumphum, prorogationem (*seu potius*, propagationem) imperii portendi. *Inde preces suas acceptas ab diis immortalibus ominati* (consules) *senatui rite sacrificatum, precationemque de bello factam renunciarunt. Patres, quod faustum*, etc.

[99] *Prorogationem imperii*] *Prorogatio imperii* non dicitur, ut recte observat Perizonius, Animadv. Histor. c. 6. nisi quum iis qui cum imperio in provinciam missi sunt, finito imperii dati anno, jus imperii in longius tempus extenditur. Itaque ille existimat hic legendum, *propagationem imperii*.

[1] *Id præcipue . . . datum*] Mallemus *id præcipui*. Sic infra: *Illud quoque præcipuum datum sorti Macedoniæ*.

[2] *Quina millia et duceni equites*] Lege sine ulla dubitatione cum Perizonio: *quina millia et duceni pedites*. Hoc enim erat vetus institutum: hic velut solennis illis temporibus peditum numerus in legione. Vid. not. 60. ad l. XLI. c. 14. Invicte probant hanc emendationem ea quæ sequuntur de equitibus: *equites treceni æqualiter in singulas legiones scribi jussi*: id est, de equitum numero nullum fuit discrimen inter legiones Macedonicas et eas quæ in Italia manere debebant: æqualiter in omnes treceni equites scripti.

equites treceni æqualiter in singulas legiones. et in sociali exercitu consuli alteri auctus numerus: sexdecim millia peditum, octingentos equites (prætor eos, quos Cn. Sicinius duxisset, sexcentos equites) in Macedoniam trajiceret. Italiæ satis visa duodecim millia sociorum peditum, sexcenti equites. Illud quoque præcipuum datum sorti Macedoniæ, ut centuriones militesque veteres scriberet, quos vellet, consul usque ad quinquaginta annos. In tribunis militum novatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod consules ex senatusconsulto ad populum tulerunt, ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed consulum prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque esset. Inter prætores ita partita imperia. prætorem, cujus sors fuisset, ut iret, quo senatus censuisset, Brundisium ad classem ire placuit; utque ibi recognosceret socios navales, dimissisque, si qui parum idonei essent, supplementum legeret ex libertinis, et daret operam, ut duæ partes civium Romanorum, tertia sociorum esset. Commeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur, prætoribus, qui eas provincias sortiti essent, mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardisque imperarent, utque id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus est sortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius Hispaniam, C. Sulpicius Galba urbanam jurisdictionem, L. Villius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gallo, quo senatus censuisset, sors evenit.

U. C. 581. A. C. 171.

Tribuni Mil. a Coss. lecti.

Prætorum provinciæ.

XXXII. Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio, de provincia fuit. Cassius, [3] 'sine sorte se Macedoniam 'obpugnaturum [1],' dicebat, 'nec posse collegam, salvo jurejurando, secum sortiri. [4] Prætorem eum, ne in provinciam 'iret, in concione jurasse, se stato loco statisque diebus sacrificia habere, quæ, absente se, recte fieri non possent: quæ 'non magis consule, quam prætore, absente recte fieri possent. [5] Si senatus, non quid vellet in consulatu potius, quam 'quid in prætura juraverit P. Licinius, animadvertendum esse 'censeat, se tamen futurum in senatus potestate.' Consulti Patres, cui consulatum populus Romanus non negasset, ab se provinciam negari, superbum rati. sortiri consules jusserunt.

Sortiuntur Coss.

[1] *optaturum* Crev. Doer.

[3] *Sine sorte se Macedoniam optaturum*] Mendosa erat vetus scriptura, *oppugnaturum*. Rubenius substituit *optaturum*, probabili conjectura. Itaque id in contextum admisimus, ut et Clericus fecerat.

[4] *Prætorem eum, ne in provinciam iret*] Hoc memoravit Livius supra, XLI. 15.

[5] *Si senatus non quid vellet*] Dele cum Gronovio particulam negantem, quæ sensum perturbat. Hæc enim mens est Cassii, ut dicat, si senatus jubeat secum sortiri Licinium, et ei gratificans, attendat potius quid velit in consulatu, quam quid juraverit in prætura, se, quamvis parum id æquum sibi videatur, tamen senatui obtemperaturum.

U. C. 581. A. C. 171. Delectus intentior cura.

P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obvenit. Legiones inde sortiti sunt. prima et tertia in Macedoniam trajicerentur, secunda et quarta ut in Italia remanerent. Delectus consules multo intentiorem, quam alias, curam habebant. Licinius veteres quoque scribebat milites centurionesque: et multi voluntate nomina dabant, quia locupletes videbant, qui priore Macedonico bello, aut adversus Antiochum in Asia, stipendia fecerant. Quum tribuni militum [6] centuriones, sed primum quemque, citarent, tres et viginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati tribunos plebis adpellarunt. Duo ex collegio, M. Fulvius Nobilior et M. Claudius Marcellus, ad consules rejiciebant: [7] 'Eorum cognitionem esse 'debere, quibus delectus, quibusque bellum mandatum esset. ceteri, 'cogniturus se, de quo adpellati essent,' aiebant; 'et, 'si injuria fieret, auxilium civibus laturos.'

23. centuriones citati a tribunis mil. adpellant tribunos pl.

XXXIII. Ad subsellia tribunorum res agebatur. eo M. Popillius consularis, advocatus, centuriones, et consul venerunt. Consule [k] inde postulanti, ut in concione ea res ageretur, populus in concionem advocatus. Pro centurionibus M. Popillius, qui biennio ante consul fuerat, ita verba fecit: 'Militares homines et [8] stipendia justa, et corpora, et ætate, et 'assiduis laboribus, confecta habere: nihil recusare tamen, 'quo minus operam [9] reipublicæ dent. id tantum deprecari, 'ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militassent, ha'buissent, adtribuerentur.' P. Licinius consul [10] senatusconsulta [l] recitari jussit: primum, quod bellum senatus Perseo jussisset: deinde, quod [11] veteres centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset, nec ulli, qui non major annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse. Deprecatus est deinde, 'ne novo bello, tam propinquo Italiæ, adversus 'regem potentissimum, aut tribunos militum, delectum ha-

k *Consuli* Gron. Crev.

l *senatusconsultum* Gron. Crev. Doer.

6 *Centuriones, sed primum quemque*] Vocula *sed* omnino hic supervacua est; ac videtur nobis prodere aliquod hoc loco mendum. Libenter legeremus: *Centuriones, vetustissimum quemque.*

7 * *Eorum cognitionem esse debere*] De postulatis centurionum cognoscere et statuere debere eos quibus . . .

8 * *Stipendia justa*] Justum ac legitimum stipendiorum numerum.

9 *Reipublicæ*] Hoc debetur Sigonio, quum prius legeretur *populo Romano.* Nempe ille putat trajectione litterarum peccatum esse a librariis, qui scripserint *P. R.* pro *R. P.*

10 *Senatusconsultum recitari jussit: primum, quod bellum senatus . . . deinde, quod*] Hæc si integra sunt, sic videntur exponenda: *senatusconsultum recitari jussit*, cujus hoc erat *primum* caput, *quod bellum senatus Perseo jussisset*: alterum *deinde* illud, *quod*, etc. Sed magis placeret: *Senatusconsulta recitari jussit: primum, quo senatus bellum Perseo jussisset: deinde, quo . . . . censuisset.* Deinde etiam mallemus *bellum cum Perseo:* quita ita locutus est Livius, l. XXXI. c. 8. et l. XXXVI. c. 2. Denique nobis suspectum est verbum *jussisset:* quia *jubere* populi est, senatus *decernere, censere.* Infra, c. 36. *quum jam bellum regi eorum. . . . et senatus decresset, et populus jussisset.*

11 *Veteres centuriones quam plurimum*] Lege cum Gronovio *quam plurimos.*

'bentes, inpedirent; aut prohiberent consulem, quem cuique 'ordinem adsignari e republica esset, eum adsignare. Si quid 'in ea re dubium esset, ad senatum rejicerent.' U. C. 581. A. C. 171.

XXXIV. Postquam consul, quæ voluerat, dixit, Sp. Ligustinus ex eo numero, qui tribunos plebis adpellaverant, a consule et ab tribunis petiit, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu omnium ita locutus fertur. 'Sp. Ligustinus 'tribus Crustuminæ ex Sabinis sum oriundus, Quirites. Pater 'mihi jugerum agri reliquit et parvum tugurium, in quo natus 'educatusque sum: hodieque ibi habito. [12] Quum primum in 'ætatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit: quæ 'secum nihil adtulit, præter libertatem pudicitiamque, et cum 'his fœcunditatem, quanta vel in diti domo satis esset. Sex 'filii nobis, duæ filiæ sunt: utræque jam nuptæ. Filii quatuor 'togas viriles habent, duo prætextati sunt. Miles sum factus, 'P. Sulpicio, C. Aurelio consulibus. In eo exercitu, qui in 'Macedoniam est transportatus, biennium miles gregarius fui 'adversus Philippum regem: tertio anno virtutis caussa '[13] mihi T. Quinctius Flamininus decumum ordinem hastatum 'adsignavit. Devicto Philippo Macedonibusque, quum in 'Italiam [14] portati ac dimissi essemus, continuo miles voluntarius cum M. Porcio consule in Hispaniam sum profectus. 'Neminem omnium imperatorum, qui vivant, acriorem virtutis spectatorem ac judicem fuisse sciunt, qui et illum et alios 'duces longa militia experti sunt. hic me imperator dignum 'judicavit, cui [15] primum hastatum prioris centuriæ adsignaret. 'Tertio iterum voluntarius miles factus sum in eum exercitum, 'qui adversus Ætolos et Antiochum regem est missus. [16] a 'M'. Acilio [17] mihi primus princeps prioris centuriæ est adsignatus. Expulso rege Antiocho, subactis Ætolis, reportati 'sumus in Italiam: [18] et deinceps bis, quæ annua merebant 'legiones, stipendia feci. Bis deinde in Hispania militavi,

Sp. Ligustini oratio ad populum.

12 *Quum primum in ætatem veni*] De eo dicitur qui adolevit juvenisque est: quod adolescentia et pubertas *prima ætas* videatur esse, perinde quasi in ætatibus pueritia non sit habenda. Hinc *ab ineunte ætate* est a principio adolescentiæ. TURNEBUS.

13 *Mihi . . . decumum ordinem Hastatum assignavit*] Me jussit esse centurionem decimi ordinis Hastatorum.

14 * *Portati*] Lege *reportati*, ut infra in hac ipsa oratione.

15 *Primum Hastatum prioris centuriæ*] Hastatorum, Principum, et Triariorum corpora in decem singula manipulos distributa erant: unusquisque manipulus in duos ordines, vel duas centurias. Dicit igitur Ligustinus se factum esse centurionem prioris centuriæ in primo Hastatorum manipulo.

16 *A M'. Acilio*] Sic recte Sigonius. Ante *a M. Cælio*.

17 *Mihi primus Princeps prioris centuriæ est assignatus*] Factus sum centurio prioris centuriæ in primo manipulo Principum. De his gradibus Romanæ militiæ vide fusius disserentem Lipsium l. II. de Mil. Rom. Dial. 8.

18 *Et deinceps bis, quæ annua*] Nullus nobis sensus videtur ex his verbis erui posse, de quibus tamen interpretes plerique siluerunt. Solus, quem viderimus, Dujatius interpretationem afferre conatus est, sed parum felicem. Existimat enim Ligustinum dicere, se pro sedecim annis militiæ, quos leges expleri juberent, duos ac triginta implevisse. At primo non sedecim, sed viginti annua stipendia merere debebant Romani pedites: qua de re vid. Lips. l. I.

U. C. 581. A. C. 171. 'semel Q. Fulvio Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho prætore. A Flacco inter ceteros, quos virtutis caussa secum ex 'provincia ad triumphum deducebat, deductus sum. a Ti. 'Graccho rogatus, in provinciam ii. Quater intra paucos annos 'primum pilum duxi: quater et tricies virtutis caussa donatus 'ab imperatoribus sum: sex civicas coronas accepi. viginti 'duo stipendia annua in exercitu emerita habeo, et major 'annis sum quinquaginta. Quod si mihi nec stipendia omnia 'emerita essent, necdum ætas vacationem daret, tamen, quum 'quatuor milites pro me uno vobis dare, P. Licini, possem, 'æquum erat me dimitti. Sed hæc pro caussa mea dicta accipiatis velim: ipse me, quoad quisquam, qui exercitus scribit, 'idoneum militem judicabit, numquam sum excusaturus. [19] Ordinem quo me dignum judicent tribuni militum, ipsorum est 'potestatis: ne quis me virtute in exercitu præstet, dabo 'operam; [20] ut [m] semper ita fecisse me et imperatores mei, 'et qui una stipendia fecerunt, testes sunt. Vos quoque 'æquum est, commilitones, etsi adpellationis vobis usurpatis 'jus, quum adolescentes nihil adversus magistratuum senatusque auctoritatem usquam feceritis, nunc quoque in potestate 'senatus ac consulum esse, et omnia honesta loca ducere, 'quibus rempublicam defensuri sitis.'

Parent centuriones Cos.

XXXV. Hæc ubi dixit, conlaudatum multis verbis consul ex concione in senatum duxit. Ibi quoque ei ex auctoritate senatus gratiæ actæ, tribunique militares in legione prima primum pilum virtutis caussa ei adsignarunt. ceteri centuriones, omissa adpellatione, ad delectum obedienter responderunt. Quo maturius in provincias magistratus proficiscerentur, Latinæ Kalendis Juniis fuere: eoque sollemni perfecto, C. Lucretius prætor, omnibus, quæ ad classem opus erant, præmissis, Brundisium est profectus. Præter eos exercitus, quos consules comparabant, C. Sulpicio Galbæ prætori negotium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas justo numero peditum equitumque; [21] iisque quatuor tribunos militum ex senatu legeret, qui præessent: sociis Latini nominis imperaret quindecim millia peditum, mille et ducentos equites. Is exercitus uti paratus esset, quo senatus censuisset. P. Licinio consuli ad exercitum

[m] *et* Rup.

de Mil. Rom. Dial. 2. Deinde Ligustinus ipse infra dicit se *duo* tantum *et viginti stipendia annua emerita* habere, non duo et triginta. Nos nihil habemus plane, quod de hoc loco dicere possimus.

[19] *Ordinem quo me dignum judicent.. ipsorum est potestatis*] Supple, definire, statuere. Legit Gronovius *ordine quo.*

[20] *Ut semper ita fecisse me*] Redundat plane vocula *ita*.

[21] *Iisque quatuor tribunos militum ex senatu legeret, qui præessent*] Hoc notandum. Nam ex more solito tribuni alternis imperitabant, ut observatum est ad l. XL. c. 41. Sed his, qui ex senatu leguntur, datur nimirum ob ampliorem dignitatis gradum extraordinaria potestas. Nisi forte mendum est in numero, legendumque *quatuor et viginti tribunos*. * Sex enim tribuni creabantur in singulas legiones.

civilem socialemque petenti addita auxilia, Ligurum [22] duo millia, Cretenses sagittarii, (incertus numerus, [23] quantum rogati auxilia [n] Cretenses misissent) Numidæ item equites elephantique. In eam rem legati ad Masinissam Karthaginiensesque missi, L. Postumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Cretam item legatos tres ire placuit, A. Postumium Albinum, [24] C. Decimium, A. Licinium Nervam. U. C. 581. A. C. 171.

XXXVI. Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt. eos [25] in oppidum intromitti non placuit, quum jam bellum regi eorum et Macedonibus et senatus decresset, et populus jussisset. [26] In ædem Bellonæ in senatum introducti ita verba fecerunt: 'Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent. Si impetrari a senatu posset, ut ii revocentur, regem de injuriis, si quas sociis factas quererentur, arbitratu senatus satisfacturum esse.' Sp. Carvilius, ad eam ipsam rem ex Græcia remissus ab Cn. Sicinio, in senatu erat. is Perrhæbiam expugnatam armis, Thessaliæ aliquot urbes captas, cetera, quæ aut ageret, aut pararet rex, quum argueret, respondere ad ea legati jussi. Postquam hæsitabant, negantes sibi ultra quidquam mandatum esse, jussi renunciare regi, 'Consulem P. Licinium brevi cum exercitu futurum in Macedonia esse. ad eum, si satisfacere in animo esset, mitteret legatos. Romam quod præterea mitteret, non esse: [27] neminem eorum per Italiam ire liciturum.' Ita dimissis, P. Licinio consuli mandatum, intra undecimum diem juberet eos Italia excedere, et Sp. Carvilium mitteret, qui, donec navem conscendissent, custodiret. Hæc Romæ acta, nondum profectis in provinciam consulibus. Jam Cn. Sicinius, qui, priusquam magistratu abiret, Brundisium ad classem et ad exercitum præmissus erat, trajectis in Epirum quinque millibus peditum, trecentis equitibus, ad Nymphæum in agro Apolloniati castra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Dassaretiorum

Legati a Perseo.

[n] *auxilia* del. Crev.

[22] *Duo millia*] Olim legebatur insulse *mille millia*. Correxit Sigonius. Error nempe natus erat ex numerorum notis *MM*.

[23] *Quantum rogati Cretenses misissent*] Vulgo *rogati auxilia*. Expunxit superfluam vocem Gronovio auctore Clericus.

[24] *C. Decimium*] C. Decimius infra XLIII. 11. fit prætor. Inde sumpsit hoc nomen Sigonius, quum prius hic legeretur *C. Decium*.

[25] *In oppidum*] Vid. not. 64. ad c. 20. supra.

[26] *In ædem Bellonæ*] Scribit Gronovius *in æde*: et sane sic solet Livius.

[27] *Neminem eorum per Italiam ire liciturum*] Fore ut neminem eorum liceat ire per Italiam. Hoc sine causa suspectum fuit Gronovio. *Liciturum* est vox proba, qua usus est Livius supra l. XXXII. c. 21. ut observat Jac. Gronovius: usus est Cicero l. II. ad Att. Ep. 1. Nec necesse est mutare *neminem* in *nemini*. Tam enim dicitur *licet me hoc facere*, quam *licet mihi*. Vid. Novam Method. linguæ Latinæ.

U. C. 581. A. C. 171. et Illyriorum castella, ipsis arcessentibus præsidia, ut tutiores a finitimorum inpetu Macedonum essent, misit.

XXXVII. Paucis post diebus Q. Marcius, A. Atilius, et P. et Ser. Cornelii Lentuli, et L. Decimius, legati in Græciam missi, Corcyram peditum mille secum advexerunt: ibi inter se et regiones, quas obirent, et milites diviserunt. Decimius missus est ad Gentium, regem Illyriorum, quem, si aliquem respectum amicitiæ eum habere cerneret, tentare, aut etiam ad belli societatem perlicere [o] jussus. Lentuli in Cephalleniam missi, ut in Peloponnesum trajicerent, oramque maris, in occidentem versi, ante hiemem circumirent. Marcio et Atilio Epirus, Ætolia, et Thessalia circumeundæ adsignantur. Inde Bœotiam atque Eubœam adspicere jussi; tum in Peloponnesum trajicere. ibi congressuros se cum Lentulis constituunt. Priusquam digrederentur a Corcyra, literæ a Perseo adlatæ sunt, quibus quærebat, quæ caussa Romanis aut in Græciam trajiciendi copias, aut urbes occupandi, esset? Cui rescribi nihil placuit; nuncio ipsius, qui literas adtulerat, dici, 'præsidii caussa ipsarum urbium Romanos facere.' Lentuli, circumeuntes Peloponnesi oppida, quum sine discrimine omnes civitates adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adjuvissent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello, eodem adversus Persea juvarent, fremitum in concionibus audiebant: Achæis indignantibus, eodem se loco esse, (qui omnia a principiis Macedonici belli præstitissent Romanis, et Macedonum Philippi bello hostes fuissent) quo Messenii atque Elii, qui pro Antiocho hoste arma adversus populum Romanum tulissent; ac, nuper in Achaïcum contributi concilium, velut præmium belli se victoribus Achæis tradi quererentur.

Legati in Græciam, et in Illyricum.

Achæorum querelæ.

XXXVIII. Marcius et Atilius [28] ad Gitanas, Epiri oppidum decem millia ab mari, quum adscenderent, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium adsensu auditi sunt: et quadringentos juventutis eorum in Orestas, ut præsidio essent [29] liberatis ab se Macedonibus, miserunt. Inde in Ætoliam progressi, ac paucos ibi morati dies, dum in prætoris mortui locum alius subficeretur, et [30] Lycisco præ-

[o] *pellicere* Crev.

[28] *Ad Gitanas*] Nomen incognitum. Pro his duabus vocibus legendum censet Jac. Gronovius *Ægilipa*, oppidum memoratum Straboni et Stephano ex Homero. Sed de mendo constare non potest, nisi constet nos omnia scire debere.

[29] *Liberatis ab se Macedonibus*] Videtur *τὸ ab se* referri debere ad Epirotas, quamvis nulla hujus rei prius facta fuerit mentio. Sed Marcius qui tantummodo a Corcyra in Epirum venerat, nullos potuerat liberare Macedonas, quum ne Macedoniam quidem attigisset. Forsan aliquod mendum latet.

[30] *Lycisco prætore*] MS. exemplar habuit *Pr.* unde quidam fecere *præfecto*, ut inno nullis editionibus legitur. Sed patet ex iis verbis quæ præ-

tore facto, quem Romanorum favere rebus satis compertum erat, transierunt in Thessaliam. Eo legati Acarnanum, et Boeotorum exsules venerunt. Acarnanes nunciare jussi, 'Quæ 'Philippi primum, Antiochi deinde bello, decepti [31] pollicita-'tionibus regis, adversus populum Romanum commisissent, ea 'corrigendi occasionem illis oblatam. Si male meriti clemen-'tiam populi Romani experti essent, bene merendo liberali-'tatem experirentur.' Boeotis exprobratum, societatem eos cum Perseo junxisse. iis, quum culpam in Ismeniam, principem alterius partis, conferrent, [32] et quasdam civitates dissentientes in caussam deductas, 'adpariturum id esse,' Marcius respondit: 'singulis enim civitatibus de se ipsis consulendi po-'testatem facturos.' Thessalorum Larissæ fuit concilium. ibi et Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit; et legatis, quod, et Philippi prius et post Antiochi bello, enise adjuti a gente Thessalorum essent. hac mutua commemoratione meritorum accensi animi multitudinis ad omnia decernenda, quæ Romani vellent. Secundum hoc concilium legati a Perseo rege venerunt, privati maxime hospitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab hujus necessitudinis commemoratione orsi, petierunt legati, in conloquium veniendi regi potestatem faceret. Marcius, 'Et se 'ita a patre suo accepisse,' dixit, 'amicitiam hospitiumque 'cum Philippo fuisse. minime inmemorem necessitudinis ejus 'legationem eam suscepisse. Conloquium, si satis commode 'valeret, non fuisse dilaturum: nunc, ubi primum posset, ad 'Peneum flumen, qua transitus ab Homolio [p] Dium esset, 'præmissis, qui nunciarent regi, venturos.'

U. C. 582. A. C. 171.

Legati a Perseo ad Marcium.

XXXIX. Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recipit [q] se, levi aura spei objecta, quod Marcius ipsius caussa suscepisse se legationem dixisset. Post dies paucos ad constitutum locum venerunt. Magnus comitatus fuit regius, quum amicorum, tum satellitum turba stipante. Non minore agmine legati venerunt, et ab Larissa multis prosequentibus, et legationibus civitatium, quæ convenerant Larissam, et renunciare domum certa, quæ audissent, volebant. Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem, et populi principis terrarum omnium legatos. Postquam in conspectu steterunt, dirimente amne, paullisper internunciando cunctatio fuit, utri transgrederentur. aliquid illi regiæ majestati, aliquid hi populi Romani nomini, quum præsertim

Conloquium inter regem et legatos Rom.

p *Omolio* Gron. Crev.   q *recepit* Eæd.

cedunt, legendum esse *prætore*, quod Sigonius voluerat.

31 *Pollicitationibus regis*] At duo reges nominati sunt, Philippus et Antiochus. Lege ergo *regiis*.

32 *Et quasdam civitates*] Et dicerent quasdam civitates, quæ dissentirent, ab Ismenia et Persei fautoribus deductas esse in illam caussam, coactas esse illam partem sequi.

U. C. 581.
A. C. 171.

Perseus petisset conloquium, existimabant deberi. Joco etiam Marcius cunctantes movit. 'Minor,' inquit, 'ad majorem, 'et ([33]quod Philippo ipsi cognomen erat) filius ad patrem 'transeat.' Facile persuasum id regi est. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret. Rex, cum omni comitatu transire, æquum censebat: legati vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil fraudis fore in conloquio. Hippian et Pantauchum, quos et legatos miserat, principes amicorum, obsides dedit. Nec tam in pignus fidei obsides desiderati erant, quam ut adpareret sociis, nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis. Salutatio non tamquam hostium, sed hospitalis ac benigna fuit; positisque sedibus consederunt.

Marcii oratio.

XL. Quum paullisper silentium fuisset: 'Exspectari, nos,' inquit Marcius, 'arbitror, ut respondeamus literis tuis, quas 'Corcyram misisti; in quibus quæris, quid ita legati cum militibus venerimus, et præsidia in singulas urbes dimittamus? 'Ad hanc interrogationem tuam et non respondere vereor, ne 'superbum sit, et vera respondere, ne nimis acerbum audienti 'tibi videatur. Sed quum aut verbis castigandus, aut armis 'sit, qui fœdus rumpit; sicut bellum adversus te alii, quam 'mihi, mandatum malim, ita orationis acerbitatem adversus 'hospitem, [34]utcumque est, subibo: [35]sicut medici, quum 'salutis caussa tristiora remedia adhibent. Ex quo regnum 'adeptus es, unam rem te, quæ facienda fuerit, senatus fecisse 'censet; quod legatos Romam ad renovandum *** judicat 'potius, quam, quum renovatum esset, violandum. Abrupolim, 'socium atque amicum populi Romani, regno expulisti. Artetari interfectores, ut cæde (ne quid ultra dicam) lætatum 'adpareret, recepisti, qui omnium Illyriorum fidissimum Romano nimini regulum occiderant. Per Thessaliam et 'Maliensem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti: 'Byzantiis item contra fœdus misisti auxilia. Cum Bœotis, 'sociis nostris, [36]secretam tibi ipsi societatem, quam non 'licebat, jurejurando pepigisti. Thebanos legatos, Eversam[r] 'et Callicritum, venientes a nobis, quærere malo, quis interfecerit, quam arguere. In Ætolia bellum intestinum et 'cædes principum per quos, nisi per tuos, factæ videri possunt? Dolopes a te ipso evastati sunt. Eumenes rex, ab 'Roma quum in regnum rediret, prope ut victima Delphis

[r] *Evercam* Crev.

[33] * *Quod Philippo ipsi cognomen erat*] Quia Marcio cognomen erat Philippus, quod patri Persei nomen fuerat.

[34] *Utcunque est*] Supple, res. Quantumvis grave sit acerbitatem orationis adversus hospitem expromere. Magis placeret tamen, *quæcumque est.*

[35] *Sicut medici, quum*] Potest abesse vocula *quum* sine sensus dispendio.

[36] * *Secretam tibi ipsi*] Peculiarem et propriam tibi ipsi, separatim a nobis.

'in sacrato loco ante aras mactatus, quem insimulet, piget re- U. C. 581.
'ferre. Quæ hospes Brundisinus occulta facinora indicet, A. C. 171.
'certum habeo et scripta tibi omnia ab Roma esse, et legatos tuos renunciasse. Hæc ne dicerentur a me, uno modo 'vitare potuisti, non quærendo, quam ob caussam exercitus 'in Macedoniam trajicerentur, aut præsidia in sociorum urbes mitteremus. Quærenti tibi superbius tacuissemus, quam 'vera respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio faveo orationi tuæ, et opto, ut aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud senatum caussæ.'

XLI. Ad ea rex: 'Bonam caussam, si apud judices æquos Perseus se 'ageretur, apud eosdem et accusatores et judices agam. Eo- purgat. 'rum autem, quæ objecta sunt mihi, partim ea sunt, quibus 'nescio an gloriari debeam; partim, quæ fateri non erubescam; partim, quæ verbo objecta verbo negare sit. Quid enim, 'si legibus vestris hodie reus sim, aut index Brundisinus, aut 'Eumenes mihi objiciat, ut accusare potius vere, quam conviciari, videantur? Scilicet, nec Eumenes, quum tam multis gravis publice ac privatim sit, alium, quam me, inimicum habuit: neque ego potiorem quemquam ad ministeria facinorum, quam Rammium, (quem neque umquam ante videram, 'nec eram postea visurus) invenire potui. Et Thebanorum, 'quos naufragio perisse constat, et Artetari cædis mihi reddenda ratio est. in qua tamen nihil ultra objicitur, quam interfectores ejus in regno exsulasse meo. Cujus conditionis 'iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis, 'ut, quicumque exsules in Italiam aut Romam se contulerunt, 'his facinorum, propter quæ damnati sunt, auctores vos fuisse 'fateamini. Si hoc et vos recusabitis, et omnes aliæ gentes, 'ego quoque inter ceteros ero. Et, Hercule, quid adtinet cuiquam exsilium patere, si nusquam exsuli futurus locus est? 'Ego tamen istos, ut primum in Macedonia esse, admonitus 'a vobis, comperi, requisitos abire ex regno jussi, et in perpetuum interdixi finibus meis. Et hæc quidem mihi, tamquam 'caussam dicenti reo, objecta sunt: illa, tamquam regi, et 'quæ de fœdere, quod mihi est vobiscum, disceptationem habeant. Nam, si est in fœdere ita scriptum, ut ne, si bellum 'quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat, mihi 'fatendum est, quod me armis adversus Abrupolim, socium populi Romani, defenderim, fœdus violatum esse. Sin autem 'hoc et ex fœdere licuit, et jure gentium ita comparatum est, 'ut arma armis propulsentur, quid tandem me facere decuit, 'quum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphipolim pervastasset, multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa 'millia pecorum abegisset? Quiescerem et paterer, donec Pellam et in regiam meam armatus pervenisset? At enim bello 'quidem justo sum persecutus; sed vinci non oportuit eum, neque ea, quæ victis accidunt, pati: quorum casum quum ego

U. C. 581. A. C. 171. 'subierim, qui sum armis lacessitus, quid[s] potest queri sibi 'accidisse, qui caussa belli fuit? Non sum eodem modo defen'surus, Romani, quod Dolopas armis coërcuerim: quia, [37] etsi 'non merito eorum, jure feci meo; quum mei regni, meæ di'tionis essent, vestro decreto patri adtributi meo. Nec, si 'caussa reddenda sit, non vobis, nec fœderatis, sed iis, qui ne 'in servos quidem sæva atque injusta imperia probant, plus 'æquo et bono sævisse in eos videri possum. quippe Euphra'norem, præfectum a me inpositum, ita occiderunt, ut mors 'pœnarum ejus levissima fuerit.'

XLII. 'At, quum processissem inde ad visendas Larissam, 'et Antrona, et [38] Pylleon,[t] quo in propinquo multo ante debi'ta vota persolverem, Delphos sacrificandi caussa adscendi. 'Et hic, criminis augendi caussa, cum exercitu me fuisse ad'jicitur. Scilicet, ut, quod nunc vos facere queror, urbes oc'cuparem, arcibus inponerem præsidia. Vocate in concilium 'Græciæ civitates, per quas iter feci; queratur unusquilibet 'militis mei injuriam; non recusabo, quin, simulato sacrificio, 'aliud petisse videar. Ætolis et Byzantiis præsidia misimus, 'et cum Bœotis amicitiam fecimus. Hæc, qualiacumque sunt, 'per legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata sunt 'sæpe in senatu vestro: ubi aliquos ego disceptatores, non tam 'æquos, quam te, Q. Marci, paternum amicum et hospitem, 'habebam. Sed nondum Romam accusator Eumenes venerat; 'qui calumniando omnia detorquendoque suspecta et invisa 'efficeret, et persuadere vobis conaretur, non posse Græciam in 'libertate esse, et vestro munere frui, quoad regnum Macedo'niæ incolume esset. Circumagetur hic orbis: erit mox, qui 'arguat, ne quidquam Antiochum [39] ultra juga Tauri remotum: 'graviorem multo Asiæ, quam Antiochus fuerit, Eumenem 'esse: nec conquiescere socios vestros posse, quoad regia Per'gami sit. eam arcem supra capita finitimarum civitatium in'positam. Ego hæc, Q. Marci et A. Atili, quæ aut a vobis ob'jecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut 'animi audientium sint: nec tam referre, quid ego, aut qua 'mente fecerim, quam quomodo id vos factum accipiatis. 'Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: et, si quid 'fecerim inprudentia lapsus, corrigi me et emendari castiga'tione hac posse. Nihil certe insanabile, nec quod bello et ar'mis persequendum esse censeatis, commisi: at[u] frustra cle'mentiæ gravitatisque vestræ fama vulgata per gentes est, si

[s] *qui* Gron. Crev. [t] *Pteleum* Doer. [u] *aut* Gron. Crev.

[37] * *Etsi non merito eorum*] Etiamsi concederem illos non meruisse ea quæ passi sunt.

[38] *Pylleon*] Legit Turnebus *Pteleon* ex Homeri Catalogo, Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα, ἠδὲ Πτελεὸν λεχεποίην. Infra quoque, c. 67. hujus libri, Antron et Pteleon ut vicinæ urbes conjunguntur. Itaque certa constat huic emendationi auctoritas.

[39] *Ultra juga Tauri remotum*] Magis Livianum foret *emotum*, quod annotavit Gronovius ad c. 50. hujus libri. Vid. supra l. XXXVII. c. 53. et l. XXXVIII. c. 53. et aliquot aliis in locis.

'talibus de caussis, quæ vix querela et expostulatione dignæ U. C. 581.
'sunt, arma capitis, et regibus sociis bella infertis.' A. C. 171.

XLIII. Hæc dicenti tum adsensus Marcius auctor fuit mittendi Romam legati, quum experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendum[x] spem ullam censuisset. Reliqua consultatio erat, quonam modo tutum iter legatis esset. ad id quum necessaria petitio induciarum videretur, cuperetque Marcius, neque aliud conloquio petisset, gravate et [40] in magnam gratiam petentis concessit. nihil enim satis Induciæ. paratum, ad bellum in præsentia habebant Romani, non exercitum, non ducem: quum Perseus (ni spes vana pacis obcæcasset consilia) omnia præparata atque instructa haberet, et suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset. Ab hoc conloquio, fide induciarum interposita, [41] legati Romani in Bœotiam comparati sunt. Ibi jam Bœotiæ motus cœperat esse, discedentibus a societate communis motus. concilii Bœotorum quibusdam populis, ex quo renunciatum erat, respondisse legatos, adpariturum, quibus populis proprie societatem cum rege jungi displicuisset. Primi a Chæronea legati, deinde a Thebis, in ipso itinere obcurrerunt, adfirmantes non interfuisse se, quo societas ea decreta esset, concilio: quis,[y] legati, nullo in præsentia responso dato, Chalcidem se sequi jusserunt. Thebis magna contentio orta erat ex alio certamine. Comitiis prætoriis Bœotorum victa pars, injuriam persequens, coacta multitudine decretum fecit Thebis, ne Bœotarchæ urbibus reciperentur. Exsules Thespias universi concesserunt: inde (recepti enim sine cunctatione erant) Thebas, jam mutatis animis, revocati decretum faciunt, ut duodecim, qui privati cœtum et concilium habuissent, exsilio multarentur. Novus deinde prætor (Ismenias is erat, vir nobilis ac potens) capitalis pœnæ absentes eos decreto damnat. Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Larissam profecti, [42] caussam cum Perseo societatis in Ismeniam contulerant. [43] Ex contentione ortum certamen. utriusque tamen partis legati ad Romanos venerunt, et exsules accusatoresque Ismeniæ, et Ismenias ipse.

XLIV. Chalcidem ut ventum est, aliarum civitatium

[x] *prætermittendum* Gron. Crev.

[y] *quis* l. *queis* Doer.

40 * *In magnam gratiam petentis*] Ita ut rex, qui petebat inducias, magnam gratiam pro iis concessis debere videretur.

41 *Legati Romani in Bœotiam comparati sunt*] Vitium esse videtur in verbo *comparati*. Legit Gronovius *conversi*.

42 *Caussam cum Perseo societatis*] Videtur hic excidisse aliquod verbum, quale esset *initæ* Sic enim rotundior foret oratio: *caussam initæ cum Perseo societatis*.

43 *Ex contentione ortum certamen*] Hæc alio charactere edenda curavimus, tanquam dicta ab exsulibus Bœotis. Ii nempe significant ex contentione quæ fuerat inter ipsos et Ismeniam de societate cum Perseo, ortum certamen, quod eo eruperat, ut ipsis in exilium abire necesse foret.

U. C. 581. A. C. 171.

principes, id quod maxime gratum erat Romanis, suo quique proprio decreto Persei societatem adspernati, Romanis se adjungebant: Ismenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum permitti æquum censebat. inde certamine orto, nisi in tribunal legatorum perfugisset, haud multum abfuit, quin ab exsulibus fautoribusque eorum interficeretur. Thebæ quoque ipsæ, quod Bœotiæ caput est, in magno tumultu erant, aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos. et turba Coronæorum [1] Haliartiorumque convenerat ad defendendum decretum regiæ societatis. sed constantia principum, docentium cladibus Philippi Antiochique, quanta esset vis et fortuna imperii Romani, victa eadem multitudo et, ut tolleretur regia societas, decrevit, et eos, qui auctores paciscendæ amicitiæ fuerant, ad satisfaciendum legatis Chalcidem misit, fideique legatorum commendari civitatem jussit. Thebanos Marcius et Atilius læti audierunt, [44] auctoresque et his separatim singulis fuerunt ad renovandam amicitiam mittendi Romam legatos. Ante omnia exsules restitui jusserunt, et [45] auctores regiæ societatis decreto suo damnarunt. Ita, quod maxime volebant, discusso Bœotico concilio, Peloponnesum proficiscuntur, Ser. Cornelio Chalcidem arcessito. Argis præbitum est iis concilium: ubi nihil aliud a gente Achæorum petierunt, quam ut mille milites darent. id præsidium ad Chalcidem tuendam, dum Romanus exercitus in Græciam trajiceretur, missum est. Marcius et Atilius, peractis, quæ agenda in Græcia erant, principio hiemis Romam redierunt.

Bœoticum concilium dicussum.

Legati Rom. in Asiæ insulas.

XLV. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. tres erant legati, Ti. Claudius, P. Postumius, M. Junius. ii circumeuntes hortabantur socios ad suscipiendum adversus Persea pro Romanis bellum: et, quo quæque opulentior civitas erat, eo adcuratius agebant, quia minores secuturæ majorum auctoritatem erant. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur, quia non favere tantum, sed adjuvare etiam viribus suis bellum poterant, quadraginta navibus auctore [46] Hegesilocho comparatis. qui, quum in summo magistratu esset, (Prytanin ipsi vocant) multis rationibus pervicerat Rhodios, ut, omissa, quam sæpe vanam

[1] *Coroneorum* Crev. Rup.

[44] *Auctoresque et his separatim singulis*] Recte Gronovius, *auctoresque et his*, nempe Thebanis, *et separatim singulis* Bœotiæ civitatibus. Id et postulat sensus, et firmat Polybii auctoritas, Legat. 73.

[45] *Auctores regiæ societatis decreto suo damnarunt*] Ismenias cum Niceta quodam in carcerem conjecti, non multo post mortem sibi consciverunt. Testis est Polybius ibidem.

[46] *Hegesilocho*] Hic olim legebatur *Hegesilo*. Apud Polyb. vero Legat. 64. vocabatur hic idem Rhodiorum magistratus Γησίλοχος. Fulvius Ursinus alterum ex altero correxit, ut hic haberetur *Hegesilocho*, apud Polybium Ἡγησίλοχος.

experti essent, regum fovendorum spe, Romanam societatam (unam tum in terris vel viribus, vel fide stabilem) retinerent. U. C. 581. A. C. 171. 'Bellum inminere cum Perseo: desideraturos Romanos eum- 'dem navalem adparatum, quem nuper Antiochi, quem Phi- 'lippi ante bello vidissent. trepidaturos tum repente paranda 'classe, quum mittenda esset; nisi reficere naves, nisi in- 'struere navalibus sociis cœpissent. Id eo magis enisè fa- 'ciendum esse, ut crimina delata ab Eumene fide rerum 'refellerent.' His incitati, quadraginta navium classem instructam ornatamque legatis Romanis advenientibus, ut non exspectatam adhortationem esse adpareret, ostenderunt. Et hæc legatio magnum ad conciliandos animos civitatium Asiæ momentum fuit. Decimius unus sine ullo effectu, captarum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum suspicione infamis, Romam rediit.

Perseus legatos Byzantium et Rhodum mittit.

XLVI. Perseus, quum a conloquio Romanorum in Macedoniam recepisset sese, legatos Romam de inchoatis cum Marcio conditionibus pacis misit: [47] et Byzantium et Rhodum literas legatis ferendas dedit. In literis eadem sententia ad omnes erat: 'conlocutum se cum Romanorum legatis.' quæ audisset, quæque dixisset, ita disposita, ut superior, fuisse in disceptatione videri posset. Apud Rhodios legati addiderunt, 'Confidere pacem futuram. auctoribus enim Marcio 'atque Atilio, missos Romam legatos. Si pergerent Romani 'contra fœdus movere bellum, tum omni gratia, omni ope 'enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem. Si nihil 'deprecando proficiant, id agendum, ne omnium rerum jus 'ac potestas ad unum populum perveniat. Quum ceterorum 'id interesse, tum præcipue Rhodiorum, [48] qui plus inter 'alias civitates dignitate atque opibus excellant: quæ serva 'atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, 'respectus.' Magis et literæ et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt: potentior esse partis melioris auctoritas cœperat. Responsum ex decreto est: 'Optare pacem Rhodios. si bellum 'esset, ne quid ab Rhodiis speraret aut peteret rex, quod 'veterem amicitiam, multis magnisque meritis pace belloque

[47] *Et Byzantium, et Rhodum*] Hic aliquid videtur vel corruptum esse, vel excidisse. Hoc probant primo ea quæ sequuntur. *In litteris eadem sententia ad omnes erat.* Vox enim *omnes* latius aliquid sonat, quám ut de duabus tantum civitatibus, Byzantio et Rhodo, dici potuerit. Deinde vero Polybius, ex quo hæc omnia descripta sunt, significat Legat. 65. plures fuisse populos, ad quos hæ litteræ missæ fuerint. Postquam enim exposuit, quid illæ litteræ continerent, subjungit: *Circa alius quidem civitates per tabellarios duntaxat litteras illas misit: Rhodum vero etiam legatos cum litteris.* Itaque hic Livii locus culpa librariorum deformatus profecto est, et ejus sententia ex Polybio refingenda.

[48] *Qui plus . . . excellant*] Si hoc modo legatur, vacat *τὸ plus*. Lege *quo plus.* Polybius, ὅσῳ γὰρ πλεῖον ὀρέγονται τῆς ἰσηγορίας καὶ παῤῥησίας, καὶ διατελοῦσι προστατοῦντες οὐ μόνον τῆς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας.

U. C. 581. A. C. 171.

'partam, disjungeret sibi ab Romanis.' [49] Ab Rhodo redeuntes, Bœotiæ quoque civitates, et Thebas, et Coronæam, et Haliartum, adierunt: quibus expressum invitis existimabatur, ut, relicta regia societate, Romanis adjungerentur. Thebani nihil moti sunt: quamquam nonnihil, et damnatis principibus, et restitutis exsulibus, succensebant Romanis. Coronæi et Haliartii, favore quodam insito in reges, legatos in Macedoniam miserunt, præsidium petentes, quo se adversus inpotentem superbiam Thebanorum tueri possint. Cui legationi responsum ab rege est [a], 'præsidium se propter 'induceias cum Romanis factas mittere non posse: tamen 'suadere, ita a Thebanorum injuriis, qua possent, ut se vin'dicarent, ne Romanis præberent caussam in se sæviendi.'

Marcius legationem renunciat.

XLVII. Marcius et Atilius Romam quum venissent, legationem in Capitolio ita renunciarunt, ut nulla re magis gloriarentur, quam decepto per inducias et spem pacis rege. 'Adeo enim adparatibus belli fuisse instructum, ipsis nulla 'parata re, ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo 'potuerint, quam exercitus in Græciam trajiceretur. Spatio 'autem induciarum sumto, venturum illum nihilo paratiorem; 'Romanos omnibus instructiores rebus cœpturos bellum. 'Bœotorum quoque se concilium arte distraxisse, ne con'jungi amplius ullo consensu Macedonibus possent.' Hæc, ut summa ratione acta, magna pars senatus adprobabat: veteres et moris antiqui memores negabant, 'se in ea lega'tione Romanas agnoscere artes. Non per insidias et noc'turna prœlia, nec simulatam fugam inprovisosque ad 'incautum hostem reditus, nec ut astu magis, quam vera 'virtute, gloriarentur, bella majores gessisse. [50] indicere 'prius, quam gerere, solitos bella, denunciare etiam; in'terdum locum finire, in quo dimicaturi essent. Eadem fide 'indicatum Pyrrho regi medicum, vitæ ejus insidiantem: ea'dem [51] Faliscis vinctum traditum proditorem liberorum regis. 'Hæc Romana esse, non versutiarum Punicarum, neque calli'ditatis Græcæ: apud quos fallere hostem, quam vi superare, 'gloriosius fuerit. Interdum in præsens tempus plus profici 'dolo, quam virtute: sed ejus demum animum in purpetuum

Senibus inprobatus.

[a] *est* del. Crev.

49 *Ab Rhodo redeuntes, Bœotiæ quoque civitates*] Polybius diversos legatos Rhodum et in Bœotiam missos esse clare docet Legat. 65. et 66. Quod ideo observamus, quia ceteroquin eum in hac omni narratione sequitur et exscribit noster.

50 *Indicere .. solitos bella, denunciare etiam*] Bellum indicebatur senatus decreto ac populi jussu: tum denunciabatur vel ipsi utique regi aut populo, cui indictum fuerat, vel saltem ad proximum in finibus præsidium. Vid. supra, l. XXXI. c. 8.

51 *Faliscis vinctum traditum proditorem liberorum regis*] Sigonius existimat alios hic auctores secutum esse Livium, quam quos secutus est in ipsa re narranda, supra l. v. c. 27. Gronovius legi posse putat *proditorem liberorum magistrum*.

U. C. 581. A. C. 171.

'vinci, cui confessio expressa sit, se neque arte, neque casu, 'sed conlatis cominus viribus, justo ac pio bello esse superatum.' Hæc seniores, quibus nova hæc minus placebat sapientia. vicit tamen ea pars senatus, cui potior utilis, quam honesti, cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcii, [52] et eodem rursus in Græciam cum quinqueremibus remitteretur, jubereturque cetera, uti e republica maxime visum esset, agere. A. quoque Atilium miserunt ad occupandam Larissam in Thessalia, timentes, ne, si induciarum dies exisset, Perseus, præsidio eo [b] misso, caput Thessaliæ in potestate haberet. Duo millia peditum Atilius ab Cn. Sicinio accipere ad eam rem agendam jussus. et P. Lentulo, qui ex Achaia redierat, trecenti [c] milites Italici generis dati, ut [53] Thebis daret operam, ut in potestate Bœotia esset.

In Græciam remittitur.

XLVIII. His præparatis, quamquam ad bellum consilia erant destinata, senatum tamen præberi legatis placuit. Eadem fere, quæ in conloquio ab rege dicta erant, [54] relata ab legatis. Insidiarum Eumeni factarum crimen, et maxima cura, et minime tamen probabiliter, (manifesta enim res erat) defensum. Cetera deprecatio erat: sed non eis animis audiebantur, qui aut doceri, aut flecti possent. Denunciatum, extemplo mœnibus urbis Romæ, Italia intra trigesimum diem excederent. P. Licinio deinde consuli, cui Macedonia provincia obvenerat, denunciatum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. C. Lucretius prætor, cui classis provincia erat, cum quadraginta quinqueremibus ab urbe profectus: nam ex refectis navibus alias in alium usum retineri ad urbem placuit. Præmissus a prætore est [55] frater Lucretius [d] cum quinquereme una: jussusque, ab sociis ex fœdere acceptis navibus, ad Cephalleniam classi obcurrere. ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Uritibus quatuor, præter oram Italiæ supervectus Calabriæ extremum promontorium in Ionio mari, Dyrrhachium trajicit. Ibi decem ipsorum Dyrrhachinorum, duodecim Issæorum, quinquaginto quatuor Gentii regis lembos nactus, simulans se credere, eos in usum Romanorum comparatos esse, omnibus abductis, die tertio Corcyram, inde protinus in Cephalleniam trajicit. C. Lu-

Legati Persei auditi.

Excedere Italia jussi.

Lucretius Pr. in Græciam navigat.

[b] *eo* del. Gron. Crev. [c] *treceni* Eæd. [d] *M. Lucretius* Crev.

[52] Et *eodem rursus in Græciam*] Tolle duas postremas voces, manifestum glossema, interpretando τῷ *eodem* inepte additum. Idem plane vitium irrepserat supra l. XXXVII. c. 19. *eodem Adramytteum*, ubi itidem nomen urbis tollendum esse monuimus. Hic videtur præterea excidisse numerus quinqueremium.

[53] * *Thebis*] Thebis manens, Thebas tenens.

[54] * *Relata*] Iterata.

[55] *Frater M. Lucretius*] In vulgatis hic prætoris frater caret prænomine. Restitutum ei est hoc loco ex auctoritate Gronovii, qui observavit eum appellari M. Lucretium, infra c. 56.

U. C. 581. A. C. 171. cretius prætor ab Neapoli profectus, superato freto, die quinto in Cephalleniam transmisit. Ibi stetit classis, simul opperiens, ut terrestres copiæ trajicerentur, simul, ut onerariæ, ex agmine suo per altum dissipatæ, consequerentur.

Licinius Cos. proficiscitur in Macedoniam.

XLIX. Per hos forte dies P. Licinius consul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac majestate geritur: præcipue tamen convertit oculos animosque, quum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna, hostem, euntem consulem prosequuntur. Contrahit enim non [56] officii modo cura, sed etiam studium spectaculi, ut videant ducem suum, cujus imperio consilioque [57] summam rempublicam tuendam permiserunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli casus, quam incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli sit: adversa, secunda, quæque incitia et temeritate ducum clades sæpe acciderent; quæ contra bona prudentia et virtus adtulerit. Quem scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ consulem ad bellum mittant? triumphantemne mox cum exercitu victore scandentem Capitolium ad eosdem Deos, a quibus proficiscatur, visuri; an hostibus eam præbituri lætitiam sint? Persi autem regi, adversus quem ibatur, famam et bello clara Macedonum gens, et Philippus pater, inter multa prospere gesta Romano etiam nobilitatus bello, præbebat; tum ipsius Persei numquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli exspectatione celebrari nomen. cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiscentem consulem prosecuti sunt. Duo consulares tribuni militum cum eo missi, C. Claudius, Q. Mucius; et tres inlustres juvenes, P. Lentulus, et duo Manlii Acidini. alter [58] M. Manlii, alter L. Manlii filius erat. Cum iis consul Brundisium ad exercitum, atque inde, cum omnibus copiis transvectus, ad Nymphæum in Appolloniati agro posuit castra.

Perseus consilium habet.

L. Paucos ante dies Perseus, postquam legati, ab Roma regressi, præciderant spem pacis, consilium habuit. Ibi [59] aliquamdiu diversis sententiis certatum est. Erant, quibus vel stipendium pendendum, si injungeretur, vel agri parte cedendum, si multarent; quidquid denique aliud pacis caussa patiendum esset, non recusandum videretur, nec committendum, ut in aleam tanti casus se regnumque daret. ‘Si possessio haud ambigua regni maneret, multa diem

[56] *Officii*] Privati: * ut cuique cum eo qui proficiscitur privatim aut amicitia, aut cognatio, aut alia aliqua necessitudo est.

[57] *Summam rempublicam*] Et hic, quemadmodum supra, c. 33. inversæ erant literæ *P. R.* pro *R. P.*

[58] *M. Manlii*] Atqui supra, l. VI. c. 20. memoravit Livius gentis Manliæ decreto cautum esse, ne quis deinde *M. Manlius* vocaretur. Itaque hic vitium est in prænomine.

[59] *Aliquamdiu diversis*] Sic recte Sigonius pro *aliquam diversis*.

'tempusque adferre posse, quibus non amissa modo recupe- U. C. 581.
'rare, sed timendus ultro iis esse, quos nunc timeret, posset.' A. C. 171.
Ceterum multo major pars ferocioris sententiæ erat: 'Quid-'quid cessisset, cum eo simul regno protinus cedendum esse,' adfirmabant. 'Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: 'sed hoc scire, quum omnia humana, tum maxima quæque 'et regna et imperia sub casibus multis esse. [60] Karthagini-'ensium opes fregisse sese, et cervicibus eorum præpotentem 'finitimum regem inposuisse: Antiochum progeniemque ejus '[61] ultra juga Tauri remotum. Unum esse Macedoniæ regnum, 'et regione propinquum et quod, [62] sicubi populo Romano [e] 'sua fortuna labet, antiquos animos regibus suis videatur 'posse facere. Dum integræ res [63] ** apud animum suum 'Persea debere, utrum, singula concedendo, nudatus ad ex-'tremum opibus extorrisque regno, Samothraciam aliamve 'quam insulam petere ab Romanis, ubi privatus superstes 'regno suo in contemtu atque inopia consenescat, malit: an, 'armatus vindex fortunæ dignitatisque suæ, ita ut viro forti 'dignum sit, patiatur, quodcumque casus belli tulerit; aut 'victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non 'esse admirabilius Romanos Græcia pelli, quam Hannibalem 'Italia pulsum esse. neque, Hercule, videre, qui conveniat, 'fratri, adfectanti per injuriam regnum, summa vi restitisse; 'alienigenis bene parto eo cedere. [64] Postremo ita bello et pace 'quæri, ut inter omnes conveniat, nec turpius quidquam esse, 'quam sine certamine cessisse regno: nec præclarius quid-'quam, quam pro dignitate ac majestate omnem fortunam 'expertum esse.'

LI. Pellæ, in vetere regia Macedonum, hoc consilium erat. 'Geramus ergo,' inquit, 'Diis bene juvantibus, quando ita 'videtur, bellum:' literisque circa præfectos dimissus, Citium (Macedoniæ oppidum est) copias omnes contrahit. ipse centum hostiis sacrificio regaliter [65] Minervæ, quam

[e] *populus Romanus* Gron. Crev.

[60] *Carthaginiensium opes fregisse sese*] Vox *sese* redundat, et videtur nata esse ex vitiosa repetitione ultimarum litterarum verbi præcedentis.

[61] *Ultra juga Tauri remotum*] Hic quoque, ut c. 42. supra, magis placeret *emotum*.

[62] *Sicubi populus Romanus sua fortuna labet*] Recte videtur emendare Clericus, *Sicubi populo Romano sua fortuna labet*. Atque id quidem eo facilius admitti debet, quod *P. R.* aut additis paucis litteris *Pop. Rom.* scribere vulgo solebant.

[63] *Sint cogitare*] Has duas voces adjicit Sigonius explendo sensui.

[64] *Postremo ita bello et pace quæri*] Locus corruptus: cujus sensum ægre, verba nullomodo assequi nos posse speramus. Ceterum ex particulis *ita..ut* videtur inferri posse, aliquid priore membro dictum fuisse, quod aliquatenus adversaretur iis quæ in secundo membro dicuntur: prorsus quasi priori membro præfixum esset τὸ *quamvis*, alteri *tamen*. Itaque suspicamur hanc fuisse Livii mentem, ut significare voluerit, ita potiorem esse bello pacem, *ut* tamen *inter omnes conveniat, etc.*

[65] *Minervæ, quum vocant Alcidem*] Probabilis videtur Turnebi conjectura, qui legit *Alcidemum*, id est, populi ro-

U. C. 581. A. C. 171.

Copiæ Persei.

vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum et satellitum manu profectus Citium est. eo jam omnes Macedonum externorumque auxiliorum convenerant copiæ. Castra ante urbem ponit, omnesque armatos [66] in campo struxit. [67] Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ erant. [68] Hippias Berœæus præerat. Delecta deinde et viribus et robore ætatis, ex omni cætratorum numero, duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant. Præfectos habebant Leonatum et Thrasippum [69] Eulyestas. Ceterorum cætratorum trium ferme millium hominum, dux erat Antiphilus Edessæus. Pæones, et ex [70] Parorea et Parstrymonia (sunt autem ea loca subjecta Thraciæ) et Agrianes, admixtis etiam [71] Thracibus incolis, trium millium ferme et ipsi expleverunt numerum. Armaverat contraxeratque eos Didas Pæon, qui adolescentem Demetrium occiderat. Et armatorum duo millia Gallorum erant, præfecto Asclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum suum ducem habebant. Cretensium par pene numerus suos duces sequebatur: Susum Phalasarneum et Syllum Gnossium. Et Leonides Lacedæmonius quingentis ex Græcia, mixto generi hominum, præerat. Regii is generis ferebatur; exsul, damnatus frequenti concilio Achæorum, literis ad Persea deprensis. Ætolorum et Bœotorum, qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum, Lyco[f] Achæus præfectus erat. Ex his mixtis tot populorum, tot gentium auxiliis duodecim millia armatorum ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia contraxerat tria millia. Venerat eodem Cotys, Seuthæ filius, rex gentis Odrysarum, cum mille delectis equitibus, pari ferme peditum numero. Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum. Satis constabat, [72] secundum eum exercitum, quem Magnus Alex-

[f] add. *tres* Doer.

bar. In hanc mentem eum deduxerunt alia quædam Minervæ cognomina huic affinia, ut Λαόσσας, populi salus, Ἀλκιμάχη, fortiter pugnans.

66 *In campo struxit*] Melius videretur Gronovio *instruxit*.

67 *Summa omnium*] Vel hic intelligendi sunt soli pedites, vel numerus male conceptus est, legendumque *quadraginta tria millia*. Vid. hoc ipso capite versus finem.

68 *Hippias Berœæus*] Olim *Beræus*: ut et infra legebatur *Antiphilus Edissæus* pro *Edessæus*. Utrumque nomen correxit idem Sigonius.

69 *Eulyestas*] Turnebus, *Elymiotas*. Forte *Lyncestas*. GRONOVIUS.

70 *Parorea*] Hoc nomen ex vi vocabuli exprimit regionem montibus propinquam. *Parstrymonia* regio est ad Strymonem.

71 * *Thracibus incolis*] Thracibus qui in Agrianum regionem transierant, ibique habitabant.

72 *Secundum eum exercitum quem Magnus Alexander*] Ita loquitur Livius, quasi Alexandri exercitus Persei copias vel superasset numero, vel certe æquasset. Constat tamen ex scriptorum omnium consensu, ipsum illum exercitum Orbis domitorem minus militum habuisse, quam quot secum Perseus ducebat. Plutarcho auctore in Alexandro, copiarum ejus numerum qui maximum edidere, tradunt fuisse quatuor et triginta millium peditum, equitum quatuor. Justinus, l. XI. c. 6. triginta duo ei peditum millia tri-

ander in Asiam trajecit, numquam ullius Macedonum regis copias tantas fuisse. U. C. 581. A. C. 171.

LII. Sextus et vicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quieta Macedonia et progeniem ediderat, cujus magna pars matura militiæ esset, et levibus bellis Thracum adcolarum, quæ exercerent magis, quam fatigarent, sub assidua tamen militia fuerat: et diu meditatum Philippo primo, deinde et Persi, Romanum bellum, omnia ut instructa parataque essent, effecerat. Mota parumper acies, ([73] non justo decursu tamen) ne stetisse tantum in armis viderentur: armatosque, sicut erant, ad concionem vocavit. Ipse constitit in tribunali, circa se habens filios duos: quorum major Philippus, natura frater, adoptione filius; minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat. Cohortatus est milites ad bellum: [74] injuriam populi Romani in patrem seque commemoravit: 'Illum, omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, 'inter adparatum belli fato obpressum: ad se simul legatos, 'simul milites ad occupandas Græciæ urbes missos. Fallaci 'deinde conloquio per speciem reconciliandæ pacis extractam 'hiemem, ut tempus ad comparandum haberent. Consulem 'nunc venire cum duabus legionibus Romanis, quæ [75] ** tre'cenos equites habeant, et pari ferme numero sociorum pedi'tum equitumque. Eo ut accedant regum auxilia Eumenis 'et Masinissæ, non plus septem millia peditum, duo equitum 'futura. Auditis hostium copiis, respicerent suum ipsi ex'ercitum; quantum numero, quantum genere militum præ'starent tironibus, raptim ad id bellum conscriptis, ipsi, a 'pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atque durati bellis. 'Auxilia Romanis Lydos, et Phrygas, et Numidas esse: sibi 'Thracas, Gallosque, ferocissimas gentium. Arma illos ha'bere ea, quæ sibi quisque paraverit pauper miles: Mace'donas promta ex regio adparatu, per tot annos patris sui 'cura et inpensa facta. Commeatum illis quum procul, tum 'omnibus sub casibus maritimis fore: se et pecuniam et fru'mentum, præter reditus metallorum, in decem annos 'seposuisse. Omnia, quæ Deorum indulgentia, quæ regia

Oratio Persei ad milites.

buit, quatuor millia et quingentos equites: quam sententiam videtur ipse secutus esse Livius, l. IX. c. 19. Vid. et Freinshem. qui ex priscis monumentis rem diligenter exsequitur, Suppl. in Curtium, l. II. c. 3.

[73] *Non justo decursu tamen, ne stetisse tantum*] Transponit Muretus: *non justo decursu tamen; tantum, ne stetisse in armis viderentur*. GRONOVIUS. * Non decurrerunt plane: id tantum edidere motus, quod necesse erat ut non stetisse in armis omnino quieti viderentur.

[74] *Injuriam populi Romani*] Magis placeret *injurias*. Libro II. c. 38. *Veteres populi Romani injurias, cladesque gentis Volscorum*.

[75] *Singulæ sena millia peditum et trecenos equites*] Quinque primas voces inseruit Clericus ex mente Gronovii. Manifestum erat aliquid hoc loco deesse. Cur enim Perseus de solis equitibus mentionem faceret. *Trecenos* reposuit Sigonius pro *tricenos*.

U. C. 581. A. C. 171. 'cura præparanda fuerant, plena cumulataque habere Macedonas. animum habendum esse, quem habuerint majores 'eorum; qui, Europa omni domita, transgressi in Asiam, incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum: nec ante 'vincere desierint, quam [76] Rubro mari inclusis, quod vincerent, defuerit. At, Hercule, nunc non de ultimis Indiæ 'oris, sed de ipsius Macedoniæ possessione certamen fortunam 'indixisse. Cum patre suo gerentes bellum Romanos '[77] speciosum Græciæ liberandæ tulisse titulum. nunc propalam Macedoniam in servitutem petere, ne rex vicinus imperio sit Romano, ne gens bello nobilis arma habeat. Hæc 'enim tradenda superbis dominis esse cum rege regnoque, si 'absistere bello, et facere imperata velint.'

LIII. Quum per omnem orationem satis frequenti adsensu subclamatum esset; tum vero ea vociferatio, simul indignantium minitantiumque, partim jubentium bonum animum habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret. [78] tantum jussis ad iter parare [g], (jam enim dici, movere castra ab Nymphæo Romanos) concione dimissa, ad audiendas legationes civitatium Macedoniæ se contulit. venerant autem ad pecunias, pro facultatibus quæque suis, et frumentum pollicendum ad bellum. Omnibus gratiæ actæ, remissum omnibus; satis regios adparatus ad ea dictum subficere: vehicula tantum imperata, ut tormenta, telorumque missilium ingentem vim præparatam, bellicumque aliud instrumentum veherent. Profectus inde toto exercitu, Eordæam [h] petens, ad Begorritem, quem vocant, lacum positis castris, postero die in Elimeam ad Haliacmona fluvium processit. Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit [79] ad (Tripolim vocant) Azorum, [80] Pythium, et Dolichen incolentes. Hæc tria oppida paullisper cunctata, quia obsides Larissæis dederant, victa tamen præsenti metu, in deditionem concesserunt. Benigne his adpellatis, haud dubius Perrhæbos quoque idem facturos, [81] urbem, nihil cunctatis, qui incolebant, primo adventu recipit. [82] Cyretias obpugnare coactus [i], primo etiam die

Macedoniæ civitates pecuniam obferunt.

It in Thessaliam.

[g] *parari* Crev. [h] *Eordeam* Gron. Crev. [i] *conatus* Gron.

[76] *Rubro mari*] Id est, Indico. Veteres Rubri maris nomine non intelligebant solummodo Arabicum sinum, cui nunc soli hæc appellatio remansit, sed et Persicum sinum, teste Plinio, l. VI. c. 24. atque etiam Indicum mare: ut patet ex hoc loco, et ex Curtio l. VIII. c. 9. in descriptione Indiæ.

[77] *Speciosum . . . tulisse titulum*] Gronovius legit *prætulisse*.

[78] *Tantum jussis ad iter parari*] Sigonius emendavit, quum prius legeretur *parare*.

[79] * *Ad (Tripolim vocant) Azorum.. incolentes*] Ad incolentes Azorum, Pythium, et Dolichen, quam quidem regionem Tripolim vocant. *Tripolis* vox Græca est, indicans regiunculam tribus oppidis habitatam.

[80] *Pythium*] Vulgo *Pythoum*. Mutavit Sigonius ex Plutarcho in Paulo, et Stephano.

[81] *Urbem, nihil cunctatis*] Patet excidisse nomen urbis.

[82] *Cyretias oppugnare coactus*] Sic habuit vetus exemplar. Sigonius jus-

acri concursu ad portas armatorum est repulsus: postero die omnibus copiis adortus, [83] in deditionem omnes ante noctem accepit. U. C. 581. A. C. 171.

LIV. Mylæ, proximum oppidum, ita munitum, ut inexsuperabilis munimenti spes incolas ferociores faceret, non portas claudere regi satis habuerunt, sed [84] probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt. quæ res, quum infestiorem hostem ad obpugnandum fecisset, ipsos desperatione veniæ ad tuendos sese acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrimque animis et obpugnatæ sunt, et defensæ. Multitudo Macedonum ad subeundum in vicem prœlium haud difficulter succedebat: oppidanos, diem, noctem eosdem tuentes mœnia, non vulnera modo, sed etiam vigiliæ et continens labor conficiebat. quarto die quum et scalæ undique ad muros erigerentur, et porta vi majore obpugnaretur; oppidani depulsi muris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in hostes faciunt. quæ quum iræ magis inconsultæ, quam veræ fiduciæ virium esset, pauci et fessi ab integris pulsi terga dederunt; fugientesque per patentem portam hostes acceperunt. Ita capta urbs ac direpta est. libera quoque corpora, quæ cædibus superfuerunt, venumdata. Diruto magna ex parte et incenso oppido profectus, ad Phalannam castra movit: inde postero die Gyrtonem pervenit. Quo quum T. Minucium Rufum et Hippiam, Thessalorum prætorem, cum præsidio intrasse accepisset, ne tentata quidem obpugnatione, prætergressus, [85] Elatiam et Gonnum, perculsis inopinato adventu oppidanis, recepit. Utraque oppida in faucibus sunt, quæ Tempe adeunt; magis Gonnus. itaque et firmiore id præsidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa triplici ac vallo munitum, reliquit. Ipse, ad Sycurium progressus, opperiri ibi hostium adventum statuit: simul et frumentari passim exercitum jubet in subjecto hostium agro. namque Sycurium est sub radicibus Ossæ montis. qua in meridiem vergit. subjectos habet Thessaliæ campos: ab tergo Mace-

sit legi *conatus*, quæ infelix emendatio pleroeque editos occupavit. Perspicuum tamen est primo nihil minus convenire huic loco, quam verbum *conatus*. Non enim Cyretias Perseus oppugnare conatus est, sed et oppugnavit revera, et cepit. Deinde non minus clarum est, verbum *coactus* hic apprime quadrare. Urbem in Perrhæbis Perseus primo adventu receperat. At non eadem facilitate Cyretiis potius est. Eas oppugnare est coactus, atque etiam primo die repulsus est.

[83] *In deditionem omnes ante noctem accepit*] Vox *omnes* nullum hic locum habet: ac facile crediderimus eam male natam esse ex propinqua voce *omnibus*, quæ reperitur in præcedenti membro.

[84] *Probris ... jaculati sunt*] Gronovius observat usitatius dici *jaculari aliquid*, vel pro scopo, ut *Dextera sacras jaculatus arces*; vel pro telo, ut *jaculatus puppibus ignes*. Itaque legit vel *probra .. jaculati sunt*, vel, si utique *probris* retineatur, *joculati*.

[85] *Elatiam et Gonnum*] Sua his urbibus restituit nomina Sigonius. Prius legebatur *Velatias et Cynnum*.

U. C. 581. A. C. 171. doniam atque Magnesiam. Ad has opportunitates accedit summa salubritas et copia, pluribus circumjectis fontibus, perennium aquarum.

Cos. ad regem vadit. LV. Consul Romanus, per eosdem dies Thessaliam cum exercitu petens, iter expeditum primo per Epirum habuit; deinde, postquam in Athamaniam est transgressus, asperi ac prope invii soli, cum ingenti difficultate parvis itineribus ægre Gomphos pervenit: cui si, vexatis hominibus equisque, tironem exercitum ducenti acie instructa et loco suo et tempore obstitisset rex, ne Romani quidem abnuunt, magna sua cum clade fuisse pugnaturos. Postquam Gomphos sine certamine ventum est, præter gaudium periculosi saltus superati, contemtus quoque hostium, adeo ignorantium opportunitates suas, accessit. Sacrificio rite perfecto, consul, et frumento dato militibus, paucos ad requiem jumentorum hominumque moratus dies, quum audiret vagari Macedonas effusos per Thessaliam, vastarique sociorum agros, satis jam refectum militem ad Larissam ducit. Inde, quum tria millia ferme abesset a Tripoli, (Sceam vocant) super Peneum amnem posuit castra. Per idem tempus Eumenes ad Chalcidem navibus accessit cum Attalo atque Athenæo fratribus, Philetæro fratre relicto Pergami ad tutelam regni. inde cum Attalo et quatuor millibus peditum, mille equitum, ad consulem venit. Chalcide relicta duo millia peditum, quibus Athenæus præpositus. Et alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Græciæ populis convenerunt, quorum pleraque (adeo parva erant) in oblivionem adducta. Apolloniatæ trecentos equites, centum pedites miserunt. Ætolorum [86] alæ unius instar, quantum in tota gente equitum erat, venerant: et [87] Thessalorum omnis equitatus separatus erat. non plus quam trecenti erant equites in castris Romanis. Achæi juventutis suæ, Cretico maxime armatu, ad mille dederunt.

Eumenis adventus.

Alia auxilia.

LVI. Sub idem tempus et C. Lucretius prætor, qui navibus præerat ad Cephalleniam, M. Lucretio fratre cum classe [88] super Maleam Chalcidem jusso petere, ipse triremem conscendit, sinum Corinthium petens ad præoccupandas in Bœotia res. tardior ei navigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius, Chalcidem adveniens, quum a P. Lentulo Haliartum obpugnari audisset, nuncium, prætoris verbis, qui abscedere eum inde juberet, misit. Bœoto-

Lucretius Pr. in Bœotia.

86 * *Alæ unius instar*] Ex vi verborum, imago ac species unius alæ: id est, una propemodum ala. *Ala* apud Romanos trecentorum ferme equitum erat.

87 *Thessalorum omnis equitatus separatus erat*] Huc illuc: sparsus quia nempe, quum in Thessalia bellum gereretur, per omnem regionem distribuerant sese, ut varias ejus partes adversus præsentem hostem tuerentur.

88 * *Super Maleam*] Superando Maleam promontorium.

rum juventute, quæ pars cum Romanis stabat, eam rem adgressus legatus, a mœnibus abscessit. Hæc soluta obsidio locum alteri novæ obsidioni dedit. namque extemplo M. Lucretius cum exercitu navali, decem millibus armatorum, ad hoc duobus millibus regiorum, qui sub Athenæo erant, Haliartum circumsedit: parantibusque jam obpugnare, supervenit a Creüsa prætor. Ad idem fere tempus et ab sociis naves Chalcidem convenerunt: duæ Puniceæ quinqueremes, duæ ab Heraclea ex Ponto triremes, quatuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rhodiæ quadriremes. Prætor, quia nusquam erat maritimum bellum, remisit sociis. et Q. Marcius Chalcidem navibus venit, Alope capta, Larissa, quæ Cremaste dicitur, obpugnata. Quum hic status in Bœotia esset, Perseus, quum ad Sycurium (sicut ante dictum est) stativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vastandum agrum Pheræorum misit: ratus ad juvandas sociorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse. Quos quum eo tumultu nihil motos animadvertisset, [89] prædam quidem, præterquam hominum, (pecora autem maxime omnis generis fuere) divisit ad epulandum militibus.

U. C. 581.
A. C. 171.

LVII. Sub idem deinde tempus consilium et consul et rex habuerunt, unde bellum ordirentur. [90] Regis creverunt animi vastatione concessa sibi ab hoste Pheræi agri. itaque eundum inde ad castra, nec dandum ultra spatium cunctandi, censebat. Et Romani censebant, cunctationem suam infamem apud socios esse, maximopere indigne ferentes, non latam Pheræis opem. Consultantibus, quid agerent, (aderant autem Eumenes et Attalus in consilio) trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse. Consilio dimisso, signum extemplo datur, ut arma capiant. Interim placet, ex regiis auxiliis centum equites et parem numerum jaculatorum peditum exire. [91] Perseus hora ferme diei quarta, quum paullo plus mille passus abesset a castris Romanis, consistere signa peditum jussit. [92] prægressus ipse cum equitibus ac levi armatura, et Cotys cum eo ducesque aliorum auxiliorum præcesserunt. Minus quingentos passus ab castris aberant, quum in conspectu fuere hostium equites: duæ alæ erant magna ex parte Gallorum, (Cassignatus præerat) et levis armaturæ centum fere et quinquaginta Mysi aut Cretenses. Constitit rex, incertus quantum esset hostium.

Perseus in Romanos ducit.

89 *Prædam quidem*] Vacat particula *quidem*. Gronovius suspicatur legendum, *prædæ quod erat*.

90 *Regis creverunt animi*] Magis placeret: *Regi creverant animi*.

91 *Perseus hora ferme diei quarta*] Adjecit Sigonius vocem *hora*, quæ commode abesse non poterat.

92 *Prægressus ipse . . . et Cotys cum eo ducesque . . . præcesserunt*] Manifestum est vacare ultimam vocem.

U. C. 581. A. C. 171. Equestre prœlium. Duas inde ex agmine turmas Thracum, duas Macedonum cum binis Cretensium cohortibus et Thracum, misit. Prœlium, quum pares numero essent, neque ab hac aut illa parte nova auxilia subvenirent, incerta victoria finitum est. Eumenis ferme triginta interfecti; inter quos Cassignatus dux Gallorum cecidit. et tunc quidem Perseus ad Sycurium copias reduxit. postero die circa eamdem horam in eumdem locum rex copias admovit, plaustris cum aqua sequentibus. nam duodecem millium passuum via omnis sine aqua, et plurimi pulveris erat: adfectosque siti, si [93] primo in conspectu dimicassent, pugnaturos fuisse adparebat. Quum Romani quiessent, stationibus etiam intra vallum reductis, regii quoque in castra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt, sperantes fore, ut Romani equites abeuntium novissimum agmen adgrederentur. inde certamine orto, quum longius a castris eos elicuissent, facile, ubiubi essent, se, qui equitatu et levi armatura plus possent, conversuros aciem.

LVIII. Postquam inceptum non succedebat, castra propius hostem movit rex, et a quinque millibus passuum communiit. inde, luce prima in eodem, quo solebat, loco peditum acie instructa, equitatum omnem levemque armaturam ad castra hostium ducit. Visus et plurium et propior solito pulvis trepidationem in castris Romanis fecit. Et primo vix creditum nuncianti est, quia prioribus continuis diebus numquam ante horam quartam hostis adparuerat. tum solis ortus erat. Deinde ut plurium clamore et cursu a portis dubitatio exempta est, tumultus ingens oboritur. tribuni, præfectique, et centuriones in prætorium; miles ad sua quisque tentoria discurrit. Minus quingentos passus a vallo instruxerat Perseus suos circa tumulum, quem Callicinum vocant. Lævo cornu Cotys rex præerat cum omnibus suæ gentis: equitum ordines levis armatura interposita distinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites: intermixti turmis eorum Cretenses. [94] Huic armaturæ Milo Berœæus, equitibus et summæ partis ejus Meno Antigonensis præerat. [95] Proximi cornibus constiterant regii equites, et mixtum genus, delecta plurium gentium auxilia: [96] Patrocles Antigonensis hic[k] et Præoniæ præfectus Didas erant præpositi. Medius omnium

Perseus equitatum omnem ad castra hostium ducit.

[k] *his* Crev.

93 * *Primo in conspectu*] Statim atque hostis conspectus erat. Ad pugnam die proxime præcedenti affecti siti venissent, si statim atque conspexerant hostem dimicassent. Ceterum non explicat Livius, cur aut unde sitim, intervallo facto, levarint.

94 *Huic armaturæ*] Milo, sive Midon, sic enim olim hic legebatur, præerat levi armaturæ Cretensium. Equitibus præerat Meno Antigonensis, et insuper summam imperii in hac parte, id est, in dextro cornu, habebat.

95 * *Proximi cornibus*] Intellige hos locatos fuisse inter cornua et mediam aciem, in qua rex erat.

96 *Patrocles Antigonensis his*] Sic jussit legi Gronovius. Vulgo *hic*.

rex erat. circa eum [97] agema, quod vocant, equitumque [98] sacræ alæ. Ante se statuit funditores jaculatoresque: quadringentorum manus utraque numerum expleverat. Ionem Thessalonicensem et Timanora Dolopem iis præfecit. sic regii constiterant. [99] Consul, intra vallum peditum acie instructa, et ipse equitatum omnem cum levi armatura misit[1]. pro vallo instructi sunt. Dextro cornu præpositus C. Licinius Crassus, consulis frater, cum omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: sinistro M. Valerius Lævinus sociorum et Græcis populis equites habebat, ejusdem gentis levem armaturam. Mediam autem aciem [1] cum delectis equitibus extraordinariis tenebat Q. Mucius. ducenti equites Galli ante signa horum instructi, et de auxiliis Eumenis Cyrtiorum gentis trecenti. Thessali quadringenti equites parvo intervallo [2] super lævum cornu locati. Eumenes rex Attalusque cum omni manu sua ab tergo inter postremam aciem ac vallum steterunt.

U.C. 581.
A.C. 171.

Consulis acies.

LIX. In hunc modum maxime instructæ acies, par ferme utrimque numerus equitum ac levis armaturæ, concurrunt, a funditoribus jaculatoribusque, qui præcesserunt, prœlio orto. Primi omnium Thraces, haud secus quam diu claustris retentæ feræ, concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt? ut usu belli et ingenio inpavida gens turbaretur. gladiis hastas petere pedites, nunc succidere crura equis, nunc ilia subfodere. [3] Perseus, in mediam invectus aciem, Græcos primo inpetu

Prœlium.

[1] *emisit* Gron. Crev.

97 *Agema*] Sic vocavit Livius, lib. XXXVII. c. 40. alam mille equitum: supra c. 51. pedestrem manum, cetratorum nempe legionem. Suidæ *agema* est agmen antecedens regem, e selectis equitibus et peditibus. * Hic potius equites intelligendi videntur. Pugna enim de qua agitur, plane equestris fuit; nec pedites habuit, nisi leviter armatos.

98 *Sacræ alæ*] Vid. not. 28. ad c. 66. infra.

99 *Consul intra vallum*] Olim *proconsul*. Correxit Sigonius.

1 *Cum delectis equitibus extraordinariis*] Qui sint equites *extraordinarii*, explicavimus ad l. XXVII. c. 12. Ceterum vox *delectis* hic suspecta nobis est. Neque enim *extraordinarii* equites tam multi erant, ut pars eorum sufficeret ad tuendam mediam aciem. Itaque vox *delectis* videtur eradenda esse, tanquam apposita ab aliquo, qui exponere voluerit sensum vocis *extraordinariis*. Nisi forte legendum est, *cum delectis equitibus et extraordinariis*. Docet enim Polybius, l. VI. morem fuisse, ut ex equitibus extraordinariis rursum aliqui deligerentur, quos vocat ipse *ἐπιλέκτων ἀπολέκτους*, *et extraordinariis delectos*, qui semper in castris, in agmine, consulibus præsto essent. Hos igitur poterimus hic intelligere, si adjiciamus particulam *et*: sicque et mitior, et fortasse verior erit emendatio.

2 * *Super lævum cornu*] Ultra lævum cornu, in subsidiis: quod disertis verbis exprimitur in ipsius pugnæ narratione.

3 * *Perseus in mediam invectus aciem, Græcos .... avertit*] Græci non tenebant mediam consulis aciem, sed lævum cornu. Itaque, si nihil hic peccavit librariorum incuria, necesse est ut Perseus intelligatur, post tentatam mediam hostium aciem, invectus esse in lævum cornu.

U. C. 581. A. C. 171.

avertit: quibus quum [4] gravis ab tergo instaret hostis; Thessalorum equitatus, qui a lævo cornu brevi spatio disjunctus in subsidiis fuerat extra concursum, primo spectator certaminis, deinde, inclinata re, maximo usui fuit. Cedentes enim sensim integris ordinibus, postquam se Eumenis auxiliis adjunxerunt, et cum eo tutum inter ordines suos receptum sociis fuga dissipatis dabant, et, quum minus conferti hostes instarent, progredi etiam ausi, multos fugientium obvios exceperunt. Nec [5] regii, sparsi jam ipsi passim sequendo, cum ordinatis et certo [6] incedentibus gradu manus conserere audebant. [7] Quum, victor equestri prœlio rex parvo momento

Rex equestri prœlio victor.

si adjuvisset, debellatum esset, opportune [8] adhortanti supervenit phalanx, quam sua sponte, ne audaci cœpto [9] deessent, Hippias et Leonatus raptim adduxerant, postquam prospere pugnasse equitem acceperunt. Fluctuante rege inter spem metumque tantæ rei conandæ, Cretensis Evander, quo ministro Delphis ad insidias Eumenis regis usus erat, postquam [10] agmen inpeditum venientium sub signis vidit, ad regem adcurrit, et monere institit, 'ne elatus felicitate summam 'rerum temere in non necessariam aleam daret. Si con'tentus bene re gesta quiesset eo die, vel pacis honestæ con'ditionem habiturum, vel plurimos belli socios, qui fortunam 'sequerentur, si bellare mallet.' In hoc consilium pronior

Receptui canit.

erat animus regis. Itaque, conlaudato Evandro, signa referri, peditumque agmen redire in castra jubet: equitibus receptui canere.

LX. Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia, haud minus, peditum; capti ferme ducenti equites. ex regiis autem viginti equites, quadraginta pedites interfecti. Postquam rediere in castra victores, omnes quidem

[4] *Gravis*] Sic edidere Gronovii. Quædam aliæ editiones *gravius*: minus concinne. Idem mendum irrepserat supra l. XXVII. c. 4. atque inde sublatum est, auctoribus scriptis.

[5] *Regii, sparsi jam ipsi*] Macedones, qui et ipsi, dum sequuntur fugientes, ordines solverant. Nihil in hunc locum, utpote clari admodum sensus, annotassemus, nisi Dujatius *regios* intellexisset Eumenis milites.

[6] *Incidentibus*] Primum exemplar habuit *incidentibus*. Emendavit Sigonius.

[7] *Quum, victor equestri prælio rex .. si adjuvisset, debellatum esset*] Potest quidem exponi: Quum debellatum esset, si rex, qui victor jam equestri prælio erat, parvo momento adjuvisset. Mallemus tamen cum Sigonio et Gronovio legere: *debellaturus esset.*

[8] *Adhortanti*] Si adhortabatur suos Perseus ad peragendam victoriam, cur igitur tam bona occasione segniter usus est? An legemus, *adhuc stanti*, necdum receptui canere jubenti? quod paulo post fecit.

[9] *Deessent*] Sic maluit Sigonius. Vetus exemplar *deesset*. Sed parum interest.

[10] *Agmen impeditum*] Observat Perizonius phalangem nullo modo *impeditam* dici potuisse, quæ supra c. 58. dicitur stetisse instructa eo loco quo, solebat, parata ad pugnam, ut ex tota narratione patuit. Itaque legit *agmen peditum*. Paulo post de eadem phalange: *peditumque agmen redire in castra jubet.*

U. C. 581. A. C. 171.

læti, ante alios Thracum insolens lætitia eminebat: cum cantu enim [11] superfixa capita hostium portantes redierunt. Apud Romanos non mœstitia tantum ex male gesta re, sed pavor etiam erat, ne extemplo castra hostis adgrederetur. Eumenes suadere, ut trans Peneum transferret castra; ut pro munimento amnem haberet, dum perculsi milites animos colligerent. Consul moveri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit. Rex, postero die ad lacessendos prœlio hostes progressus, postquam trans amnem in tuto posita castra animadvertit, fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis; sed aliquanto majorem culpam esse, quod nocte foret cessatum. nam. ut neminem alium suorum moveret, levi armatura inmissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse. Romanis quidem præsens pavor demtus erat, in tuto castra habentibus: damnum inter cetera præcipue famæ movebat. et in consilio apud consulem pro se quisque in Ætolos conferebant caussam; 'ab iis fugæ terrorisque principium 'ortum. secutos pavorem Ætolorum et ceteros socios Græ'corum populorum.' Quinque principes Ætolorum primi terga vertentes conspecti dicebantur. Thessali pro concione laudati, ducesque eorum etiam virtutis caussa donati.

Cos. trans Peneum castra transfert.

LXI. Ad regem spolia cæsorum hostium referebantur. dona ex his, aliis arma insignia, aliis equos, quibusdam captivos dono dabat. scuta erant supra mille quingenta [m]; loricæ thoracesque [12] mille amplius summam explebant; galearum gladiorumque et missilium omnis generis major aliquanto numerus. Hæc, per se ampla, pleraque multiplicata verbis regis, quæ ad concionem vocato exercitu habuit. 'Præ'judicatum eventum belli habetis. Meliorem partem hos'tium, equitatum Romanum, quo invictos se esse gloriabantur, 'fudistis. Equites enim illis principes juventutis, equites se'minarium senatus: inde lectos in Patrum numerum con'sules, inde imperatores creant. horum spolia paullo ante 'divisimus inter vos. Nec minorem de legionibus peditum 'victoriam habetis. quæ, nocturna fuga vobis subtractæ, 'naufragorum trepidatione passim natantium flumen com'pleverunt. Sed facilius nobis sequentibus victos Peneum 'superare erit, quam illis trepidantibus fuit; transgressique 'extemplo castra obpugnabimus, quæ hodie cepissemus, ni

Perseus suos donat.

[m] *quingena* Gron.

[11] *Superfixa capita*] Videtur excidisse *hastis*, aut aliud teli nomen. GRONOVIUS.

[12] *Mille amplius summam*] Non intelligimus, cur Gronovius voluerit reponi *millenûm*. Optime enim procedere videtur hæc oratio: Loricæ thoracesque explebant summam *mille* thoracum loricarumque, et amplius.

U. C. 581. A. C. 171. 'fugissent. Aut, si acie decernere volent, eumdem pugnæ 'pedestris eventum exspectate, qui equitum in certamine 'fuerit.' Et qui vicerant alacres, spolia cæsorum hostium humeris gerentes, [13] ante ora sua audivere, ex eo, quod acciderat, spem futuri præcipientes: et pedites, aliena gloria accensi, præcipue qui Macedonum phalangis erant, sibi quoque et navandæ regi operæ, et similem gloriam ex hoste pariendi, occasionem optabant. Concione dimissa, postero die profectus inde [14] ad Mopsium posuit castra. tumulus hic inter Tempe et Larissam medius est.

LXII. Romani, non abscedentes ab ripa Penei, transtulerunt in loco tutiorem castra. Eo Misagenes Numida venit cum mille equitibus, pari peditum numero, ad hoc elephantis duobus et viginti. Per eos dies consilium habenti regi [15] de summa, quum jam consedisset ferocia ab re bene gesta, ausi sunt quidam amicorum consilium dare, ut secunda fortuna [16] in conditione honestæ pacis uteretur potius, quam, spe vana evectus, in casum inrevocabilem se daret. 'Modum 'inponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati præ'sentis fortunæ, prudentis hominis et merito felicis esse. 'Mitteret ad consulem, qui fœdus in easdem leges renovarent, 'quibus Philippus pater ejus pacem a T. Quinctio victore acce'pisset. [17] Neque finiri bellum magnificentius, quam a tam 'memorabili pugna; neque spem firmiorem pacis perpetuæ dari, 'quam quæ perculsos adverso prœlio Romanos molliores factura 'sit ad paciscendum. Quod si Romani tum quoque insita perti'nacia æqua adspernarentur, Deos hominesque et moderationis 'Persei, et illorum pervicacis superbiæ, futuros testes.' Numquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus. itaque plurium adsensu comprobata est sententia. Legati, ad consulem missi, adhibito frequenti consilio, auditi sunt. 'Pacem petere, 'vectigal, quantum Philippus pactus esset, [18] daturum Persea 'Romanis' pollicentes. 'urbibus, agris, locisque, quibus Phi'lippus cessisset, [19] cessurum primum.' hæc legati. Submotis his, quum consultarent, Romana constantia vicit in consilio: Ita tum mos erat, in adversis vultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis. Responderi placuit, 'Ita

Perseus pacem petit.

[13] *Ante ora sua*] Lege cum Gronovio ..*gerentes, facinora*, vel *decora sua audicere*.

[14] *Ad Mopsium*] Correctio Sigonii, Stephano auctore nixa. Prius *ad Mopselum*.

[15] **De Summa*] De universo bello. Videtur excidisse vel *re*, vel *rerum*.

[16] *In conditione*] Recte hic quoque Gronovius: *in conditionem honestæ pacis:* * ut honestæ pacis conditio impetraretur.

[17] *Neque finiri bellum magnificentius*] Omnino hic desideramus *posse*.

[18] *Daturum Persea Romanis pollicentes*] Ultimum verbum videtur esse a mala manu, quæ Livio succurrere voluerit, ne nimirum hiaret oratio. Innumerabilia in loca, talia adminicula infulserat correctorum ignorantia. Vid. supra l. XXX. c. 7. et l. XXXVI. c. 7. Hoc quoque eliminemus licet.

[19] *Cessurum primum*] Bene Gronovius: *cessurum et ipsum*.

'pacem dari, si de summa rerum liberum senatui permittat 'rex de se deque universa Macedonia statuendi jus.' Hæc quum renunciassent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse; et plerique vetare, amplius mentionem pacis facere. ultro mox quæsituros, quod oblatum fastidiant. Perseus hanc ipsam superbiam, quippe ex fiducia virium esse, timere: et, summam pecuniæ augens, si pretio pacem emere posset, non destitit animum consulis tentare. Postquam nihil ex eo, quod primo responderat, mutabat, desperata pace, ad Sycurium, unde profectus erat, rediit, belli casum de integro tentaturus. U. C. 581. A. C. 171. Frustra.

LXIII. Fama equestris pugnæ, vulgata per Græciam, nudavit voluntates hominum. non enim solum, qui partis Macedonum erant, sed plerique, ingentibus Romanorum obligati beneficiis, [20] quidam vim superbiamque experti, læti eam famam accepere: non ob aliam caussam, quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur [21] deteriori atque infirmiori favendo. Eodem tempore in Bœotia summa vi Haliartum Lucretius prætor obpugnarat: et, quamquam nec habebant externa auxilia obsessi, præter Coronæorum juniores, qui prima obsidione mœnia intraverant, neque sperabant, tamen ipsi animis magis, quam viribus, resistebant. nam et eruptiones in opera crebro faciebant: et arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urguebant: [22] et, si qua declinarent, qui agebant, ictum, pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim [23] ex ipsa ruinæ [n] strage congestis saxis, exstruebant. Quum operibus obpugnatio lentior esset, scalas per manipulos dividi prætor jussit, ut corona undique mœnia adgressurus; eo magis subfecturam ad id multitudinem ratus, quod, qua parte palus urbem cingit, nec adtinebat obpugnari, nec poterat. Ipse ab ea parte, qua duæ turres, quodque inter eas muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum admovit; ut eodem tempore, quo ipse transcendere ruinas conaretur, concursu adversus se oppidanorum facto, scalis vacua defensoribus mœnia capi parte aliqua possent. Haud segniter oppidani vim ejus arcere parant. nam super

Græci favent Perseo.

Haliarti obpugnatio.

[n] *ruinæ* del. Gron.

[20] *Quidam vim superbiamque experti*] Recte Gronovius existimat excidisse, *Macedonum:* vel, si malueris, *Persei,* aut *regis.* Hic enim Livius loquitur de iis quos Perseo favisse mirum videri debeat. Nec vero ille in Romanos tam asperis verbis uteretur.

[21] *Deteriori atque infirmiori favendo*] Scribe *favendi.* Adhæret enim hoc verbum τῷ *studio.* GRONOVIUS.

[22] *Et, si qua declinarent, qui agebant, ictum*] Et, si qua declinarent ictum molis illius plumbeæ, qui agebant arietem, ac proinde aliquam muri partem proruerent . . .

[23] *Ex ipsa ruinæ strage*] Gronovianæ editiones omittunt vocem *ruinæ,* quæ exstat in prima omnium editione, et apud Sigonium, teste Hearnio.

U. C. 581. A. C. 171.

stratum ruinis locum, fascibus aridis sarmentorum injectis, stantes cum ardentibus fascibus accensuros ea se sæpe minabantur, ut, incendio [24] intersepti ab hoste, spatium ad objiciendum interiorem murum haberent. Quod inceptum eorum fors inpediit. nam tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile pateretur, et exstingueret accensa. Itaque et transitus per distracta fumantia virgulta patuit; et, in unius loci præsidium omnibus versis, mœnia quoque pluribus simul partibus scalis capiuntur. In primo tumultu captæ urbis seniores inpubesque [o], quos casus obvios obtulit, passim cæsi: armati in arcem confugerunt: et postero die, quum spei nihil superesset, deditione facta, sub corona venierunt. Fuerunt autem duo millia ferme et quingenti: ornamenta urbis statuæ et tabulæ pictæ, et quidquid pretiosæ prædæ fuit, ad naves delatum: urbs diruta a fundamentis. [25] Inde Thebas ductus exercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tradidit exsulibus, et qui Romanorum partis erant: adversæ factionis hominum, fautorumque regis ac Macedonum [26] familias sub corona vendidit. his gestis in Bœotia, ad mare ac naves rediit.

Perseus frustra castra Romana incendere vult.

LXIV. Quum hæc in Bœotia gererentur, Perseus ad Sycurium stativa dierum aliquot habuit. Ubi quum audisset, raptim Romanos circa ex agris demessum frumentum convehere, deinde ante sua quemque tentoria spicas fascibus [p] desecantem, quo purius frumentum tereret, ingentes acervos per tota castra stramentorum fecisse: ratus incendio oppertuna esse, faces, tædamque, et malleolos stuppæ inlitos pice parari jubet: atque ita media nocte profectus, ut prima luce adgressus falleret. Nequidquam. primæ stationes obpressæ tumultu ac terrore suo ceteros exciverunt: signumque datum est arma extemplo capiendi; simulque in vallo, ad portas, miles instructus erat, et intentus propugnationi castrorum. Perseus et extemplo circumegit aciem, et prima inpedimenta ire, deinde peditum signa ferri jussit. ipse cum equitatu et levi armatura substitit ad agmen cogendum; ratus, id quod accidit, insecuturos ad extrema ab tergo carpenda hostes. Breve certamen levis armaturæ maxime cum procursatoribus fuit. equites peditesque sine tumultu in castra redierunt. Demessis circa sege-

o *impuberesque* Gron. Crev.

p *falcibus* Eaed.

[24] *Intersepti*] Conjectura Florebelli a Sigonio adoptata. Prius *intercepti*.

[25] *Inde Thebas ductus exercitus*] Atqui supra c. 44. Thebani memorantur decrevisse ut tolleretur regia societas, et fidei legatorum Romanorum civitatem commendavisse: et c. 46. tentati a Perseo, nihil moti sunt. Vel igitur hic alicujus alterius civitatis nomen posuerat Livius, vel aliquid omisit de Thebanis, unde nosse possemus, cur adversus eos Romanus exercitus ducatur.

[26] *Familias*] Servos et bona. Vid. not. 45. ad l. III. c. 55. supra.

tibus, Romani ad Cranonium[q] intactum agrum castra movent. Ibi quum securi, et propter castrorum longinquitatem, et viæ inopis aquarum difficultatem, quæ inter Sycurium et Cranona est, stativa haberent; repente prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum levi armatura visus ingentem tumultum fecit. Pridie per meridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen sub lucem reliquerant in proxima planitie. Stetit paullisper in tumulis, elici posse ratus ad equestre certamen Romanos: qui postquam nihil movebant, equitem mittit, qui pedites referre ad Sycurium signa juberet; ipse mox insecutus. Romani equites, modico intervallo sequentes, sicubi sparsos ac dissipatos invadere possent, postquam confertos abire, signa atque ordines servantes, viderunt, et ipsi in castra redeunt. U. C. 581. A. C. 171.

LXV. Inde, obfensus longinquitate itineris, rex ad Mopsium castra movit; et Romani, demessis Cranonis segetibus, in Phalannæum agrum transeunt. Ibi quum ex transfuga cognosset rex, sine ullo armato præsidio passim vagantes per agros Romanos metere, cum mille equitibus, duobus millibus Thracum et Cretensium profectus, quum, quantum adcelerare poterat, effuso agmine issent, inproviso adgressus est Romanos. juncta vehicula, pleraque onusta, mille admodum capiuntur, sexcenti ferme homines. Prædam custodiendam ducendamque in castra trecentis Cretensium dedit. ipse, revocato ab effusa cæde equite et reliquis peditum, ducit ad proximum præsidium, ratus haud magno certamine obprimi posse. L. Pompeius tribunus militum præerat, qui perculsos milites repentino hostium adventu in propinquum tumulum recepit, loci se præsidio, quia numero et viribus inpar erat, defensurus. Ibi quum in orbem milites coëgisset, ut densatis scutis ab jactu sagittarum et jaculorum sese tuerentur, Perseus, circumdato armatis tumulo, alios adscensum undique tentare jubet, et cominus prœlium conserere, alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos terror circumstabat: nam neque conferti pugnare propter eos, qui adscendere in tumulum conabantur, poterant: et, ubi ordines procursando solvissent, patebant jaculis sagittisve. Maxime [27] cestrosphendonis vulnerabantur. hoc illo bello novum ge- Cestrosphendonæ descriptio.

[q] *Crannonium* Gron. Crev.

[27] *Cestrosphendonis*] Hujus teli descriptio quæ sequitur, aliquid habet obscuri: sed multam ei lucem afferunt Græca Polybii verba, ex quibus Livius eam expressit. Illa leguntur apud Suidam, et referuntur a Lipsio, l. IV. Poliorcet. dial. 3. qui ea vertit hoc modo: *Cestrus. Novum hoc inventum bello Persico. Ipsum spiculum bipalme fuit, tubulum habens æqualem mucroni. Huic hastile ligneum insertum erat, longitudine spithamæ mensuram æquans, crassitie, digiti. In hujus medium tres pinnulæ e ligno infigebantur, plane breves. Hoc in funda, quæ duo funalia imparia habebat, in medio utrorumque, amento leviter, et ita ut facile solvi posset, ligatum, imponebatur. Tum igitur*

U. C. 581. A. C. 171. nus teli inventum est. Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti: huic ad libramen pinnæ tres, velut sagittis solent, circumdabantur: funda media duo funalia inparia habebat. cum majori sinu libratum funditor habena rotaret, excussum, velut glans, emicabat. Quum et hoc, et alio omni genere telorum, pars vulnerata militum esset, nec facile jam arma fessi sustinerent, instare rex, ut dederent se, fidem dare, præmia interdum polliceri: nec cujusquam ad deditionem flectebatur animus; quum ex insperato jam obstinatis mori spes adfulsit. Nam quum ex frumentatoribus refugientes quidam in castra nunciassent consuli, circumsideri præsidium; motus periculo tot civium (nam octingenti ferme, et omnes Romani erant) cum equitatu ac levi armatura (accesserant nova auxilia, Numidæ pedites equitesque et elephanti) castris egreditur: et tribunis militum imperat, ut legionum signa sequantur. Ipse, velitibus ad firmanda levium armorum auxilia adjectis, ad tumulum præcedit. consulis latera tegunt Eumenes, Attalus, et Misagenes, regulus Numidarum.

LXVI. Quum in conspectu prima signa suorum circumsessis fuerunt, Romanis quidem ab ultima desperatione recreatus est animus: Perseus, cui primum omnium fuerat, ut, contentus fortuito successu, captis aliquot frumentatoribus occisisque, non tereret tempus in obsidione præsidii; secundum, ea quoque tentata utcumque, quum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire; et ipse hostium adventum, elatus successu, mansit, et, qui phalangem arcesserent, propere misit. qua et serius, quam res postulabat, et raptim acta, turbati cursu adversus instructos et præparatos

in circumactione fundæ intentis funalibus manebat. Quum vero alterum solveretur in emissione, excidens amento suo, velut glans e funda, ferebatur, et cum impetu incidens, quidquid incurrisset valde lædebat. Ad rei totius pleniorem expositionem, multa addit Lipsius: ex quibus pauca mutuabimur, plurimis omissis. Ait Livius *cestrosphendonen* hoc telum dictum: recte. Etsi in Suida pars una vocis modo est, *cestrus.* Atqui solitaria ea duntaxat *veruculum* et breve telum notat. Compositio Liviana mixtum hoc complectitur, et *telum e fundu missum. Bipalme spiculum*, id, est, semipedale. Sed in Græco hoc distinctius additur, ipsum mucronem palmi fuisse: auliscum, sive tubulum, item palmi. *Hastile semicubitale:* Polybio σπιθαμιαῖον. Spithama enim est dimidia pars cubiti, dodrans pedis. Adduntur pinnæ tres, quas Græcus monet e ligno fuisse. *Funda media* est ipsum fundæ medium; latius illud, cui telum sedet. Funalia duo imparia videntur ex Polybio intelligenda, non duo ex utraque parte; sed utrimque unum, alterum brevius. In hanc mentem nos ducunt hæc Polybii verba: *quum alterum e funalibus solveretur in emissione:* quæ videntur indicare, duo omnino fuisse funalia, quorum alterum solveretur, altero retento. Cur autem unum brevius fuerit altero, non satis perspicuum nobis est: nisi forte illud quod remanere debebat in manu funditoris, ideo longius erat, ut certius teneri posset. *Majore sinu* interpretatur Lipsius, majore quam vulgatæ fundæ habere solent. Postremo notandum est id quod a Polybio diserte expressum Livius omisit, de amento, quo telum utiliter illigabatur, ne caderet in rotatu, tum ut vehementius emitteretur.

erant adventuri. Consul anteveniens extemplo prœlium conseruit. Primo resistere Macedones; deinde, ut nulla re pares erant, amissis trecentis[r] peditibus, viginti quatuor primoribus equitum [28] ex ala, quam Sacram vocant, inter quos Antimachus etiam præfectus alæ cecidit, abire conantur. Ceterum iter prope ipso prœlio tumultuosius fuit. Phalanx, abs trepido nuncio adcita, quum raptim duceretur, primo in angustiis captivorum agmini oblata vehiculisque frumento onustis: [29] iis cæsis, [30] ingens ibi vexatio partis utriusque fuit, nullo exspectante, utcumque[s] explicaretur agmen, sed armatis detrudentibus per præceps inpedimenta, (neque enim aliter via aperiri poterat) jumentis, quum stimularentur, in turba sævientibus. Vix ab incondito agmine captivorum expedierant sese, quum regio agmini perculsisque equitibus obcurrunt. Ibi vero clamor jubentium referre signa ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit: ut, si hostes, introïre angustias ausi, longius insecuti essent, magna clades accipi potuerit. Consul, recepto ex tumulo præsidio, contentus modico successu, in castra copias reduxit. Sunt, qui eo die magno prœlio pugnatum auctores sint. octo millia hostium cæsa, in his Sopatrum et Antipatrum regios duces; vivos captos circiter duo millia octingentos, signa militaria capta viginti septem. Nec incruentam victoriam fuisse: supra quatuor millia et trecentos de exercitu consulis cecidisse: signa [31] sinistræ alæ quinque amissa.

U. C. 581. A. C. 171.

LXVII. Hic dies et Romanis refecit animos, et Persea perculit, ut, dies paucos ad Mopsium moratus, sepulturæ maxime militum amissorum cura, præsidio satis valido ad Gonnum relicto, in Macedoniam reciperet copias. Timotheum quemdam ex regiis præfectis cum modica manu relinquit ad Philam, jussum Magnetas et propinquos tentare. Quum Pellam venisset, exercitu in hiberna dimisso, ipse cum Cotye Thessalonicam est profectus. Eo fama adfertur, Atlesbim regulum Thracum, et Corragum Eumenis præfectum, in Cotyis fines inpetum fecisse: et regionem, Marenen quam vocant, cepisse. Itaque, dimittendum Cotyn ad sua tuenda ratus, magnis proficiscentem donis prosequitur.

Perseus in Macedoniam redit.

[r] *trecenis* Gron. [s] [*dum*] *utcumque* Crev.

[28] *Ex ala quam Sacrum vocant*] Jam mentio facta est Sacrarum alarum supra c. 58. rursusque fiet infra l. XLIV. c. 42. Suspicamur illas equitum alas circa ipsum regem solitas esse pugnare, ei tuendo speciatim addictas, unde et ipsis fortasse *Sacrarum* nomen inditum. Nec aliam esse ducimus *regiam alam*, memoratam Livio l. XXXVII. c. 40.

[29] *Iis cæsis*] Si hoc referas ad vehicula, ineptum est; si ad captivos, parum verisimile. Aliquid mendi latere videtur.

[30] *Ingens ibi vexatio partis utriusque*] Tum phalangis, tum Cretensium, qui deducebant captivos et prædam. In iis quæ sequuntur particula *dum* ex Gronovii mente adjecta est.

[31] *Sinistræ alæ*] Sinistri sociorum peditum corporis.

U. C. 581. A. C. 171. Cos. in hiberna se confert.

[32] ducenta talenta, semestre stipendium, equitatui numerat, [33] quum primo annuum dare constituisset. Consul, postquam profectum Persea audivit, ad Gonnum castra movet, si potiri oppido posset. Ante ipsa Tempe in faucibus situm, Macedoniæ claustra tutissima præbet, et in Thessaliam opportunum Macedonibus decursum. Quum et loco et præsidio valido [34] inexpugnabilis res esset, abstitit incepto. In Perrhæbiam flexis itineribus, Mallœa primo inpetu capta ac direpta, Tripoli aliaque Perrhæbia recepta, Larissam rediit. inde Eumene atque Attalo domum remissis, Misagenem Numidasque in hiberna in proximis Thessalis [t] urbibus distribuit. et partem exercitus ita per totam Thessaliam divisit, ut et hiberna commoda omnes haberent, et præsidio urbibus essent. Q. Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam misit. Græcarum civitatium socios omnes præter Achæos dimisit. cum exercitus parte profectus in Achaiam Phthiotim, Pteleum desertum fuga oppidanorum diruit a fundamentis, Antrona voluntate colentium recepit. Ad Larissam deinde exercitum admovit. urbs deserta erat; in arcem omnis multitudo concesserat: eam obpugnare adgreditur. Primi omnium Macedones, regium præsidium, metu excesserant. a quibus relicti oppidani in deditionem extemplo veniunt. Dubitari inde, utrum Demetrias prius adgredienda foret, an in Bœotia [35] adspiciendæ [u] res. Thebani, vexantibus eos Coronæis [x], in Bœotiam arcessebant. ad horum preces, quia hibernis aptior regio, quam Magnesia erat, in Bœotiam duxit.

[t] *Thessaliæ* Gron. Crev. [u] *adipiscendæ* Eæd. [x] *Coroneis* Crev. Rup.

[32] *Ducenta talenta*] Marcas argenti nostrates 18750.

[33] *Quum primo annuum dare constituisset*] Semestre tantum stipendium numeravit, quamvis primo pollicitus esset solidum iis totius anni stipendium persolutum iri. Hac re notatur Persei avaritia.

[34] *Inexpugnabilis res*] Lege cum Gronovio *urbs*.

[35] *Adipiscendæ res*] Displicet τὸ *adipiscendæ*. An *adspiciendæ*? quemadmodum supra c. 37. *Inde Bœotiam atque Eubœam adspicere jussi.*

EPITOME LIBRI XLIII.

PRÆTORES aliquot, eo quod avare et crudeliter provincias administrassent, damnati sunt. P. Licinius Crassus proconsul complures in Græcia urbes expugnavit, et crudeliter diripuit. ob id captivi, qui ab eo sub corona venierunt, ex senatusconsulto postea restituti sunt. Item a præfectis [1] *classium Romanarum multa inpotenter in socios facta. Res præterea a Perseo rege in Thracia prospere gestas continet,* [2] *victis Dardanis et Illyrico, cujus rex erat Gentius. Motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interemtó consedit. M. Æmilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.*

[1] *Classium Romanarum*] Sic Andreas, Sigonius, aliique: melius quam quomodo Gronovianæ editiones habent, *Romanorum*.

[2] *Victis Dardanis, et Illyrico, cujus rex erat Gentius*] Hæc parum accurata sunt, sive in librariis culpa, sive in ipso epitomarum auctore resideat. Aliquot Illyriorum oppida cepit Perseus, ut memoratur infra capp. 18. 19. et 20. At non vicit Illyricum; multo minus eam Illyrici partem cujus rex erat Gentius, quem in societatem belli perlicere summopere studebat.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLIII.

U. C. 581.
A. C. 171.
Gesta in Illyrico.

EADEM æstate, qua in Thessalia [1] equestri pugna vicere Romani, [2] legatus, in Illyricum a consule missus, opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem: omniaque iis sua concessit, ut opinione clementiæ eos, qui Carnuntem munitam urbem incolebant, adliceret. postquam nec, ut dederent se, compellere, neque capere obsidendo poterat; ne duabus obpugnationibus nequidquam fatigatus miles esset, [3] quas prius intactas urbes reliquerat, diripuit. Alter consul C. Cassius nec in Gallia, quam sortitus erat, memorabile quidquam gessit: et per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vano incepto est conatus.

Cassii Cos. res gestæ.

Ingressum hoc iter consulem senatus ex Aquileiensium legatis cognovit: qui, querentes coloniam suam novam et infirmam, necdum satis munitam, inter infestas nationes Istrorum et Illyriorum esse, quum peterent, ut senatus curæ haberet, quomodo ea colonia muniretur, interrogati, vellentne eam rem C. Cassio consuli mandari? responderunt, Cassium, Aquileiam indicto exercitu, profectum per Illyricum in Macedoniam esse. Ea res primo incredibilis visa: et pro se quisque credere, Carnis forsitan aut Istris bellum inlatum. Tum Aquileienses, nihil se ultra scire, nec audere adfirmare, quam triginta dierum frumentum militi datum; et duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam nossent, conquisitos abductosque. Enimvero senatus indignari, tantum consulem ausum, ut suam provinciam relinqueret, in alienam transiret; exercitum novo periculoso itinere inter exteras gentes duceret, viam tot nationibus in Italiam aperiret. Decernunt frequentes, ut C. Sulpicius prætor tres ex senatu nominet legatos, qui eo die proficiscantur ex

[1] *Equestri pugna vicere Romani*] Victi fuerant Romani eo prælio quod describitur c. 59. libri præcedentis: superiores fuere eo quod refertur c. 66. Itaque legit Gronovius: *equestri pugna primum victi, deinde vicere Romani.* Sed quum prior pugna major multo clariorque fuerit, quam posterior, credimus Livium potius scripsisse: *equestri pugna victi fuere Romani.*

[2] *Legatus in Illyricum.. missus*] Excidit nomen legati. Non absurde suspicatur Sigonius Q. Mucium fuisse, de quo paullo ante mentio facta est extremo libro XLII.

[3] *Quas prius intactas urbes*] Olim, *quam prius intactam urbem.* Sigonius mutavit, quia duo oppida capta fuerant.

urbe; et quantum adcelerare possent, Cassium consulem, ubicumque sit, persequantur; nuncient, ne bellum cum ulla gente moveat, nisi cum qua senatus gerendum censuerat. [4] Legati hi profecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fulvius, P. Marcius Rex. Metus de consule atque exercitu distulit eo tempore muniendæ Aquileiæ curam. U. C. 581. A. C. 171.

II. Hispaniæ deinde utriusque legati aliquot populorum in senatum introducti. Ii, de magistratuum Romanorum avaritia superbiaque conquesti, nisi genibus ab senatu petierunt, ne se socios fœdius spoliari vexarique, quam hostes, patiantur. Quum et alia indigna quererentur, manifestum autem esset, pecunias captas; L. Canuleio prætori, qui Hispaniam sortitus erat, negotium datum est, ut in singulos, a quibus Hispani pecunias peterent, quinos [5] recuperatores ex ordine senatorio daret, patronosque, quos vellent, sumendi potestatem faceret. Vocatis in curiam legatis recitatum est senatusconsultum, jussique nominare patronos: quatuor nominaverunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, [6] L. Æmilium L. F. Paullum, C. Sulpicium Gallum. [7] Cum M. Titinio primum, qui prætor A. Manlio, M. Junio consulibus in citeriore Hispania fuerat, recuperatores sumserunt. Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. Dissensio inter duarum provinciarum legatos est orta: citerioris Hispaniæ populi M. Catonem et Scipionem; ulterioris L. Paullum et Gallum Sulpicium patronos sumserunt. Ad recuperatores adducti a citerioribus populis P. Furius Philus, ab ulterioribus M. Matienus. Ille Sp. Postumio, Q. Mucio consulibus triennio ante, hic biennio prius, L. Postumio, M. Popillio consulibus, prætor fuerat. Gravissimis criminibus accusati ambo ampliatique: quum dicenda de integro caussa esset, excusati exsilii caussa solum vertisse. Furius Prænestæ, Matienus Tibur exsulatum abierunt. Fama erat, prohiberi a patronis nobiles ac potentes compellare; auxitque eam suspicionem Canuleius prætor, quod, omissa ea re, delectum habere instituit. dein repente in provinciam abiit, ne plures ab Hispanis vexarentur. Ita, præteritis silentio obliteratis, in futurum consultum ab senatu Hispanis, quod impetrarunt, [8] ne frumenti

Hispanorum querelæ de Mag. Rom.

[4] *Legati hi profecti*] Sic edidere Gronovii.. Prius *legati ii;* unde Sigonius efficiebat *legati III.* id est *tres.*

[5] *Recuperatores*] Vid. not. 52. ad l. XXVI. c. 48.

[6] *L. Æmilium, L. F.*] Vetustiores editiones, et indices ex iis confecti, præferunt *M. F.*

[7] *Cum M. Titinio . . recuperatores sumpserunt*] Recuperatores sibi dari postularunt, qui inter se et M. Titinium disceptarent; M. Titinio litem intenderunt apud recuperatores.

[8] *Ne frumenti æstimationem*] Duo videntur hic distingui frumenti genera, æstimatum et emptum, de quibus fuse disserit Cic. in Verr. l. III. Primo quidem magistratibus Romanis frumentum in cellam, id est, in domesticum usum, a provincialibus sumere

U. C. 581. A. C. 171. æstimationem magistratus Romanus haberet; neve cogeret vicesimas vendere Hispanos, quanti ipse vellet; et ne præfecti in oppida sua ad pecunias cogendas inponerentur.

III. Et alia novi generis hominum ex Hispania legatio venit. ex militibus Romanis et ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes, supra quatuor millia hominum, orabant, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatus decrevit, 'uti nomina sua apud 'L. Canuleium profiterentur: [9] eorumque si quos manumisis- 'set, eos Carteiam ad oceanum deduci placere. [10] Qui Car- 'teiensium domi manere vellent, potestatem fore, uti numero 'colonorum essent, agro adsignato. [11] Latinam eam coloniam 'fuisse, libertinorumque adpellari.' Eodem tempore ex Africa et Gulussa, Masinissæ regis filius, legatus patris, et Karthaginienses venerunt. Gulussa prior in senatum introductus, et, quæ missa erant ad bellum Macedonicum a patre suo, exposuit; et, si qua præterea vellent imperare, præstaturum [12] merito populi Romani est pollicitus: et monuit Patres conscriptos, ut a fraude Karthaginiensium caverent. 'classis eos 'magnæ parandæ consilium cepisse; specie pro Romanis, et 'adversus Macedonas: ubi ea parata instructaque esset, ip- 'sorum fore potestatis, quem hostem aut socium habeant.'

Carteia colonia.

Gulussa et legati Karthaginienses Romæ.

* * *

U. C. 582. A. C. 170. IV. *** tantum pavorem ingressi castra, ostentantes capita, fecerunt, ut, si admotus extemplo exercitus foret, capi castra potuerint. Tum quoque fuga ingens facta est: et

licebat. Ii igitur pro frumento pecuniam sibi numerari jubebant, prædabanturque in eo quod frumentum grandi pretio æstimarent. Unde videntur hic Hispani impetravisse, ut magistratus Romani frumentum ipsum accipere cogerentur, non frumenti æstimationem, id est, pro frumento pecuniam: vel, si quis malit, ne liceret magistratibus Romanis pretium imponere frumento illi quod in cellam sumere poterant, sed, si vellent sibi pro frumento dari pecuniam, æstimatione communi et publica uterentur. Alterum frumenti genus est, emptum. Jubebantur nimirum provinciales certam quamdam frumenti sui partem vendere Romanis. In eam rem magistratus pecuniam e publico accipiebant. Sed ut ex ea aliquid in suum quæstum averterent, vilissimo pretio taxabant frumentum illud quod emere debebant. Hispani igitur, qui vicesimas frumenti sui vendere debebant Romanis, hoc impetrant, ne illas vendere cogerentur, quanti vellet magistratus Romanus.

[9] *Eorumque si quos manumisisset*] Ex his verbis, et appellatione coloniæ infra, cui nomen imponitur, *Libertinorum colonia*, inferri debet hos servos fuisse, ac proinde natos ex ancillis. Qui enim non ex legitimo matrimonio nascitur, matrem sequitur ex communi gentium jure. Vid. l. 1. Institut. Justiniani, tit. 4. Ac proinde hi hybridæ si nati essent ex liberis mulieribus, liberi et ipsi fuissent, nec proinde manumissione opus habuissent.

[10] *Qui Carteiensium domi manere vellent*] Simile decretum memoravit Livius de Antiatibus, l. VIII. c. 14.

[11] *Latinam eam coloniam fuisse*] Lege cum Gronovio *esse*. Hoc enim ipso tempore illa colonia deducitur.

[12] * *Merito populi Romani*] Ut postularent merita populi Romani in Masinissam. Eodem modo locutus est Livius supra XXVIII. 9. *Se vero ea quæ postularent decernere, Patres, merito deorum primum, dein secundum deos, consulum*, responderunt.

U. C. 582. A. C. 170.

erant, qui legatos mittendos ad pacem precibus petendam censerent: civitatesque complures, eo nuncio audito, in deditionem venerunt. quibus purgantibus sese, culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui se ultro ad pœnam ipsi obtulissent, quum veniam dedisset prætor; profectus extemplo ad alias civitates, omnibus imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui paullo ante ingenti tumultu arserat, peragravit. Hæc lenitas prætoris, qua sine sanguine ferocissimam gentem domuerat, eo gratior plebi Patribusque fuit, quo crudelius avariusque in Græcia bellatum, et ab consule Licinio et ab Lucretio prætore, erat. Lucretium tribuni plebis absentem concionibus assiduis lacerabant, quum reipublicæ caussa abesse excusaretur: sed tum adeo vicina etiam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset, aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ duceret. Id opus [13] centum triginta millibus æris locasse dicitur. tabulis quoque pictis ex præda fanum Æsculapii exornavit. Invidiam infamiamque ab Lucretio averterunt [14] in Hortensium successorem ejus Abderitæ legati, flentes ante curiam, querentesque, 'oppidum 'suum ab Hortensio expugnatum ac direptum esse. Caussam 'excidii fuisse urbi, quod, quum [15] centum millia denariûm 'et [16] tritici quinquaginta millia modiûm imperaret, [17] spa'tium petierunt, quo de ea re et ad Hostilium consulem, et 'Romam mitterent legatos. Vixdum ad consulem se per'venisse, et audisse oppidum expugnatum, principes securi 'percussos, sub corona ceteros venisse.' [18] Indigna senatui visa: decreveruntque eadem de Abderitis, quæ de Coronæis decreverant priore anno; eademque pro concione edicere [19] Q. Mænium prætorem jusserunt. Et legati duo, C. Sempronius Blæsus, Sex. Julius Cæsar, ad restituendos in libertatem Abderitas missi. Iisdem mandatum, ut et Hostilio consuli et Hortensio prætori nunciarent, senatum Abderitis injustum bellum inlatum, conquirique omnes, qui in servitute sint, et restitui in libertatem, æquum censere.

In Lucretium invehuntur Tr. Pl.

Abderitarum querelæ de Hortensio.

V. Eodem tempore de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum A. Hosti-

13 *Centum triginta millibus æris*] Assibus 130000. id est, marcis argenti nostratibus circiter 127.

14 *In Hortensium successorem*] Hinc apparet, Hortensium hoc anno prætorem fuisse, et classem cum ora Græciæ maritima sortitum esse.

15 *Centum millia denariûm*] Marcas argenti 1562. uncias 4.

16 *Tritici quinquaginta millia modiûm*] Modios Parisienses fere 38542.

17 *Spatium petierunt*] Mallet Gronovius *petierint*.

18 *Indigna senatui visa*] Lege cum eodem vel *Indigna res senatui visa*; vel, *Indigna ea senatui visa*.

19 *Q. Mænium prætorem*] Hic habemus alterius adhuc prætoris nomen: cui jurisdictionem obtigisse patet ex eo quod nunc quoque in urbe sit; peregrinam, ex eo quod collega ejus M. Retius, infra c. 11. ea agat quæ ad prætoris urbani officium pertinebant.

U. C. 582.
A. C. 170.
Querelæ de Cassio.

lio erat, querelæ ad senatum delatæ sunt, et legati regis Gallorum Cincibili venerunt. Frater ejus verba in senatu fecit, questus, Alpinorum populorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cassium esse, et inde multa millia hominum in servitutem abripuisse. Sub id tempus Carnorum Istrorumque et Iapydum legati venerunt: 'Duces sibi ab 'consule Cassio primum imperatos, qui in Macedoniam du-'centi exercitum iter monstrarent: pacatum ab se, tamquam 'ad aliud bellum gerendum, abisse: inde ex medio regres-'sum itinere hostiliter peragrasse fines suos: passim rapinas-'que et incendia facta: nec se ad id locorum scire, propter 'quam caussam consuli pro hostibus fuerint.' Et regulo Gallorum absenti, et his populis responsum est, 'Senatum ea, 'quæ facta querantur, neque scisse futura, neque si sint facta, 'probare. Sed indicta caussa damnari absentem consularem 'virum, injurium esse, quum is reipublicæ caussa absit. Ubi 'ex Macedonia redisset C. Cassius, tum, si coram eum arguere 'vellent, cognita re senatum daturum operam, uti satisfiat.' Nec responderi tantum iis gentibus, sed legatos mitti, duos ad regulum trans Alpes, tres circa eos populos placuit, qui indicarent, quæ Patrum sententia esset. Munera mitti legatis ex [20] binis millibus æris censuerunt. duobus fratribus regulis hæc præcipua, torques duo [21] ex quinque pondo auri facti, et [22] vasa argentea quinque ex viginti pondo, et duo equi phalerati cum agasonibus, et equestria arma ac sagula; et comitibus eorum vestimenta liberis servisque. Hæc missa: illa petentibus data, ut denorum equorum iis commercium esset, educendique ex Italia potestas fieret. legati cum Gallis missi trans Alpes, C. Lælius, M. Æmilius Lepidus: ad ceteros populos C. Sicinius, P. Cornelius Blasio, T. Memmius.

VI. Multarum simul Græciæ Asiæque civitatium legati Romam convenerunt. Primi Athenienses introducti: ii, 'se, 'quod navium habuerint militumque, P. Licinio consuli et C. 'Lucretio prætori misisse' exposuerunt, 'quibus eos non usos '[23] frumenti sibi centum millia imperasse: quod, quamquam 'sterilem terram arent, ipsosque etiam agrestes peregrino fru-'mento alerent, tamen, ne deessent officio, confecisse; et alia, 'quæ imperarentur, præstare paratos esse.' Milesii, nihil præstitisse memorantes, si quid imperare ad bellum senatus vellet, præstare se paratos esse, polliciti sunt. Alabandenses

20 *Binis millibus æris*] Marcis argenti nostratibus 3. uncia 1.

21 *Ex quinque pondo auri*] Septem marcis nostratibus, unciis 6. semuncia 1.

22 *Vasa argentea quinque ex viginti pondo*] Ex marcis nostratibus 31. unciis 2.

23 *Frumenti....centum millia*] Supple, modiûm. Modios Parisienses fere 77084.

templum Urbis Romæ se fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei Divæ instituisse: et [24] coronam auream quinquaginta pondo, quam in Capitolio ponerent, donum Jovi optimo maximo, adtulisse, et scuta equestria trecenta; ea, cui jussissent, tradituros. Donum ut in Capitolio ponere, et sacrificare liceret, petebant. [25] Hoc Lampsaceni, [26] octoginta pondo coronam adferentes, petebant, commemorantes, 'Discessisse se a Perseo, postquam Romanus exercitus in 'Macedoniam venisset, quum sub ditione Persei, et ante Phi'lippi fuissent. Pro eo, et quod imperatoribus Romanis om'nia præstitissent, id se tantum orare, ut in amicitiam populi 'Romani reciperentur: et, si pax cum Perseo fieret, excipe'rentur, [27] ne in regiam potestatem reciperentur.' Ceteris legatis comiter responsum; Lampsacenos in sociorum formulam referre Q. Mænius prætor jussus. munera omnibus in singulos binûm millium æris data. Alabandenses scuta reportare ad A. Hostilium consulem in Macedoniam jussi. Et ex Africa legati [28] simul Karthaginiensium, [29] tritici decies centum millia et [30] hordei quingenta indicantes se ad mare devecta habere, ut, quo senatus censuisset, deportarent. 'Id 'munus officiumque suum scire minus esse, quam pro meritis 'populi Romani et voluntate sua: [31] sed sæpe alias, bonis in 'rebus utriusque populi, se gratorum fideliumque sociûm mu'neribus, functos esse.' Item Masinissæ legati, tritici eamdem summam polliciti, et mille et ducentos equites, duodecim elephantos: et, si quid aliud opus esset, uti [a] imperaret senatus: æque propenso animo, ac quæ ipse ultro pollicitus sit, præstaturum esse. Gratiæ et Karthaginiensibus et regi actæ; rogatique, ut ea, quæ pollicerentur, ad Hostilium consulem in Macedoniam deportarent. Legatis in singulos binûm millium æris munera missa.

U. C. 582.
A. C. 170.
Templum Urbis Romæ.

VII. Cretensium legatis, commemorantibus, se, quantum sibi imperatum a P. Licinio consule esset sagittariorum, in

[a] *ut* Gron. Crev.

[24] *Coronam auream quinquaginta pondo*] Marcarum nostratium 78. unciæ 1.

[25] *Hoc Lampsaceni*] Recte Gronovius: *Hoc et Lampsaceni.*

[26] *Octoginta pondo*] Marcarum Parisiensium 125.

[27] *Ne in regiam potestatem reciperentur*] Lege cum Gronovio *reciderent.*

[28] *Simul*] Superflua vocula, vel quæ potius indicet pluscula excidisse. Fortassis: *legati simul Carthaginiensium et Masinissæ venerunt: Carthaginiensium, tritici etc.*

[29] *Tritici decies centum millia*] Nempe modiûm. Modios nostrates paulo plus 770833. *Hordei quingenta* millia modiûm. Modios nostrates plus 385416.

[30] *Hordei quingenta*] Conjectura Sigonii. Vetus exemplar habuit *quinquaginta.*

[31] *Sed sæpe alias*] Hæc sane parum cohærent cum iis quæ præcedunt. Tamen possumus ita accipere, ut Carthaginienses mediocritati munerum suorum ideo nunc ignoscendum censeant, quod sæpe alias, quum bonæ essent res utriusque populi, fidelium sociorum officium alacrius impleverint: nunc quum solliciti agerent ob hærentem lateri Masinissam, nihil amplius sese posse præstare.

U.C. 582. A.C. 170.

Macedoniam misisse, quum interrogati non inficiarentur, 'apud Persea majorem numerum sagittariorum, quam apud 'Romanos, militare,' responsum est: 'Si Cretenses bene ac 'gnaviter destinarent potiorem populi Romani, quam regis 'Persei, amicitiam habere, senatum quoque Romanum iis, 'tamquam certis sociis, responsum daturum esse. Interea 'nunciarent suis, placere senatui, dare operam Cretenses, ut, 'quos milites [32] intra [b] præsidia regis Persei haberent, eos pri-'mo quoque tempore domum revocarent.' Cretensibus cum hoc responso dimissis, Chalcidenses vocati; [33] quorum legatio ipso introïtu, ob id quod Mictio [c] princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus, ultimæ necessitatis extemplo visa res: [34] in qua ita adfecto excusatio valetudinis, aut ne ipsi quidem petenda visa foret, aut data petenti non esset. Quum sibi nihil vivi reliquum, præterquam linguam ad deplorandas patriæ suæ calamitates, præfatus esset, exposuit civitatis primum suæ benefacta, et vetera, et ea, quæ Persei bello præstitissent ducibus exercitibusque Romanis: tum quæ primo C. Lucretius in populares suos prætor Romanus superbe, avare, crudeliter fecisset: deinde quæ tum cum maxime L. Hortensius faceret. Quemadmodum omnia sibi, etiam iis, quæ patiantur, tristiora, patienda esse ducant potius, quam se dedant Persi. 'Quod ad Lucretium Hortensiumque adtineret, scire, tutius 'fuisse claudere portas, quam in urbem eos accipere. [35] Qui [d] 'exclusissent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum, 'incolumes esse: apud se templa omnibus ornamentis compi-'lata; [36] spoliataque sacrilegiis [e] C. Lucretium navibus An-'tium devexisse, libera corpora in servitutem abrepta, fortu-'nas sociorum populi Romani direptas esse, et quotidie diripi. 'Nam, ex instituto C. Lucretii, Hortensium quoque in tectis 'hieme pariter atque æstate navales socios habere, et domos 'suas plenas turba nautica esse; versari inter se, conjuges, li-'berosque suos, [37] quibus nihil neque dicere pensi, neque facere.'

Chalcidenses legati.

Querelæ de Mag. Rom.

[b] *inter* Gron. [c] *Miction* Gron. Crev. [d] *Quæ* Gron. [e] *spoliaque sacrilegii* Crev.

[32] *Intra præsidia regis*] Sic prima editio, teste Hearnio, melius quam, ut recentiores, *inter præsidia*. Vid. not. 40. ad l. XXXVIII. c. 11.

[33] *Quorum legatio ipso introitu . . . ultimæ necessitatis extemplo visa res*] Hæc nobis pingue quiddam et inelegans redolent. Libenter legeremus, deleta voce *legatio*: *Quorum ipso introitu . . . ultimæ necessitatis extemplo visa res*: ita ut τὸ *quorum* penderet ab his verbis *ipso introitu*.

[34] * *In qua*] Quoniam ita affectus tamque male se habens, aut ipse petendam non existimasset a civibus suis, aut petens non impetrasset, excusatione valetudinis, veniam hujus tam longi tamque laboriosi Chalcide Romam itineris.

[35] *Qui exclusissent eos*] Hæc est vetus lectio. Sigonius legi jussit *quæ*, propterea quod nomina urbium sequantur. Sed novum non est urbes poni pro civibus.

[36] *Spoliaque sacrilegii*] Hanc Gronovii emendationem admisit in textum Clericus. Vulgo *spoliataque sacrilegiis*.

[37] *Quibus nihil neque dicere pensi, neque facere*] Lege cum Sigonio: *qu*-

VIII. Arcessere in senatum Lucretium placuit, ut discep- U. C. 582.
taret coram, purgaretque sese. Ceterum multo plura præsens A. C. 170.
audivit, quam in absentem jacta erant; et graviores potentio-
resque accessere accusatores duo tribuni plebis, M'.[f] Juventius
Thalna et Cn. Aufidius. Ii non in senatu modo eum lacera-
runt, sed in concionem etiam pertracto, multis objectis pro-
bris, diem dixerunt. Senatus jussu Chalcidensibus Q. Senatus
Mænius prætor respondit: 'Quæ bene meritos sese, et ante, responsum.
'et in eo bello, quod geratur, de populo Romano dicant, ea
'et scire vera eos referre senatum, et, perinde ac debeant,
'grata esse. Quæ facta a C. Lucretio, fierique ab L. Hor-
'tensio prætoribus Romanis querantur; ea neque facta,
'neque fieri voluntate senatus, quem non posse existimare?
'qui sciat, bellum Persi, et ante Philippo patri ejus, intulisse
'populum Romanum pro libertate Græciæ: [38] non ut ea a
'magistratibus sociis atque amicis paterentur.[g] Literas se
'ad L. Hortensium prætorem daturos esse; quæ Chalcidenses
'querantur acta, ea senatui non placere: si qui in servitutem
'liberi venissent, ut eos conquirendos primo quoque tempore,
'restituendosque in libertatem curaret: sociorum navalium
'neminem, [39] præter magistros, in hospitia deduci æquum
'censere.' Hæc Hortensio jussu senatus scripta. Munera
binûm millium æris legatis missa, et vehicula Mictioni [40] pub-
lice locata, quæ eum Brundisium commode perveherent. C.
Lucretium, ubi dies, quæ dicta erat, venit, tribuni ad popu- Lucretius
lum accusarunt, multamque [41] decies centum millium æris damnatur.
dixerunt. Comitiis habitis, omnes quinque et triginta tribus
eum condemnarunt.

IX. In Liguribus eo anno nihil memorabile gestum. nam In Liguria
nec hostes moverunt arma, neque consul in agrum eorum nihil ges-
legiones induxit: et, satis explorata pace ejus anni, [42] mili- tum.
tes duarum legionum Romanarum intra dies sexaginta,
quam in provinciam venit, dimisit. sociorum nominis La-
tini exercitu mature in hiberna Lunam et Pisas deducto,
ipse cum equitibus Galliæ provinciæ pleraque oppida adiit.
Nusquam alibi, quam in Macedonia, bellum erat: suspec-

[f] *M'.* l. *M.* Crev. [g] signum interrog. non post *existimare* sed post *paterentur* pos. Doer.

bus *nihil neque dicere pensi sit, neque facere*: quemadmodum supra l. XLII. c. 23. *Id illi, cui nihil pensi sit, facile esse.*

[38] *Non ut ea*] Non ut Græci talia paterentur a magistratibus sociis atque amicis, qualia Chalcidenses ab Lucretio et Hortensio passi fuerant. Gronovius vult legi *socii atque amici*: quod fortasse elegantius videri possit.

[39] *Præter magistros*] Videntur hi *magistri sociorum navalium* iidem esse, ui interdum, ut supra l. XXIX. c. 25. *navium magistri* dicuntur: et dignitate gubernatoribus superiores erant, ut colligitur ex l. XLV. c. 42. infra.

[40] * *Publice locata*] Publica populi Romani impensa præbita, certo pretio redemptoribus condicto.

[41] *Decies centum millium æris*] Marcarum argenti Parisiensium 1562. unciarum 4.

[42] *Milites . . . dimisit*] Hoc debetur Sigonio. Prius *divisit.*

U. C. 582. A. C. 170. Res in Illyrico gestæ.

tum tamen et Gentium Illyriorum regem habebant. itaque et octo naves ornatas a Brundisio senatus censuit mittendas ad C. Furium legatum Issam, qui cum præsidio duarum Issensium navium insulæ præerat. duo millia militum in eas naves sunt inposita, quæ Q. Mænius prætor ex senatusconsulto in ea parte Italiæ, quæ objecta Illyrico est, conscripsit: et consul Hostilius Ap. Claudium in Illyricum cum quatuor millibus peditum misit, ut adcolas Illyrici [43] tutarentur. qui, non contentus iis, quas adduxerat, copiis, auxilia ab sociis conrogando, ad octo millia hominum vario genere armavit: peragrataque omni ea regione, ad Lychnidum Dassaretiorum consedit.

Ap. Claudius ab Uscanensibus cæsus.

X. Haud procul inde Uscana oppidum finium [44] plerumque Persei erat. decem millia civium habebat, et modicum, custodiæ caussa, Cretensium præsidium. Inde nuncii ad Claudium occulti veniebant: 'Si propius copias admovisset, paratos fore, qui proderent urbem. Et operæ pretium esse, non se amicosque tantum, sed etiam milites præda expleturum.' Spes cupiditati admota ita obcæcavit animum, ut nec ex iis, qui venerunt [h], quemquam retineret; nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, posceret; nec mitteret exploratum; nec fidem acciperet. die tantum statuta profectus a Lychnido, duodecim millia ab urbe, ad quam tendebat, posuit castra. Quarta inde vigilia signa movit, mille ferme ad præsidium castrorum relictis: incompositi, longo agmine effusi, infrequentes, quum nocturnus error dissiparet, ad urbem pervenerunt. Crevit neglegentia, postquam neminem armatum in muris viderunt. Ceterum, ubi primum sub jactu teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur; et ad clamorem erumpentium ingens strepitus e muris ortus ululantium mulierum cum crepitu undique æris: et incondita multitudo, turba inmixta servili, variis vocibus personabat. Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent. Itaque fugientes plures, quam pugnantes, interemti sunt: vix duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt. Quo longius iter in castra erat, eo plures fessos consectandi hostibus copia fuit. Ne moratus quidem in castris Appius, ut suos dissipatos fuga colligeret, (quæ res palatis per agros saluti fuisset) ad Lychnidum protinus reliquias cladis reduxit.

XI. Hæc et alia, haud prospere in Macedonia gesta, ex Sex. Digitio tribuno militum, qui sacrificii caussa Romam

[h] *venerant* Gron. Crev.

[43] *Tutarentur*] Magis placeret *tutaretur*; nempe Ap. Claudius.

[44] * *Plerumque*] Hoc oppidum in finibus Macedoniæ et Illyrici positum, modo hujus, modo illius ditionis fuerat; sed, ut plurimum, Macedonicæ.

venerat, sunt audita. Propter quæ veriti Patres, ne quæ major ignominia acciperetur, legatos in Macedoniam, M. Fulvium Flaccum, et M. Caninium Rebilum, miserunt, qui comperta, quæ agerentur, referrent: et [45]ut A. Hostilius consul comitia consulibus subrogandis ita ediceret, uti mense Januario comitia haberi possent, et ut primo quoque tempore in urbem rediret. Interim [46]M. Ræcio[i] prætori mandatum, ut edicto senatores omnes ex tota Italia (nisi qui reipublicæ caussa abessent) Romam revocaret. Qui Romæ essent, ne quis ultra mille passuum ab Roma abesset[k]. Ea, uti senatus censuit, sunt facta. Comitia consularia [47]ante diem quintum Kalendas Septembres[l] fuere. Creati consules sunt Q. Marcius Philippus iterum et Cn. Servilius Cæpio. post diem tertium prætores sunt facti C. Decimius, M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus, P. Fonteius Capito. Designatis prætoribus præter duas urbanas, quatuor provinciæ sunt decretæ; Hispania, et Sardinia, et Sicilia, et classis. Legati ex Macedonia, exacto admodum mense Februario, redierunt. Hi, quas res ea æstate prospere gessisset rex Perseus, referebant, quantusque timor socios populi Romani cepisset, tot urbibus in potestatem regis redactis. 'Exercitum consulis 'infrequentem commeatibus vulgo datis [48]per ambitionem 'esse: culpam ejus rei consulem in tribunos militum, contra 'illos in consulem conferre. Ignominiam, Claudii temeritate 'acceptam, [49]elevare eos Patres acceperunt, qui perpaucos 'Italici generis, et magna ex parte tumultuario delectu 'conscriptos ibi milites amissos referebant.' Consules designati, ubi primum magistratum inissent, de Macedonia referre ad senatum jussi: destinatæque provinciæ iis sunt Italia et Macedonia. Hoc anno intercalatum est: [50]tertio

U. C. 582. A. C. 170.

Comitia.

Status rerum in Macedonia.

[i] *Retio* Gron. Crev. [k] *abessent* Gron. [l] *Februarias* Doer.

[45] *Ut A. Hostilius....comitia....ita ediceret, uti mense Januario comitia haberi possent*] Vacat posterius illud *comitia*, ut observat recte Gronovius.

[46] *M. Retio prætori mandatum*] Ergo M. Retius prætor urbanus hoc anno fuit. Editi hactenus habent *Recio*. Pighius per diphthongum effert hoc nomen, *Racius*. Nobis consultius visum est eam sequi scripturam, quam reperimus l. XXVII. Livii, c. 36. ubi *M. Retius*, fortasse hujus prætoris pater, sic nominatur et scribitur.

[47] *Ante diem quintum Kalendas Septembres*] Lege omnino cum Pighio *Kalendas Februarias*. Supra enim dicitur A. Hostilio imperatum, *ita comitia consulibus subrogandis ediceret, uti mense Januario haberi possent*: et infra, post consulum prætorumque comitia, legati ex Macedonia *exacto admodum mense Februario* rediisse memorantur.

[48] * *Per ambitionem*] Per pravam indulgentiam, captandæ militum gratiæ causa.

[49] *Elevare eos Patres acceperunt*] Duo postrema verba dele cum Freinshemio et Gronovio. Sed nihil aliud novandum. Dicunt legati magnam esse cladem eam quæ Ap. Claudii temeritate accepta fuerat: eosque qui referebant perpaucos Italici generis in ea amissos, elevare ac minuere contra rei veritatem illius cladis ignominiam.

[50] *Tertio die post Terminalia Ka-*

U. C. 583. A. C. 169. die post Terminalia Kalendæ intercalares fuere. Sacerdotes intra eum annum mortui, [51] L. Flamininus ** pontifices duo decesserunt, L. Furius Philus et C. Livius Salinator. in locum Furii T. Manlium Torquatum, in Livii M. Servilium pontifices legerunt.

Q. Marcio II. Cn. Servilio Coss. Exercitus. XII. Principio insequentis anni quum consules novi Q. Marcius et Cn. Servilius de provinciis retulissent, primo quoque tempore aut comparare eos inter se Italiam et Macedoniam, aut sortiri placuit: priusquam id sors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utramque provinciam, quod res desideraret supplementi, decerni. In Macedoniam peditum Romanorum sex millia, sociorum nominis Latini sex millia: equites Romanos ducentos quinquaginta, socios trecentos. Veteres milites dimitti, ita ut in singulas Romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni[m] equites essent. Alteri consuli nullus certus finitus numerus civium Romanorum, quem in supplementum legeret. id modo finitum, ut duas legiones scriberet, quæ quina millia peditum et ducenos haberent, equites trecenos. [52] Latinorum[n] major, quam collegæ, decretus numerus: peditum decem millia et sexcenti equites. quatuor præterea legiones scribi jussæ, quæ, si quo opus esset, educerentur. [53] Tribunos his[o], non permissum, ut consules facerent: populus creavit. Sociis nominis Latini sexdecim millia peditum, et mille equites imperati. Hunc exercitum parari tantum placuit, ut exiret, si quo res posceret. Macedonia maxime

[m] *trecenti* Gron. [n] *Peditum Latinorum* Ead. [o] *iis* Crev.

lendæ Intercalares fuere] *Terminalia*, festus dies dei Termini, de quo vid. not. 12. ad l. I. c. 55. celebrabantur septimo Kal. Martias. *Kalendæ Intercalares* sunt Kalendæ mensis Intercalaris, de quo egimus ad l. I. c. 19. Ceterum hic aliqua est difficultas. Etenim intercalatum esse semper postridie Terminalia colligi videtur ex Varrone, l. V. de Lingua Lat. et ex Macrobio, l. I. Sat. c. 13. Itaque Puteaneus existimat, libro de Bissexto, c. 2. legendum hic esse *postridie Terminalia*. Sed si hic status et solennis fuit dies Kalendis Intercalaribus, ita ut nulla unquam ea in re varietas fuerit, quid attinebat id a Livio notari? Dodwellus Dissert. X. de Cyclis Rom. Sect. 19. et seq. suspicatur, præeunte aliquatenus Macrobio, diem unum a Pontificibus per hunc annum exemptum fuisse, qui dies nunc redditur, ut plenum sit annui orbis spatium, et interponitur inter Terminalia, et Kalendas Intercalares. Quia autem id non semper accidebat, imo hic præter solitum intercalandi morem fiebat, ideo notatur a Livio.

[51] *L. Flamininus augur*] Adjecit Sigonius nomen sacerdotii, quo præditum fuisse Flamininum existimat. Nempe l. XXV. c. 2. L. Flamininus fit augur in locum P. Furii Phili. Sed deest etiam nunc hoc loco nomen ejus qui in Flaminini locum suffectus est.

[52] *Latinorum major*] Olim *peditum Latinorum*. Gronovius deleri jussit vocem *peditum*, quæ male huc ex subsequente versu immigrarat.

[53] *Tribunos iis*] Mallemus *his*. Sensus est: in has quatuor legiones non a consulibus tribuni, sed a populo dati sunt. Nempe initio belli Macedonici, tertio ante hunc anno, permissum fuerat consulibus prætoribusque, ut eo anno tribunos militum facerent. Vid. l. XLII. c. 31. Id et duobus annis qui secuti sunt, videtur esse servatum, nisi quod in hisce quatuor legionibus, de quibus modo actum est, jus suum populus usurpare voluit, et tribunos militum suffragiis creare.

curam præbebat. in classem mille socii navales cives Romani libertini ordinis, ex Italia* [p] scribi jussi; totidem ut ex Sicilia scriberentur: et, cui ea provincia evenisset, mandatum, ut eos in Macedoniam, ubicumque classis esset, deportandos curaret. In Hispaniam tria millia peditum Romanorum in supplementum, trecenti equites decreti. Finitus ibi quoque in legiones militum numerus, peditum quina millia, treceni et triceni [q] equites. Et sociis imperare prætor, cui Hispania obvenisset, jussus quatuor millia peditum, et trecentos equites. U. C. 583. A. C. 169.

XIII. Non sum nescius, ab eadem neglegentia, qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant, [54] neque nunciari [55] admodum nulla [r] prodigia in publicum, neque in annales referri. ceterum et mihi, vetustas res scribenti, nescio quo pacto, [56] antiquus fit animus; [57] et quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam. Anagnia duo prodigia eo anno sunt nunciata; facem in cœlo conspectam, et bovem feminam locutam publice ali. Minturnis quoque per eos dies [58] cœli ardentis species adfulserat. Reate imbri lapidavit. Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrimavit. in urbe Romana duo æditui nunciarunt, alter, in æde Fortunæ anguem jubatum a compluribus visum esse: alter, in æde [59] Primigeniæ Fortunæ, quæ in colle est, duo diversa prodigia; palmam in area enatam, et sanguine interdiu pluisse. Duo non suscepta prodigia sunt, alrerum quod in privato loco factum esset, palmam enatam inpluvio suo T. Marcius Figulus nunciabat: alterum, quod in loco peregrino, Fregellis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arsisse, ita ut nihil ejus ambureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorum caussa [60] libri a decemviris aditi; quadra- Prodigia.

[p] nota lacunæ abest Gron. Crev. [q] *trecenti et triginta* Eæd. [r] *ulla* Crev. Doer.

[54] *Neque nunciari admodum ulla prodigia*] Sic edidit obsecutus Gronovio Clericus. Vulgati habent manifestum mendum, *nulla*.

[55] * *Admodum*] Fere.

[56] *Antiquus fit animus*] Quædam editiones sit. Sed vetustiores, et ea quoque quæ ab Hearnio adornata est, id habent quod edidimus.

[57] *Et quædam religio tenet . . . pro dignis habere*] Videtur legendum esse potius *indignis*. Religioni enim ea habere dicimur, quæ aversamur, quæ facere aut fieri nolumus, non ea quæ præoptamus. Sic l. v. c. 23. *Jovis Solisque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant*. Et Ter. Heaut. II. I. 16. *religio est dicere*. * Si quis tamen vulgatam lectionem tueri velit, habet quo nitatur exemplum e l. x. Liviano, c. 37. Vid. ibi not. 55.

[58] *Cœli ardentis species affulserat*] Gronovius mallet *effulserat*, ut l. XLI. c. 21. *Tres simul soles effulserunt*.

[59] *Primigeniæ*] Olim *Primigenæ*. Correxit Gronovius.

[60] *Libri a decemviris aditi . . . . et addiderunt*] Locus fractus, quem hoc modo restituit Gronovius: *Libris decemviri aditis, quadraginta majoribus hostiis quibus diis consules sacrificarent, ediderunt, et uti*. Verbum *ediderunt* hac in re solenne est, nec potest dubi-

U. C. 583. A. C. 169. ginta majoribus hostiis quibus Diis consules sacrificarent, et addiderunt[s], uti supplicatio fieret, cunctique magistratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus sacrificarent, populusque coronatus esset. Omnia, uti decemviri [61] præïerunt, facta.

Censores. XIV. Censoribus deinde creandis comitia edicta sunt. petierunt censuram principes civitatis, C. Valerius Lævinus, L. Postumius Albinus, P. Mucius Scævola, M. Junius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Hos duos censores creavit populus Romanus. Quum delectus habendi major, quam alias, propter Macedonicum bellum cura esset, consules plebem apud senatum accusabant, [62] quod et juniores non responderent. Adversus quos [63] C. Sulpicius et M. Claudius tribuni[t] plebis caussam egerunt. 'Non consulibus, sed ambitiosis consulibus, delectum difficilem esse. '[64] neminem invitum militem ab iis fieri. [65] Id ita ut esse 'scirent et Patres conscripti, prætores, [66] quibus et vis imperii 'minor et auctoritas esset, delectum, si ita senatui videretur, 'perfecturos esse.' Id prætoribus [67] magna Patrum * non sine sugillatione consulum, mandatum est. Censores, ut eam rem adjuvarent, ita in concione edixerunt, 'Legem censui censendo dicturos esse, ut, [68] præter commune omnium civium 'jusjurandum, hæc adjurarent: Tu minor annis sex et quadraginta es, tuque ex edicto C. Claudii, T. Sempronii censorum 'ad delectum prodito: et, quotiescumque delectus erit, [69] quem 'hic censores magistratum habebunt[u], si miles factus non eris, 'in delectu prodibis.' Item, quia fama erat, multos ex Mace-

Delectus a prætoribus habitus.

[s] *et addiderunt*, l. *ediderunt, et*, Rup. [t] *tribuni* l. *prætores* Doer. Rup.
[u] *his censoribus magistratus habebunt* Crev.

tari quin ita Livius scripserit. Cetera etsi haud dubie mentem Livii exprimunt, nec possunt longe abire ab ejus scriptura, habent tamen aliquid densius quodammodo et quasi confertius, quam solet Livius.

61 * *Præierunt*] Vid. not. 8. ad IV. 21.

62 *Quod et juniores*] Superest τὸ *et*, aut plura desunt.

63 *C. Sulpicius et M. Claudius tribuni*] Imo *prætores*. Ii et supra, c. 11. memorantur inter prætores hujus anni; et hic, ideo quia prætores sunt, postulant ut delectus cura mandetur prætoribus; et, perfecto a prætoribus delectu, jubentur c. 15. ex his quas scripsissent legionibus, quas videretur, consuli dare. Scripta haud dubie fuit vox *prætores* per duas litteras *PR.* unde librarii pro solita oscitantia, maxime quia sequebatur continuo vox *plebis*, fecerunt *TR.* id est, *tribuni*. Hæc fere Perizonius.

64 *Neminem invitum militem ab iis fieri*] Sic probant Sulpicius et Marcellus ambitiosos esse consules, qui metu offensionum neminem militare invitum cogerent.

65 * *Id ita ut esse*] Ut patres Conscripti quoque scirent id ita esse.

66 *Quibus et vis imperii minor et auctoritas esset*] Quorum et minor potestas, et minor dignatio esset. In *imperio* est vis cogendi: *auctoritas* venerationem conciliat. Supra l. I. c. 7. *Evander tum ea . . . . auctoritate magis quam imperio regebat loca.*

67 *Magna Patrum consensione*] Ultimam vocem adjecit Sigonius, ut mancum locum expleret.

68 *Præter commune . . . jusjurandum*] Vid. not. 14. ad l. I. c. 42.

69 *Quem his censoribus magistratus habebunt*] Sic emendavit Gronovius. Vetus lectio omnino corrupta erat, *quem hic censores magistratum habebunt.*

donicis legionibus, incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abesse, edixerunt de militibus, P. Ælio, C. Popillio consulibus, postve eos consules in Macedoniam scriptis, 'Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta, 'censi prius apud sese, in provinciam redirent. qui in patris 'aut avi potestate essent, eorum nomina ad se ederentur. 'Missorum quoque caussas sese cognituros esse: et, quorum 'ante emerita stipenda [70] gratiosa missio sibi visa esset, eos 'milites fieri jussuros.' Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset. U. C. 583. A. C. 169.

XV. Præter delectum eorum, quos in supplementum mitti oportebat, quatuor a C. Sulpicio prætore scriptæ legiones sunt, intraque undecim dies delectus est perfectus. Consules deinde sortiti provincias sunt. nam prætores propter jurisdictionem maturius sortiti erant. Urbana C. Sulpicio, peregrina C. Decimio obtigerat, Hispaniam M. Claudius Marcellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam P. Fonteius Capito, classem C. Marcius Figulus erat sortitus. Consulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit. Latinisque actis, Marcius extemplo est profectus. Cæpione deinde referente ad senatum, quas ex novis legionibus duas legiones secum in Galliam duceret, decrevere Patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius prætores ex his, quas scripsissent, legionibus, quas videretur, consuli darent. [71] Indigne patiente [x] prætorum arbitrio consulem subjectum, dimisso senatu, ad tribunal prætorum stans postulavit, ex senatusconsulto destinarent sibi duas legiones. [72] prætores consuli in eligendo arbitrium fecerunt. Senatum deinde censores legerunt: M. Æmilius Lepidus princeps ab tertiis jam censoribus lectus. Septem e senatu ejecti sunt. In censu accipiendo populi milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abessent ab signis, census docuit, in provinciam cogebant: [73] caussas stipendiis [y] missorum cognoscebant: et, cujus nondum justa missio visa esset, ita jusjurandum adigebant: [74] 'Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, 'Ti. Sempronii censorum in provinciam Macedoniam redibis, 'quod sine dolo malo facere poteris?'

Provinciarum sortitio.

Censura.

[x] *patiens* Crev. [y] add. [*nondum emeritis*] Ead.

[70] *Gratiosa*] Gratiæ data non juri.

[71] *Indigne patiens*] Et hoc a Gronovio est. Vulgo *patiente*, quæ vox solœcam efficiebat orationem.

[72] *Prætores consuli . . . arbitrium fecerunt*] Lege omnino, ut Gronovius jubet, *consulis*. Sic enim amat loqui Livius. Supra l. XXVII. c. 8. *Senatus populi potestatem fecit*.

[73] *Causas stipendiis* [nondum emeritis] *missorum*] Sic videtur legi debere. Supra, c. 14. *et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset*.

[74] *Ex tui animi sententia*] Vere et ex animo promittis te etc. Vid. not. 66, ad l. XXII. c. 53.

U. C. 583. A. C. 169. Cens. offendunt ordinem equestrem.

XVI. In equitibus recensendis tristis admodum eorum atque aspera censura fuit: multis equos ademerunt. [75] in ea re [z] quum equestrem ordinem obfendissent, [76] flammam invidiæ adjecere edicto, quo edixerunt, 'Ne quis eorum, qui Q. 'Fulvio, A. Postumio censoribus publica vectigalia aut [77] ultro 'tributa conduxissent, [78] ad hastam suam accederet, sociusve 'aut adfinis ejus conductionis esset.' Sæpe id querendo veteres publicani quum impetrare nequissent ab senatu, ut modum potestati censoriæ inponerent, tandem tribunum plebis P. Rutilium, ex rei privatæ contentione iratum censoribus, patronum caussæ nacti sunt. [79] Clientem libertinum parietem in Sacra via adversus [80] ædes publicas [81] demoliri jusserant [a], quod publico inædificatus esset. adpellati a privato tribuni. quum præter Rutilium nemo intercederet, censores [82] ad pignora capienda miserunt, multamque pro concione privato dixerunt. [83] Hinc [b] contentione orta, quum veteres publicani se ad tribunum contulissent, rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur: 'Quæ publica vectigalia, 'ultro tributa C. Claudius et Ti. Sempronius locassent, ea 'rata locatio ne esset. de integro locarentur, et ut omnibus 'redimendi et conducendi promiscue jus esset.' Diem [84] ad ejus rogationem concilio tribunus plebis dixit. qui postquam venit, ut censores ad dissuadendum processerunt, Graccho dicente, silentium fuit. quum Claudio obstreperetur, audientiam facere præconem jussit. [85] Eo facto, avocatam a se concionem tribunus questus, et in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit. Postero die ingentes tu-

Tr. Pl. diem iis dicit.

[z] *re* del. Gron. [a] *jusserunt* Ed. [b] *Hic* Ed.

[75] *In ea re*] Adjecimus vocem *re*, qua carent Gronovianæ editiones, ex auctoritate primæ editionis, quam secutus est quoque Sigonius.

[76] *Flammam invidiæ adjecere edicto*] Odium in se equestris ordinis magis inflammavere. Videlicet publicani ex equestri ordine erant.

[77] *Ultro tributa*] Vid. not. 70. ad l. XXXIX. c. 44.

[78] * *Ad hastam suam*] Ad locationem suam. Vid. not. 86. ad XXIV. 18.

[79] *Clientem libertinum*] Merito judicat Gronovius legendum esse *Hujus*, nempe Rutilii, *clientem*; vel *Clientem ejus*.

[80] *Ædes publicas*] Haud satis liquet, quid fuerint ædes illæ publicæ. An quales sunt apud nos *Maisons*, ou *Hotels de Ville?*

[81] *Demoliri jusserant*]. Sic prima editio, teste Hearnio. Recentiores *jusserunt*, minus commode.

[82] *Ad pignora capienda*] Vid. not. 70. ad l. III. c. 38. supra.

[83] *Hinc contentione orta*] Mendose in recentioribus editis legitur *hic*.

[84] *Ad ejus rogationem*] Sic dixit Livius *ad ejus* rogationis *rogationem*, quomodo dixisset *ad eam rogationem rogandam*. *Rogatio* est quidquid ad populum fertur. *Promulgabatur* rogatio, quum in publico scripta proponeretur per trinundinum inspicienda et versanda ab iis quibuscunque collibuisset. *Rogabatur* tum, quum de ea populus in suffragium mittebatur.

[85] *Eo facto avocatam a se concionem*] Nimirum tribunus habebat illam concionem et concilio præerat, non censores. Quum igitur pro potestate jussisset Claudius præconem audientiam facere, videbatur avocasse concionem a tribuno, id est, concionis moderamen abstulisse a tribuno et sibi vindicasse.

multus ciere. [86] Ti. Gracchi primum bona consecravit, quod in multa pignoribusque ejus, qui tribunum adpellasset, intercessioni non parendo, [87] se in ordinem coëgisset. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab se avocasset, et [88] utrique censori perduellionem se judicare pronunciavit, diemque comitiis a C. Sulpicio prætore urbano petiit. Non recusantibus censoribus, qui minus [c] primo quoque tempore judicium de se populus faceret, in ante dies octavum et septimum Kalendas Octobres comitiis perduellionis dicta dies. Censores extemplo in atrium Libertatis adscenderunt: et, ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, et dimissis [89] servis publicis, negarunt, se prius quidquam publici negotii gesturos, quam judicium populi de se factum esset. Prior Claudius caussam dixit: et, quum [90] ex duodecim centuriis equitum octo censorem condemnassent, multæque aliæ primæ classis, extemplo principes civitatis in conspectu populi, annulis aureis positis, vestem mutarunt, ut supplices plebem circumirent. Maxime tamen sententiam vertisse dicitur Ti. Gracchus, quod, quum clamor undique plebis esset, periculum Graccho non esse, conceptis verbis juravit, si collega damnatus esset, non exspectato de se judicio, comitem exsilii ejus futurum. Adeo tamen ad extremum spei venit reus, ut octo centuriæ ad damnationem defuerint. Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit se Gracchum morari.

U. C. 583.
A. C. 169.

Absolvuntur.

XVII. Eo anno, postulantibus Aquileiensium legatis, [91] ut numerum colonorum augeret, mille et quingentæ familiæ ex senatusconsulto scriptæ, triumvirique, qui eas dedu-

[c] *quo minus* Gron. Crev.

[86] *Ti. Gracchi . . . bona consecravit*] Bonorum Q. Metelli, Cn. Lentuli, etc. hoc modo a tribunis plebis consecratorum mentionem facit Cic. pro Domo, n. 123. et seqq. Ea consecratio fiebat in concione, certo quodam verborum carmine, foculo posito, et adhibito tibicine. Ejus hanc vim esse volebat is qui bona alicujus consecraverat, ut bona illa alicui deo, puta Cereri, jam sacra essent, ac proinde nullum ad profanum usum vetri possent, inque ea jus omne amitteret is qui illa antea possederat. Sed ad irritum cadebant illæ minæ, et scenicæ illæ theatralesque bonorum consecrationes fraudi non erant possessoribus. Hæc omnia decet Cicero loco memorato.

[87] * *Se in ordinem coegisset*] Jus magistratus sui infregisset, ac secum velut cum privato egisset. Vid. not. 52. ad III. 35.

[88] *Utrique censori perduellionem se judicare*] Se judicare utrumque censorem perduellionis crimine teneri. Sed hoc judicium ratum esse non poterat, nisi populus suffragiis suis illud firmasset. Eodem fere modo mulcta dicebatur a magistratu, sed jubebatur a populo. Recens exemplum habes in Lucretio, supra c. 8. De *perduellione* vid. not. 85. ad I. I. c. 26.

[89] *Servis publicis*] Servi publici sunt ii qui, etsi nullius privati, at populi servi sunt. Tales servi ad tabularii ministeria præsto erant censoribus.

[90] *Ex duodecim centuriis equitum*] Imo *octodecim*. Tot enim instituit Ser. Tullius. Vid. supra I. I. c. 43.

[91] *Ut numerum colonorum augeret*] Lege, *ut numerus colonorum augeretur*: vel in iis quæ præcedunt, *postulantibus a senatu Aquileiensium legatis*.

U. C. 583.
A. C. 169.
Legati Rom. in Græcia.

cerent, missi sunt, T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius et Cn. Octavius legati, qui in Græciam missi erant, senatusconsultum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt, 'Ne quis ullam rem in bellum magistratibus Romanis conferret, præterquam quod senatus censuisset.' Hoc fiduciam in posterum quoque præbuerat, levatos se oneribusque [d] inpensisque, quibus, alia aliis imperantibus, exhauriebantur. [92] Achaïco concilio Argis agitato, [93] benigne locuti auditique, [94] egregia spe futuri status fidissima gente relicta, in Ætoliam trajecerunt. Ibi nondum quidem seditio erat, sed [95] omnia suspecta, criminumque inter ipsos plena. ob quæ obsidibus postulatis, neque exitu rei inposito, in Acarnaniam inde profecti legati sunt. [96] Thyrii concilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum postulare, ut præsidia in urbes suas inducerentur adversus amentiam eorum, [97] qui ad Macedonas gentem trahebant: pars recusare, ne, [98] quod bello captis et hostibus mos esset, id pacatæ et sociæ civitates ignominiæ acciperent. Justa deprecatio hæc visa. Larissam ad Hostilium proconsulem (ab eo enim missi erant) legati redierunt. Octavium retinuit secum. Popillium cum mille ferme militibus in hiberna Ambraciam misit.

Persei expeditio in Illyricum.

XVIII. Perseus, principio hiemis egredi Macedoniæ finibus non ausus, ne qua in regnum vacuum inrumperent Romani, sub tempus brumæ, quum inexsuperabiles ab Thessalia montes nivis altitudo facit, occasionem esse ratus frangendi finitimorum spes animosque, ne quid, averso se in Romanum bellum, periculi subesset, quum a Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione a Romanis [1] præstarent, Dardanos recens domuisset bello, solum

[d] *oneribus* Gron. Crev.

[92] *Achaico concilio Argis*] Reponendum est *Ægii*, ex Polyb. Legat. 74.

[93] *Benigne locuti*] Sed magis ut servirent temporibus, quam ex animo. Etenim *dicebantur*, inquit Polybius, *accusaturi Lycortam, et Archonem, et Polybium, tanquam alienos a populi Romani rebus. Id tamen facere non sunt ausi, quod nullam causam satis probabilem haberent, cur eos reos agerent.*

[94] *Egregia spe*] Id est, in egregia spe futuri status. Ceterum, si hoc durius videtur, lege cum Mureto: *Egregia spe . . . fidissimæ genti relicta.*

[95] *Omnia suspecta criminumque inter ipsos plena*] Rem fusius exponit Polybius, docetque criminationes illas inde ortas esse, quod hi ceteros contenderent haud sincera fide cum Romanis sentire; illi accusatores suos calumniis in se grassari dicerent, quo potentioribus adularentur.

[96] *Thyrii*] Nomen hujus urbis varie scribitur, *Tyrrheum*, *Thyreum*, *Thurium*, *Thyrium*. Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13.

[97] *Qui ad Macedonas gentem trahebant*] Emendatio Gronovii. Olim *ad Macedonicam*.

[98] *Quod bello captis et hostibus mos esset*] Potius, *quod bello captos et hostes mos esset*, ut intelligatur *accipere ignominiæ*. GRONOVIUS.

[1] *Præstarent*] Sic vetustiores editi:

infestum esse Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, U. C. 583.
cernens, neque ipsis quietis Illyriis, et [2] aditum præbentibus A. C. 169.
Romanis, si domuisset proximos Illyriorum, Gentium quoque regem jam diu dubium in societatem perlici posse, cum decem millibus peditum, quorum pars phalangitæ erant, et duobus millibus levium armatorum, et quingentis equitibus profectus, Stuberam venit. Inde frumento complurium dierum sumto, jussoque adparatu obpugnandarum urbium sequi, tertio die, [3] ad Uscanam ([4] Penestianæ terræ ea maxima urbs est) posuit castra: prius tamen, quam vim admoveret, missis, qui tentarent nunc præfectorum præsidii, nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum juventute Illyriorum Romanum præsidium. Postquam nihil pacati referebant, obpugnare est adortus, et corona eam capere conatus est. quum sine intermissione interdiu noctuque alii aliis succedentes, [5] pars scalas muris, ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam tempestatem propugnatores urbis; quia spes erat, neque hiemis vim diutius pati Macedonas in aperto posse, nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut posset morari. Ceterum, postquam vineas agi, turresque excitari viderunt, victa pertinacia est. nam, præterquam quod adversus vim pares non erant, ne frumenti quidem aut ullius alterius rei copia intus erat, ut in necopinata obsidione. Itaque quum spei nihil ad resistendum esset, C. Carvilius Spoletinus et C. Afranius a præsidio Romano missi, qui a Perseo peterent, primo, ut armatos suaque secum ferentes abire sineret; dein, si id minus impetrarent, vitæ tantum libertatisque fidem acciperent. Promissum id benignius est ab rege, quam præstitum. exire enim sua secum efferentibus jussis [6] primum arma ademit. his urbe egressis, et Illyriorum cohors, (quingenti erant) et Uscanenses se urbemque dediderunt.

XIX. Perseus, præsidio Uscanæ inposito, multitudinem

et recte quidem. Pertinet enim hoc verbum ad Cotyn simul et Cephalum. Gronovianæ editiones mendose habent *præstaret*.

[2] *Aditum præbentibus Romanis*] Quum Illyrii præberent aditum Romanis. Magis placeret quod Gronovius subjicit, *Romano*.

[3] *Ad Uscanam....posuit castra*] Urbs illa, c. 10. supra, frustra tentatur ab Ap. Claudio, et in potestate Persei remanet. Quum hic igitur a Perseo oppugnetur, intelligendum est illam hoc temporis spatio in potestatem Romanorum venisse.

[4] *Penestianæ terræ ea maxima urbs est*] Sic edidit Sigonius, et post eum Hearnius, ut et placuit Gronovio. Alii *maxime*.

[5] *Pars scalas muris, ignem portis*] Magis placeret cum eodem Gronovio legere: *scalas muris, pars ignem portis inferrent*. In priore enim potius, quam in posteriore membro omittere solet Livius vocem qua partitio significatur. *Virgis cædi, alii securi subjici*. l. III. c. 37.

[6] *Primum arma ademit*] Perspicuum est hic alterum orationis membrum excidisse, quod respondeat τῷ *primum*. Ex iis quæ sequuntur apparet retentos esse a rege Romanos. Id hoc loco significarat Livius.

U. C. 583. A. C. 169.

omnem deditorum, quæ prope numero exercitum æquabat, Stuberam abducit. Ibi [7] Romanis, (quatuor millia autem hominum erant) præter principes, in custodiam civitatium divisis, Uscanensibus Illyriisque venditis, in Penestiam exercitum reducit ad Oæneum oppidum in potestatem redigendum. et alioqui opportune situm, et transitus ea est in Labeates, ubi Gentius regnabat. Prætereunti frequens castellum, Draudacum nomine, peritorum quidam regionis ejus, 'nihil Oæneo capto opus esse,' ait, 'nisi et potestate et 'Draudacum sit. [8] opportunius etiam ad omnia positum esse.' Admoto exercitu, omnes extemplo dediderunt sese. Qua spe celeriore deditione erectus, postquam animadvertit, quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu in potestatem redigit. ad perpauca vi opus fuit, cetera voluntate dedita: et in his recepti mille et quingenti dispositi per præsidia milites Romani. Magno usui Carvilius Spoletinus erat in conloquiis, dicendo, nihil in ipsos sævitum. Ad Oæneum preventum est, quod sine justa obpugnatione capi non poterat; et majore aliquanto, quam cetera, juventute, et validum oppidum mœnibus erat. et hinc amnis Artatus nomine, hinc mons præaltus et aditu difficilis cingebat. hæc spem ad resistendum oppidanis dabant. Perseus, circumvallato oppido, aggerem a parte superiore ducere instituit, cujus altitudine muros superaret. quod opus dum perficitur, crebris interim prœliis, quibus per excursiones et mœnia sua oppidani tutabantur, et opera hostium inpediebant, magna eorum multitudo variis casibus absumta est: et, qui supererant, labore diurno nocturnoque et vulneribus inutiles erant. Ubi primum agger injunctus muro est, et cohors regia, quos Nicatoras adpellant, transscendit, et scalis multis simul partibus inpetus in urbem est factus. puberes omnes interfecti sunt: conjuges liberosque eorum in custodiam dedit: prædæ alia militum cessere.

Legatos ad Gentium Perseus mittit.

Stuberam inde victor revertens ad Gentium legatos, Pleuratum Illyrium, exsulantem apud se, et [9] Aputeum Macedonem a Berœa, mittit. Iis mandat, ut exponerent æstatis ejus hiemisque acta sua adversus Romanos Dardanosque. adjicerent recentia in Illyrico hibernæ expeditionis opera. [10] hortarentur Gentium in amicitiam secum et cum Macedonibus jungendam.

[7] *Romanis .... præter principes, in custodiam civitatum divisis*] Principes nempe secum habuit, ut colligitur ex iis quæ dicuntur infra de Carvilio. Ceteros custodiendos per civitates divisit.

[8] *Opportunius etiam*] Reposuimus veterem primæ editionis et Sigonii lectionem, ab Hearnio testatam. Gronovianæ editiones, *opportunius enim*.

[9] *Aputeum*] Is *Adæus* a Polybio vocatur, Legat. 76.

[10] *Hortarentur Gentium in amicitiam .... jungendam*] Magis placeret *ad amicitiam*.

U. C. 583. A. C. 169.

XX. Hi, transgressi jugum Scordi montis, per Illyrici solitudines, quas de industria populando Macedones fecerant, ne transitus faciles Dardanus in Illyricum aut Macedoniam essent, Scodram labore ingenti tandem pervenerunt, Lissi rex Gentius erat. eo adciti legati, mandata exponentes, benigne auditi sunt: qui responsum sine effectu tulerunt: 'Voluntatem sibi non deesse ad bellandum cum Romanis: ceterum ad conandum id, quod velit, pecuniam maxime deesse.' Hæc Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti. Extemplo iidem legati, addito Glaucia ex numero custodum corporis, remittuntur, sine mentione pecuniæ, qua una barbarus inops inpelli ad bellum poterat. Ancyram inde populatus Perseus, in Penestas rursum exercitum reducit: firmatisque Uscanæ, et circa eam per omnia castella, quæ receperat, præsidiis, in Macedoniam sese recipit.

Gentius pecuniam poscit.

XXI. L. Cœlius, legatus Romanus, præerat Illyrico: qui, moveri non ausus, quum in iis locis rex esset, post profectionem demum ejus conatus in Penestis Uscanam recipere, a præsidio, quod ibi Macedonum erat, cum multis vulneribus repulsus, Lychnidum copias reduxit. Inde post dies paucos M. Trebellium Fregellanum cum satis valida manu in Penestas misit ad obsides ab his urbibus, quæ in amicitia cum fide permanserant, accipiendos. Procedere etiam in Parthinos (ii quoque obsides dare pepigerant) jussit: ab utraque gente [11] sine tumultu exigi. Penestarum obsides Apolloniam, Parthinorum [12] Dyrrachium (tum Epidamni magis celebre nomen Græcis erat) missi. Ap. Claudius acceptam in Illyrico ignominiam corrigere cupiens, Phanotem Epiri castellum adortus obpugnare, et auxilia Athamanum Thesprotorumque, præter Romanum exercitum, ad sex millia hominum secum adduxit: neque operæ pretium fecit, Cleva, qui relictus a Perseo erat, cum valido præsidio defendente. Et Perseus, [13] in Elimeam profectus, et circa eam exercitu lustrato, [14] ad Stratum, vocantibus Epirotis, ducit. Stratus validissima tum urbs Ætoliæ erat. sita est

Res gestæ a Rom. in Illyrico.

Perseus ad Stratum it.

[11] *Sine tumultu exigi*] Placet conjectura Gronovii, *exacti*.

[12] *Dyrrachium (tum Epidamni magis celebre nomen*] Duplici nomine urbs illa *Dyrrachium* et *Epidamnus* vocabatur. Magis celebre tum erat apud Græcos *Epidamni* nomen.

[13] *In Elymæam profectus, et circa eam exercitu lustrato*] Quod hic dicitur de exercitu circa Elymæam lustrato melius conveniret urbi, quam regioni. Et revera in Elymiotide regione urbs est Elyma, sive Elymæa. Itaque legendum est sine præpositione *Elymæam profectus*, vel *ad Elymæam profectus*.

[14] *Ad Stratum vocantibus Epirotis*] Ex iis quæ sequuntur, videtur legendum esse potius *Ætolis*. Namque Stratus urbs *Ætoliæ* est: traditur per Archidamum principem *Ætolorum*: denique rex ubi ad Stratum accessit, exspectat effusos omnibus portis *Ætolos* in fidem suam venturos.

U. C. 583. A. C. 169. super Ambracium sinum, prope amnem Acheloum. Cum decem millibus peditum eo profectus est et equitibus trecentis: quos pauciores propter angustias viarum et asperitatem duxit. Tertio die quum pervenisset ad Citium montem, vix transgressus propter altitudinem nivis, locum quoque castris ægre invenit. Profectus inde, magis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut via aut tempestas esset, cum ingenti vexatione, præcipue jumentorum, altero die ad templum Jovis, quem Nicæum vocant, posuit castra. Ad Arachthum inde flumen, itinere ingenti emenso, retentus altitudine amnis, [15] mansit. Quo spatio temporis ponte perfecto, traductis copiis diei progressus iter, [16] obvium [e] Archidamum principem Ætolorum, per quem ei Stratus tradebatur, habuit.

XXII. Eo die ad finem agri Ætoli castra posita. Inde altero die ad Stratum perventum: ubi, prope Acheloum amnem castris positis, quum exspectaret, effusos omnibus portis Ætolos in fidem suam venturos, clausas portas, atque ipsa ea nocte, qua venerat, receptum Romanum præsidium cum C. Popillio legato invenit. Principes, qui præsentis Archidami auctoritate compulsi regem arcessierant, obviam egresso Archidamo segniores facti, locum adversæ factioni dederant ad Popillium cum mille peditibus ab Ambracia arcessendum. In tempore et Dinarchus, præfectus equitum gentis Ætolorum, cum sexcentis peditibus et equitibus centum venit. Satis constabat, eum, tamquam ad Persea tendentem, Stratum venisse: mutato deinde cum fortuna animo, Romanis se, adversus quos venerat, junxisse. Nec Popillius securior, quam debebat esse, inter tam mobilia ingenia erat. claves portarum custodiamque murorum suæ extemplo potestatis fecit: Dinarchum Ætolosque cum juventute Stratiorum in arcem per præsidii speciem amovit. Perseus, ab inminentibus superiori parti urbis tumulis tentatis conloquiis, quum obstinatos atque etiam telis procul arcentes videret, quinque millia passuum ab urbe trans Petitarum amnem posuit castra. Ibi consilio [f] advocato, quum Archidamus [17] Epirotarumque transfugæ retinerent, Mace-

(Margin: Stratum intrant Romani.)

(Margin: Regreditur Perseus.)

[e] *obviam* Gron. [f] *concilio* Crev.

[15] *Mansit. Quo spatio temporis*] Profecto hic aliquid deest. Ut enim hæc structa sunt, necesse est omnino ut Livius indicaverit, quodnam fuerit illud spatium temporis, quo mansit rex ad Arachthum.

[16] *Obvium Archidamum . . . . habuit*] Sic habet, Hearnio teste, prima editio; melius quam, ut vulgatæ nunc, *obviam*.

[17] *Epirotarumque transfugæ*] Ii procul dubio erant ex factione Cephali, de quo supra c. 18. et ideo dicuntur transfugæ, quia quum primo ab Romanis stetissent, ab iis postea defecerant. Nisi forte hic quoque legendum est *Ætolorum*.

donum principes non pugnandum cum infesto tempore anni censerent, nullis præparatis commeatibus; quum inopiam prius obsidentes, quam obsessi, sensuri essent, [18] maxime quod hostium haud procul inde hiberna erant; territus in Aperantiam castra movit. Aperantii eum, propter Archidami magnam in ea gente gratiam auctoritatemque, consensu omnium acceperunt: is ipse cum octingentorum militum præsidio his est præpositus. U. C. 583. A. C. 169.

XXIII. [19] Rex cum [g] minore vexatione jumentorum hominumque, quam venerat, in Macedoniam rediit. Appium tamen [20] ab obsidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Persei submovit. Clevas, cum præsidio inpigrorum juvenum insecutus, sub radicibus prope inviis montium ad mille hominum ex agmine inpedito occidit, ad ducentos cepit. Appius, superatis angustiis, in campo, quem Elæona [h] vocant, stativa dierum paucorum habuit. Interim Clevas, adsumto [21] Philostrato, qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonensem transcendit. Macedones ad depopulationem profecti; Philostratus cum cohorte sua in insidiis loco obscuro consedit. in palatos populatores quum erupissent ab Antigonea armati, fugientes eos persequentes effusius in vallem insessam ab hostibus præcipitant. ibi ad mille occisis, centum ferme captis, ubique prospere gesta re, prope stativa Appii castra movent, ne qua vis sociis suis ab Romano exercitu inferri possit. Appius, nequidquam in his locis terens tempus, dimissis Chaonumque, et si qui alii Epirotæ erant, præsidiis, cum Italicis militibus in Illyricum regressus, per Parthinorum socias urbes in hiberna militibus dimissis, ipse Romam sacrificii caussa rediit. Perseus ex Penestarum gente mille pedites, ducentos equites revocatos, Cassandriam, præsidio ut essent, misit. Ab Gentio eadem adferentes redierunt. nec deinde alios tque alios mittendo tentare eum destitit, quum adpareret, quantum in eo præsidii esset; nec tamen impetrare ab animo posset, [22] ut inpensam in rem maximi ad omnia momenti faceret ****.

g *cum* l. *non* Gron. Crev. h *Eleona* Eæd.

18 * *Maxime quod*] Eo maxime territus, quod hostium haud procul inde hiberna erant.

19 *Rex non minore vexatione*] Olim *cum minore*. Emendavit Gronovius ex Freinshemii sententia.

20 *Ab obsidione Phanotis*] Scribe *Phanotes*. Est enim Φανότη. GRONOVIUS.

21 *Philostrato, qui Epirotarum gentem habebat*] Hoc obscurum est; et auget mendi suspicionem id quod sequitur: *Philostratus cum cohorte sua*. An enim Epirotarum gens contribui poterat in unam cohortem? Legere possumus hic *Epirotarum transfugas*, si recte illi nominati sunt c. præcedenti.

22 *Ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret*] Hic asteriscum apposuerat Sigonius, quod ea quæ de Olonico Hispano in epitome hujus

U. C. 583.
A. C. 169.

libri traduntur, ad Clondicum Bastarnarum ducem a Livio nominatum l. XL. c. 58. retulerit: quem in Pæonia fecisse aliquem motum existimavit, et ibi interemptum esse. Ea igitur quæ ad illum Clondicum spectarent, hic excidisse putavit. Sed quum multo probabilior sit, ut supra annotavimus, de Olonico conjectura Gronovii, qui illum eumdem esse cum Flori Salondico arbitratus est, nulla satis idonea ratione videtur motus esse Sigonius, ut mutilum hic esse librum arbitraretur. Dujatius Sigonii auctoritate motus credidit et ipse hic aliquid intercidisse, inseruitque hoc loco rogationem a Voconio promulgatam et perlatam de coërcendis mulierum hereditatibus. Sed de lege Voconia egerat Livius l. XLI. ut apparet ex epitome illius libri. Credimus igitur nihil ex fine hujus libri XLIII. periisse.

EPITOME LIBRI XLIV.

Q. MARCIUS Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii misere legatos Romam, [1] *minantes, se Perseo auxilio futuros, nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam jungeret. indigne id latum. Quum id bellum L. Æmilio Paullo, sequentis anni consuli iterum, mandatum esset,* [2] *Paullus, in concione precatus, ut, quidquid diri populo Romano immineret, in domum suam converteretur, et in Macedoniam profectus, vicet Persen, totamque Macedoniam in potestatem redegit. Antequam confligeret,* [3] *C. Sulpicius Gallus tribunus militum prædixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellasset, ab Anicio prætore victus, venit in deditionem,* [4] *et cum uxore, et liberis, et propinquis, Romam missus est. Alexandria legati a Cleopatra et Ptolemæo regibus venerunt, querentes de Antiocho rege Syriæ, quod his bellum inferret. Perses, sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, et Gentio rege Illyriorum, quia his pecuniam, quam promiserat, non dabat* [5] *ab iis relictus est.*

[1] *Minantes se Perseo auxilio futuros, nisi pop. Rom. cum eo pacem atque amicitiam jungeret*] Hæc est unius codicis a Gronovio inspecti scriptura; quæ quum expeditissima sit, Clericus eam in editione sua repræsentavit, quod ejus exemplo nos itidem hic facimus. In vulgata lectione aliquid erat vitii: *minantes, ut Perseo essent auxilio, nisi populus Romanus.. conjungeret.*

[2] *Paullus in concione precatus, ut*] Hanc precationem fecit Paullus, non antequam proficisceretur ad bellum, sed devicto Perseo, quum jam secundo cursu Italiam tenuisset. Vid. infra l. XLV. c. 41. et Val. Max. v. c. 10. Itaque hic fallitur auctor epitomes. Ceterum in hac periodo formanda secuti sumus auctoritatem trium membranarum a Gronovio laudatarum, quibus assentitur Campanus, nisi quod *supra domum suam*, quemadmodum vulgati, præfert. Vulgo *precatus est*, et *supra domum suam, et vicit Perseum.*

[3] *C. Sulpicius Gallus tribunus militum*] Nihil horum comparebat in libris: sed ea inseruit ex historiæ fide Sigonius. Non enim Paullus, sed Sulpicius ille Gallus hunc Lunæ defectum prædixisse memoratur tum Livio ipsi infra, c. 37. tum Val. Max. l. VIII. c. 11.

[4] *Et cum uxore*] Deest copulativa in Gronovianis editionibus, operarum, ut videtur, incuria.

[5] *Ab eis relictus est*] Ab Eumene scilicet, et Gentio. De Eumene nulla est difficultas. De Gentio vid. not. 38. ad c. 26. hujus libri.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLIV.

U. C. 583.
A. C. 169.

Marcius Cos. et Marcius prætor trajiciunt in Græciam.

PRINCIPIO veris, quod hiemem eam, qua hæc gesta sunt, insecutum est, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus consul [1] cum quinque millibus ([2] quod in supplementum legionum secum trajecturus erat) Brundisium pervenit. M. Popillius consularis [3] et alii pari nobilitate adolescentes tribuni militum in Macedonicas legiones consulem secuti sunt. Per eos dies et C. Marcius Figulus prætor, cui classis provincia evenerat, Brundisium venit: et simul ex Italia profecti, Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniæ portum tenuerunt. Inde consul, ad Ambraciam egressus, itinere terrestri petit Thessaliam. Prætor, superato Leucata, Corinthium sinum invectus, et Creüsæ relictis navibus, terra et ipse per mediam Bœotiam diei unius expedito itinere Chalcidem ad classem contendit. Castra eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palæpharsalum habebat; sicut nulla re bellica memorabili gesta, ita [4] ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite, et sociis cum fide cultis, et ab omni genere injuriæ defensis. Audito successoris adventu, quum arma, viros, equos cum cura [5] inspexisset, ornato exercitu obviam venienti consuli processit. Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac Romani nominis, [6] et in rebus deinde gerendis*. Proconsul enim

[1] *Cum quinque millibus*] Deest profecto hic aliquid. Numerus enim absolute et per se, non adjecta re quæ numeretur, stare in oratione non potest. Sed et numerus ipse hoc loco videtur vitiatus esse, quum supra l. XLIII. c. 12. decreverit senatus in supplementum Macedonici exercitus *peditum Romanorum sex millia, sociorum nominis Latini sex millia: equites Romanos ducentos quinquaginta, socios trecentos.*

[2] *Quod in supplementum*] Dele cum Gronovio voculam *in*, et lege *quod supplementum.*

[3] *Et alii pari nobilitate adolescentes*] *Et alii pari nobilitate,* sed non pari ætate, quippe *adolescentes,* quum M. Popillius consularis esset, ac proinde maturæ jam ætatis.

[4] *Ad cunctam militarem disciplinam*] Ad cunctas militaris disciplinæ partes.

[5] *Inspexisset*] Conjectura Manutii. Codex habuit *inexisset.*

[6] *Et in rebus deinde gerendis*] Hunc locum sic explet Sigonius: *et in rebus deinde gerendis summe utilis Philippo consuli fuit. Proconsul enim ad exercitum conversus, eum ad rem fortiter gerendam hortatus est, eoque consuli tradito Romam reversus est.* Sed quis dixerit eum summe utilem duci fuisse in rebus gerendis, qui tantummodo hortatus milites ad rem fortiter gerendam statim abierit? Omittimus inelegantiam dictionis, et geminatas odiose voces. Nobis non libet hariolari in re omnino obscura. Mens Livii ex reliquiis ejus non satis apparet, ut eam expiscari posse videamur; nec alii auctores adjuvant. Locum ergo mutilum relinquimus.

ad exercitum * *. Paucis post diebus consul concionem apud milites habuit. orsus a [7] parricidio Persei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem, [8] adjecit, 'post scelere partum regnum, veneficia, cædes, latrocinio nefando petitum 'Eumenem, injurias in populum Romanum, direptiones so- 'ciarum urbium contra fœdus, ea omnia quam Diis quoque 'invisa essent, sensurum in exitu rerum suarum. Favere 'enim pietati fideique Deos, per quæ populus Romanus ad 'tantum fastigii venerit.' Vires deinde populi Romani, jam terrarum orbem complectentis, cum viribus Macedoniæ, exercitus cum exercitibus comparavit. 'Quanto majores Phi- 'lippi Antiochique opes non majoribus copiis fractas esse?' U. C. 583. A. C. 196.

II. Hujus generis adhortatione accensis militum animis, consultare de summa gerendi belli cœpit. Eo et C. Marcius prætor a Chalcide, classe accepta, venit. Placuit, non ultra morando in Thessalia tempus terere, sed movere extemplo [a] castra, atque pergere inde in Macedoniam: et prætorem dare operam, ut eodem tempore classis quoque invehatur hostium litoribus. Prætore dimisso, consul, [9] menstruum jusso milite secum ferre, profectus decimo post die, quam exercitum acceperat, castra movit: et, unius diei progressus iter, convocatis itinerum ducibus, [10] quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset; submotis iis, [11] quam potissimum peteret, retulit ad consilium. Aliis per Pythium placebat via: aliis per Cambunios montes, qua priore anno duxerat Hostilius consul: aliis præter Ascuridem paludem. Restabat [12] aliquantum viæ communis: itaque in id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur. in Perrhæbiam inde ducit, et inter Azorum et Dolichen stativa habuit ad consulendum rursus, quam potissimum capesseret viam. Per eosdem dies Perseus, quum adpropinquare hostem sciret, quod iter petiturus esset ignarus, omnes saltus insidere præsidiis statuit. In jugum Cambu-

Cos. in Macedoniam contendit.

Perseus aditus occupat.

[a] *extemplo* del. Crev.

[7] *Parricidio . . . cogitato in parentem*] Nihil ea de re antea memoravit Livius.

[8] *Adjecit, post scelere partum regnum, veneficia*] Adjecit consul veneficia, cædes, aliaque facinora consecuta scelere partum a Perseo regnum. Vulgo aliter distinguitur hic locus: *adjecit post, scelere partum regnum, veneficia.* Nostra interpunctio elegantiorem efficit sensum.

[9] *Menstruum*] Cibariorum quantum in mensem satis esset.

[10] *Quum exponerent in consilio jussisset*] Merito Gronovius legi jubet *exponere.* Intellige *eos*, id est, duces itinerum.

[11] *Quam potissimum peteret*] Sigonius suspicatur excidisse *viam.* Gronovius existimat Livium voluisse illam vocem huc intelligendo referri ex sequentibus, *aliis per Pythium placebat via.* Malumus illam repetere ex præcedentibus, *qua*, nempe via, *quisque ducturus esset.*

[12] *Aliquantum viæ communis*] Aliquantum viæ, quæ pariter ad Pythium, ad Cambunios montes, ad Ascuridem paludem duceret.

U. C. 583. A. C. 169.

niorum montium (Volustana ipsi vocant) [13] decem millia levis armaturæ juvenum cum duce Asclepiodoto mittit: ad castellum, quod super Ascuridem paludem erat, (Lapathus vocatur locus) Hippias tenere saltum cum duodecim millium Macedonum præsidio jussus. Ipse cum reliquis copiis primo circa Dium stativa habuit. deinde, adeo ut obtorpuisse inops consilii videretur, cum equitibus expeditis [14] litore nunc Heracleum, nunc Philan percurrebat, eodem inde cursu Dium repetens.

Macedoniam ingreditur Marcius.

III. Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere, [15] ubi propter Octolophum diximus regis castra *. Præmitti tamen quatuor millia armatorum ad loca opportuna præoccupanda placuit: quîs præpositi sunt M. Claudius, Q. Marcius consulis filius. confestim et universæ copiæ sequebantur. Ceterum adeo ardua et aspera et confragosa via fuit, ut præmissi expediti biduo quindecim millium passuum ægre itinere confecto castra posuerint: [16] turrim Eudieru, quem cepere, locum adpellant. Inde postero die septem millia progressi, tumulo [17] haud procul hostium castris capto, nuncium ad consulem remittunt: 'perventum ad 'hostem esse, loco se tuto et ad omnia opportuno conse- 'disse; ut, quantum extendere iter posset, consequeretur.' Sollicito consuli, et propter itineris difficultatem, quod ingressus erat, et eorum vicem, quos paucos inter media præsidia hostium præmiserat, nuncius ad Ascuridem paludem obcurrit. Addita igitur et ipsi fiducia est, conjunctisque copiis, castra tumulo, qui tenebatur, qua aptissimum ad loci naturam erat, sunt adclinata. Non hostium modo castra, quæ paullo plus mille passuum aberant, sed omnis regio ad

[13] *Decem millia levis armaturæ juvenum*] Dele otiosam vocem *juvenum*. Nisi forte illius loco fuit nomen gentis, quæcunque tandem illa sit: ut in altero præsidio, quocum mox Hippias dicitur jussus tenere saltum ad Lapathunta, diserte exprimitur illud fuisse *duodecim millium Macedonum*.

[14] *Littore*] Magis placeret *per littora*, ut infra c. 4. *Sed quum ad Dium per littora cum equitibus vagaretur rex.* Libenter quoque pro *percurrebat* legeremus *currebat*.

[15] *Ubi propter Octolophum diximus regis castra*] Subjicit Sigonius *Philippi fuisse*, et lectorem remittit ad l. XXXI. ubi revera reperitur pugna equestris ad Octolophum inter Philippum regem, et Sulpicium consulem Romanum. Sed si quis totam narrationem rerum a Sulpicio adversus Philippum gestarum sedulo expenderit, facile animadvertet Octolophum libro XXXI. memoratum ad occiduum Macedoniæ latus situm fuisse, ac longe abfuisse ab Heracleo, et Phila, et Dio, quæ prima Macedoniæ oppida hic Marcio e jugis degresso occurrunt. Vel igitur duplex locus fuit qui Octolophi nomen haberet, alter in Dassaretiis, alter in finibus Perrhæbiæ; vel hic mendum agnoscendum est. Quæ desunt, explere non tentamus. Tamen regem cujus hic mentio fit, potius Persea fuisse credimus, quam Philippum.

[16] *Turrim Eudieru*] Si nihil est in hoc nomine vitii, intellige Græcum esse vocabulum in patrio casu, εὐδιεροῦ. Διερὸς humidus. Itaque turris εὐδιεροῦ dicta fuerit ab amœnitate et bonitate aquarum.

[17] *Haud procul hostium castris*] Castra illa hostium intellige præsidium Macedonum cui præerat Hippias, ut patet ex c. seq.

U. C. 583. A. C. 169.

Dium et Philan, oraque maris, late patente ex tam alto jugo prospectu, oculis subjicitur. Quæ res accendit militi animos, postquam summam belli, ac regias omnes copias, terramque hostilem tam e propinquo conspexerunt. Itaque quum alacres, protinus duceret ad castra hostium, consulem hortarentur; dies unus fessis labore viæ ad quietem datus est. tertio die, parte copiarum ad præsidium castrorum relicta, consul ad hostem ducit.

Levia prœlia cum Macedonibus.

IV. Hippias nuper ad tuendum saltum ab rege missus erat: qui, ex quo castra Romana in tumulo conspexit, præparatis ad certamen animis suorum, venienti agmini consulis obvius fuit: et Romani expediti ad pugnam exierant, et hostes. levis armatura erat, promtissimum genus ad lacessendum certamen. Congressi igitur extemplo, tela conjecerunt. multa utrimque vulnera temerario incursu et accepta, et inlata: pauci utriusque partis ceciderunt. Irritatis in posterum diem animis, majoribus copiis atque infestius concursum ab illis, si loci satis ad explicandam aciem fuisset: jugum montis, in angustum dorsum cuneatum, vix [18] ternis ordinibus armatorum in fronte patuit. Itaque, paucis pugnantibus, cetera multitudo, præcipue qui gravium armorum erant, spectatores pugnæ stabant. levis armatura etiam per amfractus jugi procurrere, et ab lateribus cum levi armatura [19] conserere, per iniqua atque æqua loca pugnam petere. ac, pluribus ea die vulneratis, quam interfectis, prœlium nocte diremtum est. Tertio die egere consilio Romanus imperator: nam neque manere in jugo inopi. neque regredi sine flagitio, atque etiam periculo; [20] sed cedenti ex superioribus locis instare hostis poterat: nec aliud restabat, quam audacter commissum pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exitu est, corrigere. Ventum quidem erat eo, ut, si hostem similem antiquis Macedonum regibus habuisset consul, magna clades accipi potuerit. sed, quum ad Dium per litora cum equitibus vagaretur rex, et ab duodecim millibus prope clamorem et strepitum pugnantium audiret, nec auxit copias integros fessis submittendo, neque ipse, quod plurimum intererat, certamini adfuit: quum Romanus imperator, major sexaginta annis, et prægravis corpore, omnia militaria munera ipse inpigre obiret. Egregie ad ultimum in audacter commisso perseveravit: et,

[18] * *Ternis ordinibus..in fronte*] Ordines hic intelligendi videntur introrsum porrecti, ita ut terni homines in fronte essent, quos sequebatur a tergo longus ordo suorum. Hinc paucitas pugnantium, mox a Livio notata.

[19] *Conserere*] Manum, vel pugnam. Alterutra vox profecto excidit.

[20] *Sed cedenti . . . . instare hostis poterat*] Emendat Gronovius: *Nam neque manere in jugo inopi, neque regredi sine flagitio, atque etiam periculo, si cedenti ex superioribus locis instaret hostis, poterat.*

U. C. 583. A. C. 169. Popillio relicto in custodia jugi, per invia transgressus, præmissis, qui repurgarent iter, Attalum et Misagenem, cum suæ gentis utrumque auxiliaribus, præsidio esse saltum aperientibus jubet. ipse, equites inpedimentaque præ se habens, cum legionibus agmen cogit.

Difficultas itinerum. V. Inenarrabilis labor descendentibus cum ruina jumentorum sarcinarumque. Progressis vixdum quatuor millia passuum nihil optabilius esse, quam redire, qua venerant, si possent. Hostilem prope tumultum agmini elephanti præbebant: qui, ubi ad invia venerant, dejectis rectoribus, cum horrendo stridore pavorem ingentem, equis maxime, incutiebant, donec traducendi eos ratio inita est. Per proclive, [21] sumto fastigio, longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur, distantes inter se paullo plus, quam quanta belluæ latitudo est, in eos transversi incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons esset, injungebantur: humusque insuper injiciebatur, modico deinde infra intervallo similis alter pons: dein[b] tertius, et plures ex ordine, qua rupes [22] abscisæ erant, fiebant. Solido procedebat elephas in pontem: cujus priusquam in extremum procederet, [23] subcisis asseribus conlapsus pons, usque alterius initium pontis, prolabi eum leniter cogebat. alii elephanti pedibus insistentes, alii clunibus subsidentes, prolabebantur. ubi planicies altera pontis excepisset eos, rursus simili ruina inferioris pontis deferebantur, donec ad æquiorem vallem perventum est. [24] Paullo plus septem millia die Romani processerunt; minimum pedibus itineris confectum. plerumque provolventes se simul cum armis aliisque oneribus, cum omni genere vexationis, processerunt: adeo ut ne dux quidem et auctor itineris inficiaretur, parva manu deleri omnem exercitum potuisse. Nocte ad modicam planiciem pervenerunt: neque, an infestus is locus esset, septus undique, cir-

[b] *dein* l. *inde* Gron. Crev.

[21] *Sumpto fastigio*] Longi duo asseres inter se adversi modica inclinatione demissi secundum superiorem partem, in terra ex inferiore parte defigebantur. Hic *fastigium* intelligitur *clivus*, propterea quod si quid in clivum devexum est, idem et in fastigium contrario sensu assurgit: eadem fere ratione, qua *altum* et *profundum* promiscue usurpantur. Itaque illi asseres intelligendi sunt triquetra fere forma fuisse, ita ut e tribus lateribus unum per proclive porrigeretur et acclinaretur secundum montem; alterum, nempe superius, modice inclinatum esset et leni fastigio devexum; tertium denique e terra, in qua ex inferiore parte defigebatur, assurgeret in rectum.

[22] *Abscisæ*] Ex *abs* et *cædo* fit verbum *abscido, abscidi, abscisum*. Martialis, l. III. epigr. 66. *Abscidit vultus ensis uterque sacros*. *Abscindo* diversum est verbum, licet ejusdem fere sensus. Atque hujus quidem participium *abscissus* frequentius nunc occurrit in editis. At observat Gronovius fere ubique in optimis et antiquissimis codicibus legi *abscisus*.

[23] * *Succisis asseribus*] Sive asserum fulcris.

[24] *Paulo plus septem millia die*] Per diem, et opponitur τῷ *nocte*, quod sequitur paulo post. Itaque nihil opus est hic inserere *eo* ante vocem *die*, quod voluerat Gronovius.

cumspiciendi spatium fuit. vix tandem ex insperato stabilem ad insistendum nactis locum postero quoque die in tam cava valle opperiri Popillium, ac relictas cum eo copias, necesse fuit: quos et ipsos, quum ab nulla parte hostis terruisset, locorum asperitas hostiliter vexavit. Tertio die conjunctis copiis eunt per saltum, quem incolæ Callipeucen adpellant. [25] quarto inde die per æque invia, sed adsuetudine peritius, et meliore cum spe, quod nec hostis [26] umquam [c] adparebat, et mari adpropinquabant, [27] degressi [d] in campos, inter [28] Heracleum et Libethrum posuerunt castra peditum: quorum pars major tumulos tenebat. ii vallem, [29] campi quoque partem, ubi eques tenderet, amplectebantur.

U. C. 583.
A. C. 169.

VI. Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse. quo nuncio quum pavidus exsiluisset [30] e solio, [31] victum se sine prœlio clamitans proripuit; et, subinde per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans, [32] duobus ex amicis Pellam, alterum Asclepiodotum, ubi pecunia deposita erat, ex præsidiis revocat; omnesque aditus aperit bello. Ipse, ab Dio [33] auratis statuis omnibus raptim, ne præda hosti essent, in classem congestis, ocius demigrare Pydnam cogit: et, quæ temeritas consulis videri potuisset, quod eo processisset, unde invito hoste regredi nequiret, eam [34] non inconsultam audaciam fecit. Duos enim saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani: unum per Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam præter Dium; quæ utraque regiis tenebantur præsidiis. Itaque si dux intrepidus decem dies primam speciem adpropinquantis terroris sustinuisset, [35] neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neque commeatibus pervehendis eo patuisset iter.

Persei pavor

et incredibilis stupor.

[c] *usquam* Crev.

[d] *digressi* Gron. Crev.

[25] *Quarto inde die*] Olim legebatur *tertio*, manifesto errore, quem sustulit Sigonius.

[26] *Usquam*] Olim *unquam*. Mutavit Sigonius.

[27] *Digressi*] Lege cum Sigonio, *degressi*.

[28] *Heracleum*] Sic dedit Gronovius. Antea *Heracetum*: corrupte.

[29] *Campi quoque*] Gronovius legi jubet *campique*.

[30] *E solio*] Solium est pars balnei, in qua quis sedens lavatur.

[31] *Victum se .... clamitans, proripuit*] Bis intelligendum τὸ *se*, quamvis semel exprimatur. Clamitans se victum esse, se proripuit.

[32] *Duobus ex amicis Pellam*] Hic aliqua desunt, quæ ex c. 10. infra, et ex Diodoro in Excerpt. Vales. suppleri possunt in hunc fere modum. Duobus ex amicis, Niciam proficisci jussit Pellam, ubi pecunia deposita erat, et, quidquid ejus ibi nancisceretur, in mare dejicere: alterum, Andronicum misit Thessalonicam, ut navalia incenderet. Simul Hippiam et Asclepiodotum ex præsidiis revocat. In eo tamen discrepat Diodorus a Livio, quod pro urbe Pella nominat Phacum.

[33] *Auratis statuis*] Intellige insignem illam turmam, Lysippi opus: id est, statuas equestres viginti quinque, quas Alexander fieri jusserat totidem fortissimorum virorum in pugna ad Granicum occisorum.

[34] *Non inconsultam audaciam*] Hoc debetur Sigonio. Antea, *non consultam*.

[35] *Neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam*] Quatuor postremæ voces videntur huc immigrasse ex quarto ante versu. Certe iis nihil hic est opus.

U. C. 583. A. C. 169. Sunt enim Tempe saltus, etiamsi non bello fiat infestus, transitu difficilis. nam [36] præter angustias per quinque millia, qua exiguum jumento onusto iter est, rupes utrimque ita abscisæ sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit. terret et sonitus et altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. Hic locus, tam suapte natura infestus, per quatuor distantia loca [37] præsidiis regis fuit insessus. unum in primo aditu ad Gonnum erat: [38] alterum Condylon castello inexpugnabili: tertium circa Lapathunta, quem Characa adpellant: quartum viæ ipsi, qua et media et angustissima vallis est, inpositum, quam vel decem armatis tueri facile est. Intercluso per Tempe simul aditu commeatibus, simul reditu, ipsi montes, per quos descenderant, repetendi erant. [39] quod ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus superiora cacumina hostibus, non poterant: et experta difficultas spem omnem incidisset. Supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes: quod, nisi Dii mentem regi ademissent, ipsum ingentis difficultatis erat. Nam quum Olympi radices montis paullo plus quam mille passuum ad mare relinquant spatium, cujus dimidium loci occupat ostium late restagnans Baphyri amnis, [40] partem planiciæ aut Jovis templum, aut oppidum tenet; reliquum perexiguum fossa modica valloque claudi poterat, et saxorum ad manum silvestrisque materiæ tantum erat, ut vel murus objici, turresque excitari potuerint. Quorum nihil quum dispexisset cæcata mens subito terrore, [41] nudatis omnibus præsidiis, patefactisque bello, ad Pydnam refugit.

VII. Consul, plurimum et præsidii et spei cernens in stultitia et segnitie hostis, remisso nuncio ad Sp. Lucretium Larissam, ut castella, relicta ab hoste, circa Tempe occuparet, præmisso Popillio ad explorandos transitus circa Dium, postquam patere omnia in omnes partes animadvertit, se-

[36] *Præter angustias*] Præterquam quod angusta via est per quinque millia, adeo ut exiguum onusto jumento iter sit, utrimque . . . Parum videntur convenire huic descriptioni ea quæ Plinius l. IV. c. 8. de eodem loco habet. *Tempe*, inquit, *quinque millium passuum longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis.*

[37] *Præsidiis regis*] Mallemus cum Gronovio *regiis.* Sic enim solet Livius.

[38] *Alterum Condylon*] Idem Gronovius legendum existimat *alterum*, nempe præsidium, *ad Condylon. Castello* intellige *cum castello*, vel *in castello.*

[39] *Quod ut furto fefellerant*] Quod ut fecerant fallentes furto Persea Macedonasque, ita propalam facere non poterant, si tenuissent cacumen hostes. Transcenderant quidem illos saltus, quià fefellerant hostem: at idem facere non poterant palam et aperta vi, si hostis obstitisset.

[40] *Partem planitiæ*] Revocavit primæ editiones scripturam Gronovius. Vulgatæ habent *planitiei.*

[41] *Nudatis omnibus præsidiis*] Nudatis præsidio omnibus locis.

U. C. 583. A. C. 169. Cos. Dium pervenit.

cundis castris pervenit ad Dium: metarique [42] sub ipso templo, ne quid sacro in loco violaretur, jussit. Ipse, urbem ingressus, sicut non magnam, ita exornatam [43] publicis locis et [44] multitudine statuarum, munitamque egregie, vix satis credere, in tantis rebus sine caussa relictis non aliquem subesse dolum. Unum diem ad exploranda circa omnia moratus, castra movet: satisque credens, paratam frumenti copiam fore, eo die ad amnem nomine Mityn processit. Postero die progressus, Agassam urbem, tradentibus sese ipsis, recepit: et, ut reliquorum Macedonum animos sibi conciliaret, obsidibus contentus, sine præsidio relinquere se eis urbem, immunesque ac suis legibus victuros, est pollicitus. Progressus inde diei iter, ad Ascordum flumen posuit castra: et, [45] quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens, regressus ad Dium est; dubitatione omnibus exemta, quid intercluso ab Thessalia patiendum fuisset, cui procul inde abscedere tutum non esset. Perseus, contractis in unum omnibus copiis ducibusque, increpare præfectos præsidiorum, ante omnes Asclepiodotum atque Hippiam: ab his dicere claustra Macedoniæ tradita Romanis esse: cujus culpæ reus nemo justius, quam ipse, fuisset. Consuli postquam ex alto conspecta classis spem fecit, cum commeatu naves venire, (ingens enim caritas annonæ ac prope inopia erat) ab invectis jam portum audit, onerarias naves Magnesiæ relictas esse. Incerto inde, quidnam agendum foret, (adeo sine ulla ope hostis quæ adgravaret, cum ipsa difficultate rerum pugnandum erat) peropportune literæ a Sp. Lucretio adlatæ sunt: castella se, quæ super Tempe essent et circa Philan, tenere omnia, frumentique in iis et aliarum in usum rerum copiam invenisse.

Inopia laborat.

Dium relinquit.

VIII. His magnopere lætus consul ab Dio ad Philan ducit, simul ut præsidium ejus firmaret, simul ut militi frumentum, cujus tarda subvectio erat, divideret. Ea profectio famam haudquaquam secundam habuit. nam alii, metu recessisse eum ab hoste, ferebant, quia [46] manenti imperatori prœlio dimicandum foret: alii [47] ignarum, belli quæ in dies fortuna novaret; ut qui, obferentibus sese rebus, omisisset e manibus

[42] *Sub ipso templo*] Templum Jovis intellige, cujus sub finem c. præcedentis mentio facta est.

[43] * *Publicis locis*] Qualia sunt fora, porticus, basilicæ.

[44] *Multitudine statuarum*] Vid. not. 33. ad c. proxime precedens: * et intellige, præter illam amicorum turmam, quam Perseus in classem congesserat, aliarum quoque statuarum non mediocrem numerum in urbe Dio fuisse.

[45] *Quantum procederet longius*] Muretus et Gronovius reponunt *quanto.* Sed quid vetat dici *quantum longius,* quemadmodum apud Plautum *quam magis intendas vincula?* Nimirum *quantum* regitur a præpositione *secundum* intellecta.

[46] *Manenti imperatori*] Vox *imperatori* omnino otiosa est.

[47] *Ignarum belli quæ*] Magis placeret, mutato duarum vocum ordine, *ignarum, quæ belli in dies fortuna novaret.* Aut certe sic exponendus locus, quasi

U. C. 583. A. C. 169. ea, quæ mox repeti non possent. Simul enim cessit possessione Dii, excitavit hostem, ut nunc [d] tandem sentiret, recuperanda esse, quæ prius culpa amissa forent. Audita enim profectione consulis, regressus Dium, quæ disjecta ac vastata ab Romanis erant, reficit: pinnas mœnium decussas reponit, ab omni parte muros firmat: deinde quinque millia passuum ab urbe citra ripam Enipei amnis castra ponit; amnem ipsum, transitu perdifficilem, pro munimento habiturus. Fluit ex valle Olympi montis, æstate exiguus, hibernis idem incitatus pluviis: [48] et supra rupes ingentes gurgitibus facit, et intra prorupta, in mare evolvendo terram, præaltas voragines, cavatoque medio alveo ripas utrimque præcipites. Hoc flumine Perseus [49] septum iter hostis credens, extrahere reliquum tempus ejus æstatis in animo habebat. Inter hæc consul a Phila Popillium cum duobus millibus armatorum Heracleum mittit. abest a Phila quinque millia ferme passuum, media regione inter Dium Tempeque, in rupe amni inminente positum.

Perseus Dium redit.

Heracleum obpugnatum.

IX. Popillius, priusquam armatos muris admoveret, misit, qui magistratibus principibusque suaderent, fidem clementiamque Romanorum, quam vim, experiri mallent. nihil ea consilia moverunt, quia ignes ad Enipeum ex regis castris adparebant. Tum terra marique (et classis adpulsa ab litore stabat) simul armis, simul operibus machinisque, obpugnari cœpti. Juvenes etiam quidam Romani, ludicro circensi ad usum belli verso, partem humillimam muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta [50] bestiis omnium gentium circum complendi, varia spectaculorum conquirere genera: [51] nec, semel quadrigis, semel

[d] *tunc* Gron. Crev.

hoc ordine collocatæ voces essent: qua de forma loquendi vid. not. 89. ad l. IV. c. 17. supra.

[48] *Et supra rupes ingentes gurgitibus*] Emenda ex Gronovii mente: *Et supra rupes, ingentes gurgites facit, et infra, prorutam in mare evolvendo terram, præaltas voragines.* Nempe intelligendum est rupibus in ipso alveo enatis cursum amnis impediri. Supra eas rupes tardatæ earum objectu aquæ ingentes gurgites faciunt. Infra easdem rupes vis aquarum per se ipsa proruit terram, et alveum magis ac magis cavat.

[49] *Septum iter hostis*] Melius *hosti.*

[50] *Bestiis omnium gentium*] Vult Fulvius Ursinus *omnium generum.* Potest tamen vulgata lectio retineri, ut recte monet Dujatius. Sensus est: bestiis ex toto terrarum Orbe conquisitis. Nota est hæc Romanorum insania, tum ex multis aliis testimoniis, tum ex litteris Cœlii ad Ciceronem, l. VIII. Ep. Cic. ad Fam. * Fortasse erunt quibus placeat magis legere *bestiis omnium generum.*

[51] *Nec semel quadrigis*] Gronovius scribendum existimat, *et semel quadrigis:* ut voluerit Livius, non ita multiplicatcs esse olim, ut ævo suo, quadrigarum et desultorum missus; atque adeo, ut muneris tempus produceretur, conquisita esse varia spectaculorum genera. Gronovianæ emendationi præivere Onufrius Panvinius, et Jul. Cæsar Bullingerus: quorum alter, l. I. de Ludis Circensibus, c. 9. alter libro de Circo ludisque Circensi-

desultore misso, vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat. Inter cetera sexageni ferme juvenes, interdum plures, [52] adparitoribus [e] ludi armati inducebantur. horum inductio [53] in parte simulacrum decurrentis exercitus erat; ex parte [54] elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum. [55] Quum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nisis, fastigatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum spatio distantes duo armati procurrebant, comminatique inter se, ab ima in summam testudinem per densata scuta quum evasissent, nunc velut propugnantes per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. Huic testudini simillima parti muri admota, quum armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabantur: depulsisque iis, in urbem [56] duorum signorum milites transcenderunt. Id tantum dissimile fuit, quod, et in fronte extrema, et ex lateribus, soli non habebant super capita elata scuta ne nudarent corpora; [57] sed prætecta pugnantium more. ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes læserunt, et testudini injecta imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur. Et consul, capto jam Heracleo, castra eo promovit; tamquam Dium, atque, inde submoto rege, in Pieriam etiam progressurus. Sed, hiberna jam præparans, vias commeatibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet, et eligi horreis opportuna loca tectaque ædificari, ubi diversari portantes commeatus possent.

U. C. 583.
A. C. 169.

X. Perseus, tandem [58] a pavore eo, quo adtonitus fuerat,

Pudet Persea pavoris sui.

[e] *ab apparitoribus* Gron.

bus, c. 50. hunc Livii locum allegantes, habent, *Nam semel quadrigis:* sive ex conjectura corrigerent locum, sive in suis Livii exemplaribus sic legerent. Qui sint desultores, docet ipse aliud agendo Livius, l. XXIII. c. 29. *Numidæ .... quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat.* Denique hoc eodem loco Gronovius reposuit ex antiquis editis *utrumque curriculum,* quum recentiores mendose habeant *utrumque circulum. Curriculum* hic idem valet ac *cursus.*

[52] *Apparitoribus ludi*] Sic legebatur in veteribus editis, teste Gronovio. Nuperi adjecerunt *ab* ante *apparitoribus.* Multum blanditur. Mureti conjectura: *interdum plures apparatioribus ludis.*

[53] *In parte .... ex parte*] Hæc sic dicta sunt, quomodo si iteraretur *partim.*

[54] *Elegantioris exercitii, quam militaris artis*] Expunge cum Gronovio vocem *artis.*

[55] *Quum alios decursus edidissent motus*] Malit Dujatius *decursu:* et merito quidem.

[56] *Duorum signorum*] Duorum manipulorum. Vid. not. 2. ad l. XXXIII. c. 1.

[57] *Sed prætecta*] Reponit Lipsius *prætenta.* Refertur enim ad *scuta.*

[58] *A pavore .. recepto animo, malle*] Adjecit Sigonius voculam *a,* et legi jussit *malle* pro *mallet.*

U.C. 583. A.C. 169.

recepto animo, malle, imperiis suis non obtemperatum esse, quum trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Thessalonicæ navalia jusserat incendi. Andronicus, Thessalonicam missus, traxerat tempus, [59] id ipsum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum. incautior Nicias Pellæ projiciendo [60] pecuniæ partem, quod fuerat nactus: sed [61] in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est. tantusque pudor regi pavoris ejus fuit, ut urinatores clam interfici jusserit; deinde Andronicum quoque et Nician, ne quis tam dementis imperii conscius exsisteret.

Variæ urbes a Rom. stra ten-

Inter hæc C. Marcius, cum classe ab Heracleo Thessalonicam profectus, et agrum pluribus locis, expositis per litora armatis, late vastavit, et procurrentes ab urbe, secundis aliquot prœliis, trepidos intra mœnia compulit. jamque ipsi urbi terribilis erat, [62] quum, dispositis omnis generis tormentis, non vagi modo circa muros, temere adpropinquantes, sed etiam qui in navibus erant, saxis tormento emicantibus [63] percutiebantur. Revocatis igitur in naves militibus, omissaque Thessalonicæ obpugnatione, Æniam inde petunt. quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita, fertili agro. Pervastatis finibus ejus, legentes oram, Antigoneam perveniunt. ibi, egressi in terram, primo et vastarunt agros passim, et aliquantum prædæ contulerunt ad naves. dein palatos eos adorti Macedones, mixti pedites equitesque, fugientes effuse ad mare persecuti, quingentos ferme occiderunt, et non minus ceperunt. Nec aliud, quam ultima necessitas, quum recipere se tuto ad naves prohiberentur, animos militum Romanorum, simul desperatione alia salutis, simul indignitate, irritavit. Redintegrata in litore pugna est. adjuvere et, qui in navibus erant. Ibi Macedonum ducenti ferme cæsi; par numerus captus. Ab Antigonea classis profecta, ad agrum Pallenensem exscensionem ad populandum fecit. Finium is ager Cassandrensium erat, longe fertilissimus omnis oræ,

59 *Idipsum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum*] Scabra Gronovio videtur hæc oratio, non nobis. * Nulla hic erit difficultas, si in interpretando membrorum ordinem inverteris. † *Pœnitentiæ relinquens locum, idipsum quod accidit*, id est, quod quidem ipsum accidit, nempe ut regem pœniteret.

60 *Pecuniæ partem, quod fuerat nactus*] Et hunc locum Gronovius post Freinshemium conjecturis sollicitat. Nobis nihil videtur esse vitii. *Pecuniæ partem*, scilicet *id quod fuerat nactus*.

61 *In rem emendabilem . . . . lapsus esse*] Potest tolerari vulgatum. Magis tamen placeret, quod subjicit Gronovius, *in errorem . . emendabilem*.

62 *Quum dispositis omnis generis tormentis*] Ab iis qui in urbe erant. * Tota periodus habere videtur aliquid obscuri propter nimiam brevitatem. Sensus est: jamque ipsi urbi terribilis erat, quum subito conversa est rerum facies, dispositis super urbis muros tormentis, quibus Romani, et in agris, et in ipsis quoque navibus percutiebantur. Itaque absistere incepto coacti sunt.

63 *Percutiebantur*] Lege *percuterentur*.

quam prætervecti fuerant. Ibi Eumenes rex, viginti tectis navibus ab Elea profectus, obvius fuit; et quinque missæ a Prusia rege tectæ naves. U. C. 583. A. C. 169.

XI. Hac virium accessione animus crevit prætori, ut Cassandream obpugnaret. [64] Condita est a Cassandro rege in ipsis faucibus, quæ Pallenensem agrum ceteræ Macedoniæ jungunt; hinc Toronaïco, hinc Macedonico septa mari. Eminet namque in altum lingua, in qua sita est: [65] nec minus, quam in altum magnitudine Atho mons, excurrit, obversa in regionem Magnesiæ duobus inparibus promontoriis; quorum majori Posideum est nomen, minori Canastræum. Divisus partibus obpugnare adorti: Romanus ad Clitas, quas vocant, munimenta, [66] cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaïcum mare perducit. ab altera parte [67] euripus est: inde Eumenes obpugnabat. Romanis in fossa complenda, quam nuper objecerat Perseus, plurimum erat laboris. Ibi quærenti prætori, quia nusquam cumuli adparebant, quo regesta e fossa terra foret, [68] monstrati sunt fornices: 'non ad eamdem crassitudinem, qua veterem murum, sed simplici laterum ordine, structos esse.' Consilium igitur cepit, transfosso pariete

[64] *Condita est a Cassandro rege*] Olim Potidæa, teste Plinio, l. iv. c. 10. Illam deinde vel auxerat, vel instauraverat Cassander, et de suo nomine *Cassandream* dixerat.

[65] *Nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit*] Prolixa et verbosa oratio, et quæ sapiat sarcinatoris manum. * Reseca vocem *magnitudine*, et, levi trajectione verborum, emenda: *nec minus in altum quam Atho mons excurrit.*

[66] *Cervis etiam objectis*] *Cervi* erant ramosi trunci arborum, quos in terram ante fossam vallumque depangere et varie serere solebant, ad obstruendum aut impediendum iter. Nomen habuerunt a similitudine cornuum cervi. Plura de iis vide apud Lips. l. II. Polioret. Dial. 2.

[67] *Euripus*] Intelligenda videtur fossa aliqua manu facta, quæ maris aquas acciperet. Nam tales fossæ *Euripi* apud antiquos nominabantur.

[68] *Monstrati sunt fornices*] Gronovius reponit *monstratum est*, atque etiam hanc emendationem Clericus in contextum admiserat. Sed videtur antiqua lectio stare posse. Nimirum in iis quæ sequuntur, τὰ *structos esse* pendent a verbo *dicebant*, *dictum est*, intellecto, ex solenni more Livii. Ceterum totius loci, qui ob nimiam brevitatem sane perspicuus non est, hic fortasse sensus esse possit. Quærebat prætor, quo regesta e fossa terra esset. Monstrati sunt fornices, dictumque illos structos esse e terra quam e fossa egesserant, in lateres cocta. Quod ut probarent ii qui prætorem tota de re commonefaciebant, observabant illos fornices aliter structos esse ac veterem murum urbis, nec proinde eodem tempore. Fossa autem, ut supra annotatum est, nuper objecta fuerat a Perseo. Quum igitur fossa esset recens facta, fornices item recens structi, hoc argumento aliquatenus dicta firmabant. Prætori e re natum est consilium, ut fornicum parietes simplici laterum ordine structos, quod facile factu erat, transfoderet, atque id sibi iter in urbem patefaceret. Restaret explicandum, ubi et quem ad usum structi illi fornices, et qui eorum pariete perfosso in urbem pateret via. Hæc non facile expedimus. Tantum observabimus fossam tunc completam non fuisse a Romanis. Itaque locus ubi perfossi sunt fornices, debuit esse citra fossam, si Romanos respicias. In ejusmodi locis non possumus non multum desiderare Polybium, qui ut militaris vir, et locorum peritus, et accuratissimus scriptor, omnia, ni fallit animus, diligentius exposuerat.

U.C. 583. A.C. 169. iter in urbem patefacere. fallere autem ita se posse, si, muros a parte alia scalis adortus, tumultu injecto, [69] in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset. Erant in præsidio Cassandreæ, præter non contemnendam juventutem oppidanorum, octingenti Agrianes, [70] et duo millia Penestarum Illyriorum, [71] a Pleurato inde missi, bellicosum utrumque genus. His tuentibus muros, quum subire Romani summa vi niterentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt. [72] quod si, qui inrupere, armati fuissent, extemplo cepissent. Hoc ubi perfectum esse opus militibus nunciatum est, clamorem alacres gaudio repente tollunt, aliis parte alia in urbem inrupturis.

XII. Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet. postquam patere urbem accepere præfecti præsidii Pytho et Philippus, [73] pro eo, qui occupasset adgredi, opus factum esse rati, cum valida manu Agrianum Illyriorumque erumpunt: Romanosque, qui alii aliunde coïbant convocabanturque, ut signa in urbem inferrent, incompositos atque inordinatos fugant, persequunturque ad fossam: in quam compulsos ruina cumulant. sexcenti ferme ibi interfecti, omnesque prope, qui inter murum fossamque deprehensi erant, vulnerantur. Ita suo ipse conatu perculsus prætor, segnior ad alia factus consilia erat: et ne Eumeni quidem, simul a mari, simul a terra adgredienti, quidquam satis procedebat. Placuit igitur utrique, custodiis firmatis, ne quod præsidium ex Macedonia intromitti posset, quoniam vis aperta non processisset, operibus mœnia obpugnare. Hæc parantibus his, decem regii lembi, ab Thessalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus missi, quum in salo stantes hostium naves conspexissent; ipsi, obscura nocte, simplici ordine, quam poterant proxime litus tenentes, intrarunt urbem. Hujus novi præsidii fama absistere obpugnatione simul Romanos regemque coëgit. circumvecti promontorium, ad Toronen classem adpulerunt. Eam quoque obpugnare adorti, ubi

69 *In custodiam ejus loci*] Quem scalis adoriretur.

70 *Et duo millia Penestarum*] Sic dedit Sigonius, quum inveniret *M millia:* unde ille effecit *MM.* sive *duo millia.* Tamen l. XLIII. c. 23. dicitur *Perseus ex Penestarum gente mille pedites, ducentos equites . . . Cassandriam, præsidio ut essent, misisse.*

71 *A Pleurato inde missi*] Pro *inde*, quod procul dubio vitiosum est, lege vel *deinde*, vel cum Gronovio *eodem.*

72 *Quod si, qui irrupere*] Nulli irrupere, ut constat ex c. seq. Neque inermes id facere fuissent ausi, tanto vitæ periculo. Legit ergo Perizonius, *quod si, qui irrumperent, armati fuissent:* hoc sensu, si præsto fuissent armati, qui irrumperent in urbem. Nobis probabilius videtur quod Dujatius suggerit, *qui perfodere*, vel *qui perrupere*, nempe parietem.

73 *Pro eo*] Antea *Proco.* Emendavit Freinshemius, adstipulante Gronovio. Rati opus factum a Romanis ei utile futurum, qui primus aggredi maturasset.

valida defendi manu animadverterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi quum adpropinquantes repleta moenia armatis vidissent, prætervecti ad Iölcon classem adpulerunt; inde, agro vastato, Demetriadem quoque adgressuri. U. C. 583. A. C. 169.

XIII. Inter hæc et consul, ne segnis sederet tantum in agro hostico, M. Popillium cum quinque millibus militum ad Meliboeam urbem obpugnandam mittit. Sita est in radicibus Ossæ montis, qua parte in Thessaliam vergit, opportune inminens super Demetriadem. Primus adventus hostium perculit incolas loci: conlectis deinde ex necopinato pavore animis, discurrunt armati ad portas ac moenia, qua suspecti aditus erant: spemque extemplo inciderunt, capi primo inpetu posse. Obsidio igitur parabatur, et opera obpugnationum fieri coepta. Perseus, quum audisset, simul Meliboeam a consulis exercitu obpugnari, simul classem Iölci stare, ut inde Demetriadem adgrederetur, Euphranorem quemdam ex ducibus cum delectis duobus millibus Meliboeam mittit. eidem imperatum, ut, si a Meliboea submovisset Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iölco ad urbem castra moverent Romani. Et ab obpugnatoribus Meliboeæ, quum in superioribus locis repente adparuisset, cum trepidatione multa relicta opera sunt, ignisque injectus. ita a Meliboea abscessum est. Euphranor, soluta unius urbis obsidione, Demetriadem extemplo ducit. nec tum moenia modo, sed agros etiam [74] confiderunt se a populationibus tueri posse: et eruptiones in vagos populatores non sine vulneribus hostium factæ sunt. Circumvecti tamen moenia sunt prætor et rex, situm urbis contemplantes, si qua parte tentare aut opere aut vi possent. Fama fuit, per [75] Cydantem [e] Cretensem et Antimachum, qui Demetriadi præerat, tractatas inter Eumenem et Persea conditiones amicitiæ. ab Demetriade certe abscessum est. Eumenes ad consulem navigat: gratulatus, quod prospere Macedoniam intrasset, Pergamum in regnum abit [f]. Marcius Figulus prætor, parte classis in hiberna Sciathum missa, cum reliquis navibus [76] Oreum Boeotiæ petit, eam urbem aptissimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia, quique in Thessalia erant, mitti commeatus possent. De Eumene rege longe diversa tradunt. Si Valerio Antiati credas, nec classe adjutum ab eo prætorem esse, quum sæpe

[e] *Cydam* Crev. [f] *abiit* Gron. Crev.

[74] *Confiderunt*] Observa parum omnino usitatum verbum, pro *confisi sunt*.

[75] *Cydam*] Sic Sigonius. Antea *Cydantem*.

[76] *Oreum Boeotiæ*] Oreum urbs est Euboeæ insulæ, non Boeotiæ. Lege ergo *Oreum Euboeæ*. Neque enim vitium est in nomine urbis, quum infra c. 30. Octavius prætor, qui Marcio successit, dicatur isse *Oreum ad classem*.

U. C. 583. A. C. 169.

eum literis arcessisset, tradit, [77] nec cum gratia ab consule profectum in Asiam, indignatum, quod, ut iisdem castris tenderet, permissum non fuerit. ne ut equites quidem Gallos, quos secum adduxerat, relinqueret, impetrari ab eo potuisse. Attalum fratrem ejus et remansisse apud consulem, et sinceram ejus fidem æquali tenore egregiamque operam in eo bello fuisse.

XIV. Dum bellum in Macedonia geritur, legati Transalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius traditur nomen; gentis, ex qua fuerit, non traditur) Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiæ ab senatu actæ, muneraque missa, torquis aureus [78] duo pondo, et pateræ aureæ quatuor pondo, equus phaleratus, armaque equestria. Secundum Gallos Pamphyli legati coronam auream, [79] ex viginti millibus Philippeorum factam, in curiam intulerunt: petentibusque iis, ut id donum in cella Jovis optimi maximi ponere, et sacrificare in Capitolio liceret, permissum. benigneque amicitiam renovare volentibus legatis responsum, et [80] binûm millium æris singulis missum munus. Tum ab rege Prusia, et paullo post ab Rhodiis, de eadem re longe aliter disserentes legati auditi sunt. utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit. Prusiæ preces magis, quam postulatio, fuere, profitentis, 'et ad id tempus se cum 'Romanis stetisse, et, quoad bellum foret, staturum. Cete-'rum quum ad se a Perseo legati venissent de finiendo cum 'Romanis bello, et iis pollicitum deprecatorem apud senatum 'futurum; [81] petere, si possent inducere in animum, ut finiant 'iram, se quoque in gratia reconciliatæ pacis posse uti.' hæc regii legati. Rhodii, superbe commemoratis erga populum Romanum beneficiis, et pene victoriæ, utique de Antiocho rege, majore parte [82] ad se vindicata, adjecerunt: 'Quum pax

Prusiæ et Rhodiorum legati.

Rhodiorum superba oratio.

[77] * *Nec cum gratia ab consule profectum*] Neque ita profectum ab consule, ut integra esset inter illos gratia et amicitia, sed cum mutua offensione.

[78] *Duo pondo*] Qui tres marcas nostrates, unciam unam pondo haberet. *Quatuor pondo.* Sex marcas, uncias duas.

[79] *Ex viginti millibus Philippeorum*] Aureorum: qui quum singuli pares essent didrachmo, sequitur viginti millia nummorum Philippeorum redire ad 400. libras Romanas pondo, marcas nostrates 625. Immane profecto pondus etiamsi detrahatur manus pretium. Sed corona illa dicanda erat Jovi, et stabili sede in Capitolio collocanda.

[80] *Binûm millium æris*] Marcarum argenti 3. unciæ I.

[81] *Petere, si possent*] Lege cum Gronovio *et petere*, quod respondeat iis quæ precedunt, *et pollicitum.* Ultima hujus periodi sic ab eo formantur: *se quoque in gratia reconciliatæ pacis uti ponerent:* id est, darent sibi locum ineundæ gratiæ apud Persea, tanquam pacis reconciliatori. Hujus locutionis, *ponere in gratiam*, vel *in gratia*, exempla ex epistolis Ciceronis hic allegat Gronovius. Unum afferemus e lib. v. ad Att. ep. 11. *Apud Patronem te in maxima gratia posui.* Feci, ut magnam tibi gratiam haberet Patro, ostendendo ei, te, quod desiderat, id mihi vehementer commendasse.

[82] *Ad se vindicata*] Olim à se. Emendavit Sigonius.

'inter Macedonas Romanosque esset, sibi amicitiam cum U. C. 583.
'rege Perseo cœptam. eam se invitos, nullo ejus in se merito, A. C. 169.
'quoniam ita Romanis visum sit in societatem se belli trahere, 'interrupisse. Tertium se annum multa ejus incommoda 'belli sentire. mari intercluso, inopia insulam premi, amissis '[83] maritimis vectigalibus atque commeatibus. Quum id 'ultra pati non possent, legatos alios ad Persea in Macedo- 'niam misisse, qui ei denunciarent, Rhodiis placere, pacem 'eum componere cum Romanis: se Romam eadem nuncia- 'tum missos. Per quos stetisset, quo minus belli finis fieret, 'adversus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios considera- 'turos esse.' Ne nunc quidem hæc sine indignatione legi audirive posse, certum habeo. inde existimari potest, qui habitus animorum audientibus ea Patribus fuerit.

Castigatio ferociæ Rhodiorum.

XV. Claudius, nihil responsum, auctor est: tantum senatusconsultum recitatum, quo Caras et Lycios liberos esse juberet populus Romanus, literasque extemplo ad utramque gentem * [84] scirent indicatum mitti. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat, conruisse. Alii responsum esse tradunt, 'Populum 'Romanum et principio hujus belli haud vanis auctoribus 'compertum habuisse, Rhodios cum Perseo rege adversus 'rempublicam suam occulta consilia inisse: et, si id ante 'dubium fuisset, legatorum paullo ante verba ad certum re- 'degisse: et plerumque ipsam se fraudem, etiamsi initio 'cautior fuerit, detegere. Rhodios [85] nuncio in orbe terra- 'rum arbitria belli pacisque agere: [86] Deorum nutu arma 'sumturos posituros que Romanos esse. jam non Deos fœde- 'rum testes, sed Rhodios habituros. [87] Itane tandem iis 'pareatur, exercitusque de Macedonia deportentur? Visuros

83 * *Maritimis vectigalibus æque commeatibus*] Maritima vectigalia sunt portoria, et aliæ mercedes quæ in publicum redigebantur ex mercibus importatis in insulam. Maritimi commeatus, quæcunque mari invehuntur ad usum commoditatemque vitæ.

84 *Scirent indicatum*] Hæc corrupta esse cuivis apparet. Sigonius legendum putat *ut scirent*: id est, ut Rhodii scirent rem indicatam esse Lyciis et Caribus. Sed hoc nobis frigidum et obscurum videtur. Magis inclinat sententia ut credamus *τὰ scirent indicatum* ab aliquo emendatore esse, qui depravatam aliquatenus veterem scripturam nactus magis fœdaverit; Liviumque scripsisse: *Litterasque extemplo ad utramque gentem et senatusconsultum mitti.* Nempe mos est sæpe testatus Livio, ut litteræ alicujus magistratus cum senatusconsulto mittantur. Sic l. XXVI. c. 15. *litteras a Calpurnio prætore Fulvio et senatusconsultum tradidit.*

85 *Nuncio*] Uno nuncio per Orbem terrarum misso. Sic Cic. pro Lege Manil. n. 11. *tot civium Romanorum millibus uno nuncio atque uno tempore necatis.*

86 *Duorum nutu*] Magis placeret *eorum*, nempe Rhodiorum: siquidem in duobus orationis membris, præcedenti et sequenti, amara punguntur ironia Rhodii, quæ perit, si legimus *deorum*; retinetur, si reponimus *eorum*. Nisi melius est legere *Rhodiorum*. In ipsa enim repetitione inest aliquid irrisionis.

87 *Itane tandem*] Hunc locum sic legere et interpungere placeret: *Itane tandem? Ni pareatur, exercitusque de Macedonia deportentur, visuros esse quid sibi faciendum sit?* Hæc ultima verba ex oratione Rhodiorum desumpta, hic per irrisionem repetuntur.

U. C. 583. A. C. 169. 'esse, quid sibi faciendum sit. Quid Rhodii visuri sint, ipsos 'scire. Populum certe Romanum, devicto Perseo, quod 'prope diem sperent fore, visurum, ut pro meritis cujusque 'in eo bello civitatis gratiam dignam referat.' Munus tamen legatis in singulos binûm millium æris missum est: quod ii non acceperunt.

Marcii literæ. XVI. Literæ deinde recitatæ Q. Marcii consulis sunt, 'Quemadmodum, saltu superato, in Macedoniam transisset: '[88] ibi et[g] ex aliis locis [89] commeatus a prætore prospectos in 'hiemem habere, et ab Epirotis [90] viginti millia modiûm tri- 'tici, decem hordei sumsisse: ut [91] pro eo [h] frumento [92] pe- 'cunia Romæ legatis eorum curaretur. Vestimenta militibus 'ab Roma mittenda esse: equis ducentis ferme opus esse, 'maxime Numidis: nec sibi in his locis ullam copiam esse.' Senatusconsultum, ut ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius prætor sex millia togarum, triginta tunicarum, et equos deportanda in Macedoniam, præbendaque arbitratu consulis locavit, et legatis Epirotarum pecuniam pro frumento solvit; et Onesimum, Pythonis filium, nobilem Macedonem, in senatum introduxit. Is [93] pacis semper auctor regi fuerat, monueratque, sicut pater ejus Philippus institutum usque ad ultimum vitæ diem servabat, [94] quotidie bis in die fœderis icti cum Romanis perlegendi; ut eum morem, si non semper, crebro tamen usurparet. Postquam deterrere eum a bello nequiit, primo subtrahere sese per alias atque alias caussas, ne interesset iis, quæ non probabat, cœpit: postremo, quum suspectum se esse cerneret, et proditionis interdum crimine insimulari, ad Romanos transfugit: magno usui consuli fuit. Ea introductus in curiam quum memorasset, senatus in formulam sociorum eum referri jussit: locum, lautia præberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset, ducenta jugera dari, et ædes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio prætori mandatum. Censores censum Idibus Decembribus, severius quam ante, habuerunt: multis equi ademti, inter quos P. Rutilio,

(Marginal notes: Onesimi Macedonis præmia. — Census.)

[g] *et ibi et* Gron. [h] *eo* del. Ead.

[88] *Ibi et ex aliis locis*] Vulgo *et ibi et ex aliis*, contra primæ editionis fidem, teste Hearnio.

[89] *Commeatus a prætore prospectos*] Hoc debetur Sigonio. Prius *commeatus rempublicam prospectos*. Nimirum, ut idem observat, sæpe et facile librarii decepti sunt in his vocibus, *P. R. et R. P. et P R. Populus Romanus, Res Publica, Prætor*.

[90] *Viginti millia modiûm*] Modios Parisienses plus 15416. *Decem millia*, 7708.

[91] *Pro eo frumento*] Addidimus ex vetustioribus editis vocem *eo*, quæ respicit triticum et hordeum memorata in iis quæ proxime præcedunt.

[92] *Pecunia .... curaretur*] Solveretur. *Curare pecuniam, curare nummos*, sæpe occurrit in epistolis Ciceronis: puta l. II. ad Q. Fratr. ep. 4. l. VII. ad Att. ep. 3. et alibi sæpius.

[93] *Pacis semper auctor regi*] Male olim legebatur *regis*. Emendavit Sigonius.

[94] *Quotidie bis in die*] Vel *quotidie* vacat, vel *in die*.

qui tribunus plebis eos violenter [95] accusarat; tribu quoque is motus, [96] et ærarius factus. Ad opera publica facienda quum eis dimidium ex vectigalibus ejus anni adtributum ex senatusconsulto a quæstoribus esset; Ti. Sempronius ex ea pecunia, quæ ipsi adtributa erat, ædes P. Africani [97] pone Veteres ad Vortumni signum, [98] lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit, [99] basilicamque faciendam curavit, quæ postea Sempronia adpellata est. U. C. 583. A. C. 169.

XVII. Jam in exitu annus erat, et propter Macedonici maxime belli curam in sermonibus homines habebant, quos in annum consules ad finiendum tandem id bellum crearent. itaque senatusconsultum factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret. Senatusconsultum [1] Sulpicius prætor ad consulem * post paucos dies recitavit, quibus ante diem ** in urbem venturum. Et consul maturavit, et comitia eo die, qui dictus erat, sunt perfecta. Comitia. Consules creati L. Æmilius Paullus iterum, [2] septimo decimo anno postquam primo consul fuerat, et C. Licinius Crassus. Prætores postero die facti Cn. Bæbius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octavius, P. Fonteius Balbus, M. Æbutius Elva, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici stimulabat cura. itaque designatos extemplo sortiri placuit provincias; ut, utri Macedonia consuli, [3] cuique prætori classis venisset, sciretur: ut jam inde cogitarent pararentque, quæ bello usui forent, senatumque consulerent, si qua re consulto opus esset. 'Latinas, ubi 'magistratum inissent, quod per religiones posset, primo 'quoque tempore fieri placere; neque consulem, cui eundum 'in Macedoniam esset, teneri.' His decretis, consulibus Italia et Macedonia, prætoribus, præter duas jurisdictiones in urbe, classis, et Hispania, et Sicilia, et Sardinia provinciæ nominatæ sunt. Consulum, Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit. Prætores, Cn. Bæbius urbanam, L. Anicius peregrinam, et si quo senatus censuisset, Cn. Octavius classem, P. Fonteius Hispaniam, M. Æbutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est sortitus.

[95] *Accusarat*] Libri ante Sigonium habebant *accusaret*: mendose.

[96] *Et ærarius*] Hoc a Fulvio Ursino est. Prius *ut operarius*.

[97] *Pone veteres*] Vel excidit nomen, quod jungatur τῷ *veteres*, vel ut in illis locorum appellationibus fieri solet, brevitatis causa ex usu communi supprimebatur. Illud supplere non nostrum est.

[98] *Lanienas*] Sic Turnebus jussit legi. Antea *laneas*.

[99] *Basilicam*] Vid. not. 44. ad l. xxvi. c. 27.

[1] *Sulpicius prætor ad consulem misit*] Hic locus suppletus est ex Gronovii mente: tantum, dies quo se in urbem venturum scribebat consul, certo definiri non potuit.

[2] *Septimodecimo anno*] Imo *decimo quarto*, vel, si ambo extremi anni numerentur, *decimo quinto*.

[3] *Cuique prætori classis venisset*] Lege *evenisset*, vel *obvenisset*. Sic enim ubique Livius.

U. C. 583. A. C. 169. Belli Macedonici adparatus.

XVIII. Extemplo adparuit omnibus, non segniter id bellum L. Æmilium gesturum; præterquam quod alius vir erat, etiam quod dies noctesque intentus ea sola, quæ ad id bellum pertinerent, animo agitabat. Jam omnium primum a senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus visendos classemque, et comperta referenda, quid aut terrestribus aut navalibus copiis [4] opus esset: præterea ut explorarent copias regias, quantum possent, quaque provincia nostra, qua hostium foret: utrum intra saltus castra Romani haberent, an jam omnes angustiæ exsuperatæ, et in æqua loca pervenissent: qui fideles nobis socii, qui dubii suspensæque ex fortuna fidei, qui certi hostes viderentur: quanti præparati commeatus, et unde terrestri itinere, unde navibus subportarentur: [5] quid ea æstate terra marique rerum gestarum esset: ex his bene cognitis certa in futurum consilia capi posse ratus. Senatus Cn. Servilio consuli negotium dedit, ut is in Macedoniam, quos L. Æmilio videretur, legaret. Legati biduo post profecti, Cn. Domitius Ahenobarbus, A. Licinius Nerva, L. Bæbius. Bis in exitu anni ejus lapidatum esse nunciatum est;[1] in Romano agro, [6] simul in Veientibus. novemdiale sacrum factum est. Sacerdotes eo anno mortui sunt, P. Quinctilius Varus, flamen Martialis; et M. Claudius Marcellus decemvir: in cujus locum Cn. Octavius subfectus. Et jam magnificentia crescente notatum est, ludis circensibus P. Cornelii Scipionis Nasicæ et P. Lentuli ædilium curulium sexaginta tres [7] Africanas, et quadraginta ursos et elephantos [8] lusisse.

Ludorum circensium magnificentia.

U. C. 584. A. C. 168. L. Æmilio II. C. Licinio Coss.

XIX. L. Æmilio Paullo, C. Licinio consulibus, Idibus Martiis principio insequentis anni, quum in exspectatione Patres fuissent, maxime quidnam consul de Macedonia, cujus ea provincia esset, referret; 'nihil se habere,' Paullus, 'quod referret, quum nondum legati redissent,' dixit. 'Ceterum Brundisii legatos jam esse, bis ex cursu [9] Dyrrachium ejectos. Cognitis mox, quæ nosci prius in rem esset, relaturum: id fore intra perpaucos dies. Et, ne quid profectionem suam teneret, [10] pridie Idus Aprilis Latinis esse constitutam diem. Sacri-

[1] distinct. post *nunciatum est* del. Rup.

[4] *Opus esset*] Olim *opus est*. Mutavit jure Sigonius.

[5] *Quid ... rerum gestarum esset*] Emendat Gronovius *gestum*.

[6] *Simul in Veientibus*] Feliciter emendat Jac. Gronovius: *simul in Veienti. Bis novendiale sacrum*. Toties enim novendiale sacrum fiebat, quoties lapidibus pluisse visum erat. Vid. l. XXVII. c. 37.

[7] *Africanas*] Pantheras, ut patet ex Plinio, l. VIII. c. 17.

[8] *Lusisse*] In ludis exhibitos esse. Intelligenda videtur venatio facta in Circo, vel pugna bestiarum inter se.

[9] *Dyrrachium ejectos*] *Ejici* verbum est naufragorum. *Ejectum littore, egentem*. Vid. not. 70. ad l. XXIII. c. 34. Magis placet cum Gronovio legere *rejectos*.

[10] *Pridie Idus Aprilis*] Lege ex c. 22. infra, et ex fragmento tabularum diurnarum, seu, ut censent alii, librorum linteorum, quod Pighius vulgavit, *pridie Kalendas Apriles*, sive *Aprilis*.

U. C. 584. A. C. 168.

'ficio rite perfecto, se et Cn. Octavium, simul senatus censuisset, exituros esse. Q. Licinio collegæ suo fore curæ, se absente, ut, si qua parari mittive ad id bellum opus sit, parentur mittanturque. Interea legationes exterarum nationum audiri posse.'

Alexandrini legati.

[11] Sacrificio rite perfecto, primi Alexandrini, legati [12] ab Ptolemæo et Cleopatra regibus, vocati sunt. Sordidati, barba et capillo promisso, cum ramis oleæ ingressi curiam, procubuerunt: et oratio, quam habitus, fuit miserabilior. Antiochus Syriæ rex, qui obses Romæ fuerat, per honestam speciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum, bellum cum minore fratre ejus, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, et ad Pelusium navali prœlio victor fuerat, et, tumultuario opere ponte per Nilum facto, transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur. Ea legati querentes orabant senatum, ut opem regno regibusque amicis imperio ferrent. 'Ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges gentesque auctoritatem esse, ut, si legatos misissent, qui denunciarent, non placere senatui, sociis regibus bellum fieri, extemplo abscessurus a mœnibus Alexandriæ, abducturusque exercitum in Syriam esset. Quod si cunctentur facere, brevi extorres regno Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos, cum pudore quodam populi Romani, quod nullam opem in ultimo discrimine fortunarum tulissent.' Moti Patres precibus Alexandrinorum, extemplo [13] C. Popillium Lænatem, et [k] C. Decimium, et C. Hostilium legatos, ad finiendum inter reges bellum, miserunt. Prius Antiochum, dein Ptolemæum adire jussi, et nunciare, ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.

Ad Antiochum et Ptolemæum mittuntur legati.

XX. His intra triduum simul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia [14] Quinquatribus ultimis adeo exspectati venerunt, uti, nisi vesper esset, extemplo senatum vocaturi consules fuerint. Postero die senatus fuit; legatique auditi sunt. Ii nunciant, 'Majore periculo, quam emolumento, exercitum per invios saltus in Macedoniam inductum. Pieriam, [15] quo processisset, regem tenere: castra cas-

Legatorum ex Macedonia reducum oratio.

[k] *et* del. Crev.

[11] *Sacrificio rite perfecto, primi*] Vix dubium videtur esse, tres primas voces ex quinto ante versu huc immigravisse. Nihil iis hoc loco opus est.

[12] *Ab Ptolemæo*] Ptolemæo Epiphani duo filii fuere, Ptolemæus Philometor, qui sororem Cleopatram in matrimonio habuerat, et Ptolemæus Evergetes, sive Physcon, qui tum pulso fratre Alexandriam tenebat cum Cleopatra, quam Philometori ademerat. Ab his, nempe Ptolemæo minore et Cleopatra, venerat legatio de qua hic agit Livius.

[13] *C. Popillium Lænatem, C. Decimium, et C. Hostilium*] Sic voluit Sigonius. Olim editi habebant, *et C. Decimium, C. Hostilium.* Vulgati nunc geminant *et*.

[14] *Quinquatribus ultimis*] Ultimo die Quinquatruum. Vid. not. 49. ad l. xxx. c. 36. De Quinquatribus egimus ad l. xxvi. c. 27.

[15] *Quo processisset*] Romanus exercitus. Ceterum hic habes emendatio-

U. C. 584. A. C. 168. 'tris prope ita conlata esse, ut flumine Enipeo interjecto arceantur. neque regem pugnandi potestatem facere, nec nostris vim 'ad cogendum esse. Hiemem etiam asperam rebus gerendis 'intervenisse, in otio militem ali, nec plus quam sex ** [l] frumentum habere. Macedonum dici triginta millia armatorum 'esse. Si Ap. Claudio circa Lychnidum satis validus exercitus 'foret, potuisse ancipiti bello [16] distinere [m] regem: nunc et 'Appium, et quod cum eo præsidii sit, in summo periculo esse, 'nisi propere aut justus exercitus eo mittatur, aut illi inde deducantur. Ad classem se ex castris profectos, sociorum navalium partem morbo audisse absumtam; partem, maxime qui 'ex Sicilia fuerint, domos suas abisse, et homines navibus 'deesse. qui sint, neque stipendium accepisse, neque vestimenta habere. Eumenem classemque ejus, tamquam vento 'adlatas naves, sine caussa et venisse, et abisse: nec animum 'ejus regis constare satis visum.' Sicut omnia de Eumene dubia, [17] Attali egregie constantem fidem nunciabant.

S. C. de belli adparatu. XXI. Legatis auditis, tunc de bello referre sese L. Æmilius dixit. Senatus decrevit, 'ut in [18] octo legiones parem numerum tribunorum consules et populus crearent: creari autem 'neminem eo anno placere, nisi qui honorem gessisset. Tum 'ex omnibus tribunis militum uti L. Æmilius in duas legiones in Macedoniam, quos eorum velit, eligat, et ut, sollemni Latinarum perfecto, L. Æmilius consul, Cn. Octavius 'prætor, cui classis obtigisset, in provinciam proficiscantur.' Additus est his tertius L. Anicius prætor, cujus inter peregrinos jurisdictio erat. eum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio succedere placuit. Delectus cura C. Licinio consuli inposita. is septem millia civium Romanorum et equites ducentos scribere jussus; et sociis nominis Latini septem millia peditum imperare, quadringentos equites; et [19] Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam literas mittere, ut sexcentos equites conscriberet. Hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam jussus. neque in ea provincia plus quam duas legiones esse; eas repleri, ut sena millia peditum, trecenos haberent equites. ceteros equites peditesque in præsidiis disponi. qui eorum idonei ad militandum non essent, dimitti.

[l] pro asteriscis *dierum* exhibent Gron. Crev. et prior quidem uncinis non inclusum. [m] *distineri* Crev.

nem Gronovianam. Prisci editi *processit.*

[16] *Distineri*] Vulgo *distinere.* Mutavit Gronovius.

[17] *Attali*] Scribe cum eodem Gronovio, *ita Attali.*

[18] *Octo legiones*] In ea quæ sequitur legionum descriptione sex tantum enumerantur. Sed præterea duæ credi possunt urbanæ fuisse. Vid. not. 20. ad XXXIII. 25.

[19] *Cn. Servilio*] Prioris anni consuli, qui, ut ex hoc loco discimus, prorogato ex consulatu imperio Galliam obtinebat.

Decem præterea millia peditum imperata sociis, et octingenti equites. Id præsidii additum Anicio, præter duas legiones, [20] quas portare in Macedoniam est jussus, quina millia peditum et ducenos habentes, trecenos equites: et in classem quinque millia navalium sociûm sunt scripta. Licinius consul duabus legionibus obtinere provinciam jussus: eo addere sociorum decem millia peditum, et sexcentos equites. U. C. 584. A. C. 168.

XXII. Senatusconsultis perfectis, L. Æmilius consul e curia in concionem processit, orationemque talem habuit. 'Animadvertisse videor, Quirites, majorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam, quam quum aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum inissem: neque id ob aliam caussam, quam quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, existimastis dignum majestate populi Romani exitum per me inponi posse. Deos quoque huic favisse sorti spero, eosdemque in rebus gerendis adfuturos esse. Hæc partim [21] opinari, partim sperare possum. Illud adfirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope adnisurum esse, ne frustra vos hanc spem de me conceperitis. Quæ ad bellum opus sunt, et senatus decrevit, et (quoniam extemplo proficisci placet, neque ego in mora sum) C. Licinius collega, vir egregius, æque enise parabit, ac si ipse id bellum gesturus esset. Vos, quæ scripsero senatui, aut vobis, credite. rumores credulitate vestra ne alatis, quorum auctor nemo exstabit. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri, hoc præcipue bello, animadverti, nemo tam famæ contemtor est, cujus non debilitari animus possit. In omnibus circulis, atque etiam (si Diis placet) in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant; ubi castra locanda sint, sciant; quæ loca præsidiis occupanda; quando, aut quo saltu intranda Macedonia; ubi horrea ponenda; qua terra, mari subvehantur commeatus; quando cum hoste manus conserendæ; quando quiescendum sit. Nec, quid melius faciendum sit, modo statuunt, sed, quidquid aliter, quam ipsi censuere, factum est, consulem veluti dicta die accusant. Hæc magna inpedimenta res gerentibus sunt. nec enim omnes tam firmi et constantis animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit: qui suum imperium minui [22] per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere. Non sum is, qui non existimem admonendos duces esse: immo eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum judico magis, quam sapientem. Quid ergo est? Pri- L. Æmilii Cos. oratio.

[20] *Quas portare in Macedoniam est jussus*] Imo *in Illyricum*. Hæc enim Anicio provincia obtigerat.

[21] * *Opinari*] Parum proprium hoc loco verbum. Legimus *ominari*. Sensus est. Hæc ita futura spondere mihi possum, partim ex ominibus, quibus propitia nobis deorum voluntas declaratur; partim ex spe, quam subjicit ratio haud fallax.

[22] *Per vanitatem populi*] Per inconsultam populi levitatem.

U. C. 584. A. C. 168. 'mum a prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et usu 'doctis, monendi imperatores sunt: deinde ab his, qui in'tersunt gerendis * loco [n], qui hostem, qui temporum oppor'tunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes sunt 'periculi. Itaque si quis est, qui, quod e republica sit, 'suadere se mihi in eo bello, quod gesturus sum, confidat; 'ne deneget operam reipublicæ, et in Macedoniam mecum 'veniat. nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me 'juvabitur. Si quem id facere piget, et otium urbanum mi'litiæ laboribus præoptat, e terra ne gubernaverit. Sermo'num satis ipsa præbet urbs. loquacitatem suam contineat: 'nos castrensibus consiliis contentos futuros esse sciat.' Ab hac concione, Latinis, quæ pridie Kalendas Apriles fuerunt, [23] in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde et consul et prætor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriæ, majore, quam solita, frequentia prosequentium consulem celebratum; ac prope certa spe ominatos esse homines, [24] finem esse Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho consulis fore.

Persei adparatus.

XXIII. Dum hæc in Italia geruntur, Perseus, quod jam inchoatum perficere, quia inpensa pecuniæ facienda erat, non inducebat in animum, ut Gentium Illyriorum regem sibi adjungeret; hoc, postquam intrasse saltum Romanos, et adesse discrimen ultimum belli animadvertit, non ultra differendum ratus; quum per Hippiam legatum [25] trecenta argenti talenta pactus esset, ita ut obsides ultro citroque darentur, Pantauchum misit, ex fidissimis amicis, ad ea perficienda. Medeone Labeatidis terræ Pantauchus regi Illyrio obcurrit: ibi et jusjurandum ab rege et obsides accepit. missus et a Gentio est legatus, nomine Olympio, qui jusjurandum a Perseo obsidesque exigeret. [26] Cum eodem

Fœdus facit cum Gentio.

[n] *loca* Gron. Crev.

[23] *In monte*] Albano. Ibi enim Latinarum feriarum sacrum peragi mos erat.

[24] *Finem esse Macedonico bello*] Lege *finem adesse.* Sic l. 11. c. 9. *Adesse finem regnis.*

[25] *Trecenta argenti talenta*] Marcas argenti nostrates 28125.

[26] *Cum eodem ad pecuniam*] Hæc sic intellige ex Polyb. Legat. 85. Cum eodem missi sunt alii, qui pecuniam a Perseo acciperent, alii, suadente Pantaucho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent. Quæ sequuntur sic struimus, mutato tantum ordine, intactis ipsis vocibus . . . *cum Macedonibus irent: duorum simul regnum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse. Adjunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria esset, nec terra nec mari spem relicturam Romanis. Parmenio et Morcus destinantur: quibus ita mandatum, uti jurejurando, obsidibusque, et pecunia accepta, tum demum Rhodum proficiscerentur. Venientibus Illyriis,* etc. Hunc ordinem ut vulgato anteponamus duo suadent: primum, quod in his *duorum simul regum,* etc. videmur agnoscere verba Pantauchi impellentis Gentium ad mittendos Rhodum legatos, jactantisque commoda ex societate cum Rhodiis ventura. Alterum, quod, ut hæc vulgo collocata sunt, verbum *destinantur* redundat; in ordine quem struimus, idem omnino necessarium est. Sed dubitationem omnem eximit Polybius, qui loco jam allato eum plane ordinem repræsentat, quem hic restitutum volumus. Et hinc auctoritas

ad pecuniam accipiendam missi sunt, et, auctore Pantaucho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent, Parmenio et Morcus destinantur. quibus ita mandatum, uti, jurejurando, obsidibusque, et pecunia accepta, tum demum Rhodum proficiscerentur: 'duorum simul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse. adjunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria esset, nec terra nec mari spem relicturam Romanis.' Venientibus Illyriis Perseus, ab Enipeo amni ex castris cum omni equitatu profectus, ad Dium obcurrit. Ibi ea, quæ convenerunt[o] circumfuso agmine equitum facta; quos adesse fœderi sancitæ cum Gentio societatis volebat rex, aliquantum eam rem ratus animorum iis adjecturam. et obsides in conspectu omnium dati acceptique: et, Pellam ad thesauros regios missis, qui pecuniam acciperent, qui Rhodum irent cum Illyriis legatis, Thessalonicæ conscendere jussi. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rhodo venerat: auctoribusque Dinone et Polyarato, principibus civitatis ejus, adfirmabat, Rhodios paratos ad bellum esse. [27] is princeps junctæ cum Illyriis legationis datus est.

U. C. 584. A. C. 168.

Legati Persei et Gentii ad Rhodios.

XXIV. Eodem tempore ad Eumenem et ad Antiochum communia mandata, quæ subjicere conditio rerum poterat. 'Natura inimica inter se esse liberam civitatem et regem. Singulos populum Romanum adgredi, et, quod indignius sit, regum viribus reges obpugnare. Attalo adjutore, patrem suum obpressum. Eumene adjuvante, et quadam ex parte etiam Philippo patre suo, Antiochum obpugnatum. in se nunc et Eumenem et Prusiam armatos esse. Si Macedoniæ regnum sublatum foret, proximam Asiam esse; quam jam ex parte, sub specie liberandarum civitatium, suam fecerint: deinde Syriam. Jam Prusiam Eumeni honore præferri, jam Antiochum victorem [28] præmio belli ab Ægypto arceri. [29] Hæc cogitantem providere' jubebat, 'ut aut ad pacem secum faciendam compelleret Romanos, aut perseverantes in bello injusto communes duceret omnium regum hostes.' Ad Antiochum aperta mandata erant, ad Eumenem per speciem captivorum redimendorum missus legatus erat: verum occultiora quædam agebantur, quæ in præsentia invisum quidem et suspectum Romanis Eumenem falsis gravioribus**. Proditor

Perseus Eumenem et Antiochum sollicitat.

[o] *convenerant* Gron. Crev.

accedit similibus mutationibus, quas in quibusdam aliis locis tentavimus, puta l. XXVII. c. 2. ubi vid. not. 6. quæ et alia similia indicat exempla.

[27] *Is princeps .... legationis datus*] Mallemus *legationi*.

[28] *Præmio belli ab Ægypto arceri*] Tolle cum Gronovio præpositionem: *præmio belli*, id est, *Ægypto*.

[29] *Hæc cogitantem*] Sive Eumenem, sive Antiochum. Etenim ubi supra dicuntur *communia mandata*, intelligi debent eadem, sed seorsum ad Eumenem, seorsum ad Antiochum, mandata.

U. C. 584. A. C. 168. enim ac prope hostis habitus, dum inter se duo reges captantes fraude et avaritia certant. Cydas erat Cretensis, ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari suo, militante apud Persea, inde postea ad Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, iterum [30] cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis mœnibus urbis conlocutus fuerat. Eropon [p] quoque, qui tum missus est, duabus ad eumdem Eumenem jam ante legationibus functus erat. Quæ conloquia occulta et legationes [31] infames quidem erant: sed, quid actum esset, quidve inter reges convenisset, ignorabatur. Res autem ita sese [q] habuit.

Quid actum fuerit inter Persea et Eumenem.

XXV. Eumenes neque favit victoriæ Persei, [32] neque bello eum invadere animo habuit: [33] non tam quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipsorum odiis inter se accensæ. Non ea regum æmulatio, ut æquo animo Persea tantas adipisci opes, tantamque gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eumenes visurus fuerit. Cernebat et Persea, jam inde ab initio belli, omni modo spem pacis tentasse, et in dies magis, quo propior admoveretur terror, nihil neque agere aliud, neque cogitare. Romanos quoque, quia traheretur diutius spe ipsorum bellum, et ipsos duces, et senatum, non abhorrere a finiendo tam incommodo ac difficili bello. Hac utriusque partis voluntate explorata, quod fieri etiam sua sponte tædio validioris, metu infirmioris credebat posse, in eo suam operam venditare concilianda gratia magis cupiit. Nam, modo ne juvaret bello Romanos terra marique, modo pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem: [34] ne bello interesset, mille et quingenta [r]

[p] *Cryphon* Crev. [q] *se* Ead. [r] *quingena* Gron.

[30] *Cum Antimacho*] Olim *Antiocho.* Emendavit Gronovius ex c. 13. supra. Idem infra legi jussit *Cryphon* ex Polyb. Legat. 85. Vulgo *Eropon.*

[31] * *Infames .... erant*] Infamiæ Eumeni apud Romanos erant; suspectum proditionis Eumenem faciebant.

[32] *Neque bello eum invadere animo habuit*] Sigonius reposuerat *in animo.* Sed nihil est præpositione opus, ut observat Gronovius. Sic Auctor de Bello Hisp. in litteris Pompeii: *cohortes animo habeo ad vos mittere.* Vid. et not. 81. ad XXXI. 18.

[33] * *Non tam quia*] Hic aliquid impediti est et obscuri. Ea fuisse videtur mens Livii ut diceret, Eumenem magis æmulatione quam odio inimicitiarum eo adductum esse, ut minime faveret victoriæ Persei. In hanc sententiam sic formare Livianæ orationis contextum possumus: *non tam quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, et ipsorum odiis inter se accensæ,* quam quod *non ea regum æmulatio, ut ...*

[34] *Ne bello interesset, mille et quingenta talenta. In utroque*] Hic aliquid deesse ipsa res clamat. Quid exciderit, discimus ex Appiano in excerptis de Bello Macedonico. Sic enim habet Græcus scriptor. Τάλαντα δ' ᾔτει (Εὐμενὴς) τῆς μὲν διαλύσεως, χίλια καὶ πεντακόσια, τῆς δὲ ἡσυχίας χίλια. Hunc sensum procul dubio expresserat Livius: verba sic formamus. *Ne bello interesset, mille; ut pacem conciliaret, mille et quingenta talenta. Mille talenta* sunt marcæ argenti nostrates 93750. *Mille et quingenta,* marcæ 140625. In iis quoque quæ sequuntur, lege: *In utrumque.* Hæc omnia debentur Gronovio.

U. C. 584. A. C. 168.

talenta. in utroque non fidem modo se, sed obsides quoque, dare paratum esse, ostendebat. Perseus ad rem inchoandam promtissimus erat, cogente metu, et de obsidibus accipiendis sine dilatione agebat, conveneratque, ut accepti Cretam mitterentur. Ubi ad pecuniæ mentionem ventum erat, ibi hæsitabat: [35] et utique alteram in tanti nominis regibus turpem ac sordidam, et danti, et magis accipienti, mercedem esse. Malebat in spem Romanæ pacis non recusare inpensam, sed eam pecuniam perfecta re daturum; interea Samothracæ in templo depositurum. Ea insula quum ipsius ditionis esset, videre Eumenes nihil interesse, [36] an Pellæ pecunia esset: id agere, ut partem aliquam præsentem ferret. Ita, nequidquam inter se captati, nihil præter infamiam movere.

Persei avaritia.

XXVI. Nec hæc tantum Perseo per avaritiam est dimissa res, [37] quum pecuniam tutam et pacem habere per Eumenem, quæ vel parte regni redimenda esset, ac receptus protrahere inimicum mercede onustum, et hostes merito ei Romanos posset facere: sed etiam [38] Gentii regis parata societas, et tum Gallorum, effusorum per Illyricum, [39] ingens agmen [a] oblatum avaritia dimissum est. Veniebant decem millia equitum, par numerus [40] peditum, et ipsorum jungentium cursum equis, et in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Hi pacti erant, eques [41] denos præsentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perseus ab Enipeo ex castris profectus obviam cum dimidia copiarum parte denunciare per vicos urbesque,

Gallorum auxilia recusat.

[a] *agmen* uncinis includit Crev.

35 *Et utique alteram*] Et ex duabus illis rebus, unius quidem certe, nempe ne bello interesset Eumenes, mercedem turpem ac sordidam esse.

36 *An Pellæ*] Nonne melius videatur? *ibi an Pellæ.*

37 *Quum pecuniam tutam*] Emendat Gronovius: *quum pecunia tantula aut pacem habere per Eumenem, quæ vel parte regni redimenda esset, aut deceptus protrahere inimicum . . . posset. Protrahere* intellige *indicare.* Sic infra, l. XLV. c. 5. *Suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret.*

38 *Gentii regis parata societas*] Hic intelligendum est ἀπὸ τῦ κοινῦ *avaritia dimissa est.* Rursus c. seq. Perseus dicitur Gentium regem sibi alienavisse. Quod quidem non caret difficultate. Bellavit enim, et quidem magno suo malo, Gentius adversus Romanos. Sed nimirum bellum illud gessit, non in gratiam Persei, non tanquam Persei socius atque amicus, sed quia aliter facere non potuit, postquam legatos Romanorum in vincula conjecerat.

39 *Ingens agmen oblatum*] Vox *agmen* inserta est, postulante sensu.

40 *Peditum . . . jungentium cursum equis*] Cæsar l. 1. de Bello Gallico rem fusius explicat. De Germanis loquitur: *Equitum millia erant sex: totidem numero pedites velocissimi et fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suæ salutis causa delegerant. Cum his in præliis versantur: ad hos se equites recipiunt: hi, si quid erat durius, concurrebant; si qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumsistebant. Si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum sublevati cursum adæquarent.*

41 *Denos . . . aureos*] Binas uncias nostrates cum dimidia. *Quinos.* Singulas uncias cum quarta unciæ parte. *Mille.* Marcas nostrates 31. uncias 2.

U. C. 584. A. C. 168. quæ viæ propinquæ sunt, cœpit, ut commeatus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia esset. ipse equos, phalerasque, et sagula, donum principibus ferre, et parum auri, quod inter paucos divideret, multitudinem credens trahi spe posse. Ad [42] Almanam urbem pervenit, et in ripa fluminis Axii posuit castra. circa [43] Desudabam in Mædica exercitus Gallorum consederat, mercedem pactam opperiens. Eo mittit Antigonum, ex purpuratis unum, qui juberet, multitudinem Gallorum ad Bylazora (Pæoniæ is locus est) castra movere, principes ad se venire frequentes. [44] septuaginta quinque millia ab Axio flumine et castris regis aberant. Hæc mandata ad eos quum pertulisset Antigonus, adjecissetque, per viam quanta omnium præparata cura regis copia multitudini foret, quibusque muneribus principes advenientes, vestis, argenti, equorumque excepturus rex esset, de his quidem se coram cognituros respondent. illud, quod præsens pepigissent, interrogant, [45] ecquid aurum, quod in singulos pedites equitesque dividendum esset, secum adduxisset? Quum ad id nihil responderetur, Clondicus regulus eorum, 'Abi, renuncia ergo,' inquit, 'regi, [46] nisi aurum obsidesque accepissent, nusquam inde Gallos longius vestigium moturos.' Hæc relata regi quum essent, advocato consilio, quum, quid omnes suasuri essent, adpareret, ipse, pecuniæ, quam regni, melior custos, instituit de perfidia et feritate Gallorum disserere. 'Multorum jam ante cladibus expertum, periculosum 'esse, tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne 'graviores eos socios habeant, quam hostes Romanos. Quinque millia equitum sat esse, quibus et uti ad bellum possent, et quorum multitudinem ipsi non timeant.'

XXVII. [47] Adparebat in [t] omnibus, mercedem multitudinis timere, nec quidquam aliud: sed, quum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nunciaret,

[t] *in* del. Doer.

[42] *Almanam*] Jubet legi Turnebus *Albanam*, et intelligi eam urbem quæ a Ptolemæo vocatur *Albanopolis* in finibus Macedoniæ. Ortelius non probat hanc Turnebi conjecturam, rescribitque *Almonem*, oppidum Thessaliæ Plinio memoratum l. IV. c. 8. Utrique huic emendationi parum videtur convenire cum locorum situ et Axio flumine.

[43] *Desudabam*] Hoc nomen non immerito suspectum est Jac. Gronovio, qui mutat illud in *Æsimam*; quæ urbs etsi Edonis vulgo attribuitur, nihil tamen vetat eam aliquando habitam fuisse finium Mædicæ, quæ Edonis vicina est.

[44] *Septuaginta quinque millia*] Leucas nostrates 25.

[45] *Ecquid aurum . . . . adduxisset*] Magis placeret, quod Gronovius subjicit: *advexisset*.

[46] *Nisi aurum . . accepissent*] Lege cum eodem Gronovio *acceperint*.

[47] *Apparebat in omnibus*] Dele sine ulla dubitatione præpositionem. Apparebat omnibus iis qui in consilio erant, simulatum esse illum timorem quem jactitabat Perseus: nec quidquam aliud eum a multitudine timere, quam magnitudinem pecuniæ quæ in ejus multitudinis stipendium eroganda esset.

quinque millium equitum opera tantum uti regem: contemnere multitudinem aliam. Quod ubi audivere barbari, ceterorum quidem fremitus fuit, indignantium se frustra excitos sedibus suis: Clondicus rursus interrogat, ecquid ipsis quinque millibus, quod convenisset, numeraret? Quum adversus id quoque misceri ambages cerneret, inviolato fallaci nuncio, (quod vix speraverat ipse posse contingere) retro ad Istrum, perpopulati Thraciam, qua vicina erat viæ, redierunt. Quæ manus, quieto sedente rege ad Enipeum, adversus Romanos [48] Perrhæbiæ saltum in Thessaliam traducta, non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exspectarent, sed ipsas exscindere urbes, tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus sociis opitulari possent. Ipsis quoque Romanis de se cogitandum fuisset: quando neque manere, amissa Thessalia, unde exercitus alebatur, potuissent, neque progredi, quum ex adverso castra Macedonum ***. qui ea pependerant spe, haud mediocriter debilitavit. Eadem avaritia Gentium regem sibi alienavit. Nam, quum [49] trecenta talenta Pellæ missis a Gentio numerasset, signare eos pecuniam passus.[u] Inde decem talenta [50] ad Pantauchum missa, eaque præsentia dari regi jussit: reliquam pecuniam, signatam Illyriorum signo, portantibus suis præcipit, parvis itineribus veherent. dein, quum ad finem Macedoniæ ventum esset, subsisterent ibi, ac nuncios ab se opperirentur. Gentius, exigua parte pecuniæ accepta, quum assidue [x] Pantaucho ad lacessendos hostili facto Romanos stimularetur, M. Perpernam et L. Petillium legatos, qui tum forte ad eum venerant, in custodiam conjecit. Hoc audito, Perseus, contraxisse eum necessitates ratus ad bellum utique cum Romanis, ad revocandum, [51] qui pecuniam portabat, misit: velut nihil aliud agens, quam ut, quanta maxima posset, præda ex victo Romanis reservaretur. Et ab Eumene Eropon, ignotis, quæ occulte acta erant, rediit. De captivis actum esse et ipsi evulgaverant, et Eumenes consulem, vitandæ [y] suspicionis caussa, certiorem fecit.

U. C. 584. A. C. 168.

Gentium in fraudem impellit.

XXVIII. Perseus, post reditum ab Eumene Eropontis

Classis Persei.

[u] add. *est* Gron. [x] ins. *a* Gron. Crev. [y] *evitandæ* Gron.

[48] *Perrhæbiæ saltum . . . traducta*] Gruterus legendum existimat *per Perrhæbiæ*. Sed nihil mutandum. Sic dixit Livius *traducta Perrhæbiæ saltum*, ut l. XXI. c. 23. *Iberum copias trajecit.* Regitur nempe nomen a præpositione quæ verbo adjuncta est.

[49] *Trecenta talenta*] Marcas argenti nostrates 28125. *Decem.* Marcas 937. uncias 4.

[50] *Ad Pantauchum missa*] Lege cum Gronovio, *misit*. In iis quæ præcedunt, vulgati nunc habent *passus est*, sed invitis veteribus editionibus, quæ habent tantummodo *passus*, teste eodem Gronovio.

[51] *Qui pecuniam portabat*] Corrigunt Dujatius et Jac. Gronovius *portabant*, propterea quod præcedit *portantibus suis*. Sed hic potest intelligi dux eorum qui pecuniam portabant.

U. C. 584. A. C. 168. spe dejectus, Antenorem et Callippum præfectos classis cum quadraginta lembis (adjectæ ad hunc numerum quinque pristes erant) Tenedum mittit; [52] ut inde sparsæ per Cycladas insulas naves, Macedoniam cum frumento petentes, tutarentur. Cassandreæ deductæ naves in portus primum, qui sub Atho monte sunt, inde Tenedum placido mari quum trajecissent, stantes in portu Rhodias apertas naves Eudamumque præfectum earum, [53] inviolatas,[z] atque etiam benigne adpellatos dimiserunt. Cognito deinde, [54] in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in ostio portus Eumenis rostratis, quibus Damius præerat, inclusas esse; [55] circumvecti[a] propere, ac submotis terrore hostium navibus, onerarias, datis, qui prosequerentur, decem lembis, in Macedoniam mittunt: ita ut [56] in tutum prosecuti redirent Tenedum. Nono post die ad classem, jam ad Sigeum stantem, redierunt. Inde Subota (insula est interjecta Elææ[b] et Atho) trajiciunt. Forte postero die, quam Subota classis tenuit, quinque et triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elæa profectæ cum equitibus Gallis equisque, Phanas promontorium Chiorum petebant, unde transmittere in Macedoniam possent. Attalo ab Eumene mittebantur. Has naves per altum ferri quum ex specula signum datum Antenori esset, profectus a Subotis, inter Erythrarum promontorium Chiumque, qua artissimum fretum est, iis obcurrit. Nihil minus credere præfecti Eumenis, quam Macedonum classem in illo vagari mari: nunc Romanos esse, nunc Attalum, aut remissos aliquos ab Attalo ex castris Romanis Pergamum petere. Sed quum jam adpropinquantium forma lemborum haud dubia esset, et concitatio remorum, directæque in se proræ, [57] hostes adpropinquare aperuissent; tunc injecta trepidatio est, quum resistendi spes nulla esset, inhabilique navium genere, et Gallis vix quietem ferentibus in mari. Pars eorum, qui propiores [58] continenti litori erant, in Erythræum[c] enarunt: pars, velis datis, ad Chium naves ejecere, relictisque equis, effusa fuga

[z] *inviolatos* Doer.
[a] *circumvectis* Crev.
[b] *Eleæ* Gron.
[c] *Erythream* Gron. Crev.

[52] *Ut inde sparsæ*] Videtur melius futurum *sparsi*, ut referatur ad præfectos classemque potius quam ad pristes.

[53] *Inviolatas, atque etiam benigne appellatos*] Lege *inviolatos*, nempe Eudamum ceterosque Rhodios qui erant in navibus.

[54] *In latere altero*] Insulæ Tenedi.

[55] *Circumvectis*] Aliæ editiones habent *circumvectus*, aliæ *circumvectos*. Sed cuivis patet legendum esse: *circumvecti* præfecti classis Macedonicæ, *ac summotis terrore* ipso, quem advenientes injecerunt, *hostium navibus*.

[56] *In tutum*] Olim *totum*. Emendavit Sigonius.

[57] *Hostes appropinquare aperuissent*] Conjectura Turnebi. Prius legebatur *apparuisset*. Quod si quis retinere velit, legat *et concitatione remorum, directisque in se proris hostes appropinquare apparuisset*.

[58] *Continenti littori*] Sic Horatius: *Parum locuples continente ripa*.

urbem petebant. Sed, propius urbem lembi accessuque commodiore quum exposuissent armatos, partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam exclusos. clauserant enim Chii portam, ignari, qui fugerent, aut sequerentur. Octingenti ferme Gallorum occisi, ducenti vivi capti: equi, pars in mari, fractis navibus, absumti; partim [59] nervos subciderunt in litore Macedones. viginti eximiæ equos formæ cum captivis eosdem decem lembos, quos ante miserat, Antenor devehere Thessalonicam jussit, et primo quoque tempore ad classem reverti: Phanis se eos exspectaturum. Triduum ferme classis ad urbem stetit. Phanas inde progressi sunt, et, spe celerius reversis decem lembis, evecti Ægeo mari Delum trajecerunt. U. C. 584. A. C. 168.

XXIX. Dum hæc geruntur, legati Romani, C. Popillius, et[d] C. Decimius, et C. Hostilius, a Chalcide profecti, tribus quinqueremibus Delum quum venissent, lembos ibi Macedonum quadraginta, et quinque regis Eumenis quinqueremes invenerunt. Sanctitas templi insulæque inviolatos præstabat omnes. Itaque permixti Romanique et Macedones et Eumenis navales socii in templo, inducias religione loci præbente, versabantur. Antenor, Persei præfectus, quum aliquas [60] alto præferri onerarias naves ex speculis significatum foret, parte lemborum ipse insequens, parte per Cycladas disposita, præterquam si quæ Macedoniam peterent, omnes aut subprimebat, aut spoliabat naves. [61] quibus poterat,[e] Popillius aut Eumenis naves subcurrebat:[f] [62] sed vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant. Per id fere tempus legati Macedones Illyriique simul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit non lemborum modo adventus, passim per Cycladas atque Ægæum vagantium mare, sed etiam conjunctio ipsa regum Persei Gentiique, et fama cum magno numero peditum equitumque venientium Gallorum. Et jam quum accessissent animi Dinoni ac Polyarato, qui Persei partium erant, non benigne modo responsum regibus est, sed palam pronunciatum, 'bello finem se auctoritate sua inpositufros esse. 'itaque ipsi quoque reges æquos adhiberent animos ad pacem 'accipiendam.' Legati Rom in insula Delo.

XXX. [63] Jam veris principium erat, novique duces in

[d] *et* del. Crev. [e] *poterant* Doer. [f] *subcurrebant* Doer. Rup.

[59] *Nervos succiderunt*] Intelligimus nervos poplitum, ut supra jam exposuimus l. XXXVII. c. 42.

[60] *Alto præferri*] Prætervehi. Sic l. XXVIII. c. 30. *Unius præluta impetu lateris alterius remos detersit.*

[61] *Quibus poterat, Popillius, aut Eumenis naves, succurrebat*] Lege cum Gronovio *poterant* et *succurrebant.*

[62] *Sed vecti nocte*] Sed Macedones nocte paucis lembis *vecti*, sive fortasse *evecti*, fallebant Popillium et Eumenis naves, sicque nullo obstante onerarias hostiles impugnabant.

[63] *Jam veris principium erat*] Ini-

U. C. 584. A. C. 168. Gentii genus et facta.

provinciam venerant; consul Æmilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad classem, Anicius in Illyricum, cui bellandum adversus Gentium. Patre Pleurato rege Illyriorum et matre Eurydica genitus fratres duos, Platorem utroque parente, Caravantium matre eadem natum, habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto, Platorem occidit et duos amicos ejus, Ettritum et Epicadum, inpigros viros, quo tutius regnaret. Fama fuit, Honuni Dardanorum principis filiam Etutam pacto fratri eum invidisse, tamquam his nuptiis adjungenti sibi Dardanorum gentem. et similius id vero fecit ducta ea virgo, Platore interfecto. Gravis deinde, demto fratris metu, popularibus esse coepit: et violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat. Ceterum, sicut ante dictum est, ad Romanum incitatus bellum, Lissum omnes copias contraxit. quindecim millia armatorum fuerunt. Inde, fratre in [64] Caviorum gentem, vi aut terrore subigendam, cum mille peditibus et quinquaginta equitibus misso, ipse ad Bassaniam urbem quinque millia ab Lisso ducit. Socii erant Romanorum: itaque per missos nuncios prius tentati, obsidionem pati, quam dedere sese, maluerunt. Caravantium in Caviis [65] Durnium oppidum advenientem benigne accepit: Caravantis altera urbs exclusit. et, quum agros eorum effuse vastaret, aliquot palati milites agrestium concursu interfecti sunt. Jam et Ap. Claudius, adsumtis ad eum exercitum, quem habebat, [66] Bulliniorum, et Apolloniatium, et Dyrrachinorum auxiliis, profectus ex hibernis, [67] circa Genusum

tio mensis Aprilis profectus erat Æmilius: supra c. 22. Quomodo igitur veris principio in provinciam venit? inquit Gronovius. Veris enim initium sumebant veteres a die 7. vel 8. vel 9. Februarii. Nimirum hic annus et praecedentes aliquot valde luxati fuerant a Romanis pontificibus, ut constat ex solis defectu, de quo mentio fit infra c. 37. Ille enim refertur a Livio in a. d. III. Nonas Septembres, quum revera contigerit die 21. Junii anni Juliani, ut asserit peritissimus Astronomus Ismael Bullialdus in epistola ad Gronovium ipsum, quae ad calcem tertii tomi Liviani in editione Gronoviana habetur. Itaque quum numerabant hoc anno Romani initium mensis Aprilis, mensem Januariam numerare debuissent. Dodwellus, Dissert. x. de Cyclis Rom. Sect. 12. non tantum fuisse errorem existimat, eumque diem quem hoc anno Romani primum Aprilis numerabant, fuisse revera 21. Februarii Juliani. Itaque c. 37. hujus libri mendum in Livii contextum irrepsisse putat, et pro *Nonas Septembres* legendum esse *Nonas Sextiles*. Ut ut sit, intelligitur quomodo Æmilius Kalendis Aprilibus profectus, principio tamen veris in provinciam venerit. Ex Bullialdi sententia, ipso ineunte vere, ut tum numerabant, in provinciam venerit; ex Dodwelli, initio secundi mensis verni.

64 *Caviorum*] Hoc nomen corruptum esse censet Turnebus, ac legi jubet *Ceraunniorum*, vel *Caulicorum*. Sed non ideo fortasse mendum statim agnoscendum est, si quid occurrit quod ignoretur.

65 *Durnium*] Hoc quoque nomen incognitum est Geographis. Sigonius perlevi mutatione legit *Burnium*, Ptolemaeo et Plinio ducibus, qui oppidi *Burni* et *Burnistarum* populorum mentionem faciunt.

66 *Bulinorum*] Sic dedit idem Sigonius pro *Bullianorum*.

67 *Circa Genusuum amnem*] Caesar l. III. de Bello Civili, et Lucanus, l. v. v. 462. *Genusum* vocant.

amnem castra habebat; audito fœdere inter Persea et Gentium, et legatorum violatorum injuria accensus, bellum haud dubie adversus eum gesturus. Anicius prætor, eo tempore Apolloniæ auditis, quæ in Illyrico gererentur, præmissisque ad Appium literis, ut se ad Genusuum opperiretur, triduo et ipse in castra venit: et [68] ad ea, quæ habebat, auxilia adsumtis [g] Parthinorum juventutis [h] duobus millibus peditum et equitibus ducentis, (peditibus Epicadus, equitibus Algalsus [i] præerat) parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione. tenuit inpetum ejus fama lemborum vastantium maritimam oram. Octoginta erant lembi, auctore Pantaucho missi a Gentio ad Dyrrachinorum et Apolloniatium agros populandos. Tum classis ad U. C. 584. A. C. 168. Anicii Pr. res gestæ.

* * *

to eo, tradiderunt se.

XXXI. Deinceps et urbes regionis ejus idem faciebant, adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes et justitia prætoris Romani. Ad Scodram inde ventum est, id quod belli caput fuerat; non eo solum, quod Gentius eam sibi ceperat velut regni totius arcem, sed etiam quod Labeatium gentis munitissima longe est et difficilis aditu. Duo cingunt eam flumine, Clausala latere urbis, quod in orientem patet, præfluens, Barbana ab regione occidentis, ex Labeatide palude oriens. hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini; quod, ortum [69] ex monte Scodro, multis et aliis auctum aquis, mari Hadriatico infertur. Mons Scodrus, longe altissimus regionis ejus, ab oriente Dardaniam subjectam habet, a meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum. Quamquam munitum situ naturali oppidum erat, gensque id tota Illyriorum et rex ipse tuebatur, tamen prætor Romanus, quia prima successerant prospere, fortunam totius rei principia secuturam esse ratus, et repentinum valiturum terrorem, instructo exercitu ad mœnia succedit. Quod si clausis portis muros portarumque turres, dispositis armatis, defendissent, vano cum incepto mœnibus pepulissent Romanos. nunc, porta egressi, prœlium loco æquo majore animo commiserunt, quam sustinuerunt. Pulsi enim et fuga conglobati, quum ducenti amplius in ipsis faucibus portæ cecidissent, tantum intulerunt terrorem, ut oratores extemplo ad prætorem mitteret Gentius Teuticum

[g] *adsumtis* uncinis includit Crev. del. Rup. [h] *juventutis* l. *junctis* Ead.
[i] *Agalsus* Gron. Crev.

[68] *Ad ea quæ habebat auxilia [assumptis] Parthinorum juventutis*] Vox *assumptis* adjecta est a Sigonio. Gronovius potius existimat legendum: *ad ea quæ habebat auxilia, Parthinorum junctis duobus millibus peditum.*

[69] *Ex monte Scodro*] Hic mons supra l. XLIII. c. 20. *Scordus* vocatur.

U. C. 584. A. C. 168. et Bellum, principes gentis, per quos inducias peteret, ut deliberare de statu rerum suarum posset. Triduo in hoc dato, quum castra Romana quingentos ferme passus ab urbe abessent, navem conscendit, et flumine Barbana navigat in lacum Labeatum, velut secretum locum petens ad consultandum; sed, ut adparuit, falsa spe excitus, Caravantium fratrem, [70] multis millibus armatorum actis [71] ex ea regione, in quam missus erat, adventare. qui postquam evanuit rumor, tertio post die navem eamdem secundo amni Scodram demisit: præmissisque nunciis, ut sibi adpellandi prætoris potestas fieret, copia facta, in castra venit. Et principium orationis ab accusatione stultitiæ orsus suæ, postremo ad preces lacrimasque effusus, genibus prætoris accidens, in potestatem sese dedit. Primo, bonum animum habere jussus, ad cœnam etiam invitatus, in urbem ad suos rediit, et cum prætore eo die honorifice est epulatus: deinde in custodiam C. Cassio tribuno militum traditus, [72] vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret.

Gentius se dedit.

XXXII. Anicius, Scodra recepta, nihil prius, quam requisitos Petillium Perpernamque legatos ad se duci, jussit. quibus splendore suo restituto, Perpernam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatosque regis: qui, Medeonem, Labeatium gentis urbem, profectus, [73] Etlevam uxorem cum filiis duobus, [74] Scerdilædo [k] Pleuratoque, et Caravantium fratrem Scodram in castra adduxit. Anicius, bello Illyrio [75] intra triginta dies perfecto, nuncium victoriæ Perpernam Romam misit: et post dies paucos Gentium regem ipsum cum parente, conjuge, ac [l] liberis, ac fratre, aliisque principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum, Romæ auditum est. Quibus diebus, hæc agebantur, Perseus quoque in magno terrore

Capiuntur cognati regis.

Perseus in magno terrore est.

[k] *Scerdileto* Gron. Crev. [l] *ac* del. Ernd.

[70] *Multis millibus armatorum actis*] Magis placeret cum Gronovio legere *coactis*.

[71] *Ex ea regione in quam missus erat*] Hæc non videntur intelligenda esse de expeditione Caravantii in Cavios, de qua c. præc. egit Livius. Designatur potius amica aliqua Gentii regio, in quam Caravantius, a Caviis vel reversus, vel revocatus, missus esset a fratre ut copias contraheret. Id fortasse clarius memoraverat Livius in iis quæ interciderunt.

[72] *Vix gladiatorio accepto*] Acceptis decem talentis, quæ pecuniæ summa vix tanta est, quanta dari solet iis qui operam suam arenæ locant. Decem talenta sunt marcæ argenti nostrates 937. unciæ 4.

[73] *Etlevam uxorem*] Supra c. 30. dicitur Gentius uxorem duxisse Etutam Honuni Dardanorum principis filiam. Sed fortasse idem est nomen *Etuta* et *Etleva*: fortasse alterutro in loco vitium est. Nihil quoque vetat credere Etutam aut mortuam, aut repudiatam fuisse.

[74] *Scerdileto*] Liber habuit *Scerdilio*. Sigonius mutavit, quia *Scerdiletus* nomen est Illyriis regulis familiare, ut apparet ex superioribus libris.

[75] *Intra triginta dies*] Appianus in Illyricis habet solummodo *viginti*.

erat, propter adventum simul Æmilii novi consulis, quem cum ingentibus minis adventare audiebat, simul Octavii prætoris. [76] Nec minus terroris a classe Romana et periculo maritimæ oræ habebat. Thessalonicæ Eumenes et Athenagoras præerant cum parvo præsidio duorum millium cætratorum. Eo et Androclem præfectum mittit, jussum sub ipsis navalibus castra habere. Æniam mille equites cum Antigono misit ad tutandam maritimam oram: ut, quocumque litore adplicuisse naves hostium audissent, extemplo ferrent agrestibus opem. quinque millia Macedonum missa ad præsidium [77] Pythii et Petræ, quibus præpositi erant Histiæus, et Theogenes, et Milo. His profectis, ripam munire Enipei fluminis adgressus est, quia sicco alveo transiri poterat. [78] Huic ut omnis multitudo vacaret, feminæ, ex propinquis urbibus coactæ, cibaria in castra adferebant: miles jussus ex propinquis silvis

U. C. 584.
A. C. 168.

Ripam Enipei munit.

* * *

XXXIII. *** postremo sequi se [79] utrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, jussit, et in litore alios alibi modicis intervallis fodere. montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes [80] undæ miscerentur. Vix deducta summa arena erat, quum scaturigines turbidæ primo et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut Deûm dono, cœperunt. Aliquantum ea quoque res duci famæ et auctoritatis apud milites adjecit. Jussis deinde militibus expedire arma, ipse cum tribunis [81] primisque ordinibus vadit ad contemplandos transitus; qua descensus facilis armatis, qua in ulteriorem ripam minime iniquus adscensus esset. His satis exploratis, illa quoque primum, ut ordine ac sine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, providit. Ubi omnibus simul pronunciaretur, [82] quod fieret, neque omnes exaudirent; incerto imperio accepto, alios, [83] ab se adjicientes, plus eo, quod imperatum sit, alios

Inventa aqua.

76 *Nec minus terroris*] Non hæc ita accipienda sunt, quasi tertius quidam terror, præter Æmilii Octaviique adventum, Perseum sollicitare diceretur. Comparat Livius maritimum terrestremque terrores inter se.

77 *Pythii*] Olim *Pythoi*. Correxit Sigonius, ut supra l. XLII. c. 53.

78 *Huic ut omnis multitudo*] Manifestum est aliquid deesse. Lege cum Mureto: *huic operi ut omnis multitudo*.

79 *Utrarios*] Vox rarissima. Intelligendi procul dubio sunt ii qui utribus aquam in castra deferre solebant.

80 * *Undæ miscerentur*] Si sana hæc sunt, vox *undæ*, sic nude posita, accipienda est pro *undis marinis*.

81 *Primis . . . . ordinibus*] Primorum ordinum centurionibus. Vid. supra l. XXX. c. 4.

82 * *Quod fieret*] Sensus videtur exigere, *quid fieri deberet*.

83 * *Ab se adjicientes*] Adjicientes aliquid ex suo ad ea quæ audierunt.

U. C. 584. A. C. 168.

minus facere. clamores deinde dissonos oriri omnibus locis, et prius hostes, quam ipsos, quid paretur, scire. Placere igitur, tribunum militum [84] primo pilo legionis [85] secretum edere imperium: illum, et dein singulos, proximo cuique in ordine centurioni dicere, quid opus facto sit; sive a primis signis ad novissimum agmen, sive ab extremis ad primos perferendum imperium sit. Vigiles etiam novo more scutum in vigiliam ferre vetuit; non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, sed ad vigilandum, ut, quum senserit hostium adventum, recipiat se, excitetque ad arma alios. [86] Scuto præ se erecto stare galeatos: deinde [m] ubi fessi sint, innisos pilo, capite super marginem scuti posito, sopitos stare: ut fulgentibus armis procul [87] conspici ab hoste possint, ipsi nihil provideant. Stationum quoque morem mutavit. armati omnes, et frenatis equis equites, diem totum perstabant. id quum æstivis diebus, urente assiduo sole, fieret, tot horarum æstu et languore ipsos equosque fessos integri sæpe adorti hostes, vel pauci plures vexabant. itaque ex matutina statione ad meridiem decedi, et in postmeridianam succedere alios jussit: ita numquam fatigatos recens hostis adgredi poterat.

Vigiliæ.

Stationes.

XXXIV. Hæc quum ita fieri placere, concione advocata, pronunciasset, adjecit urbanæ concioni convenientem orationem. 'Unum imperatorem in exercitu providere et consulere, quid agendum sit, debere, nunc per se, nunc cum 'iis, quos advocaverit in consilium. qui non sint advocati, 'eos nec palam, nec secreto jactare consilia sua. Militem 'hæc tria curare debere, corpus ut quam validissimum et 'pernicissimum habeat, arma apta, [88] cibum paratum ad 'subita imperia: cetera scire de se Diis immortalibus et 'imperatori suo curæ esse. in quo exercitu [89] milites, consul, 'et [n] imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil 'salutare esse. Se quod sit officium imperatoris, provisurum, 'ut bene gerendæ rei occasionem eis præbeat. illos nihil, 'quod futurum sit, quærere: ubi datum signum sit, tum 'militarem operam navare.' Ab his præceptis concionem

Oratio Æmilii ad milites.

[m] *dein* Gron. Crev. [n] *consul, et* l. *consulant*, Rup.

[84] *Primopilo*] Vid. not. 45. ad l. II. c. 27.

[85] * *Secretum*] Soli primopilo, seorsum a ceteris.

[86] *Scuto præ se erecto*] Hæc sunt incommoda quæ sequuntur ex illo more quem hactenus tenuerant, ut scutum et cetera arma in vigiliam ferrent.

[87] *Conspici .... possint, ipsi nihil provideant*] Secuti sumus emendationem Gronovii, quum prius legeretur *possit* et *provident*.

[88] *Cibum paratum*] Nihil hic mutandum est. Observari potuit in superioribus libris aliquoties militibus Romanis imperatum, ut cibaria cocta in certum dierum numerum haberent: ut l. III. c. 27. et alibi sæpius.

[89] *Milites consul et imperator*] Hunc locum egregie emendat doctissimus idem et ingeniosissimus Perizonius. *In quo exercitu milites consulant*, vel *miles consulat, imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse.*

dimisit; vulgo etiam veteranis fatentibus, se illo primum U. C. 584.
die, tamquam tirones, quid agendum esset in re militari, A. C. 168.
didicisse. Non sermonibus tantum his, cum quanto adsensu audissent verba consulis, ostenderunt; sed rerum præsens effectus erat. Neminem totis mox castris quietum videres: Fervet in
acuere alii gladios: alii galeas [90] bucculasque, scuta alii lori- castris
casque tergere: alii aptare corpori arma, experirique sub his opus.
membrorum agilitatem: quatere alii pila, alii micare gladiis, [91] mucronemque intueri: ut facile quis cerneret, ubi primum conserendi manum cum hoste data occasio esset, aut victoria egregia, aut morte memorabili [92] inituros bellum. Perseus quoque quum, adventu consulis simul et veris principio, strepere omnia moverique apud hostes, velut novo bello, cerneret, mota a Phila castra in adversa ripa posita, nunc ad contemplanda opera sua circumire ducem, haud dubie transitus speculantem,

* * *

norum esse.

XXXV. Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus regique eorum haud mediocrem adtulit terrorem. Et primo subprimere in occulto famam ejus rei est conatus, missis, qui Pantauchum inde venientem adpropinquare castris vetarent. [93] sed jam et pueri quidam visi ab suis erant inter obsides Illyrios ducti: et, [94] quo quæque adcuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant. Sub idem tempus Rhodii legati in castra venerunt cum iisdem de pace mandatis, quæ Romæ ingentem iram Patrum excitavere. Multo iniquioribus animis a castrensi consilio auditi sunt. Itaque quum alii [95] præcipites sine responso* agendos castris, pronunciavit, post diem quintumdecimum se responsum daturum. Interim, ut adpareret, quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuisset, consultare

[90] *Bucculas*] Laminas flexiles, quæ pendentes e casside, buccas tegebant. Neque enim, ut observat Lips. l. III. de Milit. Rom. Dial. 5. clausæ erant, et vultui appressæ antiquorum galeæ. His tantum bucculis genæ tegebantur.

[91] *Mucronemque intueri*] Videtur aliquod latere vitium in verbo *intueri*.

[92] *Inituros bellum*] Muretus legendum existimat *finituros*. Neutrum verbum hic satis congruit.

[93] *Sed jam et pueri quidam*] Nihil intricatum est in verbis: sed res ipsa parum clara. Si *obsides Illyrios* intelligas obsides a Perseo regi Gentio datos, et a Pantaucho subductos ne in Romanorum manus inciderent, poteris sic exponere: Pueri quidam Macedones traditi inter ceteros obsides Gentio, et reducti in Macedoniam a Pantaucho, visi a suis erant, eosque edocuerant, quid in Illyrico gestum esset.

[94] *Quo quæque accuratius curantur*] Admodum probabilis est Gronovii conjectura, *celantur*.

[95] *Præcipites sine responso censerent agendos castris*] Vox *censerent* adjecta est a Gronovio, qui nihil præterea aliud excidisse putat. Dubitamus tamen, an hoc modo locus persanatus sit. Non immerito videtur Sigonius suspicari deesse membrum orationis, quod respondeat τῷ *alii*.

U. C. 584. A. C. 168. Consilia de bello.

de ratione belli gerendi cœpit. Placebat quibusdam, [96] et maxime majoribus natu, per Enipei ripam munitionesque vim facere, 'confertis et vim facientibus resistere Macedonas non 'posse: ex tot castellis aliquanto altioribus ac munitioribus, 'quæ validis præsidiis insedissent, priore anno dejectos.' aliis placebat, Octavium cum classe Thessalonicam petere, et populatione maritimæ oræ distringere copias regias: ut, altero ab tergo se ostendente bello, circumactus ad interiorem partem regni tuendam, nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur. [97] Ipsi natura et operibus inexsuperabilis ripa videbatur: et, præterquam quod tormenta ubique disposita essent, missilibus etiam melius et certiore ictu hostes uti audierat. Alio spectabat mens tota ducis: dimissoque consilio Perrhæbos mercatores, Schœnum et Menophilum, notæ et fidei jam sibi et prudentiæ homines, arcessitos secreto percunctatur, quales ad Perrhæbiam transitus sint. Quum loca non iniqua esse dicerent, [98] præsidiis autem regis obsideri, spem cepit, si nocte inproviso valida manu adgressus necopinantes esset, dejici præsidia posse. 'Jacula enim et sagittas et cetera missilia in tenebris, ubi, quid 'petatur, procul* provideri nequeat, inutilia esse. gladio comi'nus geri rem in permixta turba, quo miles Romanus vincat.' His ducibus usurus, prætorem Octavium arcessitum, exposito, quid pararet, Heracleum cum classe petere jubet, et mille hominibus decem dierum cocta cibaria habere. Ipse P. Scipionem Nasicam, [99] Q. Fabium Maximum filium suum cum quinque delectis millibus Heracleum mittit, velut classem conscensuros ad maritimam oram interioris Macedoniæ, quod in consilio agitatum erat, vastandam. Secreto indicatum, cibaria his præparata ad classem esse, ne quid eos moraretur. Inde jussi duces itineris ita dividere viam, ut quarta vigilia tertio die [1] Pythium adoriri possent. Ipse postero die, ut distineret regem ab circumspectu rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum stationibus hostium prœlium commisit. pugnatumque utrimque est levi armatura: nec gravioribus armis in tam inæquali alveo pugnari poterat. Descensus ripæ utriusque in alveum trecentorum ferme passuum erat: medium spatium torrentis, alibi aliter

Nasica cum 5000. militibus mittitur ad Pythium.

Prœlia in alveo Enipei.

* *procul* del. Crev.

96 *Et maxime majoribus natu*] Existimamus Livium potius scripsisse *minoribus natu*. Fervidum enim illud consilium faciendæ sibi viæ per ripam Enipei munitionesque magis sapit juvenilem ardorem, quam senilem prudentiam.

97 *Ipsi*] Æmilio.

98 *Præsidiis autem regis*] Mallemus *regiis*: ut jam alibi annotavimus.

99 * *Q. Fabium Maximum filium suum*] Nempe is adoptatus fuerat a Q. Fabio Maximo, atque adeo nomina patris sui adoptivi gerebat.

1 *Pythium*] Templum Apollinis Pythii, et castellum in summo Olympi jugo positum. Vid. Plut. in Æmilio.

cavati, paullo plus quam mille passus patebat. Ibi in medio, spectantibus utrimque ex vallo castrorum hinc rege, hinc consule cum suis legionibus, pugnatum est. Missilibus procul regia auxilia melius pugnabant; cominus stabilior et tutior, [2] aut parma, aut scuto Ligustino, Romanus erat. Meridie fere receptui cani suis consul jussit. ita eo die diremtum prœlium est, haud paucis utrimque interfectis. Sole orto postero die, irritatis certamine animis, etiam acrius concursum est: sed Romani, non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, sed multo magis ab ea multitudine, quæ disposita in turribus stabat, omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur. Ubi propius ripam hostium subissent, tormentis missa etiam ad ultimos perveniebant. Multo pluribus eo die amissis, consul paullo serius recepit suos. Tertio die prœlio abstinuit, degressus ad imam partem castrorum, veluti [3] per devexum in mare brachium transitum tentaturus. Perseus, quod in oculis erat,

U. C. 584
A. C. 168.

* * *

XXXVI. *** anni post circumactum solstitium erat: hora diei jam ad meridiem vergebat: iter multo pulvere et incalescente sole factum erat. lassitudo et sitis jam sentiebatur, et, meridie instante, magis [4] accessurum utrumque adparebat. Statuit sic adfectos recenti atque integro hosti non objicere. Sed tantus ardor in animis ad dimicandum utrimque erat, consuli non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus esset. Nondum omnibus instructis, instabat tribunis militum, ut maturarent instruere: circumibat ipse ordines, animos militum hortando in pugnam accendebat. Ibi primo alacres signum poscebant. deinde, quantum incresceret æstus, et vultus minus vigentes et voces segniores erant, et quidam incumbentes scutis, nisique pilis stabant. Tum jam aperte [5] primis ordinibus imperat, metarentur frontem castrorum, et inpedimenta constitue-

Æmilii cunctatio.

[2] *Aut parma, aut scuto Ligustino*] Hic nempe pugnabant velites Romani, qui parmam habebant; et Ligures, qui scutum, sed leve et ex more suæ gentis. Testis est Plutarchus in exercitu Æmilii fuisse aliquem numerum Ligurum.

[3] *Per devexum in mare brachium*] An fossam vallumque a Perseo ducta versus mare, ac proinde a ceteris munimentis longius remota? an brachium fluminis Enipei in mare devexo alveo fluens? Si hoc posteriore sensu capias, indicaverit Livius hic scindere se flumen, atque adeo, ut fere fit, minus altum et transitu facilius esse.

[4] *Accessurum utrumque*] Lassitudinem et sitim. Hic generis mutatio offendit Gronovium. Sed eodem plane modo noster supra l. XXX. c. 30. *Tuam et adolescentiam, et perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis opus est consiliis, metuo.*

[5] * *Primis ordinibus*] Primorum ordinum centurionibus. Testatur Polybius l. VI. lectos centuriones cum tribuno militum castrorum metationis apud Romanos curam habuisse.

U. C. 584. A. C. 168.

rent. Quod ubi fieri milites sensere, alii gaudere palam, quod fessos viæ labore flagrantissimo æstu non coëgisset pugnare. legati circa imperatorem ducesque externi erant, inter quos et Attalus, [6] omnes adprobantes, quum pugnaturum consulem credebant: [7] neque enim ne his cunctationem aperuerat suam. tunc mutatione consilii subita quum alii silerent, Nasica unus ex omnibus ausus est monere consulem, '[8] Ne hostem quidem ludificatos priores imperatores, fugiendo certamen, manibus emittere. Vereri, ne nocte abeat, sequendus maximo labore ac periculo in intima Macedoniæ; exercitusque, sicut prioribus ducibus, per calles saltusque Macedonicorum montium vagando circumagatur. Se magnopere suadere, dum in campo patenti hostem habeat, adgrediatur, nec oblatam occasionem vincendi amittat.' Consul, nihil offensus libera admonitione tam clari adolescentis, 'Et ego,' inquit, 'animum istum habui, Nasica, quem tu nunc habes: et, quem ego nunc habeo, tu habebis. Multis belli casibus didici, quando pugnandum, quando abstinendum pugna sit. [9] Non operæ sit stanti nunc in acie docere, quibus de caussis hodie quiesse melius sit. rationes alias reposcito: nunc auctoritate veteris imperatoris contentus eris.' Conticuit adolescens; haud dubie videre aliqua impedimenta pugnæ consulem, quæ sibi non adparerent.

Nasicæ conloquium cum Paullo.

XXXVII. Paullus, postquam metata castra inpedimentaque conlocata animadvertit, ex postrema acie triarios primos subducit: deinde principes, stantibus in prima acie hastatis, si quid hostis moveret: postremo hastatos, ab dextro primum cornu singulorum paullatim signorum milites subtrahens. Ita pedites, equitibus cum levi armatura ante aciem hosti obpositis, sine tumultu abducti; nec ante, quam prima frons valli ac fossa perducta est, ex statione equites revocati sunt. Rex quoque, quum sine detrectatione paratus pugnare eo die fuisset, contentus, quod per hostem moram fuisse pugnæ scirent, et ipse in castra copias reduxit. Castris permunitis, C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundæ legionis, qui prætor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus vocatis pronunciavit, 'nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda

Eclipsis Lunæ prædicta a Sulpicio.

[6] *Omnes approbantes*] Omnes pugnare cupientes, ac proinde, quum pugnaturum consulem credebant, approbantes hoc ejus consilium.

[7] *Neque enim ne his*] Videtur revocanda huc particula *quidem*, quæ infra alieno loco habetur, *ne hostem quidem*. Legimus ergo: *neque enim ne his quidem cunctationem aperuerat suam*. Duplicata hoc loco negatio nihil molestum habet, si struas hoc modo: *neque enim cunctationem aperuerat suam ulli, ne his quidem*.

[8] *Ne hostem quidem*] Particulam *quidem* rejicimus in superiora, ut in præcedente nota diximus. Cetera Gronovio auctore sic refingimus: *Ne hostem ludificatum priores imperatores fugiendo certamen, manibus emitteret*.

[9] *Non operæ sit*] Vid. not. 70. ad l. 1. c. 24.

'usque ad quartam horam noctis lunam defecturam esse. Id, 'quia naturali ordine statis temporibus fiat, et sciri ante et prædici posse. Itaque quemadmodum, [10] quia certi solis lunæque 'et ortus et occasus sint, nunc pleno orbe, [11] nunc senescente 'exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur; ita ne obscurari 'quidem, quum condatur umbra terræ, trahere in prodigium 'debere.' [12] Nocte, quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies, edita hora luna quum defecisset, Romanis militibus Galli sapientia prope divina videri: Macedonas, ut triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens, movit: nec aliter vates. clamor ululatusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem emersit. [13] Postero die tantus utrique ardor exercitui ad concurrendum fuerat, ut et [p] regem et consulem suorum quidam, quod sine prœlio discessum esset, accusarent. Regi promta defensio erat, non eo solum, quod hostis prior, aperte pugnam detrectans, in castra copias reduxisset; sed etiam, quod eo loco signa constituisset, quo phalanx, quam inutilem vel mediocris iniquitas loci efficeret, promoveri non posset. Consul [14] ad id, quod pridie prætermisisse pugnandi occasionem videbatur, et locum dedisse hosti, si nocte abire vellet, tunc quoque per speciem inmolandi terere videbatur tempus, quum luce prima signum propositum pugnæ ad exeundum in aciem fuisset. Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit; atque ibi, quod rei gerendæ tempus esset, loquendo et intempestive consultando videbatur quibusdam extrahere. post sermones tamen consul orationem habuit.

U. C. 584.
A. C. 168.

XXXVIII. 'P. Nasica, egregius adolescens, ex omnibus 'unus, quibus hesterno die pugnari placuit, denudavit mihi 'suum consilium: idem postea, ita ut transisse in sententiam 'meam videri posset, tacuit. Quibusdam aliis absentem carpere 'imperatorem, quam præsentem monere, melius visum est. Et 'tibi, P. Nasica, et quicumque idem, quod tu, occultius sense-

Æmilii oratio de pugna dilata.

[p] *et* del. Gron.

10 * *Quia certi Solis Lunæque et ortus et occasus sint*] Hæc nobis male cohærere videntur cum iis quæ sequuntur. Non enim ideo variant Lunæ phases, quia ejus et Solis certi sunt ortus et occasus. Melius hæc rejicerentur in anteriora, ut sic procederet Galli argumentatio. Quemadmodum Lunæ Solisque ortus et occasus, quia sunt certi, et sciri ante et prædici possunt, ita et defectus Lunæ, qui itidem naturali ordine statis temporibus fiunt. Si conjectura nostra bona est, totus locus sic formari poterit: *Id quia naturali ordine statis temporibus fiat, ut certi Solis Lunæque et ortus et occasus sunt, et sciri ante et prædici posse. Itaque quemadmodum nunc pleno orbe . . .*

11 *Nunc senescente*] Lege cum Florebello et Gronovio *senescentem*.

12 * *Nocte quam pridie Nonas Septembres*] Hic Lunæ defectus, ex Astronomorum rationibus, incidit in diem 21. Junii Juliani. Atque id perbene congruit cum Solstitiali tempore, testato supra a Livio. † Vid. not. 63. ad c. 30. supra.

13 * *Postero die*] Refer hæc verba ad verbum *accusarent*.

14 *Ad id quod*] Præterquam quod. Sic locutus est Livius et l. III. c. 62.

U. C. 584. A. C. 168. 'runt, non gravabor reddere dilatæ pugnæ rationem. Nam 'tantum abest, ut me hesternæ quietis pœniteat, ut servatum a 'me exercitum eo consilio credam. in qua me opinione esse ne 'quis sine caussa vestrûm credat, recognoscat, agedum, mecum, 'si videtur, quam multa pro hoste et adversus nos fuerint. Jam 'omnium primum, [15] quantum numero nos præstent, neminem 'vestrûm nec ante ignorasse, et hesterno die [16] inplicatam intu'entes aciem animadvertisse, certum habeo. Ex hac nostra 'paucitate quarta pars militum præsidio inpedimentis relicta 'erat: nec ignavissimum quemque relinqui ad custodiam sar'cinarum scitis. Sed fuerimus omnes. parvum hoc tandem 'esse credimus, quod ex his castris, in quibus hac nocte man'simus, exituri in aciem hodierno aut summum crastino die, 'si ita videbitur, Diis bene juvantibus, sumus? Nihilne inter'est, utrum militem, quem neque viæ labor hodie, neque operis 'fatigaverit, requietum, integrum in tentorio suo arma capere 'jubeas, atque [17] in aciem plenum virium, vigentem et corpore 'et animo educas? an longo itinere fatigatum, et onere fessum, 'madentem sudore, [18] ardentibus siti faucibus, ore atque oculis 'repletis pulvere, [19] torrentem q meridiano sole, hosti objicias 'recenti, [20] quieto, qui nulla re ante consumtas vires ad prœlium 'adferat? Quis, pro Deûm fidem! ita comparatus, vel iners 'atque inbellis, fortissimum virum non vicerit? Quid? quod 'hostes per summum otium instruxerant aciem, reparaverant 'animos, stabant compositi suis quisque ordinibus? nobis 'tunc repente trepidandum in acie instruenda erat, et incom'positis concurrendum?'

XXXIX. '[21] At, Hercule, aciem quidem inconditam inordi'natamque habuissemus: castra munita, provisam aquationem, 'tutum ad eam iter præsidiis inpositis, explorata circa omnia; 'an nihil nostri habentes præter nudum campum, in quo pug'naremus? Majores vestri castra munita portum ad omnes casus

q *torrente* Doer.

[15] *Quantum numero nos præstent*] Perseus supra l. XLII. c. 51. dicitur habuisse undequadraginta peditum millia, quatuor equitum. Consuli ex legionibus Romanis et exercitu sociali erant duodetriginta millia peditum, equitum duo, ut colligitur ex c. 31. l. XLII. et c. 21. hujus libri. Huc adde non magna sane Attali et Misagenis auxilia.

[16] *Implicatam intuentes aciem*] Recte emendat Gronovius *explicatam*.

[17] *In aciem .... educas*] Correctio Sigonii. Antea *in acie*.

[18] *Ardentibus siti faucibus*] Vide an malis *arentibus*.

[19] *Torrentem meridiano sole*] Legi jubet Perizonius *torrente*. Potest tamen defendi vulgata lectio Virgiliano hoc versu, *Per pice torrentes atraque voragine ripas*. Nam ibi Servius, Æn. l. IX. v. 105. *torrentes* interpretatur *ardentes*.

[20] *Quieto*] Gronovius existimat hic quoque scripsisse Livium *requieto*. Est enim, inquit, aliud *quietus*, aliud *requietus*. Ad illud sufficit præsens quies: hoc competit illis qui aliquamdiu quiete usi sunt.

[21] *At hercule aciem*] Objicit sibi Æmilius: At hercule aciem quidem inordinatam atque incompositam habuissemus, sed cetera egregie parata, id est, castra munita, provisam aquationem . . . Tum respondet: itane parati concurrissemus, an potius nihil nostri habentes, præter nudum campum, in quo pugnaremus.

U. C. 584. A. C. 160.

'exercitus ducebant esse: unde ad pugnam exirent, quo jactati tempestate pugnæ receptum haberent. ideo, quum munimentis ea [22] sepissent, præsidio quoqu valido firmabant; quod, qui castris exutus erat, etiamsi pugnando acie vicisset, pro victo haberetur. castra sunt victori receptaculum, victo perfugium. Quam multi exercitus, quibus minus prospera pugnæ fortuna fuit, intra vallum compulsi, tempore suo, interdum momento post, eruptione facta, victorem hostem pepulerunt? patria altera est militaris hæc sedes, vallumque pro mœnibus, et tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt. Sine ulla sede vagi dimicassemus, [23] ut quo victores nos reciperemus? His difficultatibus et inpedimentis pugnæ illud obponitur: Quid si hostis hac interposita nocte abisset, quantum rursus sequendo eo penitus in ultimam Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum fuisse, certum habeo, si cedere hinc statuisset. quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, quum in cervicibus sumus? Nec falleret nos, nec interdiu nec nocte abeundo. Quid autem est nobis optatius, quam ut, quorum castra, præalta fluminis ripa tuta, vallo insuper septa ac crebris turribus, obpugnare adorti sumus, eos, relictis munimentis, agmine effuso abeuntes, in patentibus campis ab tergo adoriamur? Hæ dilatæ pugnæ ex hesterno die in hodiernum caussæ fuerunt. Pugnare enim et ipsi mihi placet; et ideo, quia per Enipeum amnem septa ad hostem via erat, alio saltu, dejectis hostium præsidiis, novum iter aperui; neque prius, quam debellavero, absistam.'

XL. Post hanc orationem silentium fuit, partim traductis in sententiam ejus, partim verentibus nequidquam offendere in eo, quod, utcumque prætermissum, revocari non posset. [24] Ac ne illo ipso quidem die, aut consule, aut rege, (rege[r], quod nec fessos, ut pridie, ex via, neque trepidantes in acie instruenda et vixdum compositos adgressurus erat; consule, quod in novis castris non ligna, non pabulum convectum erat, ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum e castris exierat) neutro imperatorum volente, Fortuna, quæ plus consiliis humanis pollet, contraxit certa- Certamen casu contrahitur.

[r] unam vocem *rege* uncinis includit Crev.

[22] *Sepissent*] Legit Gronovius *sepsissent*. Sed Grammatici a *sepio* deducunt *sepivi* et *sepsi*.

[23] *Ut quo victores nos*] Sic supra l. XL. c. 13. *ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem?*

[24] *Ac ne illo ipso quidem die aut consule, aut rege, (rege*] Posterius illud *rege* adjecit Gronovius. Sensus clarus est: *Ac ne illo ipso quidem die aut consule, aut rege . . . . volente, Fortuna contraxit certamen*. Media parenthesis exponit, cur neuter imperatorum vellet pugnari. Tantum observabit lector, ob longiorem parenthesin, quæ dividebat nimium τὰ *consule aut rege* ab *volente*, coactum esse Livium inserere *neutro imperatorum*. Exempla similia habes l. v. c. 24. XXXVIII. 55. etc.

U.C. 584. A.C. 168. men. Flumen erat haud magnum propius hostium castris, ex quo et Macedones et Romani aquabantur, præsidiis ex utraque ripa positis, ut id facere tuto possent. Duæ cohortes a parte Romanorum erant, Marrucina et Peligna; duæ turmæ Samnitium equitum, quibus præerat M. Sergius Silus legatus: et aliud pro castris stativum erat præsidium sub C. Cluvio legato, tres cohortes, Firmana, Vestina, Cremonensis; duæ turmæ equitum, Placentina et Æsernina. Quum otium ad flumen esset, neutris lacessentibus, [25] hora circiter quarta jumentum, e manibus curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit. quod quum per aquam, ferme genu tenus altam, tres milites sequerentur, Thraces duo id jumentum ex medio alveo in suam ripam trahentes; altero eorum occiso, receptoque eo jumento, ad stationem suorum se recipiebant. Octingentorum Thracum præsidium in hostium ripa erat, ex his pauci primo, ægre passi popularem in suo conspectu cæsum, ad persequendos interfectores fluvium transgressi sunt: dein plures, postremo omnes, et cum præsidio,

* * *

prœlium ducit.

XLI. Movebat imperii majestas, gloria viri, ante omnia ætas, quod major sexaginta annis juvenum munia in parte præcipua laboris periculique capessebat. Intervallum, quod [26] inter cætratos et phalanges erat, inplevit legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cætratis erat, frontem adversus clipeatos habebat: aglaspides adpellabantur. Secundam legionem L. Albinus consularis ducere adversus leucaspidem phalangem jussus: ea media acies hostium fuit. [27] In dextrum cornu, unde circa fluvium commissum prœlium erat, elephantes inducti, [28] et ala sociorum: et hinc

[25] *Hora circiter quarta*] Hunc locum sic et emendat, et explicat Gronovius: *Hora circiter nona jumentum e manibus curantium* hominum de parte Romana *elapsum in ulteriorem ripam effugit*, id est, fugere inceperat. *Quod quum per aquam ferme genu tenus altam tres milites* Romani *sequerentur, Thraces duo* Macedonicorum auxiliorum *ex medio alveo in suam ripam traherent; altero eorum*, id est, Thracum, *occiso, receptoque eo jumento, ad stationem suorum* tres illi Romani milites *se recipiebant*. Legendum putat *hora nona*, propterea quod supra dictum est diem extraxisse in consilio consulem, et Plutarchus diserte scribit pugnam cœptam esse ὥρας ἐνάτης. Confusas scilicet notas fuisse *IV*. et *IX*. Voces *id jumentum* ablegat, tanquam scholium inutile. Denique corrigit *traherent*, quia, si legatur *trahentes*, sua non potest orationi constare integritas.

[26] *Inter cetratos et phalanges*] Hæc est primæ editionis et Sigonianarum lectio: proba illa quidem, quum duæ * erant, ut supra memoravimus, in exercitu Persei phalanges; quæ et mox a Livio appellantur, Aglaspides nimirum et Leucaspides. † Gronovii edidere *phalangem*.

[27] *In dextrum cornu .... elephantes inducti*] Elephantes inducti in eam partem qua dextrum erat cornu Romanorum.

[28] *Et ala sociorum*] Utra? Duæ enim fuere, ut jam aliquoties monuimus, dextra et sinistra. Alterutra vox videtur hic excidisse.

primum fuga Macedonum est orta. [29] Nam sicut pleraque nova commenta mortalium in verbis vim habent, [30] experiendo, quum agi, non, quemadmodum agantur, edisseri, oportet, sine ullo effectu evanescunt; ita tum elephanti in acie [31] nomen tantum sine usu fuerunt. Elephantorum impetum subsecuti sunt socii nominis Latini, pepuleruntque lævum cornu. In medio secunda legio inmissa dissipavit phalangem. neque ulla evidentior caussa victoriæ fuit, quam quod multa passim prœlia erant, quæ fluctuantem turbarunt primo, deinde disjecerunt phalangem: cujus confertæ et intentis horrentis hastis intolerabiles vires sunt. Si carptim adgrediendo circumagere [32] inmobilem longitudine et gravitate hastam. cogas, confusa strue inplicantur: si vero aut [s] ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinæ modo turbantur. sicut tum adversus catervatim incurrentes Romanos, et interrupta multifariam acie, obviam ire cogebantur: et Romani, quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos. Qui, si universa acie in frontem adversus instructam phalangem concurrissent, quod Pelignis, principio pugnæ incaute congressis adversus cætratos, evenit, induissent se hastis, nec confertam aciem sustinuissent.

U. C. 584. A. C. 168.

Fugantur Macedones.

XLII. Ceterum sicut peditum passim cædes fiebant, nisi qui abjectis armis fugerunt; sic equitatus prope integer pugna excessit. Princeps fugæ rex ipse erat. jam a Pydna [33] cum sacris alis equitum Pellam petebat: [34] confestim Costocus [t] sequebatur Odrysarumque equitatus. ceteræ quoque Macedonum alæ integris abibant ordinibus; quia interjecta peditum acies, cujus cædes victores tenebant [u],

Equitatus integer fugit.

[s] *aut* del. Gron. Crev. [t] *Costocus* l. *eos Cotys* Doer. Rup. [u] *tenebat* Crev.

[29] *Nam sicut pleraque*] Ut pleraque nova inventa mortalium vim habere videntur, quamdiu verbis tantummodo jactantur; sed ubi ad rem ventum, quum oportet agi, non edisseri solum quomodo iis inventis utamur, sine ullo effectu evanescunt . . . . Ceterum tota hæc periodus quid sibi velit hoc loco, parum videmus. Nam neque elephantorum usus in præliis novum tunc commentum mortalium haberi poterat: nec videntur nomen sine usu fuisse in hac pugna. Imo contrarium satis indicatur proxime sequentibus verbis: *Elephantorum impetum subsecuti sunt socii nominis Latini*. Non ægre nobis persuaderi pateremur illam periodum ex alio aliquo loco huc temere immigrasse. Certe si eam tollas, nihil desiderabis.

[30] *Experiendo*] Unicus codex habuit *esplendo*. Emendavit Turnebus.

[31] *Nomen tantum sine usu fuerunt*] Legebatur in exemplari *fuerant*. Mutavit Sigonius: utrum recte, an perperam, non decernimus, quum totus hic locus, ut diximus in not. 29. nobis videatur alienus ab ea in quam insertus est narratione.

[32] *Immobilem . . . . hastam*] Hastam, quæ ob longitudinem et gravitatem facile moveri nequit. Hoc ideo notamus, quia Gronovius legendum esse censet *hastas*, ut τὸ *immobilem* referatur ad phalangem. Nos nihil mutamus.

[33] *Cum Sacris alis*] Vid. not. 28. ad l. XLII. c. 66. supra.

[34] *Confestim Costocus sequebatur*] Emendat Jac. Gronovius, *confestim eos Cotys sequebatur*. Firmant hanc conjecturam quæ sequuntur, *Odrysarumque equitatus*. Nam Cotys rex Odrysarum fuit, ut constat ex c. 51. l. XLII. supra.

U. C. 584. A. C. 168. inmemores fecerat sequendi equites. Diu phalanx a fronte, a lateribus, ab tergo cæsa est: postremo, qui ex hostium manibus elapsi erant, inermes ad mare fugientes, quidam aquam etiam ingressi, manus ad eos, qui in classe erant, tendentes, suppliciter vitam orabant: et quum scaphas concurrere undique ab navibus cernerent, ad excipiendos sese venire rati, ut caperent potius, quam occiderent, longius in aquam, quidam etiam natantes, progressi sunt. Sed quum hostiliter e scaphis cæderentur, retro, qui poterant, nando repetentes terram, in aliam fœdiorem pestem incidebant. elephanti enim, ab rectoribus ad litus acti, exeuntes obterebant elidebantque. Facile conveniebat, Romanis numquam una acie tantum Macedonum interfectum. Cæsa enim ad viginti millia hominum sunt: ad sex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in potestatem pervenerunt: et vagi e fuga quinque millia hominum capta. Ex victoribus ceciderunt non plus centum, et eorum multo major pars Peligni. vulnerati aliquanto plures sunt. Quod si maturius pugnari cœptum esset, ut satis diei victoribus ad persequendum superesset, delectæ omnes copiæ forent: nunc inminens nox et fugientes texit, et Romanis pigritiem ad sequendum locis ignotis fecit.

20000. cæsi: 11000. capti.

Regis fuga.

XLIII. Perseus ad Pieriam silvam via militari, frequenti agmine equitum et regio comitatu, fugit. Simul in silvam ventum est, ubi plures diversæ semitæ erant, et nox adpropinquabat: cum perpaucis maxime fidis via divertit[x]. Equites, sine duce relicti, alii alia in civitates suas dilapsi sunt: perpauci inde Pellam celerius, quam ipse Perseus, quia [35] recta expedita via ierant, pervenerunt. Rex ad mediam ferme noctem terrore et variis difficultatibus viæ vexatus est. In regia Perseo, qui Pellæ præerat, Euctus regiique pueri præsto erant. contra ea amicorum, qui, alii alio casu servati, ex prœlio Pellam venerant, quum sæpe arcessiti essent, nemo ad eum venit. tres erant tantum cum eo fugæ comites, Evander Cretensis, [36] Neo[y] Bœotius, et Archidamus Ætolus, cum iis, jam metuens, ne, qui venire ad se abnuerent, majus aliquid mox auderent, quarta vigilia profugit. Secuti eum sunt admodum quingenti Cretenses. petebat Amphipolim: sed nocte a Pella exierat, properans ante lucem Axium amnem trajicere, eum finem sequendi, propter difficultatem transitus, fore ratus Romanis.

XLIV. Consulem, quum se in castra victor recepisset, ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio stimulabat.

[x] *devertit* Gron. Crev. Rup. [y] *Neon* Crev.

[35] *Recta expedita via*] Lege potius cum Gronovio, *recta et expedita via:* et *expeditam viam* intellige non arboribus et fruticetis impeditam.

[36] *Neon Bœotius*] Sic edidit Sigonius ex Plutarcho, pro *Bœtius*.

U. C. 584. A. C. 168.

Anxietas Cos. de filio suo Scipione.

P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Karthagine, adpellatus, naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is, septimumdecimum tunc annum agens, quod ipsum curam augebat, dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat: et, serius quum redisset, tunc demum, recepto sospite filio, victoriæ tantæ gaudium consul sensit. Amphipolim quum jam fama pugnæ pervenisset, concursusque matronarum in templum [37] Dianæ, quam Tauropolon vocant, ad opem exposcendam fieret; Diodorus, qui præerat urbi, metuens, ne Thraces, quorum duo millia in præsidio erant, urbem in tumultu diriperent, ab subornato ab se per fallaciam in tabellarii speciem literas in foro medio accepit. Scriptum in iis erat, 'ad Emathiam classem Romanam ad-'pulsam esse, agrosque circa vexari. orare præfectos Emathiæ, 'ut præsidium adversus populatores mittat.' His lectis, hortatur Thracas, 'ut ad tuendam Emathiæ oram proficiscantur. 'magnam eos cædem prædamque, palatis passim per agros 'Romanis, facturos. Simul elevat famam adversæ pugnæ: 'quæ si vera foret, alium super alium recentes ex fuga ven-'turos fuisse.' Per hanc caussam Thracibus ablegatis, simul transgressos eos Strymonem vidit, portas clausit.

Perseus caduceatores mittit ad Cos.

XLV. Tertio die Perseus, quam pugnatum erat, Amphipolim venit. inde oratores cum caduceo ad Paullum misit. Interim Hippias, et Milo, et Pantauchus, principes amicorum regis, Berœam, quo ex acie confugerant, ipsi ad consulem profecti, Romanis dedunt: [38] hoc idem et aliæ deinceps metu perculsæ parabant facere. Consul, nunciis victoriæ Q. Fabio filio et L. Lentulo et Q. Metello cum literis Romam missis, spolia jacentis hostium exercitus peditibus concessit; equitibus prædam circumjecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent. Ipse propius mare ad Pydnam castra movit. Berœa primum, deinde Thessalonica, et Pella, et deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pydnæi, qui proximi erant, nondum miserant legatos: multitudo incondita plurium simul gentium, turbaque, quæ ex acie fuga in unum compulsa erat, consilium et consensum civitatis inpediebat: nec clausæ modo portæ, sed etiam inædificatæ erant. Missi Milo et Pantauchus sub muros ad conloquium Solonis, [39] qui præsidio erat: per eum emittitur militaris turba. oppidum deditum

Tota Macedonia dedita.

[37] *Dianæ quam Tauropolon vocant*] Dianæ hoc cognomen additum volunt, vel quod apud Tauros Scythiæ populum colatur, vel quod gregibus præsit, vel quod eadem sit cum luna, quam tauris vehi fingunt poëtæ.

[38] *Hoc idem et aliæ deinceps metu perculsæ*] Vel intercidit vox *civitates*; vel legendum est *alii deinceps metu perculsi*. GRONOVIUS.

[39] *Qui præsidio erat*] Magis placeret *præerat*, quod monet Gronovius.

U. C. 584. A. C. 168. Persei miseranda sors.

militibus datur diripiendum. Perseus, [40] una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata [1], ad quos nequidquam miserat legatos, in concionem processit, Philippum secum filium habens: ut et ipsos Amphipolitanos, et equitum peditumque, qui aut semper secuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando [41] animos confirmaret. Sed aliquoties dicere incipientem quum lacrimæ præpedissent; quia ipse dicere nequiit, Evandro Cretensi editis, quæ agi cum multitudine vellet, [42] de templo descendit. Multitudo, sicut ad conspectum regis fletumque tam miserabilem et ipsa ingemuerat lacrimaveratque, ita Evandri orationem adspernabatur: et quidam ausi sunt media ex concione subclamare, 'Abite 'hinc, ne, qui pauci supersumus, propter vos pereamus.' Horum ferocia vocem Evandri clausit. [43] Rex in domum se recepit, pecuniaque et auro argentoque in lembos, qui in Strymone stabant, delatis, et ipse ad flumen descendit. Thraces, navibus se committere non ausi, domos dilapsi, et aliæ militaris generis turbæ: Cretenses spem pecuniæ secuti. et, quoniam in dividendo plus obfensionum, quam gratiæ, erat, [44] quinquaginta talenta iis posita sunt in ripa diripienda. Ab hac direptione quum per tumultum naves conscenderent, lembum unum in ostio amnis multitudine gravatum merserunt. Galepsum eo die, postero Samothracam, quam petebant, perveniunt: ad [45] duo millia talentûm pervecta eo dicuntur.

Amphipoli abit.

Samothracam pervenit.

XLVI. Paullus, per omnes deditas civitates dimissis qui præessent, ne qua injuria in nova pace victis fieret, retentisque apud se caduceatoribus regis, P. Nasicam, ignarus fugæ regis, Amphipolim misit cum modica peditum equitumque manu: simul ut Sinticen evastaret, et [46] ad omnes conatus regis [a] inpedimento esset. Inter hæc Melibœa a Cn. Octavio capitur diripiturque: ad Æginium, ad quod obpugnandum Cn. Anicius legatus missus erat, ducenti, eruptione ex oppido facta, amissi sunt, ignaris Æginiensibus debellatum esse. Consul, a Pydna profectus, cum

Consul Pellam venit.

[1] *tentati* Crev.

[a] *regi* Gron. Crev.

[40] *Una tantum spe Bisaltarum auxilii tentati*] Lege cum eodem Gronovio *tentata*.

[41] *Animos confirmaret*] Gronovianæ editiones, *confirmarent*. Correximus ex vetustioribus.

[42] *De templo descendit*] De loco unde populum alloqui mos erat. Loquitur more Romano Livius. Notum est Rostra *templum* fuisse, id est, locum auguriis consecratum. Vid. supra l. VIII. c. 14.

[43] *Rex in domum*] Gaudet Livius præfigere præpositiones iis nominibus quæ ex vulgatiore usu eas repudiant. Exempla passim occurrunt.

[44] *Quinquaginta talenta*] Marcæ argenti nostrates 4687. unciæ 4.

[45] *Duo millia talentûm*] Marcæ sunt argenti 187500.

[46] *Ad omnes conatus regi impedimento esset*] In vetustioribus quibusdam editionibus legitur *regis*. Sed ea lectio quam Gronovianæ expressere, nobis elegantior videtur.

U. C. 584.
A. C. 169.

toto exercitu die altero Pellam pervenit: et, quum castra mille passus inde posuisset, per aliquot dies ibi stativa habuit, situm urbis undique adspiciens; quam non sine caussa delectam esse regiam advertit. Sita est in tumulo, vergente in occidentem hibernum. cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis æstate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude, qua proxima urbi est, [47] velut insula eminet, aggeri operis ingentis inposita: [48] qui et murum sustineat, et humore circumfusæ paludis nihil lædatur. Muro urbis conjuncta procul videtur. divisa est [49] intermurali amni, et eadem ponte juncta: ut nec, obpugnante externo, [50] aditum ab ulla parte habeat; nec, si quem ibi rex includat, ullum nisi per facillimæ custodiæ pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: sed tum nihil præter [51] trecenta talenta, quæ missa Gentio regi, deinde retenta fuerant, inventum est. Per quos dies ad Pellam stativa fuerunt, legationes frequentes, quæ ad gratulandum convenerant, maxime ex Thessalia, auditæ sunt. Nuncio deinde accepto, Persea Samothracam trajecisse, profectus a Pella consul quartis castris Amphipolim pervenit. Effusa omnis obvia[b] turba cuivis indicio erat, [52] non bono ac justo rege orba.[c]

Deinde Amphipolim.

* * *

[b] *obviam* Crev.

[c] *ob ra* Gron.

[47] *Velut insula eminet*] Inserit Gronovius vocem *arx* hoc modo: *velut insula eminet* (*arx*) *aggeri operis ingentis imposita.* Atque hoc quidem clarius est. dubitamus tamen, an ita dederit Livius. *Insula* intelligitur interdum corpus quoddam ædificiorum inter se cohærentium, a reliquis ædificiis divisum per vicos quibus undique cingitur. Quidni igitur hoc fere sensu noster hic *insulam* sumpserit, quum præsertim doceat se de ædificio loqui, non de nudo solo, dum adjicit insulam aggeri impositam esse? Judicet lector.

[48] *Qui et murum sustineat*] *Qui* agger *et murum* arcis, sive insulæ eo modo sumptæ quo exposuimus, *sustineat, et humore circumfusæ paludis nihil lædatur.* Ceterum non facile intelligimus, qui minus agger læderetur ab aqua, quam saxea murorum moles. Videretur potius dicendum aggere illo et sustineri murum, et defendi ne humore circumfusæ paludis lædatur. Ad eum sensum optaremus ut facile refingi possent Livii verba.

[49] *Intermurali*] Vox rarissima: cujus sensus esse videtur, inter duplicem murum fluente, murum urbis et murum arcis.

[50] * *Aditum . . . habeat*] Ullum habeat locum per quem adiri possit.

[51] *Trecenta talenta*] Marcas argenti 28125.

[52] *Non bono ac justo rege orbatos*] Laceræ hujus loci reliquiæ offerunt *ob ra.* Inde per trajectionem duarum litterarum effecimus *orba-tos.*

EPITOME LIBRI XLV.

PERSEUS ab Æmilio Paullo in Samothrace captus est. Quum Antiochus, Syriæ rex, Ptolemæum et Cleopatram. Ægypti reges, obsideret, et missis ad eum a senatu legatis, qui juberent, ab obsidione socii regis absisteret, editisque mandatis consideraturum se ille, quid faciendum esset, respondisset; unus ex legatis Popillius virga regem circumscripsit: [1] *jussitque, antequam circulo excederet, responsum daret. qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in senatum admissæ. Rhodiorum quia eo bello contra populum Romanum faverant, exclusa. postero die, quum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur, caussam in senatu patriæ suæ legati egerunt. nec tamquam hostes, nec tamquam socii dimissi.* [2] *Macedonia in provinciæ formam redacta est. Æmilius Paullus, repugnantibus militibus ejus propter minorem prædam, et contradicente Ser. Sulpicio Galba, triumphavit: et Persen cum tribus filiis ante currum duxit. cujus triumphi lætitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est: quorum alterius mors patris triumphum præcessit, alterius secuta est. Lustrum conditum est a censoribus. Censa sunt civium capita trecenta duodecim millia, octingenta quinque. Prusias, Bithyniæ rex, Romam, ut senatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit; et Nicomedem filium senatui commendavit. Rex, plenus adulationis, libertum se populi Romani dicebat.*

[1] *Jussitque . . . . responsum daret*] Mallemus cum Gronovio *dare*.

[2] *Macedonia in provinciæ formam redacta*] Non tunc, sed post devictum Pseudophilippum. GRONOVIUS. Quæ in provinciæ formam redactæ erant regiones, in eas magistratus Romanus quotannis cum imperio mittebatur, qui eas regeret. At nihil tale a Paulo de Macedonia decretum est. Infra c. 29. liberi jubentur esse Macedones, utentes legibus suis, creantes annuos magistratus.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLV.

U. C. 584. A. C. 168. Fama de victoria Macedonica.

VICTORIÆ nuncii, Q. Fabius et L. Lentulus et Q. Metellus, quanta potuit adhiberi festinatio, celeriter Romam quum venissent, præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt. Quarto post die, quam cum rege est pugnatum, quum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota spectacula pervasit; 'pugnatum in Macedonia, et devictum regem esse.' Dein fremitus increbruit: postremo clamor plaususque, velut certo nuncio victoriæ adlato, est exortus. Mirari magistratus, et quærere auctorem repentinæ lætitiæ: qui postquam nullus erat, [1] evanuit quidem tamquam incertæ rei gaudium; omen tamen lætum insidebat animis. Quod postquam veris nunciis Fabii Lentulique et Metelli adventu firmatum est, quum victoria ipsa, tum augurio animorum suorum, lætabantur. Et aliter traditur circensis turbæ non minus similis veri lætitia. [2] Ante diem decimum Kalendas Octobres, ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio consuli, ad quadrigas mittendas [3] escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, * laureatas literas dicitur: quadrigis missis, consul currum conscendit: et, quum per circum reveheretur [4] ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis, repente inmemor spectaculi populus in medium decurrit. eo senatum consul vocavit, recitatisque tabellis, ex auctoritate Patrum pro foris publicis denunciavit populo: 'L. Æmilium collegam 'signis conlatis cum rege Perseo pugnasse. Macedonum 'exercitum cæsum fusumque. Regem cum paucis fugisse. 'civitates omnes Macedoniæ in ditionem populi Romani ve'nisse.' His auditis, clamor cum ingenti plausu ortus:

[1] *Evanuit . . . tanquam incertæ rei gaudium*] Sic recte Sigonius. Vetus codex habuit *tanquam certæ*.

[2] *Ante diem decimum Kal. Octobres*] Imo *decimum quintum*. Is enim tertius decimus dies erat ab eo quo in Macedonia pugnatum est, ut infra observatur. At pridie Nonas Septembres pugnatum fuerat: (supra, l. XLIV. c. 37.) Tertius decimus autem dies a pridie Nonas Septembres erat tunc a. d. XV. Kal. Octobres. Mensis enim September viginti et novem dierum erat ex ordinatione Numæ, quam tunc sequebantur Romani.

[3] *Escendenti*] In currum, ut nempe e foris publicis, ubi sedebat, ad carceres iret, atque inde signum quadrigis daret. Ceterum unicum exemplar præferebat *exscendenti*, unde pronum est efficere *escendenti*, quod placuit Turnebo et Gronovio.

[4] *Ad foros publicos*] Vid. not. 91. ad l. XXIX. c. 37.

ludis relictis, domus[a] magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant. Tertius decimus dies erat, ab eo, quo in Macedonia pugnatum est. U. C. 584. A. C. 168.

II. Postero die senatus in curia habitus, supplicationesque decretæ, et senatusconsultum factum est, ut consul, [5] quos, præter milites sociosque navales, conjuratos haberet, dimitteret. de militibus sociisque navalibus dimittendis referretur, quum legati ab L. Æmilio consule, a quibus præmissus tabellarius esset,*. Ante diem sextum Kalendas Octobres, hora fere secunda, legati [6] urbem ingressi sunt, ingentem secum obcurrentium, quæcumque ibant, prosequentiumque trahentes turbam, in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus fore in curia erat: eo legatos consul introduxit. Ibi tantum temporis [7] retenti, dum exponerent, 'quantæ regiæ copiæ peditum 'equitumque fuissent, quot millia ex his cæsa, quot capta 'forent; quam paucorum militum jactura tanta hostium 'strages facta; quam cum paucis rex fugisset: existimari 'Samothraciam petiturum, paratam classem ad persequen-'dum esse: neque terra, neque mari elabi posse:' eadem hæc paullo post in concionem traducti exposuerunt: renovataque lætitia, quum consul edixisset, 'ut omnes ædes 'sacræ aperirentur,' pro se quisque ex concione ad gratias agendas ire Diis; ingentique turba, non virorum modo, sed etiam feminarum, [8] conferta tota urbe Deorum inmortalium templa. Senatus, revocatus in curiam, supplicationes, ob rem egregie gestam ab L. Æmilio consule, in quinque dies circa omnia pulvinaria decrevit, hostiisque majoribus sacrificari jussit. Naves, quæ in Tiberi paratæ instructæque stabant, ut, si rex posset resistere, in Macedoniam mitterentur, subduci, et in navalibus conlocari: socios navales, dato annuo stipendio, dimitti, et cum his omnes, qui in

Legati Æmilii.

Supplicationes.

[a] *domos* Crev.

[5] *Quos, præter milites .. conjuratos haberet*] *Conjuratos* videmur intelligere debere eos qui illud tantum jusjurandum dederant, de quo Livius mentionem fecit l. XXII. c. 38. his verbis: *ipsi inter se equites .... pedites conjurabant sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros*, etc. Illi, quum hic distinguantur a militibus, existimandi sunt nondum adacti fuisse solenni illo militiæ sacramento, *jussu consulum conventuros, neque injussu abituros*: quo qui obligati erant, ii demum justi milites censebantur. Itaque infra hoc ipso capite dimissi dicuntur post adventum legatorum, quotquot in consulis verba juraverant, id est, ii a quibus solenne sacramentum militiæ exactum fuerat, sive milites. Apparet quidem ex memorato supra Livii loco milites, quum illud alterum jusjurandum sua voluntate jurarent, id tantum fecisse postquam essent in decurias aut centurias distributi, ac proinde post solenne sacramentum, ut colligi potest ex Polybii libro VI. Sed suspicari possumus, imo debemus ex hoc loco, ordinem mutatum esse postquam illo jurejurando a tribunis adigi cœpti sunt, et eos qui lecti a tribunis in legionem erant, statim illud jusjurandum dedisse, unde dicerentur *conjurati*.

[6] *Urbem ingressi sunt .. ad tribunal perrexerunt*] Dele verbum *sunt*.

[7] *Retenti .... exposuerunt*] In hoc demum verbo, post interposita legatorum dicta in senatu, quiescit oratio.

[8] *Conferta .... deorum immortalium templa*] Supple *erant*.

U. C. 584. A. C. 168. consulis verba juraverant: et quod militum Corcyræ, Brundisii, ad mare superum, aut in agro Larinati esset, (omnibus his locis dispositus exercitus fuerat, cum quo, si res posceret, C. Licinius collegæ ferret opem) hos omnes milites dimitti placuit. [9] Supplicatio pro concione populi indicta est, [10] ex ante diem quintum Idus Octobres cum eo die in quinque dies.

III. Ex Illyrico duo legati, C. Licinius Nerva et P. Decius, nunciarunt, 'exercitum Illyriorum cæsum: Gentium regem 'captum, in ditione populi Romani et Illyricum esse.' Ob eas res, gestas ductu auspicioque L. Anicii prætoris, senatus in triduum supplicationes decrevit, [11] ut Latinæ edictæ a consule sunt in ante quartum et tertium et pridie Idus Novembres. [12] Tradidere quidam, legatos Rhodios, [13] nondum missos, post victoriam nunciatam, velut ad ludibrium stolidæ superbiæ, in senatum vocatos esse. Ibi Agesipolim [b] principem eorum ita locutum: 'Missos esse legatos ab Rhodiis ad 'pacem inter Romanos et Persea faciendam; quod id bellum 'grave atque incommodum Græciæ omni, sumtuosum ac 'damnosum ipsis Romanis esset. Fortunam perbene fecisse, 'quando, finito aliter bello, gratulandi sibi de victoria egregia 'Romanis opportunitatem dedisset.' Hæc ab Rhodio dicta. Responsum ab senatu esse, '[14] Rhodios nec utilitatium Græ'ciæ, neque cura inpensarum populi Romani, sed pro Perseo 'legationem eam misisse. Nam, si ea fuisset cura, quæ 'simularetur, tum mittendos legatos fuisse, quum Perseus, '[15] in Thessaliam [c] exercitu inducto, per biennium Græcas 'urbes, alias obsideret, alias denunciatione armorum terreret. 'Tum nullam pacis ab Rhodiis mentionem factam. [16] Post'quam superatos saltus transgressosque in Macedoniam Ro'manos audirent, et inclusum teneri Persea, tunc Rhodios 'legationem misisse, non ad ullam aliam rem, quam ad Per'sea ex inminenti periculo eripiendum.' cum hoc responso legatos dimissos.

Legati Rhodii ludibrio habiti.

IV. Per eosdem dies et M. Marcellus, ex provincia His-

[b] *Agepolim* Rup. [c] *Thessalia* Gron.

9 *Supplicatio pro concione populi*] Scribe *populo:* ut is casus regatur a verbo *indicta est*, non a nomine *concio.* Ita enim dicebant simpliciter *pro concione.* Sic l. VII. c. 10. *Dictator . . . . miris pro concione eum pugnam laudibus tulit.*

10 *Ex ante diem quintum*] Vetus lectio fuit *ex ante ad quintum.* Correxit Sigonius.

11 *Ut Latinæ edictæ . . sunt*] Vel dele duas priores voces, vel earum loco lege cum Jac. Gronovio *et statim.*

12 *Tradidere quidam*] Polybium intelligit: quem vid. legat. 88.

13 *Nondum missos*] Lege cum Gronovio *nondum admissos.*

14 *Rhodios nec utilitatum Græciæ, neque cura inpensarum*] Præpostera collocatio verborum. Magis placeret *nec utilitatum Græciæ, neque impensarum populi Romani cura.*

15 *In Thessaliam*] In Gronovianis editionibus mendose legitur *in Thessalia.*

16 *Postquam . . . . audirent*] Recte monet Gronovius legendum *audierint.*

pania decedens, Marcolica nobili urbe capta, [17] decem pondo auri, et argenti [18] ad summam sestertii decies in ærarium retulit. Paullus Æmilius consul, quum castra, ut supra dictum est, ad Siras terræ Odomanticæ haberet, [19] quum literas ab rege Perseo per ignobiles tres legatos cerneret, et ipse inlacrimasse dicitur sorti humanæ: quod, qui paullo ante, non contentus regno Macedoniæ, Dardanos Illyriosque obpugnasset, [20] Bastarnarum excivisset auxilia, is tum, amisso exercitu, extorris regno, in parvam insulam compulsus, supplex, fani religione, non viribus suis, tutus esset. Sed postquam, [21] 'Regem Persea consuli Paullo salutem,' legit; miserationem omnem stultitia ignorantis fortunam suam exemit. Itaque quamquam in reliqua parte literarum minime regiæ preces erant, tamen sine responso ac sine literis ea legatio dimissa est. Sensit Perseus, cujus nominis obliviscendum victo esset: itaquæ alteræ literæ cum privati nominis titulo missæ, et petiere, et impetravere, ut aliqui ad eum mitterentur, cum quibus loqui de statu et conditione suæ fortunæ posset. Missi sunt tres legati, P. Lentulus, A. Postumius Albinus, A. Antonius. Nihil ea legatione perfectum est, Perseo regium nomen omni vi amplectente, Paullo, ut se suaque omnia in fidem et clementiam populi Romani permitteret, contendente.

U. C. 584. A. C. 168.

Persei literæ ad Æmilium.

V. Dum hæc aguntur, classis Cn. Octavii Samothracam est adpulsa. Is quoque, præsenti admoto terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, quum conaretur; adjuvit in hoc eum res, seu casu contracta, seu consilio. L. Atilius inlustris adolescens, quum in concione esse populum Samothracum animum advertisset, a magistratibus petiit, ut sibi paucis adloquendi populi potestatem facerent. Permisso, 'Utrum nos, hospites Samothraces, vere accepimus, an falso, '[22] sacram hanc insulam, et augusti totam atque inviolati soli 'esse?' Quum creditæ sanctitati adsentirentur omnes, 'Cur 'igitur,' inquit, [23] 'pollutam homicida sanguine regis Eumenis

Classis Romana ad Samothracen adpulsa.

[17] *Decem pondo auri*] Marcas nostrates 15. uncias 5.

[18] *Ad summam sestertii decies*] Ad mille sestertia, seu, quod idem est, sestertios decies centies millenos: id est, marcas nostrates argenti 3906. uncias 2. Ceterum hic prima editio habet *sestertium*. Mutavit Gronovius.

[19] *Quum litteras ab rege Perseo*] Subjicit Muretus *missas*: quæ vox necessaria videtur, vel *allatas*.

[20] *Bastarnarum excivisset auxilia*] Prima editio *civisset*: vulgatæ *scripsisset*. Gronovius edidit *excivisset*: quod perplacet.

[21] *Regem Persea consuli Paullo salutem*] Supple *dicere*. Ceterum melius videretur ipsa salutatoria epistolæ verba referri: *Rex Perseus consuli Paullo salutem*.

[22] *Sacram hanc insulam*] De diis Samothracum et eorum religionibus egerunt multi, sed vix quidquam clari aut certi attulerunt. * Hoc constat, illas religiones pro sanctissimis toto Orbe habitas esse. † Vid. Diodor. l. v. Strab. l. x. Dion. Halic. l. I.

[23] *Pollutam homicida sanguine regis Eumenis violavit*] Lege cum Gronovio sine ulla cunctatione *pollutus*.

U. C. 584. A. C. 168.

'violavit? et, [24] quum omnis præfatio sacrorum eos, quibus 'non sint puræ manus, sacris arceat, vos penetralia vestra con- 'taminari cruento latronis corpore sinetis?' Nobilis fama erat, apud omnes Græciæ civitates, Eumenis regis per Evandrum Delphis prope perpetrata cædes. Itaque, præterquam quod in potestate Romanorum sese insulamque totam et templum cerniebant esse, ne inmerito quidem ea sibi exprobrari rati, Theondam, qui summus magistratus apud eos erat, (regem ipsi adpellant) ad Persea mittunt, qui nunciaret, 'Argui 'cædis Evandrum Cretensem. esse autem judicia apud sese 'more majorum comparata de iis, qui incestas manus intulisse 'intra terminos sacratos templi dicantur. Si confideret Evan- 'der, innoxium se rei capitalis argui, veniret ad caussam di- 'cendam: si committere se judicio non auderet, liberaret 'religione templum, ac sibimet ipse consuleret.' Perseus, evocato Evandro, 'judicium subeundi nullo pacto auctor esse: 'nec caussa, nec gratia parem fore.' Suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris [25] protraheret [d]. [26] 'reliqui quid esset, nisi ut fortiter moriatur?' Nihil palam abnuere Evander: sed quum, veneno se malle mori, quam ferro, dixisset; occulte fugam parabat. quod quum renunciatum regi esset, metuens, ne, tamquam a se subtracto pœnæ reo, iram Samothracum in se converteret, interfici Evandrum jussit. Qua perpetrata temere cæde, subiit extemplo animum, in se nimirum receptam labem, quæ Evandri fuisset: ab illo Delphis vulneratum Eumenem, ab se Samothracæ Evandrum occisum. ita duo sanctissima in terris templa, se uno auctore, sanguine humano violata. Hujus rei crimen, conrupto pecunia Theonda, avertitur, ut renunciaret populo, Evandrum sibi ipsum mortem conscisse [e].

Evander Cretensis evocatur ad caussam dicendam a Samothracibus.

Occiditur a Perseo.

VI. Ceterum tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipso per tot casus expertum, proditumque, quia non prodiderat, omnium ab se abalienavit animos. Pro se quisque transire ad Romanos: fugæque consilium capere solum prope relictum coëgerunt: Oroandemque Cretensem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat, adpellat, ut se sublatum in lembum ad Cotym deveheret. Demetrium est portus in promontorio quodam Samo-

Persei amici transfugiunt.

Rex fugam molitur.

[d] verba *Suberat et ille m. ne d. a. se n. f. protraheret* signis parentheseos inclus. Rup. [e] *conscivisse* Gron. Crev.

Dure enim admodum diceretur homicida violare ejus quem interfecit sanguine, locum in quem confugit.

[24] *Quum omnis præfatio sacrorum*] Quum verba solennia quibus utuntur sacerdotes antequam sacra peragantur, arceant sacris eos quibus puræ non sunt manus. Intelligit illud solenne carmen, et notum omnibus, quo sacris arcebantur non ii tantum qui aliquo scelere manus polluissent, sed profani omnes, id est, ii qui sacris initiati non erant.

[25] *Protraheret*] Indicaret. Vid. supra l. XLIV. c. 26.

[26] *Reliqui quid esset*] Imo *esse*, ut monet Gronovius.

thracæ: ibi lembus stabat. Sub occasum solis deferuntur, quæ ad usum necessaria erant: defertur et pecunia, quanta clam deferri poterat. Rex ipse nocte media, cum tribus consciis fugæ, per posticum ædium in propinquam cubiculo hortum, atque inde, maceriam ægre transgressus, ad mare pervenit. Oroandes jam tum, [27] dum [f] pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem, ac per altum Cretam petebat. Postquam in portu navis non inventa est, vagatus Perseus aliquamdiu in litore, postremo timens lucem jam adpropinquantem, in hospitium redire non ausus, in latere templi prope angulum obscurum delituit. Pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad ministerium electi regis: ea cohors, persecuta [g] regem fugientem, ne tum quidem abscedebat, donec jussu Cn. Octavii pronunciatum est per præconem, 'Regios pueros Macedonasque 'alios, qui Samothracæ essent, si transirent ad Romanos, 'incolumitatem, libertatemque et sua omnia servaturos, quæ 'aut secum haberent, aut in Macedonia reliquissent.' Ad hanc vocem transitio omnium facta est, nominaque dabant ad C. Postumium tribunum militum. Liberos quoque parvos regios Ion Thessalonicensis Octavio tradidit: nec quisquam, præter Philippum, maximum natu e filiis, cum rege relictus. Tum sese filiumque Octavio tradidit; fortunam Deosque, [28] quorum in templo erant, nulla ope supplicem juvantes, accusans. In prætoriam navem inponi jussus: eodem et pecunia, quæ superfuit, delata est: extemploque classis Amphipolim repetit. Inde Octavius regem in castra ad consulem misit, præmissis literis, ut in potestate eum esse et adduci sciret.

U. C. 584. A. C. 168.

Regii pueri transeunt ad Romanos.

Tradit se rex.

Adducitur ad Æmilium.

VII. Secundam eam Paullus, sicut erat, victoriam ratus, victimas cecidit eo nuncio; et, consilio advocato, literas prætoris quum recitasset, Q. Ælium Tuberonem obviam regi misit: ceteros manere in prætorio frequentes jussit. Non alias ad ullum spectaculum tanta multitudo obcurrit. Patrum ætate Syphax rex captus in castra Romana adductus erat: præterquam quod nec sua, nec gentis fama comparandus, [29] tunc quoque accessio Punici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici. Perseus caput belli erat: nec ipsius tantum, [30] patris avique, quos sanguine ac genere

[f] *dum* l. *cum* Doer. [g] *prosecuta* Gron. Crev.

[27] *Dum pecunia deferretur*] Imo, postquam pecunia delata est. * Ipso temporis puncto, quo delatam ad se pecuniam acceperat.

[28] *Quorum in templo erant*] Vetus codex caruit præpositione. Unde legendum putat Gronovius, *quorum templum erat.*

[29] *Tunc quoque accessio Punici belli fuerat*] Recte delet Gronovius verbum *fuerat*, tanquam otiosum indocti interpretis additamentum.

[30] *Patris avique, quos sanguine ac genere contingebat*] Mirum vero, si cognatione attingeret patrem et avum. Videtur aliquid intercidisse. Legi possit, *Patris avique, et ceterorum regum quos sanguine ac genere contingebat.*

U. C. 584. A. C. 168. contingebat, fama conspectum eum efficiebat, sed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander, qui summum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant. [31] Pullo amictus illo[h] Perseus ingressus est castra, [32] nullo suorum alio comite, qui socius calamitatis miserabiliorem eum faceret. progredi præ turba obcurrentium ad spectaculum non poterat, [33] donec consul lictores misisset, qui submovendo iter ad prætorium facerent. Consurrexit consul, et, jussis sedere aliis, progressusque paullum, introëunti regi dextram porrexit. submittentemque se ad pedes sustulit: nec adtingere genua passus, introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit.

Cos. eum adloquitur.

VIII. Prima percontatio fuit, 'qua subactus injuria contra 'populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset; quo 'se regnumque suum ad ultimum discrimen adduceret?' Quum, responsum exspectantibus cunctis, terram intuens, diu tacitus fleret, rursum consul: 'Si juvenis regnum accepisses, minus 'equidem mirarer, ignorasse te, quam gravis aut amicus, aut 'inimicus esset populus Romanus. nunc vero, quum et bello 'patris tui, quod nobiscum gessit, interfuisses, et pacis post'ea, quam cum summa fide adversus eum coluimus, meminis'ses, quod consilium, quorum et vim bello, et fidem in pace 'expertus esses, cum iis tibi bellum esse, quam pacem, malle?' Nec interrogatus, nec accusatus quum responderet; 'Utcum'que tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessi'tate inciderunt, bonum animum habe: multorum regum, po'pulorum casibus cognita populi Romani clementia non modo 'spem tibi, sed [34] prope certam fiduciam salutis, præbet.' Hæc Græco sermone Perseo: Latine deinde suis, 'Exemplum in'signe cernitis,' inquit, 'mutationis rerum humanarum. Vobis 'hoc præcipue dico, juvenes, ideo in secundis rebus nihil in 'quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti 'credere fortunæ; quum, quid vesper ferat, incertum sit. Is

[h] *ille* Rup.

[31] *Pullo amictus illo Perseus*] Depravatum hunc locum varii variis conjecturis tentarunt. Nihil probabilius, quam quod suggerit Gronovius, qui vocem *illo* corruptam esse putat ex *filio*, et præterea male trajectam fuisse in vetere exemplari. Legit ergo: *Pullo amictus Perseus ingressus est castra; filio, nullo suorum alio comite.*

[32] *Nullo suorum alio comite, qui socius calamitatis*] Nimirum solus cum filio minorem misericordiam fletumque movebat videntibus, quam si grex circa eum plangeret amicorum, luctumque incenderet: quod ipsi contigit postea, quum in triumpho Æmilii duceretur. Hoc ideo notavimus, quia Dujatius hunc locum sanum non esse suspicatus est.

[33] *Donec consul lictores misisset*] Gronovio magis placet *misit*.

[34] *Prope certam fiduciam salutis*] Hæc jactat consul verbo tenus, ne non misero aliquid tamen vel vani solatii præbeat. Qualem enim salutem Romani præstiterunt Perseo? quo ultra eorum superbia et crudelitas excedere poterat, quam ut traducerent eum per civium ora, ac deinde in custodiam conjicerent? Si hanc Paulli orationem Livius finxit, sane desiderare videmur scriptoris judicium: si Paullus vere habuit, consulis fidem.

'demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, 'nec adversa infringet.' Consilio dimisso, tuendi cura regis Q. Ælio mandatur. Eo die et invitatus ad consulem Perseus, et alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in tali fortuna poterat. U. C. 584. A. C. 168.

Regni Macedonici finis.

IX. Exercitus deinde in hiberna dimissus est. maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquæ urbes acceperunt. Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum esset, inter Romanos ac Persea fuit: idemque finis incliti [35] per Europæ plerumque atque Asiam omnem regni. [36] Vicesimum ab Carano, qui primus regnavit, Persea numerabant. Perseus, Q. Fulvio, L. Manlio consulibus, regnum accepit: a senatu rex est adpellatus, M. Junio, A. Manlio consulibus: regnavit undecim annos. Macedonum obscura admodum fama usque ad Philippum Amyntæ filium fuit: inde ac per eum crescere quum cœpisset, Europæ se tamen finibus continuit, Græciam omnem et [1] partem Thraciæ atque Illyrici amplexa. Superfudit deinde se in Asiam: et tredecim annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Persarum prope inmenso spatio imperium fuerat, suæ ditionis fecit. Arabas hinc Indiamque, [37] qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit. tum maximum in terris Macedonum regnum nomenque; inde morte Alexandri distractum in multa regna, dum ad se quisque opes rapiunt, [38] lacerantes viribus: a summo culmine fortunæ ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit.

X. Victoriæ Romanæ fama quum pervasisset in Asiam, Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde trajecit. C. Popillius, qui ad Delum præsidio navibus Macedoniam petentibus erat, postquam debellatum in Macedonia, et statione submotos hostium lembos audivit, dimissis et ipse Atticis navibus, ad susceptam legationem peragendam navigare Ægyptum pergit: ut prius obcurrere Antiocho posset, quam ad Alexandreæ mœnia accederet. Quum præterveherentur Asiam legati, et Loryma venissent, qui portus viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest, ex adverso urbi ipsi positus; principes Rho-

Rhodum invitantur legati Romanorum ad Antiochum.

[1] *et* l. *ac* Gron. Crev.

[35] *Per Europæ plerumque*] Per majorem Europæ partem. *Plerumque Europæ* dixit Livius, ut Sallustius in Jugurtha *plerumque noctis*. SIGONIUS.

[36] *Vicesimum ab Carano*] Numerus haud dubie mendosus. Justinus, l. XXXIII. c. 2. triginta Macedoniæ reges numerat: Eusebius in Chronico, novem et triginta.

[37] *Qua terrarum ultimus finis*] Imo, ut recte vidit Gronovius, *qua terrarum ultimos fines Rubrum mare amplectitur.* Rubri maris nomine intelligi a Livio mare Indicum jam monuimus ad l. XLII. c. 52.

[38] *Lacerantes viribus*] Lege cum Gronovio, *laceratis viribus*.

U. C. 584.
A. C. 168.

diorum obcurrunt (jam enim eo quoque victoriæ fama perlata erat) orantes, 'ut Rhodum deveherentur. pertinere id ad 'famam salutemque civitatis, noscere ipsos omnia, quæ acta 'essent, agerenturque Rhodi, et comperta per se, non vul'gata fama, Romam referre.' Diu negantes perpulerunt, ut moram navigationis brevem pro salute sociæ urbis paterentur. Postquam Rhodum ventum est, in concionem quoque eos iidem precibus pertraxerunt. Adventus legatorum auxit

Popillii asperitas.

potius timorem civitati, quam minuit: omnia enim Popillius, quæ singuli universique eo bello hostiliter dixerant, fecerantque, retulit. et, vir asper ingenio, augebat atrocitatem eorum, quæ dicerentur, vultu truci et accusatoria voce: ut, quum propriæ simultatis nulla caussa cum civitate esset, ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis in se universi

Decimii moderatio.

senatus animus esset, conjectarent. C. Decimii moderatior oratio fuit, qui, 'in plerisque eorum, quæ commemorata a 'Popillio essent, culpam non penes populum, sed penes paucos 'concitores vulgi esse,' dixit. 'eos, venalem linguam habentes, 'decreta plena regiæ adsentationis fecisse: et eas legationes 'misisse, quarum Rhodios semper non minus puderet, quam 'pœniteret. Quæ omnia, [39] si tamen populo foret, in capita 'noxiorum versura.' Cum magno adsensu auditus est, non magis eo, quod multitudinis noxam elevabat, quam quod culpam in auctores verterat. Itaque quum principes eorum Romanis responderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui, quæ Popillius objecerat, diluere utcumque conati sunt; quam eorum, qui Decimio in auctoribus ad

Damnati qui Perseo faverant.

piaculum noxæ objiciendis adsensi sunt. Decretum igitur extemplo, ut, qui pro Perseo adversus Romanos dixisse quid, aut fecisse, convincerentur, capitis condemnarentur. Excesserunt urbe [40] sub adventu Romanorum quidam, alii mortem sibi consciverunt. Legati, non ultra quam quinque dies Rhodi morati, Alexandream proficiscuntur. Nec eo segnius judicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur: quam perseverantiam in exsequenda re Decimii lenitas *.

Res Ægypti.

XI. Quum hæc gererentur, Antiochus frustra tentatis mœnibus Alexandreæ abscesserat: ceteraque Ægypto potitus, relicto Memphi majore Ptolemæo, cui regnum quæri suis viribus simulabat, ut victorem mox adgrederetur, in Syriam exercitum abduxit. Nec hujus voluntatis ejus ignarus Ptolemæus, dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandreæ, et sorore ad-

[39] *Si tamen populo foret*] Probabilis est conjectura Jac. Gronovii: *si ea mens populo* (Rhodio) *foret*. Qualem nempe descripserat Decimius, dum ipsos excusat.

[40] *Sub adventu*] Sic et Florus, l. III. c. 6. *sub ipso hostis recessu*.

juvante, et non repugnantibus fratris amicis, ratus; primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque ejus, non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret. Suspectum Antiochum effecerat, quod, cetera Ægypto sibi tradita, Pelusii validum [41] relictum erat præsidium. adparebat, claustra Ægypti teneri, [42] ut, quum vellet, rursus exercitum induceret: bello intestino cum fratre eum exitum fore, ut victor, fessus certamine, nequaquam par Antiocho futurus esset. Hæc, prudenter animadversa a majore, cum adsensu minor frater, quique cum eo erant, acceperunt: soror plurimum adjuvit, non consilio modo, sed etiam precibus. Itaque, consentientibus cunctis pace facta, Alexandream recipitur, ne multitudine quidem adversante: quæ in bello, non per obsidionem modo, sed etiam postquam a mœnibus abscessum est, quia nihil ex Ægypto subvehebatur, omnium rerum adtenuata inopia erat. His quum lætari Antiochum conveniens esset, si reducendi ejus caussa exercitum Ægyptum induxisset, quo specioso titulo ad omnes Asiæ et Græciæ civitates, legationibus recipiendis literisque dimittendis, usus erat, adeo est obfensus, ut multo acrius infestiusque adversus duos, quam ante adversus unum, pararet bellum. Cyprum extemplo classem misit: ipse, primo vere cum exercitu Ægyptum petens, in Cœlen Syriam processit. Circa Rhinocolura Ptolemæi legatis agentibus gratias, quod per eum regnum patrium recepisset, petentibusque, ut suum munus tueretur, et diceret potius, quid fieri vellet, quam, hostis ex socio factus, vi atque armis ageret, respondit; 'Non aliter neque 'classem revocaturum, neque exercitum reducturum, nisi 'sibi et tota Cypro, et Pelusio, agroque, qui circa Pelusia-'cum ostium Nili esset, cederet:' diemque præstituit, intra quam [43] de conditionibus peractis responsum acciperet.

U.C. 584.
A.C. 168.

XII. Postquam dies data induciis præteriit, * [44] navigantibus ostio Nili ad Pelusium [k], per deserta Arabiæ * ad Memphim incolebant, et ab ceteris Ægyptiis, partim voluntate, partim metu, ad Alexandream modicis itineribus descendit. [45] Ad Leusinem transgresso flumen, qui locus

[k] [ipse] per Crev.

[41] *Relictum erat præsidium*] Commodius *reliquerat*. GRONOVIUS.

[42] *Ut, quum velit, rursus exercitum induceret*] Legit Gronovius, *quum vellet*.

[43] *De conditionibus peractis*] Vox *peractis* videtur esse mendosa. Fortasse scripserat Livius *delatis*.

[44] *Navigantibus ostio Nili*] Præter classem Syriacam, quæ Cyprum supra missa dicitur, et infra a legatis Romanis dimissa e Cypro memoratur, suspicamur Antiochum apud se retinuisse aliquas maritimas copias, ut simul terra, simul mari Ægyptum aggrederetur. Eæ hic navigasse intelligentur per ostium Nili ad Pelusium, dum ipse Antiochus terrestri exercitu per deserta Arabiæ Ægyptum petit.

[45] *Ad Leusinem*] Emenda cum Turnebo et Valesio *ad Eleusinem*. Eleusis vicus fuit ad fossam Canopicam cujus

U. C. 584. A. C. 168. Obcurrunt Antiocho legati Rom.

Popillius virga circumscribit regem.

Licinii Cos. res gestæ.

quatuor millia ab Alexandrea abest, legati Romani obcurrerunt. quos quum advenientes salutasset, dextramque Popillio porrigeret; tabellas ei Popillius scriptum habentes tradit, atque omnium primum id legere jubet: [46] quibus perlectis, quum se consideraturum, adhibitis amicis, quid faciendum sibi esset, dixisset; Popillius, pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem: ac, 'Priusquam hoc circulo excedas,' inquit, 'redde responsum, 'senatui quod referam.' Obstupefactus tam violento imperio parumper quum hæsitasset, 'Faciam,' inquit, 'quod censet senatus.' Tum demum Popillius dextram regi, tamquam socio atque amico, porrexit. Die deinde finita quum excessisset Ægypto Antiochus, legati, concordia etiam auctoritate sua inter fratres firmata, [47] inter quos vixdum convenerat, pars [l] Cyprum navigant: et inde, quæ jam vicerat prœlio Ægyptias naves, classem Antiochi dimittunt. Clara ea per gentes legatio fuit, quod haud dubie ademta Antiocho Ægyptus habenti jam, redditumque patrium regnum stirpi Ptolemæi fuerat. Consulum ejus anni, sicut alterius clarus consulatus insigni victoria, ita alterius obscura fama, quia materiam res gerendi non habuit. Jam primum quum legionibus ad conveniendum diem dixit, non auspicato [48] templum intravit. vitio diem dictam esse augures, quum ad eos relatum est, decreverunt. Profectus in Galliam circa Macros campos ad montes Siciminam et Papinum stativa habuit: deinde circa eadem loca cum sociis nominis Latini hibernabat: legiones Romanæ, quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat, Romæ manserant. Et prætores, præter C. Papirium Carbonem, cui Sardinia evenerat, in provincias iere. eum jus dicere Romæ ([49] nam eam quoque sortem habebat) inter cives et peregrinos Patres censuerant.

XIII. [50] Et [m] Popillius et ea legatio, quæ missa ad Antio-

[l] *convenerat par*, Rup.

[m] *Et* l. *Ut* Gron.

mentionem faciunt Suidas in voce Καλλίμαχος, et Strabo, l. XVII. et Athenæus, l. XIII.

[46] *Quibus perlectis*] Hoc debetur Sigonio. Antea *perfectis*.

[47] *Inter quos vixdum convenerat, pars Cyprum navigant*] Feliciter corrigit hunc locum Perizonius in hunc modum: *inter quos vixdum convenerat par, Cyprum navigant*. Hujus emendationis necessitas probatur tum ex eo quod non memoret Livius, quid effecerit pars altera legationis, quæ tamen universa trium hominum erat, tum ex eo quod Polybius, legat. 92. iisdem hominibus, nempe τοῖς περὶ Ποπίλλιον, adscribat ea omnia quæ sive in Ægypto, sive in Cypro gesta sunt. Jam vero ut ostendat quam facilis lapsus fuerit librariis, idem Perizonius observat sæpe in antiquis monumentis scriptum reperiri *pars*.

[48] *Templum intravit*] Templum hic intelligimus locum auguriis consecratum, unde diem dici ad conveniendum exercitui mos esset, ut scilicet initia rei gerendæ sub deorum numine sumerentur.

[49] *Nam eam quoque sortem habebat*] Nimirum intelligendum est, misso adversus Gentium Anicio, cujus ea sors fuerat, ad Carbonem sortem ejus translatam fuisse.

[50] *Et Popillius, et ea legatio*] Legit Gronovius, *ut Popillius*. Nobis magis placeret delere in iis quæ se-

chum erat, Romam rediit;[n] retulit, controversias inter reges sublatas esse, exercitumque ex Ægypto in Syriam reductum. Post ipsorum regum legati venerunt: Antiochi legati, referentes, 'Omni victoria potiorem pacem regi, quæ senatui placuisset, visam: eumque haud secus, quam Deorum imperio, legatorum Romanorum [51]jussis[o] paruisse.' Gratulati deinde victoriam sunt, '[52] ad quam summa ope, si quid imperatum foret, adfuturum regem fuisse.' [53]Ptolemæi legati, communi nomine regis et Cleopatræ, gratias egerunt, 'Plus eos senatui populoque Romano, quam parentibus suis, plus, quam Diis immortalibus, debere: per quos obsidione miserrima liberati essent, regnum patrium prope amissum recepissent.' Responsum ab senatu est: 'Antiochum recte atque ordine fecisse, quod legatis paruisset, gratumque id esse senatui populoque Romano.' Regibus Ægypti Ptolemæo Cleopatræque: 'si quid per se boni commodique evenisset, id magnopere senatum lætari: daturumque operam, ut regni sui maximum semper præsidium positum esse in fide populi Romani ducant.' Munera legatis ut ex instituto mittenda curaret, C. Papirio prætori mandatum. [54]Literæ deinde Macedonia adlatæ, quæ victoriæ lætitiam geminarent: 'Persea regem in potestatem consulis venisse.' Dimissis legatis, disceptatum inter Pisanos Lunensesque legatos: Pisanis querentibus, agro se a colonis Romanis pelli; Lunensibus adfirmantibus, eum, de quo agatur, a triumviris agrum sibi adsignatum esse. Senatus, qui de finibus cognoscerent statuerentque, quinqueviros misit, Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blasionem, T.[p] Sempronium Muscam, L. Nævium Balbum, C. Appuleium Saturninum. Et ab Eumene et ab Attalo et ab Athenæo fratribus, communis legatio de victoria gratulatum venit. Et Masgabæ, regis Masinissæ filio, Puteolis navem

U. C. 584.
A. C. 168.

Legati Antiochi.

Ptolemæi.

Masgaba Masinissæ F.

[n] post *rediit* distinctionem maj. pos. Doer. [o] *jussu* Gron. [p] *Ti.* Crev.

quuntur verbum *rediit*, quod plane superfluum est. Quid enim desideres in hac oratione? *Et Popillius, et ea legatio quæ missa ad Antiochum erat, Romam retulit, controversias inter reges sublatas esse.* Primum illud *Et* non respondet sequenti, sed connectit hanc periodum cum præcedente. *Popillius et ea legatio* sunt οἱ περὶ Ποπίλλιον, ipso annotante Gronovio: quemadmodum l. III. c. 25. *Virginius et tribuni;* et l. XXX. c. 12. *misso Syphace et captivis.*

[51] *Jussis paruisse*] Sic prima editio et Sigonius. Gronovianæ editiones, *jussu*: mendose.

[52] *Ad quam summa ope*] Bene adjecit Sigonius *summa.*

[53] *Ptolemæi legati*] Ptolemæi minoris. Is enim solus auxilium imploraverat Romanorum, et propter eum missa legatio a Romanis fuerat. Vid. supra l. XLIV. c 19. Ideo in iis quæ sequuntur scribit Livius *communi nomine regis et Cleopatræ*, non *regum*: et rursus infra, *Regibus Ægypti Ptolemæo Cleopatræque*, non *Ptolemæis*. Itaque nihil hic mutandum.

[54] *Litteræ deinde Macedonia allatæ*] Videtur excidisse vocula *e*, ut scripserit Livius, *Litteræ deinde e Macedonia*. Gronovius firmare nititur vulgatam scripturam exemplo consimili e Justin. l. XII. c. 1. Sed in illo Justini loco variant et scripti et editi: nec ullum proinde ex eo argumentum peti potest.

U.C. 584. A.C. 168. egresso, præsto fuit, obviam missus cum pecunia, L. Manlius quæstor, qui Romam eum publico sumtu perduceret. Advenienti extemplo senatus datus est. Is adolescens ita locutus est, ut, quæ rebus grata erant, gratiora verbis faceret. Commemoravit, 'quot pedites equitesque, quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio [55] pater suus in Macedoniam misisset[q]. Sed duas res ei rubori fuisse: unam, quod rogasset eum per legatos senatus, quæ ad bellum opus essent, et non imperasset: alteram, quod pecuniam ei pro frumento misisset. Masinissam meminisse, regnum a populo Romano partum auctumque et multiplicatum habere: usu regni contentum scire, dominium et jus eorum, qui dederint, esse. Sumere itaque eosdem, non se rogare, æquum esse, [56] neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati[r] quæ ibi proveniant. Id Masinissæ satis esse, et fore, quod populo Romano superesset. Cum iis mandatis a patre profectum postea consecutos equites, qui devictam Macedoniam nunciarent, [57] gratulatumque senatui juberent indicare, tantæ eam rem lætitiæ patri suo esse, ut Romam venire velit, Jovique optimo maximo in Capitolio sacrificare, et grates agere: id, nisi molestum sit, ut ei permittatur, ab senatu petere.'

XIV. Responsum regulo est: 'Facere patrem ejus Masinissam, quod virum gratum bonumque facere deceat, ut pretium honoremque [58] debito beneficio addat. Et populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique opera adjutum; et illum, favente populo Romano, regnum adeptum; [59] æquitate

[q] *misit* Crev. [r] post *dati* non post *ea* distinct. pos. Gron. Crev.

[55] *Pater suus . . . . misit*] Lege cum Gronovio *misisset.*

[56] *Neque emere ea ex fructibus agri ab se dati, quæ ibi proveniant*] Inficeta verbositas. *Ea quæ ibi proveniunt* nihil aliud sonant, quam *fructus agri.* Deleamus ergo illas voces, tanquam nugatorium interpretamentum ab oscitante librario temere additum. Fortasse dederat Livius: *nec quicquam emere ex fructibus agri ab se dati. Id Masinissæ satis esse et fore . . .*

[57] *Gratulatumque senatui juberent indicare*] Et juberent se, postquam gratulatus esset senatui, indicare.

[58] *Debito beneficio*] Beneficio in se Romanorum, quod ipsi debebatur ob constantem in rempublicam fidem. Elevat comiter suum beneficium senatus, fatendo debitum fuisse Masinissæ, quidquid illi præstitum a populo Romano fuerat. Gronovius suspectum habuit hunc locum, legique posse censuit, *ut pretium honoremque verborum beneficio addat.* Quæ conjectura primo blanditur. Sed tamen is dicitur honorem verborum beneficio addere, qui beneficio a se collato verba addit honorifica. At hic non agitur de beneficio Masinissæ in Romanos, sed Romanorum in Masinissam. Neque enim credimus fastum Romanæ magnitudinis sivisse eos agnoscere beneficium in se a rege quamvis potentissimo collatum: et præterea in iis quæ præcedunt dicitur Masinissa id *facere quod virum gratum deceat.* Viri autem grati est extollere beneficium acceptum, non a se datum.

[59] *Æquitate sua*] Hæc nobis non sapiunt Livii manum. *Æquitati* non est hic locus. Inclinat animus, ut credamus scripsisse nostrum: *et illum favente populo Romano regnum adeptum, ac virtute sua. Postea trium regum bellis,* etc. Sic fere in oratione Rhodiorum infra c. 23. *Si quæ vestra nunc est fortuna deûm benignitate, ac virtute vestra.* Et sæpe alias. Præterea hæc nobis consentanea videntur reliquæ orationi, quæ tota in eo est, ut

'sua postea trium regum bellis deinceps omnibus functum 'officiis. Victoria vero populi Romani lætari eum regem mi- 'rum non esse, qui sortem omnem fortunæ regnique sui cum 'rebus[s] Romanis inmiscuisset. Grates Diis pro populi Ro- 'mani victoria apud suos penates ageret; Romæ filium pro 'eo acturum. Gratulatum quoque satis suo ac patris nomine 'esse. Ipsum relinquere regnum, et Africa excedere, præ- 'terquam quod illi inutile esset, non esse e republica populi 'Romani, senatum censere.' Petenti Masgabæ, ut [60] Hanno Hamilcaris filius obses[t] in locum * [u] exigeret. Munera ex senatusconsulto emere regulo quæstor jussus ex [61] centum pondo argenti, et prosequi eum Puteolos, omnemque sumtum, quoad in Italia esset, præbere, et duas naves conducere, quibus [62] ipse comitesque regis in Africam deveherentur: et comitibus omnibus, liberis servisque, vestimenta data. Haud ita multo post de altero Masinissæ filio Misagene literæ adlatæ sunt, 'missum eum ab L. Paullo post devictum Persea 'in Africam cum equitibus suis; navigantem, dispersa classe 'in Hadriatico mari, Brundisium tribus navibus ægrum dela- 'tum.' Ad eum cum iisdem muneribus, quæ data Romæ fratri ejus erant, L. Stertinius quæstor Brundisium missus: jussusque curare, ut ædes hospi-

U. C. 584.
A. C. 168.

Misagenes, alter filius Masinissæ.

* * *

XV. *** in quatuor urbanas tribus descripti erant libertini, præter eos, [63] quibus filius quinquenni major ex senatusconsulto esset. Eos, ubi proximo lustro censi essent, [64] censeri jusserunt: et eos, qui prædium prædiave rustica

[s] rebus del. Gron. Crev. [t] *hospes* Crev. [u] signum lacunæ deest Ead.

eum Masinissæ gratulatione et modestia certet comitate et laudibus.

[60] *Hanno Amilcaris filius hospes in locum exigeret*] Nemo non videt mutilum esse hunc locum. Sigonius pro *hospes* legit *obses*. Cetera hoc modo supplet: *Petenti Masgabæ, ut Hanno Amilcaris filius obses* [alterius cujusdam] *in locum* [Romanis a Pœnis mitteretur, respondit senatus haud æquum videri, ut obsides a Carthaginiensibus arbitrio Masinissæ] *exigeret*. Sed quum nihil omnino afferat Sigonius, quo hæc conjectura nitatur, nec ullo modo probabilius sit hæc voluisse Livium, quam quidlibet aliud, quod cuivis in mentem venire posset, religioni duximus incertum prorsus additamentum in contextum admittere: locumque mancum relinquere maluimus.

[61] *Centum pondo argenti*] Marcis nostratibus 156. unciis 2.

[62] *Ipse comitesque regis*] Lege cum Gronovio *comitesque ejus*. Etiamsi enim Masgaba, ut Masinissæ regis filius, rex et ipse dici potuisset, at vox *ipse* postulat *ejus*.

[63] *Quibus filius quinquenni major ex S. C. esset*] Inepte hic inseruntur hæ voces *ex senatusconsulto*. Vel rejice eas in anteriora, *ex senatusconsulto descripti erant libertini*; vel iis quæ sequuntur adjunge, *censeri ex senatusconsulto jusserunt*.

[64] *Censeri jusserunt*] Hæc et ea quæ sequuntur intelligimus de censoribus C. Flaminio, et L. Æmilio, non de censoribus, qui hoc anno in magistratu erant: duabus maxime adducti rationibus: una, quod omnes omnino libertini in tribum Esquilinam a Graccho conjecti videntur. Perpende verba Liviana, *in quam omnes qui servitutem servissent, conjicerent*: et rursus: *in ea Ti. Gracchus pronunciavit libertinos omnes censeri placere*. Deinde hæ locutiones *jus factum est*, et *hoc quum ita servatum esset*, non videntur accipi

U. C. 584. A. C. 168. pluris [65] sestertiûm triginta millium haberent, [66] censendi jus factum est. Hoc quum ita servatum esset, negabat Claudius, 'suffragii lationem injussu populi censorem cuiquam homini, 'nedum ordini universo, adimere posse. Neque enim, si 'tribu movere posset, quod sit nihil aliud, quam mutare ju-'bere tribum, ideo omnibus quinque et triginta tribubus 'emovere posse; id est, civitatem libertatemque eripere; 'non, ubi censeatur, finire, sed censu excludere.' Hæc inter ipsos disceptata: postremo eo descensum est, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent. Esquilinæ sors exiit: in ea Ti. Gracchus pronunciavit, libertinos omnes censeri placere. Magno ea res honori censoribus apud senatum fuit. gratiæ actæ et Sempronio, qui in bene cœpto perseverasset; et Claudio, qui non inpedisset. Plures, quam a superioribus, et [67] senatu emoti sunt, et equos vendere jussi. omnes iidem ab utroque et [68] tribu remoti, et ærarii facti: nequi ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia. Petentibus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda, et ad opera, quæ locassent, probanda, [69] anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit. Eodem anno C. Cicereius ædem in

In Esquilinam tribum conjecti libertini.

Censura severe gesta.

posse de decreto quod modo latum esset, sed de more jam per aliquantum temporis servato.

65 *Sestertiûm triginta millium*] Marcarum argenti nostratium 117. semunciarum 3.

66 *Censendi jus factum est*] Credimus hic aliquid excidisse, et sensum vix aliter constare posse, quam si legamus, *in tribubus rusticis censendi jus factum est*. Nam L. Æmilio, C. Flaminio censoribus, non agebatur utrum censerentur libertini, sed ubi censerentur. Bene autem ii in tribus rusticas admittuntur, qui prædia rustica haberent. Potest venire in mentem, non contemnendas fuisse divitias illis temporibus sestertiûm triginta millia in prædiis rusticis, quum aliquot annis post Cn. Scipionis filiæ dos e publico constituta sit, teste Valer. Max. l. IV. c. 4. quadraginta millium æris gravis, id est, sedecim millium sestertiûm. Sed facile respondebimus hanc ipsam fuisse censorum mentem, ut in tribus rusticas non admitterentur, nisi ditissimi quique ex libertinis. Porro quidquid hic afferimus, id non pro certo affirmare in animo est, sed, in rebus perobscuris, tanquam non omnino improbabile lectori expendendum permittere.

67 *Senatu emoti sunt*] Magis placeret *senatu moti sunt*. Sic enim solet loqui Livius. Ceterum hæc jam memoraverat Livius, l. XLIII. capp. 15. et 16. Sed hic supplet ea quæ illic omiserat.

68 *Tribu remoti*] Solennis et propria locutio est, *tribu moti*.

69 *Anni et bimensis*] Hoc nobis valde suspectum est. Primo enim dubitamus an *bimensis* vox proba sit, cujus nullum aliud exemplum reperimus. Deinde illud spatium anni et duorum mensium nec cum legitimo censuræ spatio congruit, nec videmus ad quid referri possit. Credimus Livium dedisse *anni et VI. mensium*: quod quum hoc modo scriptum esset, primo littera *V* in *B* ob affinitatem soni mutata est: unde aliquis librarius quum reperiret *bimensium*, existimavit se facturum esse operæ pretium, si corrigeret *bimensis*. Igitur quum censores intra anni et sex mensium spatium, quo censura finiebatur, non potuissent et sarta tecta exigere, et opera quæ locassent probare, postulabant, ut exacto magistratu prorogaretur sibi tempus, non quo totam censuræ vim tenerent, sed cum potestate essent ad hæc quæ supererant perficienda.

monte Albano dedicavit quinquennio post, quam vovit. Flamen Martialis inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus.

XVI. Q. Ælio, M. Junio consulibus de provinciis referentibus, censuere Patres, duas provincias Hispaniam rursus fieri, quæ una per bellum Macedonicum fuerat: et Macedoniam Illyricumque eosdem, L. Paullum et L. Anicium, obtinere, donec de sententia legatorum et res bello turbatas, [70] et statum alium ejus regni formando composuissent. Consulibus Pisæ et Gallia decretæ [71] cum binis legionibus peditum, et equitum quadringentenis. Prætorum sortes fuere, Q. Cassii urbana, M. Juventii[x] Thalnæ inter peregrinos, Ti. Claudii Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Licinii Nervæ ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obvenerat. nequiit ire in provinciam, ad res capitales quærendas ex senatusconsulto retentus. De prodigiis deinde nunciatis senatus est consultus. Ædes Deorum Penatium in Velia de cœlo tacta erat: et in oppido Minervio duæ portæ et muri aliquantum. Anagniæ terra pluerat; et Lanuvii fax in cœlo visa erat; et [72] Calatiæ in publico agro M. Valerius civis Romanus nunciabat e foco suo sanguinem per triduum et duas noctes manasse. Ob id maxime decemviri libros adire jussi, supplicationem in diem unum populo edixerunt, et quinquaginta capris in foro sacrificaverunt. et aliorum prodigiorum caussa diem alterum supplicatio circa omnia pulvinaria fuit, et hostiis majoribus sacrificatum est, et [73] urbs lustrata. Inde, quod ad honorem Deûm inmortalium pertineret, decrevit senatus, 'Ut, quoniam perduelles superati, Perseus et Gentius reges cum Macedonia atque Illyrico in potestate populi Romani essent, ut, quanta dona, Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, ob devictum An-

U. C. 585. A. C. 167. Q. Ælio, M. Junio Coss. Provinciæ.

Prodigia.

[x] *Manii Juvencii* Gron. Crev. *M'. Juventii* Rup.

[70] *Et statum alium ejus regni*] Lege cum Sigonio *utriusque regni.*

[71] *Cum binis legionibus peditum et equitum quadringentenis*] Hæc mutila esse cuivis attendenti patet. Desideratur enim númerus peditum. Præterea multo usitatius est dicere *quadringenos* quam *quadringentenos. Equitum quadringenis* quoque pro *equitibus quadringenis* non placet. Denique numerus ipse quadringenorum equitum in singulas legiones nimio major videtur, quum Macedonicæ legiones, quæ sena millia peditum habebant, trecenos tantummodo haberent equites, ut constat ex XLIV. c. 21. supra. Totus igitur hic locus sic fortasse emendandus est: *cum binis legionibus quina millia peditum et ducenos habentibus, equites trecenos.* Eodem plane modo, quo ibidem l. XLIV. c. 21. *Duas legiones . . . qunia millia peditum et ducenos habentes, trecenos equites.* Idem numerus notatur tanquam vetere instituto assignatus legionibus, supra l. XLII. c. 31.

[72] *Calatiæ in publico agro M. Valerius civis Romanus nunciabat e foco suo*] Calatia erat urbs Campaniæ, cujus ager, quemadmodum et Capuæ, publicus factus fuerat populi Romani. Is igitur ager fruendus locabatur colonis a censoribus. M. Valerius de quo hic agitur, unus videlicet erat ex iis qui aliquam partem hujus publici agri conduxerant.

[73] *Urbs lustrata*] Amburbiali sacro, de quo supra l. XXI. c. 62. et l. XLII. c. 20. Vid. ibi nott.

U.C. 585. A.C. 167.

'tiochum regem data ad omnia pulvinaria essent, tanta Q. 'Cassius et M'. Juventius prætores curarent danda.'

Legati in Macedoniam et Illyricum.

XVII. Legatos deinde, quorum de sententia imperatores L. Paullus, L. Anicius componerent res, decreverunt [74] decem in Macedoniam, quinque in Illyricum. In Macedoniam sunt hi nominati, A. Postumius Luscus, C. Claudius, ambo censorii, C. Licinius Crassus, collega in consulatu Paulli; tum prorogato imperio provinciam Galliam habebat. His consularibus addidere Cn. Domitium Ahenobarbum, Ser. Cornelium Sullam, L. Junium, C. Antistium Labeonem, T. Numisium Tarquiniensem, A. Terentium Varronem. In Illyricum autem hi nominati, P. Ælius Ligus consularis, C. Cicereius, et Cn. Bæbius Tamphilus, (hic priore anno, Cicereius multis ante annis prætor fuerat) P. Terentius Tuscivicanus, P. Manilius. Moniti deinde consules a Patribus, ut, quoniam alterum ex his succedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret, primo quoque tempore provincias aut compararent inter se, aut sortirentur, sortiti sunt. M. Junio Pisæ obvenerunt, (quem prius, quam in provinciam iret, legationes, quæ undique Romam gratulatum convenerunt, introducere in senatum placuit) Q. Ælio Gallia. Ceterum quamquam tales viri mitterentur, quorum de consilio sperari posset, imperatores nihil indignum nec clementia nec gravitate populi Romani decreturos esse, tamen in senatu quoque agitata est summa consiliorum, ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperatores possent.

S. C. de Macedonia.

XVIII. 'Omnium primum liberos esse' placebat 'Macedonas 'atque Illyrios, ut omnibus gentibus adpareret, arma populi Ro'mani non liberis servitutem, sed contra servientibus libertatem 'adferre; ut et in libertate gentes quæ essent, tutam eam sibi 'perpetuamque [75] sub tutela populi Romani [y] esse, et, quæ sub 'regibus viverent, et in præsens tempus mitiores eos justiores'que respectu populi Romani habere se, et, si quando bellum 'cum populo Romano regibus fuisset suis, exitum ejus victoriam 'Romanis, sibi libertatem adlaturum crederent. [76] Metalli quo'que Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationesque præ'diorum rusticorum tolli' placebat. 'nam neque sine publicano

[y] [*populi Romani*] Crev.

[74] *Decem in Macedoniam*] At novem tantum nominantur. Intercidit unum nomen, quod Jac. Gronovius suspicatur esse Q. Marcii Philippi.

[75] *Sub tutela (populi Romani) esse*] Adjecit merito Sigonius has voces *populi Romani*.

[76] *Metalli quoque Macedonici*] Dubium esse potest, utrum hæc verba referenda sint ad *vectigal*, an ad *locationes*. Posterius magis placet. Quid sint hoc loco *locationes prædiorum rusticorum*, haud facile definire possumus: Fortasse hoc intelligendum est de prædiis, quæ proprium essent regum Macedonicorum patrimonium, quod vocamus apud nos *le domaine*: quæ quum locarentur a regibus, a Romanis vel venduntur, vel donantur.

'exerceri posse; et, ubi publicanus est,[77] ibi aut jus publicum 'vanum, aut libertatem sociis nullam esse. Ne ipsos quidem 'Macedonas[78] idem exercere posse. ubi in medio præda ad'ministrantibus esset, ibi numquam caussas seditionum et 'certaminis defore. [79] Commune concilium[z] gentis esset, 'ne inprobum vulgus a senatu aliquando libertatem salubri 'moderatione datam ad licentiam pestilentem traheret. In 'quatuor regiones describi Macedoniam, ut suum quæque 'concilium haberet,' placuit; 'et [80] dimidium tributi, quam 'quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.' Similia his et in Illyricum mandata. cetera ipsis imperatoribus legatisque relicta, in quibus præsens tractatio rerum certiora subjectura erat consilia. U. C. 585. A. C. 167.

XIX. Inter multas regum gentiumque et populorum legationes Attalus, frater regis Eumenis, maxime convertit in se omnium oculos animosque. exceptus enim est ab his, qui simul eo bello militaverunt, haud paullo benignius, quam si ipse rex Eumenes venisset. Adduxerant eum duæ in speciem honestæ res: una, gratulatio, conveniens in ea victoria, quam ipse adjuvisset: altera, querimonia Gallici tumultus, [81] Advertæque gladiis regnum in dubium adductum esse. Suberat et secreta spes honorum præmiorumque ab senatu, quæ vix salva pietate [82] ejus contingere poterant. erant enim quidam Romanorum quoque non boni auctores, qui spe cupiditatem ejus elicerent: 'Eam opinionem de Attalo et Eume'ne Romæ esse, tamquam de altero Romanis certo amico, 'altero nec Romanis, nec Persi fido socio. Itaque vix statui 'posse, utrum, quæ pro se, an, quæ contra fratrem petiturus 'esset, ab senatu magis impetrabilia forent: adeo universos 'omnia et huic tribuere, [83] et illi vero negare.' Eorum hominum (ut res docuit) Attalus erat, qui, quantum spes spopondisset, cuperent, ni unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus, gestienti secundis rebus, inposuisset. Stratius cum eo fuit medicus, ad id ipsum a non securo Eumene Romam missus, speculator rerum, quæ a fratre agerentur, monitorque fidus, si decedi fide vidisset. Is, ad occupatas jam au-

Attalus Romæ.

Attali spes pravæ.

[z] *consilium* Crev.

[77] *Ibi aut jus publicum vanum*] Ubi publicanus est, alterutrum accidere necesse est. Aut remissius agere publicani jubebuntur: tunc jus publicum vanum erit, id est, ex jure illo publico, vel metalli, vel portorii, nihil aut perpaululum pecuniæ recipietur. Aut publicanus rigide et districte aget: tunc libertas sociis nulla erit.

[78] *Idem exercere*] Mallemus *id exercere*.

[79] *Commune consilium gentis esset*] Imo, ut recte observat Sigonius, et res ipsa clamat, *commune consilium gentis nullum esse*.

[80] *Dimidium tributi quam quod*] Ocius dele cum Gronovio *τὸ quam*. Exempla similia reperies infra capp. 26. et 29.

[81] *Advertæque gladiis*] Hæc pro desperatis habemus.

[82] *Ejus*] Magis placeret *ei contingere*.

[83] *Et illi vero negare*] Emphasin agnoscimus in particula *vero*. Itaque nihil mutandum censemus.

U. C. 585. A. C. 167. Castigantur a Stratio.

res sollicitatumque jam animum quum venisset, adgressus [84] tempestivis temporibus rem prope prolapsam restituit, 'aliis 'alia regna crevisse rebus,' dicendo: 'regnum eorum novum, 'nullis vetustis fundatum opibus, fraterna stare concordia: 'quod unus nomen regium et præcipuum capitis insigne gerat, 'omnes fratres regnent. Attalum vero, quia ætate proximus, 'quis non pro rege habeat? neque eo solum, quia tantas præ-'sentes ejus opes cernat, sed quod haud ambiguum prope 'diem regnaturum eum infirmitate ætateque Eumenis esset, 'nullam stirpem liberûm habentis:' (necdum enim agnoverat [85] eum, qui postea regnavit.) [86] 'Quid adtineret vim adferre 'rei, sua sponte mox ad eum adventuræ? Accessisse etiam 'novam tempestatem regno tumultus Gallici, cui vix consensu 'et concordia regum resisti queat. Si vero ad externum bel-'lum domestica seditio adjiciatur, sisti non posse; [87] nec aliud 'eum, quam, ne frater in regno moriatur, sibi ipsi spem pro-'pinquam regni erepturum. Si utraque gloriosa res esset, et 'servasse fratri regnum, et eripuisse; servati tamen regni, quæ 'juncta pietati sit, potiorem laudem fuisse. Sed enimvero 'quum detestabilis altera res et proxima parricidio sit, quid 'ad deliberationem dubii superesse? Utrum enim partem 'regni petiturum esse, an totum erepturum? si partem; ambo 'infirmos, distractis viribus, et omnibus injuriis obnoxios fore: 'si totum; privatumne ergo majorem frătrem, an exsulem illa 'ætate, illa corporis infirmitate, [88] an ultimum mori jussurum? 'Egregium enim (ut fabulis traditus inpiorum fratrum eventus 'taceatur) Persei exitum videri, qui ex fraterna cæde raptum 'diadema in templo Samothracum, velut præsentibus Diis 'exigentibus pœnas, ad pedes victoris hostis prostratus posu-'erit. Eos ipsos, qui, non illi amici, sed Eumeni infesti, sti-'mulent eum, pietatem constantiamque laudaturos, si fidem 'ad ultimum fratri præstitisset.'

Stratio obtemperat Attalus.

XX. Hæc plus valuere in Attali animo. Itaque introductus in senatum, gratulatus victoriam, et sua merita eo bello fratrisque, si qua erant, et Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, exposuit. Petiit, ut legatos

[84] *Tempestivis temporibus*] Lege cum Gronovio, *tempestivis sermonibus.*

[85] *Eum qui postea regnavit*] Attalum Philometora, qui regnavit post hunc Attalum patruum suum, et hærede populo Romano decessit.

[86] *Quid attineret vim afferre*] Admittimus emendationem Gronovii: *quid attinere vim afferri.*

[87] *Nec aliud eum quam*] Recte censet Dujatius hic nulla mutatione opus esse. Sufficit ex more Livii supplere *effecturum. Nec aliud eum* effecturum, *quam sibi ipsi spem propinquam regni erepturum, ne frater in regno moriatur*, id est, dum vetat ne frater in regno moriatur. Ne frater in regno moriatur, hoc assequetur ipse, ut sibi spem propinquam regni eripiat. Ceterum ingeniosa tamen est Gronovii emendatio: *Nec aliud eum fratri, quam ne in regno moriatur, sibi ipsi spem propinquam regni erepturum.*

[88] *An ultimum*] *Ultimum* hic interpretamur *ad ultimum, denique.* Particulam *an*, quam mutat Gronovius in *ad*, retinendam esse existimamus, ut tertium hoc sit divisionis membrum.

mitteret ad eos, quorum auctoritate ab armis avocarentur. His pro regni utilitate editis mandatis, Ænum sibi et Maroneam petiit. Ita destituta eorum spe, qui, fratre accusato, partitionem regni petiturum crediderant, [89] curiam [a] excessit. [90] Ut raro alias quisquam, rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium adsensu est auditus; omnibus honoribus muneribusque, et præsens est cultus, et proficiscentem prosecuti sunt. Inter multas Asiæ Græciæque legationes Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. nam quum primo in veste candida visi essent, quod gratulantes decebat, et, si sordidam vestem habuissent, lugentium Persei casum præbere speciem poterant; postquam consulti ab M. Junio consule Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent, nullum hospitale jus in iis servandum censuerunt; egressus e curia consul, quum Rhodii, gratulatum se de victoria purgatumque civitatis crimina dicentes venisse, petissent, ut senatus sibi daretur, pronunciat: 'Sociis et amicis et alia comiter atque hospitaliter præstare 'Romanos, et senatum dare consuesse: Rhodios non ita 'meritos eo bello, ut [91] amicorum sociorum numero habendi 'sint.' His auditis, prostraverunt se omnes humi, consulemque et cunctos, qui aderant, orantes, ne nova falsaque crimina plus obesse Rhodiis æquum censerent, quam antiqua merita, quorum ipsi testes essent. Extemplo, veste sordida sumta, domos principum cum precibus ac lacrimis circumibant, orantes, ut prius cognoscerent caussam, quam [92] condemnarentur.

U. C. 585.
A. C. 167.

Rhodiorum legati.

Male excepti.

XXI. M'. Juventius Thalna prætor, cujus inter cives et peregrinos jurisdictio erat, populum adversus Rhodios incitabat: rogationemque promulgaverat, 'Ut Rhodiis bellum 'indiceretur: et ex magistratibus ejus anni deligerent, qui ad 'id bellum cum classe mitteretur,' se eum sperans futurum esse.

Thalnæ rogatio contra Rhodios.

[a] *curia* Gron.

[89] *Curiam excessit*] Vulgo *curia*. At prima editio habet quomodo edidimus, teste Gronovio. Et sic sæpe Livius.

[90] *Ut raro alias*] Recte idem Gronovius delet voculam *ut*. Ceterum hic operæ pretium est supplere ea ex Polybio quæ Livius, quum cetera ex eo exscriberet, omisit, seu quia falsa putabat, seu quia Romanis parum decora, nimium indulgens cæco in patriam amori, noluit historiæ suæ inserere. Tradit ergo Polybius, legat. 93. Ænum et Maroneam primo concessas esse Attalo, et decretam legationem ad Gallos, et omnibus honoribus muneribusque eum magnifice cultum esse, quia sperabant Patres iterum illum aditurum ad eos, postulaturumque ut regnum Eumenis secum divideretur. Quæ ubi spes eos frustrata est, tum vero eos, quum etiamnum esset in Italia Attalus, liberas esse jussisse Ænum et Maroneam urbes, promissionis factæ Attalo oblitos. Præterea misisse quidem legationem ad Gallos. Sed quomodo de ea loquitur Græcus scriptor, quamvis rem clare non explicet, satis indicat ea mandata legatis data, ex quibus potius confirmarentur Gallorum animi ad bellum, quam Eumeni et Attalo conciliarentur. Idem suspicari possumus ex ipso Livio infra c. 34.

[91] *Amicorum sociorum*] Lege cum Gronovio *sociorumve*.

[92] *Condemnarentur*] Melius *condemnarent*.

U. C. 585. A. C. 167. Huic actioni M. Antonius et M. Pomponius tribuni plebis adversabantur. Sed et prætor novo maloque exemplo rem ingressus erat, quod, ante non consulto senatu, non consulibus certioribus factis, de sua unius sententia rogationem ferret, 'Vellent, juberentne, Rhodiis bellum indici?' quum antea semper prius senatus de bello consultus esset, deinde ad populum latum; [93] et tribuni plebis, quum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset; eoque persæpe evenisset, ut, qui non professi essent se intercessuros, animadversis vitiis legis [94] ex ratione dissuadentium, intercederent; et, qui ad intercedendum venissent, desisterent, victi auctoritatibus suadentium legem. Tum inter prætorem tribunosque omnia intempestive agendi certamen erat. Tribuni festinationem prætoris ante tempus intercedendo,

* * *

in adventum im-[b]

* * *

Oratio Rhodiorum in senatu.

XXII. '*** peccaverimusne, adhuc dubium est: pœnas, 'ignominias omnes jam patimur. Antea, Karthaginiensibus 'victis, Philippo, Antiocho superatis, quum Romam venissemus, ex publico hospitio in curiam gratulatum vobis, Patres 'conscripti, ex curia in Capitolium ad Deos vestros [95] dona 'ferentes[c]; nunc ex sordido deversorio, vix mercede 'recepti, ac prope hostium more extra urbem manere 'jussi, in hoc squalore venimus in curiam Romanam Rhodii, 'quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos præmiis at'que honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illy'riosque liberos esse (ut audimus) jubetis, quum servierint, 'antequam vobiscum bellarent: (nec cujusquam fortunæ in'videmus, immo agnoscimus clementiam populi Romani) 'Rhodios, qui nihil aliud quam quieverunt hoc bello, hostes 'ex sociis facturi estis? Certe quidem vos estis Romani, qui 'ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, præ vobis 'fertis, nec tam exitu eorum, [96] quod vincatis, quam prin'cipiis, quod non sine caussa suscipiatis, gloriamini. Mes'sana in Sicilia obpugnata Karthaginienses, Athenæ obpug'natæ et Græcia in servitutem petita, et adjutus Hannibal 'pecunia, auxiliis, Philippum hostem fecerunt. Antiochus

[b] *intercedendo in adventum imperatoris* sine lacunæ significatione Gron.
[c] add. *veniebamus* Gron. [*deducebamur*] Crev.

93 *Et tribuni plebis*] Supple, *novo maloque exemplo* adversabantur huic actioni.

94 *Ex ratione dissuadentium*] Gronovius emendat *ex oratione*.

95 *Dona ferentes deducebamur*] Ultima vox a nobis adjecta est. Sigonius voluerat *veniebamus*: minus aut proprie, aut eleganter.

96 *Quod vincatis*] Hoc debetur Gronovio. Antea *quod vindicatis*.

'ipse, ultro ab Ætolis hostibus vestris arcessitus, ex Asia classe U.C. 585.
'in Græciam trajecit; Demetriade, et Chalcide, et saltu Ther- A.C. 167.
'mopylarum occupato, de possessione imperii vos dejicere 'conatus. Cum Perseo socii vestri obpugnati, alii interfecti 'reguli principesque gentium aut populorum, caussa belli vobis 'fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si 'perituri sumus? Nondum segrego civitatis caussam a Polya- 'rato et Dinone, civibus nostris, et iis, quos, ut traderemus, 'vobis, adduximus. Si omnes Rhodii æque noxii essemus, quod 'nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partibus favi- 'mus; et, quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis 'adversus reges, sic nunc pro rege adversus vos stetimus. Que- 'madmodum soleamus socios juvare, et quam inpigre capessere 'bella, C. Livium, L. Æmilium Regillum interrogate, qui clas- 'sibus vestris in Asia præfuerunt. Numquam vestræ naves pug- 'navere sine nobis. nostra classe pugnavimus semel ad Samum, 'iterum in Pamphylia adversus Hannibalem imperatorem. quæ 'victoria nobis eo gloriosior est, quod, quum ad Samum mag- 'nam partem navium adversa pugna et egregiam juventutem 'amisissemus, ne tanta quidem clade territi, iterum ausi sumus 'regiæ classi ex Syria venienti obviam ire. Hæc non gloriandi 'caussa retuli, (neque enim ea nunc nostra est fortuna) sed ut 'admonerem, quemadmodum adjuvare socios solerent Rhodii.'

XXIII. 'Præmia, Philippo et Antiocho devictis, amplissima 'accepimus a vobis. Si, quæ vestra nunc est fortuna Deûm benig- 'nitate et virtute vestra, ea Persei fuisset, et præmia petitum ad 'victorem regem venissemus in Macedoniam, quid tandem di- 'ceremus? Pecuniane a nobis adjutum, an frumento? auxiliis 'terrestribus, an navalibus? quod præsidium tenuisse nos? ubi 'pugnasse aut sub illius ducibus, aut per nos ipsos? Si quære- 'ret, ubi miles noster, ubi navis intra præsidia sua fuisset; quid 'responderemus? Caussam fortasse diceremus apud victorem, 'quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos utroque de 'pace mittendo consecuti sumus,[97] ut ne ab utraque parte gratiam 'iniremus; ab altera etiam crimen et periculum esset. Quam- 'quam Perseus vere objiceret, id quod vos non potestis, Patres 'conscripti, nos principio belli misisse ad vos legatos, qui pol- 'licerentur vobis, quæ ad bellum opus essent; [98] navalibus, ar- 'mis, juventute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos 'fore. Ne præstaremus, per vos stetit, qui de quacumque caussa 'tum adspernati nostra auxilia estis. Neque fecimus igitur quid- 'quam tamquam hostes, neque bonorum sociorum defuimus 'officio; sed a vobis prohibiti præstare fuimus. Quid igitur? 'nihilne factum neque dictum est in civitate vestra, Rhodii, 'quod nolletis, quo merito offenderetur populus Romanus?

[97] *Ut ne ab utraque parte*] Lege cum Gronovio *ut ab neutra parte*.

[98] *Navalibus armis*] Hic rursus emendat Gronovius, *navibus, armis*.

U. C. 585. A. C. 167. 'Hinc jam non, quod factum est, defensurus sum, (non 'adeo insanio) sed publicam caussam a privatorum culpa 'segregaturus. Nulla enim est civitas, quæ non et inprobos 'cives aliquando, et inperitam multitudinem semper habeat. 'Etiam apud vos fuisse audivi, qui adsentando multitudini 'grassarentur: et secessisse aliquando a vobis plebem, nec in 'potestate vestra rempublicam fuisse. Si hoc in hac tam bene 'morata civitate accidere potuit, mirari quisquam potest, ali'quos fuisse apud nos, qui, regis amicitiam petentes, plebem 'nostram consiliis depravarent? qui tamen nihil ultra valu'erunt, quam ut in officio cessaremus. Non præteribo id, 'quod gravissimum est in hoc bello crimen civitatis nostræ. 'Legatos eodem tempore et ad vos, et ad Persea de pace 'misimus: quod infelix consilium furiosus (ut postea audivi'mus) orator stultissimum fecit: quem sic locutum constat, 'tamquam C. Popillius legatus Romanus, quem ad submoven'dos a bello Antiochum et Ptolemæum reges misistis, loque'retur. Sed tamen ea, sive superbia sive stultitia adpellanda 'est, eadem, quæ apud vos, et apud Persea fuit. Tam civi'tatium, quam singulorum hominum mores sunt: gentes quo'que aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, 'in Venerem proniores aliæ sunt. Atheniensium populum 'fama est celerem et supra vires audacem esse ad conandum: 'Lacedæmoniorum cunctatorem, et vix in ea, quibus fidit, 'ingredientem. Non negaverim, et totam Asiæ regionem 'inaniora parere ingenia, et nostrorum tumidiorem sermonem 'esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur; et 'id ipsum non tam viribus nostris, quam vestris honoribus ac 'judiciis. Satis quidem et tunc in præsentia castigata illa 'legatio erat, cum tam tristi responso vestro dimissa. si tum 'parum ignominiæ pensum est, hæc certe tam miserabilis ac 'supplex legatio etiam insolentioris, quam illa fuit, legationis 'satis magnum piaculum esset. Superbiam, verborum præ'sertim, iracundi oderunt, prudentes inrident; utique si in'ferioris adversus superiorem est: capitali pœna nemo um'quam dignam judicavit. Id enimvero periculum erat, ne 'Romanos Rhodii contemnerent. Etiam Deos aliqui verbis 'ferocioribus increpant, nec ob id quemquam fulmine ictum 'audimus.'

XXIV. 'Quid igitur superat, quod purgemus, si nec factum hos'tile ullum nostrum est, et verba tumidiora legati obfensionem au'rium, non perniciem civitatis, meruerunt? [99] Voluntatis nostræ 'tacitæ velut litem æstimari vestris inter vos sermonibus audio,

[99] *Voluntatis nostræ tacite*] Amplectimur sine ulla dubitatione emendationem Perizonii: *voluntatis nostræ tacitæ*. Rhodii modo probaverunt nullum suum factum hostile esse; dicta superba, sed contemnenda. Superest explendenda tacita voluntas. Nec causa erat, ut recte observat Perizonius, senatoribus Romanis, cur tacita continerent ea quæ de Rhodiis sentiebant. *Voluntatis æstimare litem* est expendere quam mulctam pœnamve voluntas mala mereatur.

'Patres conscripti: favisse nos regi, et illum vincere maluisse; 'ideo bello persequendos esse credunt. Alii vestrûm, voluisse 'quidem nos hoc, non tamen ob id bello persequendos esse: 'neque moribus, neque legibus ullius civitatis ita comparatum 'esse, ut, si quis vellet inimicum perire, [1] si nihil fecerit, quo id 'fiat, capitis damnetur. His, qui nos pœna, non crimine, li'berant, gratiam quidem habemus: ipsi nobis hanc dicimus 'legem; si omnes voluimus, quod arguimur, non distinguimus 'voluntatem a facto; omnes plectamur. Si alii principum nos'trorum vobis, alii regi faverunt; non postulo, ut propter nos, 'qui partium vestrarum fuimus, regis fautores salvi sint: illud 'deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non estis vos illis 'infestiores, quam civitas ipsa; [2] et hoc qui sciebant, plerique 'eorum aut profugerunt, aut mortem sibi consciverunt. alii, 'damnati a nobis, in potestate vestra erunt, Patres conscripti. 'Ceteri Rhodii, sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne 'pœnam quidem sumus. Priorum nostrorum benefactorum 'cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, expleat. Cum 'tribus regibus gessistis bella per hos annos. ne plus obsit no'bis, quod uno bello cessavimus, [3] quam quod duobus bellis pro 'vobis pugnavimus. Philippum, Antiochum, Persea, tamquam 'tres sententias, ponite. duæ nos absolvunt: [4] una dubia est, ut 'gravior sit. [5] Illi de nobis si judicarent, damnati essemus. vos 'judicate, Patres conscripti, sit Rhodus in terris, an funditus 'deleatur. Non enim de bello deliberatis, Patres conscripti, 'quod inferre potestis, gerere non potestis; quum nemo Rho'diorum arma adversus vos laturus sit. Si perseverabitis in ira, 'tempus a vobis petemus, quo hanc funestam legationem do'mum referamus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum 'virorum, feminarum est, cum omni pecunia nostra naves 'conscendemus; ac, relictis penatibus publicis privatisque, 'Romam veniemus: et, omni auro et argento, quidquid pub'lici, quidquid privati est, in comitio, in vestibulo curiæ ves'træ, cumulato, corpora nostra conjugumque ac liberorum 'vestræ potestati permittemus, hic passuri, quodcumque pati-

U. C. 586. A. C. 167.

[1] *Si nihil fecerit*] Vetus exemplar habuit, teste Gronovio, *ut si nihil fecerit*. Doleverunt τὸ *ut* editores, tanquam supervacuum. At Gronovius etiam scripsisse Livium credit, *ut is si nihil fecerit*. Vid. supra l. XXII. c. 11. et l. XXXVI. c. 3.

[2] *Et hoc qui sciebant*] Legit Perizonius, *et hoc quia sciebant*.

[3] *Quam quod*] Lege *quam prosit quod*.

[4] *Una dubia est, ut gravior sit*] Hunc locum mendi arguit Gronovius: sed immerito. *Una* sententia, inquiunt Rhodii, *ut gravior sit*, id est, etiamsi severior, durior sit, *dubia est*. Si quis, inquiunt, benigne de nobis judicare vellet, etiam in bello adversus Persea nos aliqua in parte socialibus officiis non defuisse existimaret, quum nostram Romanis operam initio hujus belli polliciti fuerimus. Sed si severius ac gravius rem æstimare velit; nihil amplius facere poterit, quam ut de nostra erga Romanos fide dubitet. Dubia erit ejus sententia: non absolvet nos quidem, sed nec damnabit.

[5] * *Illi*] Philippus, Antiochus, atque etiam Perseus.

U. C. 585. A. C. 167. 'endum erit. procul ab oculis nostris urbs nostra diripiatur, 'incendatur. Hostes Rhodios esse, Romani judicare possunt: 'est tamen et nostrum aliquod de nobis judicium, [6] quo 'numquam judicabimus nos vestros hostes: nec quidquam 'hostile, etiam si omnia patiemur, faciemus.'

XXV. [7] Secundum talem orationem universi rursus procidrerunt, ramosque oleæ supplices jactantes, tandem excitati, curia excesserunt. Tunc sententiæ interrogari cœptæ. Infestissimi Rhodiis erant, qui consules prætoresve aut legati gesserant in Macedonia bellum. Plurimum caussam eorum adjuvit M. Porcius Cato; qui, asper ingenio, tum lenem mitemque senatorem egit. [8] Non inseram simulacrum viri copiosi, quæ dixerit, referendo: [9] ipsius oratio scripta exstat, Originum quinto libro inclusa. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii permanerent. [10] Philocrates et Astymedes principes legationis erant. Partem cum Philocrate renunciare Rhodum legationem placuit, partem cum Astymede Romæ subsistere, [11] quæ[d] agerentur, sciret, certioresque suos faceret. In præsentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaque [12] jusserunt præfectos. Hæc Rhodum nunciata, quæ per se tristia fuissent, quia majoris mali levatus erat timor, quum bellum timuissent, in gaudium renunciata verterunt. Itaque extemplo coronam [13] viginti millium aureorum decreverunt: [14] Theodotum, præfectum classis, in eam legationem miserunt. Societatem ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re scitum [15] populi fieret, aut literis mandaretur: [16] quod, nisi impetrarent, major repulsis ignominia esset.

Rhodiis nanceps responsum datum.

Rhodii societatem a Rom. petunt.

[d] [ut] *quæ* Crev. *qui quæ* Rup.

6 *Quo nunquam judicabimus*] Nescimus unde invectum fuerit illud *quo*. Veteres editi habent *quod*, quomodo legit et ipse Gronovius, ut ex ejus nota apparet. Reponit ille *qui*: atque id melius videtur.

7 *Secundum talem orationem*] Longe diversam habuit orationem Astymedes, quam edidisse eum in vulgus tradit Polybius, legat. 93. qui et hoc gravissime reprehendit, quod Rhodius orator ita suos liberare culpa conaretur, ut Græcos ceteros accusaret.

8 * *Non inseram*] Non inseram hoc loco imaginem adumbratam eloquentiæ Catonis, scribendo orationem tanquam ab illo habitam.

9 *Ipsius oratio scripta exstat*] Ejus orationis multa capita refert, et defendit adversus Tironem A. Gellius l. VII. c. 3.

10 *Philocrates et Astymedes principes legationis*] Duplicem legationem a Rhodiis missam esse docet Polybius ibid. quarum alterius Philocrates, alterius Astymedes princeps erat.

11 *Ut quæ agerentur sciret*] Particulam *ut* addidit Clericus. Gronovius legit: *qui quæ agerentur scirent, certioresque suos facerent*. Elige utrum malis.

12 * *Jusserunt*] Patres Romani.

13 *Viginti millium aureorum*] Polybius habet tantummodo *decem*. Viginti millia aureorum æquiparantur pondere marcis nostratibus 625. Ejusdem pretii et ponderis coronam obtulisse legati Pamphylii memorantur, supra l. XLIV. c. 14.

14 *Theodotum*] Theætetum vocat Polybius.

15 *Populi*] Rhodii.

16 *Quod, nisi impetrarent*] Quia, si non impetrarent, postquam populus et universa civitas id postulandum decresset, major ignominia futura erat repulsis, quam si præfectus classis id quasi suo nomine petere videretur.

Præfecti classis id unius erat jus, ut agere de ea re sine rogatione ulla perlata posset. nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut sociali fœdere se cum Romanis non inligarent ob nullam aliam caussam, quam ne spem regibus abscinderent auxilii sui, si cui opus esset, neu sibi ipsis fructus ex benignitate et fortuna eorum percipiendi. Tunc utique petenda societas videbatur; non quæ tutiores eos ab aliis faceret, (nec enim timebant quemquam, præter Romanos) sed quæ ipsis Romanis minus suspectos. Sub idem fere tempus et Caunii descivere ab his, et Mylasenses Euromensium oppida occuparunt. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non sentirent, si Lycia et Caria ademtæ ab Romanis forent, cetera aut se ipsa per defectionem liberarent, aut a finitimis occuparentur, includi se insulæ parvæ et sterilis agri litoribus, quæ nequaquam alere tantæ urbis populum posset. missa igitur juventute, propere et Caunios, quamquam Cibyratarum adsciverant auxilia, coëgerunt imperio parere; et Mylasenses Alabandenosque, qui, Euromensium provincia ademta, ad ipsos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.

U. C. 585.
A. C. 167.

XXVI. Dum hæc ibi, alia in Macedonia, alia Romæ geruntur; interim in Illyrico L. Anicius, rege Gentio, sicut ante dictum est, in potestatem redacto, Scodræ, quæ regia fuerat, præsidio inposito Gabinium præfecit, Rhizoni et [17] Olcinio urbibus opportunis C. Licinium. Præpositis his Illyrico, cum reliquo exercitu in Epirum est profectus. ubi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum infulis obviam effusa. hic præsidio inposito, in Molossidem transgressus: cujus omnibus oppidis, præter Passaronem, et Tecmonem, et Phylacen, et Horreum, receptis, primum ad Passaronem ducit. Antinous et Theodotus principes ejus civitatis erant, insignes et favore Persei, et odio adversus Romanos: iidem universæ genti auctores desciscendi ab Romanis. Hi conscientia privatæ noxæ, quia ipsis nulla spes veniæ erat, ut communi ruina patriæ obprimerentur, clauserunt portas, multitudinem, ut mortem servituti præponerent, hortantes. Nemo adversus præpotentes viros hiscere audebat. Tandem Theodotus quidam, nobilis et ipse adolescens, quum major a Romanis metus timorem a principibus suis vicisset, 'Quæ 'vos rabies,' inquit, 'agitat, qui duorum hominum noxæ [18] ci-

Anicii res gestæ in Epiro.

[17] *Olcinio*] Hæc est vera hujus nominis scriptura, quam exhibet prima editio, et retinuit quoque Sigonius. Alii editi *Olcinio*. Sed bis infra incolæ ejus oppidi nominantur *Olciniatæ*: et eodem modo a Ptolemæo ipsam urbem nominari observat Cellarius, Ὀλκίνιον.

[18] *Civitatis accessionem facitis*] Longe elegantius est, quod suggerit Gronovius, *civitatem*: nec dubitamus sic dedisse Livium. Sensus est: qui vultis civitatem sequi fortunam duorum noxiorum capitum.

U. C. 585. A. C. 167. 'vitatis accessionem facitis? Equidem pro patria qui letum obpetissent, sæpe fando audivi: qui patriam pro se perire æquum censerent, hi primi inventi sunt. Quin aperimus portas, et imperium accipimus, quod orbis terrarum accepit?' Hæc dicentem quum multitudo sequeretur, Antinous et Theodotus in primam stationem hostium inruperunt, atque ibi, obferentes se ipsi vulneribus, interfecti. urbs dedita est Romanis. Simili pertinacia [19] Cephali principis clausum Tecmonem, ipso interfecto, per deditionem recepit. Nec Phılace, nec Horreum, obpugnationem tulerunt. Pacata Epiro, divisisque in hiberna copiis per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum, Scodræ, quo quinque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit. Ibi pro tribunali pronunciavit de sententia consilii: 'Senatum populumque Romanum Illyrios esse liberos jubere. præsidia ex omnibus oppidis, arcibus, et castellis sese deducturum. Non solum liberos, sed etiam inmunes fore Issenses, et Taulantios, Dassaretiorum [20] Pirustas, Rhizonitas, Olciniatas, quod, incolumi Gentio, ad Romanos defecissent. Daorseis quoque inmunitatem dare; quod, relicto Caravantio, cum armis ad Romanos transissent. Scodrensibus, et Dassarensibus, et [21] Selepitanis, ceterisque Illyriis, vectigal dimidium ejus, quod regi [22] pendissent.' Inde in tres partes Illyricum divisit. [23] unam eam fecit, quæ supra dicta est; alteram Labeatas omnes; tertiam [24] Agravonitas, et Rhizonitas, et Olciniatas, adcolasque eorum. hac formula dicta in Illyrico, ipse in Epiri Passaronem in hiberna rediit.

Decretum de Illyriis.

XXVII. Dum hæc in Illyrico geruntur, Paullus ante adventum decem legatorum Q. Maximum filium, jam ab Roma regressum, ad Æginium et Agassas diripiendas mittit: Agassas, quod, quum Marcio consuli tradidissent urbem, petita ultro societate Romana, defecerant rursus ad Persea: Æginiensium novum crimen erat. famæ de victoria Romanorum fidem non habentes, in quosdam militum, urbem

[M]acedoniæ tres urbes direptæ Rom.

[19] *Cephali principis*] Sic nomen hujus insignis viri edunt et Polybius in Excerpt. de Virt. et Vit. l. XXVII. et ipse Livius supra l. XLIII. c. 18. Vulgati hic habent *Cephalonis*.

[20] *Pirustas*] Sic legi jussit Sigonius ex Ptolemæo et Strabone. Antea *Tirustas*.

[21] *Selepitanis*] Dujatius suspicatur hoc nomen corruptum esse ex *Separis*, *Epetitinis*, qui apud Plinium appellantur, l. III. c. 22. Sed fortasse non est quod miremur ignotum nobis populi nomen occurrere: nec quidquid ignoramus, statim pro suspecto habendum est.

[22] *Pendissent*] Usitatius foret *pependissent*. Vid. tamen de hoc verbo Nov. Method. Ling. Lat.

[23] *Unam eam fecit, quæ supra dicta est*] Ubinam? Vel hic aliqua intercidērunt, vel rem non parum sane fastidiosam indiligentius transcurrit Livius: Ut ut sit, certe haud facile definiri potest ex antecedentibus, quos populos habuerit prima hæc Illyrici pars.

[24] *Agravonitas*] Fortasse *Ascrivionitas*. Ascrivium urbs est Dalmatiæ, memorata Plinio et Ptolemæo. DUJATIUS. Sed ab *Ascrivio* urbe non bene formaretur nomen gentilitium *Ascrivionitæ*. Liceat aliqua ignorare.

ingressos, hostiliter sævierant. Ad Æniorum quoque hostiliter urbem diripiendam L. Postumium misit, quod pertinacius, quam finitimæ civitates, in armis fuerant. Autumni fere tempus erat; cujus temporis initio circumeundam Græciam, visendaque, [25] quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur, ut statuit, præposito castris C. Sulpicio Gallo, profectus cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipione filio et Athenæo Eumenis regis fratre, per Thessaliam Delphos petit, inclitum oraculum: ubi, sacrificio Apollini facto, inchoatas in vestibulo columnas, quibus imposituri statuas regis Persei fuerant, suis statuis victor destinavit. Lebadiæ quoque templum [26] Jovis Trophonii adiit. ibi quum vidisset os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt, sacrificio Jovi Hercynnæque facto, quorum ibi templum est, Chalcidem ad spectaculum [27] Euripi * [e] ævoque ante insulæ, [f] ponte continenti junctæ, descendit. A Chalcide Aulidem trajicit, trium millium spatio distantem, portum inclitum statione quondam mille navium Agamemnoniæ classis, Dianæque templum, ubi navibus cursum ad Trojam, filia victima aris admota, rex ille regum petiit. Inde Oropum Atticæ ventum est; [28] ubi pro Deo vates Amphilochus colitur, templumque vetustum est, fontibus rivisque circa amœnum. Athenas inde, [29] plenas quidem et ipsas vetustate famæ, multa tamen visenda habentes: arcem, [30] portus, muros Piræeum urbi jungentes, [31] navalia magnorum imperatorum, simulacra Deorum hominumque, omni genere et materiæ et artium insignia.

U. C. 585. A. C. 167.

Paullus Græciam peragrat.

XXVIII. Sacrificio Minervæ præsidi arcis in urbe facto

[e] abest nota lacunæ Crev.

[f] *Euripi Eubœæque insulæ* Rup.

[25] *Quæ . . . magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur*] Quæ vulgo plerique auribus accipere satis habent, nec curant etiam noscere oculis.

[26] *Jovis Trophonii*] De Trophonii oraculo, et Hercynna, quæ infra nominatur, vid. Pausaniam in Bœoticis. Ibi fuse descriptum reperies et locum ipsum, et ritum consulendi oraculi. Ceterum male hic olim legebatur *Trophonis*. Correxit Sigonius.

[27] *Euripi ævoque ante insulæ*] Lege *Euripi Eubœæque insulæ*: quod dudum monuerunt Sigonius et Gronovius.

[28] *Ubi pro deo vates Amphilochus colitur*] Non sine causa existimat Dujatius Livium hoc loco *Amphilochum* dixisse pro *Amphiarao*. Vid. Pausaniam in Atticis.

[29] *Plenas quidem et ipsas vetustate famæ, multa tamen*] Plenas quidem monumentis vetustatis, quæ nihil aliud insigne habeant, quam quod repræsentant heroicorum temporum memoriam; multa tamen habentes, quæ per se ipsa, et ob structuræ magnificentiam, aut excellentiam artificii, visenda sint.

[30] *Portus*] In Piræeo solo tres erant portus. Præterea et duos alios ad Munychiam et ad Phalerum portus habebant Athenienses. Vid. Pausan. Att. initio.

[31] *Navalia magnorum imperatorum*] Navalia non sunt imperatorum, sed populi. Videtur excidisse aliqua vox, puta *monumenta*, aut alia non absimilis sensus. Sic igitur legendum et distinguendum erit: *navalia, magnorum imperatorum monumenta, simulacra deorum hominumque.*

U. C. 585. A. C. 167.

profectus, Corinthum altero die pervenit. urbs erat tunc præclara [32] ante excidium. arx quoque et Isthmus præbuere spectaculum: [33] arx inter omnia in inmanem altitudinem edita, scatens fontibus: Isthmus duo maria, ab occasu et ortu solis finitima, artis faucibus dirimens. Sicyonem inde et Argos nobiles urbes adit: inde haud parem opibus Epidaurum, sed inclitam Æsculapii nobili templo; quod, quinque millibus passuum ab urbe distans, nunc vestigiis revulsorum donorum, tum donis dives erat, quæ remediorum salutarium ægri mercedem sacraverant Deo. Inde Lacedæmonem adit, non operum magnificentia, sed disciplina institutisque memorabilem: unde per Megalopolim Olympiam adscendit. Ubi et alia quidem spectanda visa, et, Jovem velut præsentem intuens, [34] motus animo est. Itaque, haud secus quam si in Capitolio inmolaturus esset, sacrificium amplius solito adparari jussit. Ita peragrata Græcia, ut nihil eorum, quæ quisque Persei bello [35] privatim aut publice sensisset, inquireret, ne cujus metu sollicitaret animos sociorum, [36] Demetriadem quum revertit, in itinere sordidata turba Ætolorum obcurrit; mirantique et percunctanti, quid esset, defertur, quingentos quinquaginta principes ab Lycisco et Tisippo, circumsesso senatu per milites Romanos, missos a Bæbio præside, interfectos; alios in exsilium actos esse: bonaque eorum, qui interfecti essent, et exsulum [37] possidere, qui arguebant. Jussis Amphipolim adesse, ipse, convento Cn. Octavio Demetriade, postquam fama accidit, trajecisse jam mare decem legatos, omnibus aliis omissis, [38] Apolloniam ad eos pergit. quo quum Perseus obviam Amphipoli nimis soluta custodia processisset, (id diei iter est) ipsum quidem benigne adlocutus est: ceterum, postquam in castra ad Amphipolim venit, graviter increpuisse traditur C. Sulpicium: primum, quod Persea tam procul a se vagari per provinciam [39] passus esset [g]: deinde, quod adeo indulsisset militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur. referrique tegulas et resarciri tecta, sicut fuerant, jussit. Et Persea quidem

Redit Paullus in Macedoniam.

[g] *est* Crev.

[32] *Ante excidium*] Corinthus excisa a Mummio est, altero et vicesimo post hunc anno.

[33] *Arx inter omnia*] Felicissime Gronovius: *arx intra mœnia*. Docet enim Strabo l. VIII. p. 379. Acrocorinthum communi cum urbe muro cinctam fuisse.

[34] *Motus animo est*] Plutarchus refert memorabile Æmilii dictum: Phidias solus, inquit, effinxisse videtur eum Jovem quem cecinit Homerus.

[35] *Privatim ac publice*] Magis placeret *aut publice*, quomodo legitur in prima editione, teste Hearnio.

[36] *Demetriadem quum revertit*] Malit Gronovius *revertisset*.

[37] *Possidere, qui arguebant*] Eos qui arguebant, sive accusatores.

[38] *Apolloniam*] Intellige Apolloniam Chalcidicam, sitam inter Chabrium et Strymona fluvios.

[39] *Passus est*] Lege cum Gronovio *esset*.

cum majore filio Philippo, traditos A. Postumio, in custodiam misit: filiam cum minore filio, a Samothrace adcitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit. U. C. 585. A. C. 167.

XXIX. Ipse, ubi dies venit, quo [40] adesse Amphipoli denos principes civitatium jusserat, literasque omnes, quæ ubique depositæ essent, et pecuniam regiam conferri, cum decem legatis, circumfusa omni multitudine Macedonum, in tribunali consedit. Adsuetis regio imperio tamen novum formam terribilem præbuit tribunal, [41] submotor aditus, præco, adscensus, insueta omnia oculis auribusque; [42] quæ vel socios, nedum hostes victos, terrere possent. Silentio per præconem facto, Paullus Latine, quæ senatui, quæ sibi ex consilii sententia visa essent, pronunciavit: ea Cn. Octavius prætor (nam et ipse aderat) interpretata sermone Græco referebat. 'Omnium primum liberos esse jubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus: tributum dimidium ejus, quod pependissent regibus, pendere populo Romano. Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam. unam fore et primam partem, quod agri inter Strymonem et Nessum amnem sit: [43] accessurum huic parti trans Nessum, ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, præter Ænum, et Maroneam, et Abdera; trans Strymonem autem vergentia ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticen adpellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, præter Sinticen Heracleam et Bisaltas: ab occasu qua Axius terminaret fluvius, additis [44] Pæonibus, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu, cingunt: ad septentrionem Bora mons objicitur. adjecta huic parti regio Pæoniæ, qua ab occasu præter Axium amnem porrigitur: Edessa quoque et Berœa eodem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem, una parte confinis Illy-

Amphipoli res Macedoniæ componit.

Decretum de Macedonibus.

[40] *Adesse Amphipoli . . . . jusserat* Imo *Amphipolim:* ut supra *jussis Amphipolim adesse.*

[41] *Summotor aditus*] Lictor qui summoveret obvios, nec adire ad proconsulem sineret.

[42] *Quæ vel socios, nedum hostes victos, terrere possent*] Si hæc sana sunt, habes exemplum particulæ *nedum* sumptæ pro *non solum:* quod vulgo negant rectum esse Grammatici. Sed et ipse Cicero eodem sensu illam usurpavit, l. x. ad Att. ep. 16. *Tu quoniam quartana cares, et nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem.* Sic enim plurimos scriptos habere testantur omnes fere interpretes. Et rursus Balbus et Oppius in ep. ad Cic. lib IX. ad Att. *Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent.* Itaque non plane fortasse assentiendum est hac in re communi Grammaticorum opinioni.

[43] *Accessurum huic parti trans Nessum, ad Orientem versum*] Supple ex præcedentibus *agrum*, sive *quod agri sit.* * Sed melius omnino legeretur *versus.*

[44] *Pæonibus*] Hic mendum vulgatissimum insederat antiquum codicem. Legebatur nimirum *Pæonis.* Correxit Gronovius.

U. C. 585. A. C. 167. 'rico, altera Epiro. Capita regionum, ubi concilia fierent, 'primæ regionis Amphipolim, secundæ Thessalonicen, tertiæ 'Pellam, quartæ Pelagoniam fecit. Eo concilia [45] suæ cujus- 'que regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creari 'jussit.' Pronunciavit deinde, '[46] neque connubium, neque 'commercium agrorum ædificiorumque inter se placere cui- 'quam extra fines regionis suæ esse. Metalla quoque auri 'atque argenti non exerceri: ferri et æris permitti.' vectigal exercentibus dimidium ejus inpositum, quod pependissent regi. Et sale invecto uti vetuit. Dardanis repetentibus Pæoniam, quod et sua fuisset, et continens esset finibus suis, 'omnibus dare libertatem' pronunciavit, 'qui sub regno 'Persei fuissent.' Post non impetratam Pæoniam, [47] salis commercium dedit: tertiæ regioni imperavit, ut Stobos Pæoniæ deveherent, pretiumque statuit. Navalem materiam et ipsos cædere, et alios pati vetuit. Regionibus, quæ adfines barbaris essent, (excepta autem tertia, omnes erant) permisit, ut præsidia armata in finibus extremis haberent.

XXX. Hæc, pronunciata primo die conventus, varie adfecerunt animos. Libertas præter spem data adrexit, et [h] levatum annuum vectigal. Regionatim commerciis interruptis [48] ita videri lacerata, tamquam animalia in artus, alterum alterius indigentes, distracta: adeo, quanta Macedonia esset, quam [49] divisui facilis, [50] et a se ipsa quæque contemta pars esset, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros, ([51] trans Nessum amnem incolunt et circa Strymonem) et multas frugum proprietates, et metalla, et opportunitatem Amphipolis: quæ objecta claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes, Thessalonicen et Cassandriam, habet; ad hoc Pallenen, fertilem ac frugiferam terram: maritimas quoque opportunitates ei præbent

Partes Macedoniæ quatuor.

[h] *et* del. Gron.

[45] *Suæ cujusque regionis*] Potius *sua*, inquit Gronovius. Vid. supra l. III. c. 22. et l. XXV. c. 17.

[46] *Neque connubium, neque commercium*] Jam olim similis lex a Romanis dicta Latinis et Hernicis, VIII. 14. IX. 43.

[47] *Salis commercium dedit*] Permisit Dardanis salem ex Macedonia mercari: quem ut facilius Dardani habere possent, imperavit tertiæ regioni, ubi nimirum maxima salis copia erat, ut Stobos deveherent, quod oppidum haud procul aberat a Dardanorum finibus.

[48] *Ita videri lacerata*] Nihil est ad quod referri possit τὸ *lacerata*. Lege omnino *lacerati*, nempe ipsi Macedones.

[49] *Divisui facilis*] Fortasse scripsit Livius *divisu*. Sed tamen tam videtur dici posse regio *divisui facilis*, quam *cibus facillimus ad concoquendum*, quomodo locutus est Cicero, l. II. de Fin. c. 20.

[50] *Et a se ipsa quæque contempta pars*] Dubitari non potest, quin Livius scripserit, *et se ipsa quæque contenta pars esset*: id est, quam sibi ipsa quæque pars sufficeret.

[51] *Trans Nessum amnem incolunt*] Imo *citra Nessum*, si reliquam Macedoniam respicias, et Romam quoque, ubi Livius scribebat.

portus ad Toronen ac montem Atho, ([52] Æneæ vocant hunc) U.C. 585.
alii ad insulam Eubœam, alii ad Hellespontum opportune A.C. 167.
versi. Tertia regio nobiles urbes, Edessam et Berœam et Pellam, habet, et Vettiorum bellicosam gentem: incolas quoque permultos Gallos et Illyrios, inpigros cultores. Quartam regionem Eordæi et Lyncestæ et Pelagones incolunt: juncta his Atintania, et [53] Stymphalis, et Elimiotis. frigida hæc omnis, duraque cultu, et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terræ similia habet. ferociores eos et adcolæ barbari faciunt; nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos. Divisæ itaque Macedoniæ partium usibus separatis, [54] quanta universos teneat Macedonas, formula dicta, [55] quum leges quoque se daturum ostendisset.

Judicium de Ætolis.

XXXI. Ætoli deinde citati: in qua cognitione magis, utra pars Romanis, utra regi favisset, quæsitum est, quam utri fecissent injuriam, aut accepissent. Nox liberati interfectores: exsilium pulsis æque ratum fuit, ac mors interfectis. A. Bæbius unus est damnatus, quod milites Romanos præbuisset ad ministerium cædis. Hic eventus Ætolorum caussæ in omnibus Græciæ gentibus populisque eorum, qui partis Romanorum fuerant, inflavit ad intolerabilem superbiam animos; et obnoxios pedibus eorum subjecit, quos aliqua parte suspicio favoris in regem contigerat.

Assentatorum Romanæ potentiæ superbia.

Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quæ adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, sibi privatim opes obpressis faciebant civitatibus: medium unum, utrique generi adversum, libertatem et leges tuebatur. His ut major apud suos caritas, ita minor apud externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis ejus fautores, soli tum in magistratibus, soli in legationibus erant. Hi quum frequentes et ex Peloponneso, et ex Bœotia, et ex aliis Græciæ conciliis adessent, inplevere aures decem legatorum: 'Non eos tantum, 'qui se propalam [56] per vanitatem jactassent, tamquam hos-'pites et amicos Persei, sed multo plures alios ex occulto 'favisse. reliquos per speciem tuendæ libertatis in conciliis 'adversus Romanos omnia instruxisse. nec aliter eas mansu-'ras in fide gentes, nisi, fractis animis partium, aleretur

[52] *Æneæ vocant hunc*] *Hunc*, id est, portum ad montem Atho, *vocant Æneæ* portum.

[53] *Stymphalis*] Probat Cellar. Geograph. Ant. l. II. c. 13. legendum esse *Stymphæis*, vel *Stymphæa*; cujus incolæ *Stymphæi*, qui iidem a Strabone Τυμφαῖοι appellantur.

[54] *Quanta universos teneat Macedonas*] Hoc corruptum est. Emendat Sigonius: *quæ universos teneret Macedonas formula dicta*: * id est, forma quædam regiminis præscripta fuit, quam non hæc aut illa pars Macedoniæ, sed universi Macedones, sequi juberentur.

[55] * *Quum leges quoque*] Atque etiam se leges iis daturum promisit Æmilius: quod et revera exsecutus esse memoratur, infra c. 32.

[56] * *Per vanitatem*] Per inconsultam levitatem.

U. C. 585. A. C. 167.

Inquisitiones in eos qui faverant Perseo.

'confirmareturque auctoritas eorum, [57] qui nihil præter imperium Romanorum spectarent.' Ab his editis nominibus, evocati [58] literis imperatoris ex Ætolia, Acarnaniaque, et Epiro, et Bœotia, qui Romam ad caussam dicendam sequerentur: in Achaiam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius et Cn. Domitius, ut ipsi edicto evocarent. Id duabus de caussis factum: una, quod fiduciæ plus animorumque esse Achæis ad non parendum credebant, et forsitan etiam in periculo fore Callicratem et ceteros criminum auctores delatoresque: altera, cur præsentes evocarent, caussa erat, quod ex aliis gentibus principum literas deprehensas in commentariis regiis habebant: in Achæis cæcum erat crimen, nullis eorum literis inventis. Ætolis dimissis, Acarnanum citata gens: in his nihil novatum, nisi quod Leucas exemta est Acarnanum concilio. Quærendo deinde latius, qui publice aut privatim partium regis fuissent, in Asiam quoque cognitionem extendere: et ad Antissan in Lesbo insula diruendam, traducendos Methymnam Antissæos, Labeonem miserunt; quod Antenorem, regium præfectum, quo tempore cum lembis circa Lesbum est vagatus, portu receptum commeatibus juvissent. Duo securi percussi viri insignes; Andronicus Andronici filius Ætolus, quod, patrem secutus, arma contra populum Romanum tulisset: et Neo Thebanus, [59] quo auctore societatem cum Perseo junxerant.

Principes Macedones in Italiam ablegati.

XXXII. His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus advocatum concilium: pronunciatum, [60] 'Quod ad statum Macedoniæ pertinebat, senatores, quos 'Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio respublica 'administraretur.' Nomina deinde sunt recitata principum Macedonum, quos cum liberis, majoribus quam quindecim annos natis, præcedere in Italiam placeret. Id, prima specie sævum, mox adparuit multitudini Macedonum pro libertate sua esse factum. nominati sunt enim regis amici purpuratique, duces exercituum, præfecti navium aut præsidiorum; servire regi humiliter, aliis superbe imperare adsueti: prædivites alii, alii, quos fortuna non æquarent, his sumtibus pares: regius omnibus victus vestitusque: nulli civilis ani-

[57] *Qui nihil præter imperium Romanorum exspectarent*] Lege cum Gronovio, *spectarent*.

[58] *Litteris imperatoris*] Has litteras invitus dedit Æmilius, ut discimus ex Polybio, Legat. 94. qui testatur ei nullo modo placuisse calumnias illas assentatorum Romanæ potentiæ, idque eum rebus ipsis satis significasse affirmat. Vid. et nostrum supra c. 28.

[59] *Quo auctore societatem cum Perseo junxerant*] Quidam? Excidit nomen, vel Thebanorum, vel Bœotorum. De Bœotis in universum ut accipiamus, magis inclinat animus, ob ea quæ habet Livius supra l. XLII. capp. 42. et 43. Adde et Polyb. Legat. 63.

[60] *Quod ad statum Macedoniæ pertinebat*] Lege *pertineat*: siquidem hæc sunt verba legatorum Romanorum.

mus, neque legum neque libertatis æquæ patiens. Omnes igitur, qui in aliquibus ministeriis regiis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, jussi Macedonia excedere, atque in Italiam ire: qui non paruisset imperio, mors denunciata. Leges Macedoniæ dedit cum tanta cura, ut non hostibus victis, sed sociis bene meritis, dare videretur: et quas ne usus quidem longo tempore (qui unus est legum conrector) experiendo argueret. Ab seriis rebus ludicrum, quod ex multo ante præparato, et in Asiæ civitates, et ad reges missis, qui denunciarent, et quum circumiret ipse Græciæ civitates, indixerat principibus, magno adparatu Amphipoli fecit. Nam et [61] artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, et athletarum, et nobilium equorum convenit: et legationes cum victimis, et quidquid aliud Deorum hominumque caussa fieri magnis ludis in Græcia solet. Ita factum est, ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulæ quoque legationibus paratæ et opulentia et cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant, et convivium instruere, et ludos parare ejusdem esse, qui vincere bello sciret.

U. C. 585.
A. C. 167.

Leges datæ.

XXXIII. Edito ludicro omnis generis, clipeisque æreis in naves inpositis, cetera omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, [62] Luamque matrem, et ceteros Deos, quibus spolia hostium dicare jus fasque est, ipse imperator, face subdita, succendit. deinde circumstantes tribuni militum pro se quisque ignes conjecerunt. Notata est in illo conventu Europæ Asiæque, undique partim ad gratulationem, partim ad spectaculum contracta multitudine, tantis navalibus terrestribusque exercitibus, ea copia rerum, [63] ea vilitas annonæ; ut et privatis, et civitatibus, et gentibus, dona data pleraque ejus generis sint ab imperatore, non in usum modo præsentem, sed etiam quod domos aveherent. Spectaculo fuit ei, quæ venerat, turbæ non scenicum magis ludicrum, non certamina hominum, aut curricula equorum, quam præda Macedonica omnis, ut viseretur, exposita statuarum, tabularumque, textilium, et vasorum ex auro et argento et ære et ebore [64] factorum ingenti cura in ea regia: ut non in præsentem modo speciem, qualibus referta regia Alexandriæ erat, sed in perpetuum usum fierent. Hæc, in classem in-

Munificentia Paulli.

[61] *Artificum*] Vid. not. 2. ad l. v. c. 1.

[62] *Luamque matrem*] Sic recte Turnebus, quum prius legeretur *Lunam*. Vid. not. 2. ad l. VIII. c. 1.

[63] *Ea vilitas annonæ*] Hoc debetur Sigonio. Prius *ea utilitas*.

[64] *Factorum ingenti cura in ea regia*] Quæ vasa facta erant ingenti cura in regia Pellæ. * Huic opponitur mox, in iis quæ sequuntur, regia Alexandriæ.

U. C. 585. A. C. 167. posita, devehenda Romam Cn. Octavio data. Paullus, benigne legatis dimissis, transgressus Strymonem, mille passuum ab Amphipoli castra posuit: inde profectus, Pellam quinto die pervenit. Prætergressus urbem, ad Spelæum (quod vocant) biduum moratus, P. Nasicam, et Q. Maximum filium cum parte copiarum ad depopulandos Illyrios, qui Persea juverant bello, misit, jussos ad Oricum sibi obcurrere: ipse, Epirum petens, quintisdecimis castris Passaronem pervenit.

Epiri præda data exercitui.

XXXIV. Haud procul inde Anicii castra aberant. ad quem literis missis, ne quid ad ea, quæ fierent, moveretur; 'senatum prædam Epiri civitatium, quæ ad Persea defecissent, 'exercitui dedisse,' submissis centurionibus in singulas urbes, qui se dicerent ad præsidia deducenda venisse, ut liberi Epirotæ, sicut Macedones, essent, denos principes ex singulis evocavit civitatibus: quibus, quum denunciasset, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes civitates cohortes dimisit. ante in ulteriores, quam in propiores, profecti, ut uno die in omnes perveniretur. Edita tribunis centurionibusque erant, quæ agerentur: mane omne aurum argentumque conlatum: hora quarta signum ad diripiendas urbes datum est militibus: tantaque præda fuit, ut in equitem [65] quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur, centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti sunt: ea fuere oppida circa septuaginta. Vendita præda omnium, de ea summa militi numeratum est. Paullus ad mare Oricum descendit, nequaquam, ut ratus erat, expletis militum animis: qui, tamquam nullum in Macedonia gessissent bellum, expertes regiæ prædæ esse indignabantur. Orici quum missas cum Scipione Nasica Maximoque filio copias invenisset, exercitu in naves inposito, in Italiam trajecit. Et post paucos dies Anicius, conventu reliquorum Epirotarum Acarnanumque acto, jussisque in Italiam sequi principibus, quorum cognitionem caussæ reservarat, et ipse, navibus exspectatis, quibus usus Macedonicus exercitus erat, in Italiam trajecit. Quum hæc in Macedonia Epiroque gesta sunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum inter Gallos et regem Eumenem missi erant, in Asiam pervenerunt. Induciis per hiemem factis, et Galli domos [66] abierant[1], et rex in hiberna concesserat Pergamum, gravique morbo æger fuerat. [67] Ver primum ex domo excivit: jamque Synnada

Paullus in Italiam trajicit, ut et Anicius.

[1] *abierunt* Gron.

[65] *Quadringeni denarii*] Marcæ argenti nostrates sex, unciæ 2. *Duceni.* Marcæ 3. uncia 1.

[66] *Abierant*] Sic bene prima editio et Sigonius. In Gronovianis editionibus legitur *abierunt.*

[67] *Ver primum ex domo excivit*] Satis intelligitur hæc dici de Gallis. Res tamen clarier esset, si eorum nomen diserte exprimeretur.

pervenerant, quum Eumenes ad Sardes undique exercitum contraxerat. Ibi et Romani Solovettium ducem Gallorum Synnadis adlocuti, et Attalus cum eis profectus; sed castra Gallorum intrare eum non placuit, ne animi ex disceptatione irritarentur. P. Licinius cum regulo Gallorum est locutus, [68] retulitque, ferociorem eum deprecando factum. ut mirum videri posset, inter tam [k] opulentos reges, Antiochum Ptolemæumque, tantum legatorum Romanorum verba valuisse, ut extemplo pacem facerent; apud Gallos nullius momenti fuisse.

U. C. 585. A. C. 167.

XXXV. Romam primum reges captivi, Perseus et Gentius, in custodiam cum liberis abducti; dein turba alia captivorum: tum quibus Macedonum denunciatum erat, ut Romam venirent, principumque Græciæ. nam hi quoque non solum præsentes exciti erant, sed etiam, si qui apud reges esse dicebantur, literis arcessiti sunt. Paullus ipse post dies paucos regia nave ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam regiorum textilium, adverso Tiberi ad urbem est subvectus, completis ripis obviam effusa multitudine. Paucos post dies Anicius et Octavius classe sua advecti. Tribus iis omnibus decretus est ab senatu triumphus: mandatumque Q. Cassio prætori, cum tribunis plebis ex auctoritate Patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset. Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum est: Paullum, cui ipsi quoque se comparare erubuissent, obtrectatio carpsit. Antiqua disciplina milites habuerat; de præda parcius, quam speraverant ex tantis regiis opibus, dederat nihil relicturis, [l] (si aviditati indulgeretur) quod in ærarium deferret. Totus Macedonicus exercitus imperatori erat neglegenter adfuturus comitiis ferendæ legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribunus militum secundæ legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus, prensando ipse, et per suæ legionis milites sollicitando, stimulaverat, ut frequentes ad suffragium adessent: 'Imperiosum ducem et [69] malignum antiquando rogationem, quæ de 'triumpho ejus ferretur, ulciscerentur. plebem urbanam secu'turam esse militum judicia. Pecuniam illum dare non po'tuisse, [70] militem honorem dare posse? ne speraret ibi fruc'tum gratiæ, ubi non meruisset.'

Paullus Romam appellit, dein Anicius, et Octavius.

Triumphus iis decretus a senatu.

Triumphum Paullo milites abrogare volunt.

[k] *tam* del. Gron. Crev.

[l] *relicturus* Eaed.

[68] *Retulitque ferociorem*] Vid. quæ annotavimus supra ad c. 20.

[69] *Malignum*] Nimis parcum.

[70] *Militem honorem dare posse*] De hoc loco variant admodum doctissimorum quoque interpretum sententiæ. Nobis nihil melius videtur, quam quod Sigonio placuit: *militem honorem dare*

U.C. 585.
A.C. 167.

Ser. Galba dissuadet legem de triumpho Paulli.

XXXVI. His incitatis, quum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius tribunus plebis ferret, [71] et privatis lege dicendi locus esset, nec [m] ad suadendum, ut in re minime dubia, quisquam procederet; Ser. Galba repente processit, et a tribuno postulavit, 'Ut, quoniam hora jam octava diei esset, 'nec satis temporis ad demonstrandum haberet, cur L. Æmi- 'lium non juberent triumphare, in posterum diem differrent, 'et mane eam rem agerent. Integro sibi die ad caussam eam 'orandam opus esse.' Quum tribunus dicere eo die, si quid vellet, juberet, in noctem rem dicendo extraxit, referendo admonendoque, 'Exacta acerbe munia militiæ; plus laboris, 'plus periculi, quam desiderasset res, injunctum; contra in 'præmiis, in honoribus, omnia artata. militiamque, [72] si tali- 'bus succedat ducibus, horridiorem asperioremque bellanti- 'bus; eamdem victoribus inopem atque inhonoratam futuram. 'Macedonas in meliore fortuna, quam milites Romanos, esse. 'Si frequentes postero die ad legem antiquandam adessent, 'intellecturos potentes viros, non omnia in ducis, aliquid et in 'militum manu esse.' His vocibus incitati, postero die milites tanta frequentia Capitolium compleverunt, ut aditus nulli præterea ad suffragium ferendum esset. Intro vocatæ primæ tribus quum antiquarent concursus in Capitolium principum civitatis factus est, 'Indignum facinus esse,' clamitantium, 'L. Paullum, tanti belli victorem dispoliari [n] triumpho. ob- 'noxios imperatores tradi licentiæ atque avaritiæ militari: [73] in 'uno nimis se [o] per ambitionem peccare. Quid, si domini mi- 'lites imperatoribus inponantur?' In Galbam pro se quisque probra ingerere. Tandem, hoc tumultu sedato, M. Servilius, qui consul et magister equitum fuerat, ut de integro eam rem agerent, ab tribunis petere, dicendique sibi ad populum potestatem facerent. Tribuni, quum ad deliberandum secessissent, victi auctoritatibus principum, de integro agere cœperunt, revocaturosque se easdem tribus renunciarunt, si M. Servilius aliique privati, qui dicere vellent, dixissent.

[m] [*nec*] Crev. [n] *despoliari* Gron. Crev. [o] *in uno nimis se* l. *ultro nimis sæpe* Deer. *non posse.* Intellige autem non posse militem, quia non vult; quemadmodum imperatorem arguit Galba jactasse non posse se pecuniam dare, quum revera nollet.

[71] *Et privatis lege dicendi locus esset, nec ad suadendum*] Particula *nec* merito addita a Sigonio est. Recte quoque Gronovius monet legendum, *et privatis de lege dicendi locus esset*, id est, suadendi dissuadendive legem. Denique quum vetus exemplar habuerit, *ut in re minime dubia si quisquam*, idem Gronovius suspicatur, *ut in re minime dubiosa, quisquam:* et firmat conjecturam suam auctoritate Gellii, qui voce *dubiosus* usus est non semel. At nos illa auctoritas non frangit, nec facile ex sequiore ævo ductam vocem in Livium admittimus.

[72] *Si talibus succedat ducibus*] Si hæc sana sunt, sensus erit: si talibus ducibus res prospere succedant, si tales duces honore et præmiis augeantur.

[73] *In uno nimis se per ambitionem peccare*] Amplectimur emendationem Gronovii: *ultro nimis sæpe per ambitionem peccari*. *Ultro*, id est, etiam quum nihil cogat. *Ambitionem* intellige, ut sæpe alias, pravam et intempestivam gratiæ vulgi captationem.

XXXVII. Tum Servilius: 'Quantus imperator L. Æmilius 'fuerit, Quirites, si ex alia re nulla æstimari possit, vel hoc 'satis erat, quod, quum tam seditiosos et leves milites, tam 'nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam 'multitudinem inimicum in castris haberet, nullam in exercitu 'seditionem habuit. Eadem severitas imperii, quam nunc 'oderunt, tunc eos continuit. Itaque, antiqua disciplina ha'biti, [74] neque fecerunt. Ser. quidem Galba, si in L. Paullo 'accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiæ 'dare voluit, non triumphum inpedire debuit, quem, si nihil 'aliud, senatus justum esse judicaverat: sed [75] postero die, 'quam triumphatum est, privatum eum[p] visurus esset, nomen 'deferret, et legibus interrogaret; aut serius paullo, quum pri'mum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad 'populum accusaret. Ita et pretium recte facti triumphum 'haberet L. Paullus pro egregie bello gesto; et pœnam, si quid 'et vetere gloria sua et nova indignum fecisset. Sed videli'cet, [76] cui crimen nullum, nullum[q] probrum dicere poterat, 'ejus obtrectare laudes voluit. Diem integrum hesterno die ad 'accusandum L. Paullum petiit: quatuor horas, quantum su'pererat diei, dicendo absumsit. Quis umquam tam nocens 'reus fuit, cujus vitia vitæ tot horis expromi non possent? 'Quid interim objecit, quod L. Paullus, si caussam dicat, ne'gatum velit? Duas mihi aliquis conciones parumper faciat: 'unam militum Macedonicorum; puram alteram, integrioris 'judicii, [77] et a favore et odio, universo judicante populo Ro'mano. Apud concionem togatam et urbanam prius [78] reus 'agatur. Quid apud Quirites Romanos, Ser. Galba, diceres? '[79] illa enim tibi tota abscisa oratio esset: "in statione se"verius et intentius institisti; vigiliæ acerbius et diligentius "circumitæ sunt; [80] operis plus, quam antea, fecisti, quum "ipse imperator et exactor circumires; eodem die et iter

U. C. 585
A. C. 167.
Servilii oratio pro triumpho.

[p] *eum* l. *cum* Gron. Crev. [q] [*nullum*] Crev.

[74] *Neque fecerunt*] Rescribit Alb. Rubenius, assentiente Gronovio, *tunc quieverunt*: quæ conjectura eo probabilior est, quod præcedit vox *habiti*, cujus duæ ultimæ litteræ potuerunt absorbere duas a quibus incipit *tunc*.

[75] *Postero die quam triumphatum est, privatum quum visurus esset*] Reposuit Sigonius *cum* pro *eum*. Sed et muta cum Gronovio *est* in *et*: *postero die quam triumphatum, et privatum cum visurus esset.*

[76] *Cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat*] *Nullum* semel tantum in vetusto codice erat. Geminavit Sigonius. Sed et mallemus *cujus nullum crimen.*

[77] *Et a favore et odio*] Legimus *et a favore et ab odio.*

[78] *Reus agatur*] Haud videmus, cur hoc displicuerit Mureto, qui dubitantur quidem, sed tamen subjicit: *res agatur*. Sic agit hoc loco Servilius, quasi Paullus a Galba accusaretur ad populum.

[79] *Illa enim*] Pronomen *illa* intelligi debet de iis quæ sequuntur. Sensus est: jam nihil omnino diceres ex iis quæ mox memoraturus sum: frustra in eum hæc jaceres: *in statione severius et diligentius institit*, etc.

[80] *Operis plus, quam antea, fecisti, quum ipse imperator... circumires*] Toto hoc in loco aliquid vitiatum est. Quæ enim in secunda persona dicuntur, alia ad imperatorem spectant, alia ad militem. Libentius mutaremus verba ad imperatorem pertinentia, legeremusque: *institit, circumiret, ductus es.*

U. C. 585. A. C. 167. "fecisti, et in aciem ex itinere duxisti. Ne victorem quidem "te adquiescere passus est: statim ad persequendos hostes "duxit. Quum te præda partienda locupletem facere posset, "pecuniam regiam translaturus in triumpho est, et in ærarium "laturus." Hæc sicut ad militum animos stimulandos aliquem 'aculeum habent, qui parum licentiæ, parum avaritiæ suæ inservitum censent; ita apud populum Romanum nihil valuissent: qui, ut vetera atque audita a parentibus suis non repetat, quæ ambitione imperatorum clades acceptæ sint, quæ severitate imperii victoriæ partæ, proximo certe Punico bello, quid inter M. Minucium magistrum equitum et Q. Fabium Maximum dictatorem interfuerit, meminit. [81] Itaque accusatorem id scire potuisse, et supervacaneam defensionem Paulli fuisse. Transeatur ad alteram concionem: nec Quirites vos, sed milites videor adpellaturus, si nomen hoc saltem ruborem incutere, et verecundiam aliquam imperatoris violandi adferre possit.'

XXXVIII. 'Equidem ipse aliter adfectus animo sum, qui apud exercitum mihi loqui videar, quam paullo ante eram, quum ad plebem urbanam spectabat oratio. [82] Quid etiam dicitis, milites? Aliquis est Romæ, præter Persea, qui triumphari de Macedonibus nolit? et eum non iisdem manibus discerpitis, quibus Macedonas vicistis? Vincere vos prohibuisset, si potuisset, qui triumphantes urbem inire prohibet. Erratis, milites, si triumphum imperatoris tantum, et non militum quoque et universi populi Romani, esse decus censetis. [83] Non unius hoc Paulli. Multi etiam, qui ab senatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paullo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest, quam C. Lutatio primi Punici belli, quam P. Cornelio secundi, [84] quam illis, qui post eos triumphaverunt[r]. Nec L. Paullum minorem aut majorem imperatorem triumphus faciet. militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur. primum [85] ne invidiæ et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat, et imitari in hoc populum Atheniensem, lacerantem invidia principes suos, videatur. Satis peccatum in Camillo a majoribus vestris est, quem tamen ante receptam per eum a Gallis urbem viola-

[r] *quam [decora cuique sua] illis qui [ante postve eos] triumphaverunt.* Crev.

[81] *Itaque accusatorem*] Hic aliquid est quod offendat. Legit Gronovius: *itaque et accusator id scire potuisset, et supervacanea Paulli defensio fuisset.* Nos aliquid Livio dignius desideramus.

[82] *Quid etiam dicitis*] Lege cum Mureto, *quid enim.*

[83] *Non unius hoc Paulli. Multi etiam . . in monte Albano triumpharunt*] Hæc manca esse cuivis patet. Credimus aliqua excidisse, et asteriscum apponendum esse post nomen *Paulli.*

[84] *Quam [decora cuique sua] illis qui [ante postve eos] triumphaverunt*] Hunc locum in vetere exemplari mutilum, utcunque expletum habes ex Gronovii fere sententia. Vetus scriptura nihil aliud habuit, nisi *quam illis qui triumphaverunt.*

[85] *Ne invidiæ et ingrati animi*] Mallemus *invidi.*

U. C. 585. A. C. 167.

'runt: satis insuper a vobis in P. Africano. Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africæ! [86] Literni sepulcrum ostendi! Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paullus, injuria vestra exæquetur. Hæc igitur primum infamia deleatur, fœda apud alias gentes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani, aut Paulli, similis esse in ingrata et inimica bonis civitate velit? Si infamia nulla esset, et de gloria tantum ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis, tot de Pœnis, ipsorum tantum imperatorum, an populi Romani, dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Hannibale, sed de Epirotis Karthaginiensibusque triumphi acti sunt; Sic non M'. Curius tantum, nec P. Cornelius, sed Romani triumpharunt. Militum quidem propria est caussa; qui et ipsi laureati, et quisque donis, quibus donati sunt, insignes, [87] triumphum nomine cient, suasque et imperatoris laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt: et tamen tum quoque se absentes, quod suis manibus parta victoria sit, triumphare credunt. Si quis vos interroget, milites, ad quam rem in Italiam deportati, et non statim, confecta provincia, dimissi sitis? quid Romam frequentes sub signis veneritis, quid moremini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras? quid aliud respondeatis, quam vos triumphantes videri velle? [88] Vos certe victores conspici velle debebatis.'

XXXIX. 'Triumphatum nuper de Philippo, patre hujus, et de Antiocho est. ambo regnabant, quum de his triumphatum est. De Perseo capto, in urbem cum liberis abducto, non triumphabitur? Quod si in curru scandentes Capitolium, auratos purpuratosque, ex inferiore loco L. Paullus in turba togatorum unus privatus interroget: L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores triumpho esse, an me, censetis? currum ei cessuri, et præ pudore videntur insignia ipsi sua tradi-

[86] *Literni sepulcrum ostendi! Erubescamus, gloria si par*] Hæc parum sana esse monet Gronovius, et in emendando multum audet. Sic enim hæc omnia refingit: *satis insuper nos in P. Africano, Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africæ, Literni sepulcrum ostendi, erubescimus. Gloriane par illis viris L. Paulus, injuria etiam vestra exæquabitur?* Nobis hæc emendatio minime blanditur. Malumus locum intactum relinquere. Tantummodo notam admirationis addidimus, ut hic esse sensus intelligatur: Quam pudendum nobis est, *Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africæ! Literni sepulcrum ostendi!* Non raro per vehementem affectum supprimitur integrum orationis membrum. Virgil. Æn. l. I. *Mene Iliacis occumbere campis Non potuisse!*

[87] *Triumphum nomine cient*] Inclamantis sæpius, *Io triumphe*. Horatius, Od. 2. l. IV. *io triumphe, Non semel dicemus, io triumphe, Civitas omnis.*

[88] *Vos certe victores conspici velle debebatis*] Insulsa et ingrata repetitio. Non possumus credere hæc sic a Livio, sine ulla necessitate, sine ullo lepore, inculcata esse. Vel totum hoc deleri oportet, vel alio rejici. Sed quonam apte transferri possit, non satis certo reperimus.

U.C. 585. A.C. 167. 'turi. Et vos Gentium, quam Persea, duci in triumphum mavultis, Quirites, et de accessione potius belli, quam de bello, triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt, et navales socii? Macedonicæ legiones, suo abrogato, triumphos alienos spectabunt? [89] Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet? Quonam abdentur illa tot millia armorum, detracta corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quo signa aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia? An noctu, tamquam furtiva, in ærarium deportabuntur? Quid illud spectaculum maximum, noblissimus opulentissimusque rex captus, ubi victori populo ostendetur? Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus et Alexander filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis? Ipsum L. Paullum, bis consulem, domitorem Græciæ, omnium oculi conspicere urbem curru ingredientem avent. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum, [90] per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum, perficeret. cui sortito provinciam, cui proficiscenti præsagientibus animis victoriam triumphumque destinavimus, ei victori triumphum negaturi? et quidem non homines tantum, sed Deos etiam suo honore fraudaturi? Diis quoque enim, non solum [91] hominibus, debetur. Utrum majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab Diis sunt, [92] et finem eum statuerunt? Consul, proficiscens, prætorve, [93] paludatis lictoribus, in provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans ad eosdem Deos, quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit. pars non minima triumphi est victimæ præcedentes; ut adpareat, Diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire. Omnes illas victimas, [94] quas traducendas in triumpho vindicavit, alias alio cædente, mactate. illas quidem epulas senatus, quæ nec privato loco, nec publico profano, sed in Capitolio eduntur, [95] utrum hominum voluptatis caussa, an Deorum hominumque, auctore Ser. Galba, turbaturi estis? L. Paulli triumpho portæ clau-

[89] *Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet?*] Merito rescribit Gronovius *tam opima præda:* quomodo et dedit Sigonius in editione tertia, teste Hearnio.

[90] *Per quadriennium*] Imo *per triennium*. Vid. not 7. ad c. 41. infra.

[91] *Hominibus debetur. Utrum majores*] Scribe cum Gronovio: *Diis quoque enim, non solum hominibus debetur triumphus. Majores vestri.*

[92] *Et finem eum statuerunt*] Nempe deos.

[93] *Paludatis lictoribus*] Emendat Gronovius, *paludatus cum lictoribus.* Vid. not. 46. ad l. XLI. c. 10.

[94] *Quas traducendas in triumpho vindicavit*] Vitium manifestum. Gronovius legendum putat, *quas traducendas in triumpho locavit:* satis belle, si modo intelligatur Paullus victimas non modo traducendas in triumpho, sed et præbendas locasse.

[95] *Utrum hominum voluptatis causa an deorum hominumque*] Non hæc sincera nobis videntur. Fortasse legere possimus: *non hominum voluptatis causa, sed deorum honoris.*

'dentur? Rex Macedonum Perseus cum liberis et turba alia 'captivorum, spolia Macedonum, citra flumen relinquentur? 'L. Paullus privatus, tamquam rure rediens, a porta domum 'ibit. [96] Et[a] tu, centurio, miles, quid de imperatore Paullo 'senatus decrerit[b] potius, quam quid Ser. Galba fabuletur, 'audi: et hoc dicere me potius, quam illum, audi. Ille nihil, 'præterquam loqui, et ipsum maledice ac maligne, didicit: 'ego ter et vicies cum hoste per provocationem pugnavi: ex 'omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli. insigne 'corpus honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore ex- 'ceptis, habeo.' Nudasse deinde se dicitur, et, quo quæque bello vulnera accepta essent, retulisse. quæ dum ostentat, adapertis forte, quæ velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit. Tum, 'Hoc quoque, quod ridetis,' inquit, 'in 'equo dies noctesque persedendo habeo: nec magis me ejus, 'quam cicatricum harum, pudet pœnitetque; quando num- 'quam mihi inpedimento ad rempublicam bene gerendam 'domi militiæque fuit. Ego hoc ferro sæpe vexatum corpus 'vetus miles adolescentibus militibus ostendi. Galba nitens 'et integrum denudet. Revocate, si videtur, tribuni, ad suf- 'fragium tribus; ego ad vos, milites,

U. C. 585.
A. C. 167.

Servilius nudat corpus et vulnera ostentat.

* . * *

XL. Summam omnis captivi auri argentique translati [97] sestertiûm millies ducenties fuisse, Valerius Antias tradit: [98] quæ haud dubie major aliquanto summa [99] ex numero

[a] *Et* l. *At* Doer.   [b] *decrevit* Gron. Crev.

[96] *Et tu, centurio, miles*] Lege cum Gronovio: *At tu, centurio, miles, quid senatus decrerit . . . audi.* In iis quæ sequuntur, *et hoc dicere me potius quam illum audi*, facile pateremur recidi hæc verba, *hoc dicere,* tanquam nec satis clara, et inutilia.

[97] *Sestertiûm millies ducenties*] Id est, sestertios 120000000. libras argenti pondo Romanas 300000. marcas nostrates 468750.

[98] *Quæ haud dubie major aliquanto summa*] Lege cum Gronovio *qua*. Ceterum quod hic observat Livius, summam a Valerio Antiate notatam minorem justo esse, id adstruitur ex ceteris quoque scriptoribus. Ex Plutarcho, ut videre licet in iis quæ ex illo desumpta inseruimus supplementi loco, solum aurum argentumque signatum ab illa summa non multum abit. Velleius l. I. scribit Æmilium bis millies centies ærario intulisse. Plinius l. XXXIII. c. 3. bis millies trecenties. Sic enim legendum esse contendit Clar. Harduinus. Et sane maximam fuisse illam pecuniam necesse est, quæ populo Romano finem attulerit tributorum, ut habet Cic. l. II. de Off. n. 76. cui adstipulantur Plinius loco memorato, et Plutarchus in Paullo. Cave tamen mutes in Livio notam numeri, quod voluit Gronovius. Ideo enim carpit Valerium noster, quia numerum parum accurate notatum judicavit.

[99] *Ex numero plaustrorum*] Non est verisimile plaustris aurum argentumque transvectum: nec ita Plutarchus, qui et signatos nummos, et omnia aurea argenteaque vasa ab hominibus gestata esse memorat. Ergo libenter cum Perizonio reponeremus *Philippeorum;* vel, quomodo magis placet Jac. Gronovio, *ph. aureorum*, qua ex scriptura facile vulgata manare potuit. Certe frequens usus Philippeorum apud Græcas et Asiaticas nationes; frequens item eorum mentio in triumphis quos Romani ex illis gentibus egerunt. Vid. supra XXXIV. 52. XXXVII. 59. XXXIX. 5. etc.

U. C. 585. A. C. 167. plaustrorum ponderibusque auri, argenti, generatim ab ipso scriptis, efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum absumtum, aut in fuga, quum Samothracen peteret, dissipatum tradunt: eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniæ intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex vectigalibus a iis, coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniæ Philippus, Perseus contra prædives, bellare cum Romanis cœpit. [1] Ipse postremo Paullus in curru magnam, quum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa, majestatem præ se ferens: post currum inter alios inlustres viros filii duo, Q. Maximus [2] et P. Scipio: deinde equites turmatim, et cohortes peditum suis quæque ordinibus. Pediti in singulos [3] dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti. tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis, si aut non refragati honori ejus fuissent, aut benigne, hac ipsa summa nunciata, adclamassent. Sed non Perseus tantum per illos dies ducumentum humanorum casuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per urbem hostium ductus; sed etiam victor Paullus, auro purpuraque fulgens. Nam duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis, sacrorum, familiæque hæredes retinuerat domi, minor, ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante triumphum, major, quatuordecim annorum, triduo post triumphum decessit: quos prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat. Paucis post diebus, data a M. Antonio tribuno plebis concione, quum de suis rebus gestis more ceterorum imperatorum disseruisset, memorabilis ejus oratio et digna Romano principe fuit.

Paullus in curru.

Paullus duos filios amittit.

Oratio Æmilii ad populum.

XLI. 'Quamquam et quam feliciter rempublicam adminis-'traverim, [4] et quod duo fulmina domum meam per hos dies 'perculerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror, quum specta-

[1] *Ipse postremo Paullus*] Fortasse quis crediderit nos nimia emendandi prurigine laborare. Sed tamen credimus hic ordinem narrationis a librariis corruptum esse. Secundo enim die translatum fuerat aurum et argentum. Tertio Perseus et captivi ante currum victoris ducti sunt. Igitur verisimile non est, Livium post mentionem Persei factam, antequam de Paullo qui proxime sequebatur diceret, reliquisse descriptionem incedentis pompæ, ut de summa auri argentique captivi, quod pridie translatum fuerat, de divitiis Persei dissereret, ac tum denique ad Pallum reverteretur. Si quid hic videmus, tota hæc periodus, *Ipse postremo Paullus*, usque ad hæc verba *et cohortes peditum suis quæque ordinibus*, præcedere debet. Subjungenda postea τὰ *Summam omnis captivi auri argenti . . . bellare cum Romanis cœpit.* Unde transiliemus ad hæc verba *Pediti in singulos.*

[2] *Et P. Scipio*] Prænomen adjecit Sigonius.

[3] *Dati centeni*] Deest vox *denarii.* Cententi denarii sunt unciæ nostrates duodecim cum semuncia. In iis quæ sequuntur, assentimur Gronovio et Mureto reponentibus, *alterum tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis:* id est, ducenos pediti, quadringenos centurioni, sexcentenos equiti. Cum iisdem quoque legimus *hac ipsa summa pronunciata.* Cicero pro Cluent. n. 78. *suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciasset.*

[4] *Et quod duo fulmina*] Merito emendat Gronovius: *et quæ duo fulmina.*

'culo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meo- 'rum fuerint; tamen paucis, quæso, sinatis me cum publica 'felicitate comparare eo, quo debeo, animo privatam meam 'fortunam. Profectus ex Italia, classem a Brundisio sole orto 'solvi; nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram 'tenui. Inde quinto die Delphis Apollini pro me, exercitibus-'que, et classibus [5] lustra sacrificavi. A Delphis quinto die in 'castra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam, quæ 'magna impedimenta victoriæ erant, progressus, quia inexpug-'nabilia castra hostium erant, neque cogi pugnare poterat rex, 'inter præsidia ejus [6] saltum ad Petram evasi, et, ad pugnam 'rege coacto, acie vici: Macedoniam in potestatem populi Ro-'mani redegi, et, quod bellum [7] per quadriennium quatuor ante 'me consules ita gesserunt, ut semper successori traderent gra-'vius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde se-'cundarum rerum velut proventus secutus. civitates omnes Ma-'cedoniæ se dediderunt; gara regia in potestatem venit; rex 'ipse, tradentibus prope ipsis Diis, in templo Samothracum 'cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna 'mea videri, eoque suspecta esse. Maris pericula timere cœpi, 'in tanta pecunia regia in Italiam trajicienda, et victore ex-'ercitu transportando. Postquam omnia secundo navium cursu 'in Italiam pervenerunt, neque erat, quod ultra precarer, il-'lud optavi, ut, quum ex summo retro volvi fortuna consuesset, 'mutationem ejus domus mea potius, quam respublica, sentiret. 'Itaque [8] defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni 'calamitate spero; quod triumphus meus, velut ad ludibrium 'casuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum est 'interpositus. Et, quum ego et Perseus nunc nobilia maxime 'sortis mortalium exempla spectemur, ille, qui ante se captivos 'captivus ipse duci liberos vidit, incolumes tamen eos habet: 'ego, qui de illo triumphavi, ab alterius funere filii [9] curru

U. C. 585.
A. C. 167.

[5] *Lustra sacrificavi*] Annotat Sigonius nusquam legi apud scriptores antiquos *lustra sacrificare*. Præterea non potuisse Æmilium lustrare Delphis exercitum, quem nondum acceperat. Itaque legit: *pro me, exercitibusque et classibus vestris sacrificavi.*

[6] *Saltum ad Petram*] Locus vocatur *Pythium*, supra l. XLIV. c. 35. Plut in Æmilio, ubi saltum hunc superatum narrat, utrumque nomen conjungit, τὴν (εἰσβολὴν) παρὰ τὸ Πύθιον καὶ τὴν Πέτραν.

[7] *Per quadriennium quatuor ante me consules*] Mirum videri debet, et supra c. 39. et hic rursus perperam numerari annos quibus bellum adversus Persea gestum est. onstat enim, ut quod maxime, ex præcedentibus libris, tres tantum consules ante Æmilium Paullum per triennium hoc bellum administrasse, nempe P. Licinium Crassum, A. Hostilium Mancinum, Q. Marcium Philippum. Credere vix audemus hunc errorem esse a Livio. Incusemus igitur corruptoris pervicaciam.

[8] * *Defunctam esse fortunam publicam*] Liberam et immunem factam esse fortunam publicam ab omni malorum metu ac periculo, per meam calamitatem; in meam scilicet domum verso quidquid calamitatis, in compensationem nimis lætarum rerum, impendere Reipublicæ poterat.

[9] *Curru in Capitolium, ex Capitolio*

U. C. 585. A. C. 167.

'in * * * ex Capitolio prope[u] jam exspirantem veni: neque 'ex tanta stirpe liberûm superest, qui L. Æmilii Paulli nomen 'ferat. Duos enim, tamquam ex magna progenie liberorum 'in adoptionem datos, Cornelia et Fabia gens habent; Paulli 'in domo, præter se, nemo superest. Sed hanc cladem domus 'meæ vestra felicitas et secunda fortuna publica consolatur.'

Triumphus navalis Cn. Octavii.

XLII. Hæc, tanto dicta animo, magis confudere audientium animos, quam si miserabiliter orbitatem suam deflendo locutus esset. Cn. Octavius Kalendis Decembribus de rege Perseo navalem triumphum egit. Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis. Dedit sociis navalibus in singulos [10] denarios septuagenos quinos; gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex; [11] magistris navium quadruplex. Senatus deinde habitus est. Patres censuerunt, ut Q. Cassius Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret; comites, pecuniam, argentum, instrumentum quod haberet. Bitis, regis Thracum filius, cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus. Ceteros captivos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos post dies, quam hæc acta, legati ab Cotye rege Thracum venerunt, pecuniam ad redimendum filium aliosque obsides adportantes. Eis, in senatum introductis, et [12] id ipsum argumenti prætendentibus orationis, non sua voluntate Cotyn bello juvisse Persea, quod obsides dare coactus esset, orantibusque, ut eos pretio, quantum ipsi statuissent Patres, redimi paterentur, responsum ex auctoritate senatus est: 'Populum Romanum meminisse amicitiæ, quæ cum Cotye, majoribusque ejus, et 'gente Thracum fuisset. Obsides datos crimen, non criminis defensionem, esse: quum Thracum genti ne quietus quidem Perseus, nedùm bello Romano occupatus, timendus fuerit. 'Ceterum, etsi Cotys Persei gratiam prætulisset amicitiæ populi Romani, magis, quid se dignum esset, quam quid merito 'ejus fieri posset, æstimaturum: filium atque obsides ei remissurum. Beneficia gratuita esse populi Romani: pretium 'eorum malle relinquere in accipientium animis, quam præsens exigere.' Legati nominati, T. Quinctius Flamininus, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obsides in Thraciam reducerent: et Thracibus munera data in singu-

Perseus Albam missus.

[u] *curru ex Capitolio ad alterum prope etc.* Gron. *curru in* [Capitolium] *ex Capitolio* [ad alterum] *prope etc.* Crev.

ad alterum prope jam exspirantem] Unicum exemplar habuit *currum ex Capitolio prope jam exspirantem.* Correxit et supplevit Ursinus.

10 *Denarios septuagenos quinos*] Uncias argenti 9. *grossos*, ut vocant, 3.

11 *Magistris navium*] Vid. not. 39. ad l. XLIII. c. 8.

12 *Id ipsum argumenti prætendentibus orationis*] Lege cum Gronovio *orationi.* Quum dicerent Cotyn non sua voluntate juvisse Persea, idipsum argumenti prætendebant orationi, sive eo ipso argumento fidem facere conabantur orationi suæ, quod obsides dare coactus esset.

los [13] binûm millium æris. Bitis, cum ceteris obsidibus a Carseolis arcessitus, ad patrem cum legatis missus. Naves regiæ, captæ de Macedonibus [14] inusitatæ [x] ante magnitudinis, in campo Martio subductæ sunt. U. C. 585. A. C. 167.

XLIII. Hærente adhuc, non in animis modo, sed pene in oculis, memoria Macedonici triumphi, L. Anicius [15] Quirinalibus triumphavit de rege Gentio Illyriisque. Similia omnia magis visa hominibus, quam paria. minor ipse imperator, et nobilitate Anicius cum Æmilio, et jure imperii prætor cum consule conlatus: non Gentius Perseo, non Illyrii Macedonibus, non spolia spoliis, [16] non pecunia pecuniæ, non dona donis comparari poterant. Itaque sicut præfulgebat huic triumphus recens; ita adparebat ipsum per se intuentibus nequaquam esse contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies, terra marique ferocem, locisque munitis fretam, gentem Illyriorum: regem regiæque omnes stirpis ceperat: [17] transtulit in triumphum multa militaria signa, spoliaque alia, et supellectilem regiam: [18] auri pondo [y] viginti et septem, argenti decem et novem pondo: [19] denariûm tria millia, et [20] centum viginti millia Illyrii argenti. Ante currum ducti Gentius rex cum conjuge et liberis, et Caravantius frater regis, et aliquot nobiles Illyrii. De præda militibus in singulos [21] quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti, sociis nominis Latini quantum civibus, et sociis navalibus dedit quantum militibus. Lætior hunc triumphum est secutus miles, multisque dux ipse carminibus celebratus. [22] sestertiûm ducenties ex ea præda redactum esse, auctor est Antias, præter aurum ar- L. Anicii triumphus.

[x] *invisitatæ* Rup.

[y] *pondo* del. Gron. Crev.

[13] *Binûm millium æris*] Marcarum argenti nostratium 3. unciæ 1.

[14] *Inusitatæ ante magnitudinis*] Sive vulgatam lectionem sequare, sive cum Gronovio emendes *invisitatæ*, utique intelligendum est, Romanis. Nam notæ sunt, nec ignorare eas potuit Livius, Hieronis * navis quæ viginti ordinibus remorum ageretur; Ptolemæi Philadelphi duæ, quæ triginta remorum ordinibus; Philopatoris quæ quadraginta: de quibus Athenæus l. v.

[15] *Quirinalibus*] Quirinalia celebrabantur Februario mense, a. d. XIII. Kal. Martias, in honorem Quirini, seu Romuli. Vid. Festum in voce *Quirinalia*, et Ovid. l. II. Fast.

[16] *Non pecunia pecuniæ*] Emendatio Sigonii. Vetus lectio fuit: *non pecunia Macedonicæ*.

[17] *Transtulit in triumphum*] Lege cum Gronovio *in triumpho*: sic enim semper Livius, et Gramaticæ ratio postulat.

[18] *Auri viginti et septem .. pondo*] Marcas nostrates 42. semuncias 3. *Argenti decem et novem*. Marcas 29. uncias 5. semunciam 1. Merito observat Gronovius hanc summam perexiguam esse, et aliquid fortasse vitii esse in numeris.

[19] *Denariûm tria millia*] Marcas argenti 46. uncias 7.

[20] *Centum viginti millia Illyrii argenti*] Non abs re suspicatur Dujatius hic designari Victoriatos, quos ex Illyrico primum advectos esse memorat Plinius, l. XXXIII. c. 3. Victoriatus autem erat quinarius, sive dimidia pars denarii. Itaque centum viginti millia Victoriatorum efficiunt marcas argenti 937. uncias 4.

[21] *Quadragenos quinos denarios*] Uncias argenti 5. *grossos*, ut vocant, 5.

[22] *Sestertiûm ducenties*] Libras argenti Romanas 50000. marcas Parisienses 78125.

U. C. 585. A. C. 167.

Gentius cum suis Spoletium missus, tum Iguvium.

gentumque, quod in ærarium sit latum: quod quia unde redigi potuerit, non adparebat, auctorem pro re posui. Rex Gentius cum liberis, et conjuge, et fratre Spoletium in custodiam ex senatusconsulto ductus, ceteri captivi Romæ in carcerem conjecti: recusantibusque custodiam Spoletinis, [23] Igiturvium reges traducti. Reliquum ex Illyrico prædæ ducenti viginti lembi erant; de Gentio rege captos eos Corcyræis [z], et Apolloniatibus, et Dyrrachinis Q. Cassius ex senatusconsulto tribuit.

XLIV. Consules eo anno, agro tantum Ligurum populato, [24] quum hostes exercitus numquam eduxissent, nulla re memorabili gesta, Romam ad magistratus subrogandos redierunt; et primo comitiali die consules crearunt M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum. Deinde prætores postero die L. Julium [a], L. Appuleium Saturninum, A. Licinium Nervam, P. Rutilium Calvum, P. Quinctilium Varum, M. Fonteium. His prætoribus duæ urbanæ provinciæ sunt decretæ, duæ Hispaniæ, Sicilia ac [b] Sardinia. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia [25] intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus est C. Claudius: in ejus locum augures legerunt T. Quinctium Flamininum. et flamen Quirinalis mortuus [26] Q. Fabius Pictor. Eo anno rex Prusias venit Romam cum filio Nicomede. Is, magno comitatu urbem ingressus, ad forum a porta tribunalque Q. Cassii prætoris perrexit: concursuque undique facto, 'Deos, qui urbem Romam incolerent, senatumque et populum Romanum salutatum se' dixit 'venisse: et gratulatum, 'quod Persea Gentiumque reges vicissent; Macedonibusque 'et Illyriis in ditionem redactis, auxissent imperium.' Quum prætor senatum ei, si velit, eo die daturum dixisset; biduum petiit, quo templa Deûm urbemque et hospites amicosque viseret. Datus, qui circumduceret eum, L. Cornelius Scipio quæstor; qui et Capuam ei obviam missus fuerat: et ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent, conductæ. Tertio post die senatum adit; gratulatus victoriam est; merita sua in eo bello commemoravit; petiit, 'Ut votum 'sibi solvere, Romæ in Capitolio decem majores hostias, et 'Præneste unam Fortunæ, liceret. ea vota pro victoria populi 'Romani esse. Et ut societas secum renovaretur; agerque 'sibi, de rege Antiocho captus, quem nulli datum a populo

Comitia.

Prusias rex Romam venit.

[z] *Corcyreis* Gron. Crev. [a] *Julium* l. *Livium* Eæd. [b] *et* Eæd.

[23] *Igiturvium*] Recte Sigonius et Turnebus *Iguvium*. *Reges* intellige Gentium cum uxore et omni stirpe.

[24] *Quum hostes exercitus nunquam eduxissent*] Magis placeret *nusquam*.

[25] *Intercalares*] Vel excidit, vel intelligenda est vox *Kalendæ*. Vid. supra l. XLIII. c. 11.

[26] *Q. Fabius Pictor*] Huic prænomen dabatur in vetere exemplari *M* Mutavit Sigonius ex l. XXXVII. c. 47.

'Romano Galli possiderent, daretur.' Filium postremo Nicomedem senatui commendavit. Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore est adjutus. Itaque cetera, quæ petebat, concessa: de agro responsum est, 'Legatos ad rem 'inspiciendam missuros. Si ager populi Romani fuisset, nec 'cuiquam datus esset, dignissimum eo dono Prusiam habi-'turos esse. Si autem Antiochi non fuisset, eo ne populi 'quidem Romani factum adparere: aut, si datus Gallis esset, 'ignoscere Prusiam debere, si ex nullius injuria quidquam ei 'datum vellet populus Romanus. [27] Ne quod detur quidem, 'gratum esse donum posse, quod eum, qui det, ubi vellet, 'ablaturum esse sciat. Facile Nicomedis commendationem 'accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur 'populus Romanus, documento Ptolemæum Ægypti regem 'esse.' Cum hoc responso Prusias est dimissus. [28] Munera ei ex * [c] sestertiis jussa dari, et vasorum argenteorum [29] pondo quinquaginta. et filio regis Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabæ filio regis Masinissæ data essent: et ut victimæ aliaque, quæ ad sacrificium pertinerent, seu Romæ, seu Præneste inmolare vellet, regi ex publico, sicut magistratibus Romanis, præberentur: et ut ex classe, quæ Brundisii esset, naves longæ viginti adsignarentur, quibus uteretur, donec [30] ad classem, dono datam ei, rex pervenisset. L. Cornelius Scipio ne ab eo abscederet, sumtumque ipsi et comitibus præberet, donec navem [31] conscendisset [d]. [32] Mire lætum et ea benignitate in se populi Romani regem fuisse, ferunt: [33] munera sibi ipsum emisse; filium jussisse donum populi Romani accipere. Hæc de Prusia nostri scriptores. [34] Polybius, eum regem indignum majestate nominis tanti, tradit; pileatum, capite raso, [35] obviam ire legatis solitum, libertumque se populi Romani ferre; et ideo insig-

U. C. 585.
A. C. 167.

Prusiæ vilitas.

[c] asteriscum ponit post *sestertiis* Gron. Nota lacunæ nulla est in Crev. [d] *conscendissent* Gron.

[27] *Ne quod detur quidem*] Fortasse, inquit Muretus, *quoi*, id est, cui. Sed obsoleta voce usum esse Livium non facile credimus. Reponamus *cui*.

[28] *Munera ei ex sestertiis jussa dari*] Excidit numerus sestertiorum.

[29] *Pondo quinquaginta*] Marcæ nostrates 78. uncia 1.

[30] *Ad classem dono datam ei*] Discimus ex hoc loco, si modo sanus est, datam esse a Romanis Prusiæ regi classem, ex navibus nimirum Perseo ereptis.

[31] *Conscendisset*] Nempe Prusias. Gronovianæ editiones habent *conscendissent*, contra primæ editionis fidem.

[32] *Mire lætum et ea benignitate . . . regem*] Manutius mutat particulam *et* in *ex*. Nos eam omnino suppressam maluerimus.

[33] *Munera sibi ipsum emisse*] Lege cum Gronovio *renuisse*.

[34] *Polybius eum regem*] Eum vid. Legat. 97.

[35] * *Obviam ire legatis solitum*] Hæc intelligenda sunt de legatis olim ad eum missis, non de eo tempore quo ipse Romam venit. Ideo dicitur Prusias *solitus* obviam in legatis: quod verbi quadrare non potest in unum aliquod factum, sed plura denotat. Nec vero legati ad Prusiam venientem Romam missi sunt, sed L. Cornelius Scipio quæstor, ut supra memoratum est.

U. C. 585. A. C. 167. nia ordinis ejus gerere. Romæ quoque, quum veniret in curiam, submisisse se, et osculo limen curiæ contigisse: et 'Deos servatores suos' senatum adpellasse, aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem, habuisse. Moratus circa urbem triginta haud amplius dies in regnum est [36] profectus.

[36] *Profectus*] Lambecius, citante Hearnio, observat in Biblioth. Vindobon. l. II. p. 947. post vocem *profectus* sequi in unico exemplari *actumque*, aliosque etiam duos versus olim fuisse, qui nunc prorsus evanuerunt, nec ulla ratione ex eorum vestigiis certi quidquam posse colligi. Totum denique illud volumen claudi monet subscriptione hac, quæ ob vetustatem pene oculos fugit:

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIB. XLV. EXP.
INC. LIB. XLVI. FELICITER.

EPITOMÆ

L I B R O R U M

DEPERDITORUM.

EPITOME LIBRI XLVI.

EUMENES rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello medium egerat, ne aut hostis judicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur; in commune lex lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus consul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus consul Ligures subegit. Legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos popularetur: dixeruntque, eum conspirasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum Rhodiis deprecantibus juncta est. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti septem millia viginti duo. Princeps senatus lectus M. Æmilius Lepidus. [1] *Ptolemæus Ægypti rex, pulsus regno a minore fratre, missis ad eum legatis, restitus est. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius ejus Ariarathes regnum accepit, et amicitiam cum populo Romano per legatos renovavit. Res præterea adversus Ligures, et Corsos, et Lusitanos, vario eventu gestas, et motus Syriæ, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum* [2] *cum Lysia tutore Demetrius, Seleuci filius, qui Romæ obses fuerat,* [3] *clam, quia non dimittebatur a Romanis, interemit; et ipse in regnum receptus. L. Æmilio Paullo, qui Persen vicerat, mortuo, tanta ejus abstinentia fuit, ut, quum ex Hispania et ex Macedonia immensas opes retulisset, vix ex auctione ejus redactum sit, unde uxori ejus dos solveretur. Pomptinæ paludes a Cornelio Cethego consule, cui ea provincia evenerat, siccatæ, agerque ex iis factus.*

[1] *Ptolemæus rex Ægypti, pulsus regno a minore fratre*] Sic tres Gronovii MSS. et Campanus. Vulgo *Ptolemæus Ægyptiorum rex, a minore fratre e regno pulsus.* Sed τὸ *Ægyptiorum* nimis emphatice dictum videtur, nec satis ex more solito loquendi. Vocula *e* plane redundat.

[2] *Cum Lysia tutore*] Addidit Sigonius vocem *ejus*, quam deinde receperunt editores. Sed illa facile intelligitur: quumque nec apud Andream, nec apud Campanum, nec in libris ab Hearnio inspectis exstet, delenda visa est.

[3] *Clam, quia non dimittebatur a Romanis*] Adde hic *elapsus.*

XLVII.

Cn. Tremellio tribuno plebis multa dicta est, quod cum M. Æmilio Lepido pontifice maximo injuriose contenderat: [4] *sacrorumque, quam magistratuum, jus potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta triginta octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps senatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui dissidebant, fœdus ictum, ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociæ rex, consilio Demetrii, regis Syriæ, et viribus pulsus regno, a senatu restitutus est. Missi a senatu, qui inter Masinissam et Karthaginienses de agro judicarent. C. Marcius consul adversus Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit; cum quibus bello confligendi caussa fuit, quod Illyrios, populi Romani socios, vastaverant; eamdemque gentem Cornelius Nasica consul domuit. Q. Opimius consul Transalpinos Ligures, qui Massiliensium oppida, Antipolim et Nicæam, vastabant, subegit. Præterea res in Hispania a compluribus parum prospere gestas continet.* [5] *Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire cæperunt. Mutandi comitia caussa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati, ad disceptandum inter Masinissam et Karthaginienses missi, renunciaverunt, vim navalis materiæ se Karthagine deprehendisse. Aliquot prætores, a provinciis avaritiæ nomine accusati, damnati sunt.*

XLVIII.

Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Karthaginiensium ingens Numidarum exercitus, duce [6] *Ariobarzane, Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suasit, ut Karthaginiensibus, quum Ariobarzanem, specie contra Masinissam regem, sed re vera*

[4] *Sacrorumque magistratuum jus potentius fuit*] Observat Gronovius, nusquam pontificatum dici *magistratum sacrum*. Itaque quum vett. editiones et aliquot scripti præferant *Sacrorum quoque magistratuum*, emendat ille *Sacrorumque quam magistratuum jus potentius fuit*: atque ita edendum curavit. Nobis probabilis licet conjectura non ideo tamen in contextum admittenda visa est.

[5] *Consules anno* 598. *ab u. c. magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire cæperunt*] Illum annum numeramus quingentesimum nonagesimum nonum ab u. c. Cetera quæ hic leguntur partim obscura, partim etiam falsa sunt. Vid. infra c. 36.

[6] *Archobarzane duce*] Aliquot MSS. a Gronovio inspecti habent *Ariobarzane*.

contra Romanos, adcitum in finibus haberent, bellum indiceretur. Contradicente P. Cornelio Nasica, placuit, legatos mitti Karthaginem, qui specularentur, quid ageretur. Castigato senatu Karthaginiensium, quod contra fœdus et exercitum et navales materias haberent, pacem inter eos et Masinissam facere voluerunt, Masinissa agro, de quo lis erat, cedente. sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magistratu erat, quum senatus pariturum se judicio legatis dixisset, ita bellum adversus Romanos suadendo concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nunciantes, infestum jam senatum Karthaginiensibus, infestiorem fecerunt. M. Porcius Cato filii, in prætura mortui, funus tenuissimo, ut valuit, ([7] nam pauper erat) sumtu fecit. Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti adseveratione mentiretur, Romam missus. M. Æmilius Lepidus, qui princeps senatus [8] ab sextis jam censoribus erat lectus, antequam exspiraret, præcepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent; in reliquum funus [9] ne plus, quam æris denos, consumerent: imaginum specie, non sumtibus, nobilitari magnorum virorum funera solere. De veneficiis quæsitum. Publicia et Licinia, nobiles feminæ, quæ [10] viros suos consulares necasse insimulabantur, cognita caussa, [11] quum prætori pro se vades dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt. [12] Gulussa, Masinissæ filius, denunciavit, Karthagine delectus agi, classem comparari, et haud dubium bellum strui. Quum Cato suaderet, ut iis bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciundum, placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus consules, quum delectum severe agerent, nec quemquam gratia dimitterent, ab tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem conjecti sunt. Quum Hispaniense bellum,

7 *Nam pauper erat*] Haud ita Plutarchus, qui Catonem colligendæ pecuniæ studiosissimum fuisse affirmat, nec male ei rem cessisse. Eum vide in Cat. Maj.

8 *Ab sextis jam censoribus*] Addidit Sigonius particulam *ab:* non sine causa, ut putamus.

9 *Ne plus quam æris denos*] Summa ridicule exigua. Deni enim æris, etiamsi grave æs intelligatur, æquant denarium unum, sive unum argenti *grossum.* Unus MS. teste Gronovio habet *æris decus,* unde facillimum est id efficere quod Pithœus, memorante Hearnio, conjecerat, *æris decies:* nisi quod tunc summa non contemnenda exsurgit. Decies enim centena assium millia, etiamsi intelligantur vulgares tum asses, qui senideni in denarium contribuebantur, æquant denarios 62500. marcas argenti nostrates 976. uncias 4. semunciam 1. Imitemur cautam Freinshemii modestiam, qui hoc libro, c. 10. nihil definiens, *modicam pecuniam* in funus suum consumi jussisse Lepidum dicit.

10 *Viros suos consulares*] Addidit Gronovius e tribus MSS. vocem *consulares.* Sane alter ex iis L. Postumius consulatum gesserat. Sed Claudium Asellum fuisse consulem non exstat memoria. Vid c. 10. hujus libri.

11 *Quum prætori prædes vadesque dedissent*] Observat Gronovius nihil hic prædibus opus esse. Prædes enim in lite nummaria, vades in re capitali dabantur. Itaque ex variis depravatarum in MSS. lectionum vestigiis varias emendationes tentat: quarum hæc maxime perspicui sensus esse nobis videtur: *quum a prætore die dicta vades dedissent.* Sed illa longius abit a MSS.

12 *Gulussa . . . denunciavit, Karthagine detectus agi*] Melius Pithœus apud Hearnium *nunciavit.*

parum prospere aliquoties gestum, ita confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent. P. Cornelius Æmilianus processit, et excepturum se militiæ genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo omnes ad studium militandi concitavit. [13] *L. Lucullus consul, qui M. Claudio Marcello successerat, quum lacessere omnes Celtiberiæ populi viderentur, Vaccæos, et Cantabros, et alias adhuc incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: et* [14] *in obpugnatione Intercatiæ urbis, majus etiam periculum adiit. nam murum primus transcendit. Ser. Sulpicius Galba prætor male adversus Lusitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum oratoribus Karthaginiensium, et Gulussa Masinissæ filio, redissent, dicerentque, et exercitum se et classem Karthagine deprehendisse,* [15] *perrogari sententias placuit. Catone et aliis principibus senatui suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quod P. Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi justam caussam belli videri,* [16] *placuit, ut bello abstinerent, si Karthaginienses classem exussissent, et exercitum dimisissent: sin minus, proximi consules de Punico bello referrent. Quum locatum a censoribus theatrum exstrueretur; P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile et nociturum publicis moribus, ex senatusconsulto destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectavit. Karthaginienses quum adversus fœdus bellum Masinissæ intulissent, victi ab eo,* [17] *annos*

13 *L. Lucullus consul, (Claudius Marcellus, cui successerat*] Longe aliter hanc periodum formavit Gronovius, partim ex duobus MSS. partim ex conjectura. Sic ille edidit; *L. Lucullus consul, cum Claudio Marcello, cui successerat, quum lacessere omnes Celtiberiæ populi viderentur, Vaccæos* etc. sed hæc parum sane placent: et hoc orationis membrum, *quum lacessere omnes Celtiberiæ populi viderentur,* impediti, et obscuri, et mutili sensus esse videtur. Nos repræsentamus vett. editorum et plerorumque MSS. lectionem, nisi quod admoniti a Sigonio, τὸ *cui* male collocatum in suum, ut putamus, ordinem revocavimus. Habent enim antiqui editi, *L. Lucullus consul, cui Claudius Marcellus successerat,* quod est contra historiæ fidem, quum Marcello Lucullus successerit. Sensus clarus est quomodo legimus: Quum Claudius Marcellus Luculli decessor omnes Celtiberiæ populos pacasse videretur, Lucullus in ignotas adhuc regiones penetravit, et, deficiente in Celtiberis belli materia, Vaccæos, Cantabros subegit.

14 *In oppugnatione Intercatiæ*] Vett. editi et plerique scripti habent *in expugnatione.* Quis mutaverit, incertum. Ceterum quum Intercatia non expugnata fuerit, sed per deditionem venerit in Romanorum potestatem, (vid. c. 23. hujus libri) τὸ *oppugnatione,* quod in Gronovianis editionibus reperimus, loco movendum esse non visum est. *Intercatiæ* est ab felici Sigonii conjectura, quum prius legeretur *captæ;* in quibusdam autem scriptis *interceptæ.*

15 *Perrogari sententias placuit*] Et hunc quoque locum Sigonius levi emendatione adjuvit. Scripti et vett. editi: *prorogari sententiam placuit.*

16 *Placuit, ut bello abstineretur*] Vulgati, *ut bello desisteretur,* quod minus proprium est; nondum etenim bellum cœptum erat. Apud Andream et in uno e MSS. Hearnii exstat τὸ *abstineretur:* aliquot scripti habent *abstinerent.*

17 *Annos habente nonaginta duos*] Legendum potius videtur *duodenonaginta,* quomodo Freinshemius habet c. 32. hujus libri. Etenim Polyb. apud Valesium tradit Masinissam, quum decessit, annos tantum nonaginta natum

habente nonaginta duos, et sine pulpamine mandere et gustare panem tantum solito, insuper [18] *Romanum bellum meruerunt.*

XLIX.

Tertii Punici belli initium [19] *altero et sexcentesimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, consummati. Inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur,* [20] *alter etiam vir optimus a senatu judicatus erat, diversis certatum sententiis est; Catone suadente bellum, et ut tolleretur deleretur que Karthago;* [21] *Nasica dissuadente. Placuit tamen, quod contra fœdus naves haberent, quod exercitum extra fines duxissent, quod socio populi Romani et amico Masinissæ arma intulissent, quod filium ejus Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum iis indici. Priusquam ullæ copiæ in naves inponerentur, Uticenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus, acerba Karthaginiensibus fuit. Diti patri ludi* [22] *ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti:* [23] *qui*

fuisse: consentitque Epitome libri Liviani L. in qua *Masinissa major nonaginta annis decessisse* memoratur. Hæc enim loquendi forma satis indicat non multum excessisse eum annos nonaginta. Si autem tunc quum Carthaginienses devicit duos et nonaginta habuisset, mortuus fuisset major annis quatuor et nonaginta. Ceterum sic quoque Masinissa multo nunc provectior annis erit, quam esse debuit si staretur iis quæ de ejus ætate leguntur in Livio, lib. XXIV. c. 49. Ibi enim dicitur septem et decem annos natus, anno u. c. 539. Unde sequeretur eum tunc quum pugnam illum cum Carthaginiensibus pugnavit de qua agit hæc epitome, anno nimirum u. c. 602. annum ætatis tantummodo primum et octogesimum egisse. Nisi si quis error irrepsit in notas numerorum apud Livium.

18 *Romanum bellum meruerunt*] Hic auctior est Pithœi codex, et, memorante Hearnio, addit: *Motus præterea Syriæ, et bella inter reges gesta referuntur: inter quos motus Demetrius Syriæ rex occisus erat.*

19 *Altero et sexcentesimo anno ab u. c.*] Repetit initium tertii Punici belli auctor hujus epitomes ab consulatu T. Quintii, et M'. Acilii, ut patet ex eo quod bellum hoc intra quintum annum consummatum fuisse dicat. Finitum est autem Cn. Cornelio, L. Mummio Coss. qui quinto abhinc anno magistratum gesturi sunt. Porro *sexcentesimus alter* intelligi debet, ut probavimus in nota ad Liv. l. III. c. 33. *sexcentesimus primus.* Hunc tamen annum, quo T. Quintius et M'. Acilius consules sunt, numeramus sexcentesimum secundum, ne a Dodwelli rationibus, quem sequimur in chronologia ducem, discrepemus.

20 *Alter etiam vir optimus a senatu judicatus erat*] Imo hic Scipio Nasica, Corculum dictus, bis consul, et pontifex maximus, ejus qui ab senatu vir optimus judicatus erat, filius fuit. Id constat ex omni horum temporum historia. Nec audiendus Auctor de Vir. illust. qui consentiens huic epitomæ ex duobus unum facit.

21 *Nasica dissuadente: placuit tamen*] Distingue et scribe, *Nasica dissuadente. Placuit tandem.* GRONOVIUS.

22 *Ad Terentum*] Olim *ad Tarentum.* Correxit Sigonius ex Festo, et Val. Max. l. II. c. 4.

23 *Qui anno centesimo, primo bello Punico*] Hic multum variant scripti et editi Gronovius legit proxime ad MSS. suorum fidem, vel *qui anno centesimo ante*, vel *qui ante annum centesimum, primo Punico bello.*

anno centesimo, primo Punico bello, quingentesimo et altero anno ab urbe condita, facti erant. Legati triginta Romam venerunt, per quos se Karthaginienses dedebant. Catonis sententia pervicit, ut in decreto perstaretur, et ut consules quam primum ad bellum proficiscerentur. Qui ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obsidibus, et [24] *armis, omnibusque instrumentis bellicis, si qua Karthagine erant; tunc, quum ex auctoritate Patrum juberent, ut in alium locum, dum a mari decem millia passuum,* [25] *ne minus, remotum,* [26] *oppidum facerent, indignitate rei ad bellandum Karthaginienses compulerunt. Obsideri obpugnarique cœpta est Karthago ab L. Marcio, M'. Manilio consulibus. In qua obpugnatione quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere* [27] *cum cohortibus suis inrupissent, et ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione Africano expliciti sunt: per quem et castellum Romanorum,* [28] *quod nocte expugnabant, paucis equitibus juvantibus, liberatum est: castrorumque, quæ Karthaginienses, omnibus copiis ab urbe pariter egressi, obpugnabant, liberatorum is ipse præcipuam gloriam tulit. Præterea, quum ab irrita obpugnatione Karthaginis consul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem, qui* [29] *cum altera manu iniquum saltum insederat, suasit primo consuli, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complurium, qui et prudentiæ ejus et virtuti invidebant, sententiis, et ipse saltum ingressus est. quumque, sicut prædixerat, fusus fugatusque esset Romanus exercitus, et duæ cohortes ab hoste obsiderentur, cum exiguis equitum turmis in saltum reversus, liberavit eas, et incolumes reduxit. Quam virtutem ejus et Cato, vir promtioris ad vituperandum linguæ, in senatu sic prosecutus est, ut diceret,* [30] reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere; [31] *et populus Romanus eo favore complexus, ut comitiis plurimæ eum tribus* [32] *consulem scriberent, quum hoc per ætatem non liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem*

[24] *Armis, omnibusque instrumentis belli*] Hæc est veterum editorum lectio et aliquot scriptorum. Campanus pro *belli* habet *bellicis*, quod potest admitti. Vulgati: *armis omnibus instrumentisque belli.*

[25] *Ne minus*] Sic conjecerat Gronovius, quomodo plane Pithœus annotavit in variantibus lectionibus ad hunc locum, teste Hearnio. Vulgo *nec minus:* quod præ illo altero sordere debet cuivis bono Latinitatis æstimatori.

[26] *Oppidum facerent*] Recte videtur emendare Gronovius *transferrent.*

[27] *Cum cohortibus*] Pithœus apud Hearnium et Campanus addunt *suis.*

[28] *Quod nocte expugnabant*] Id est, expugnaturi videbantur; parum aberat, quin expugnarent. Exprimimus hic Andreæ, Campani, et MSS. codicum Gronovii lectionem. Vulgo *oppugnaant*

[29] *Cum altera manu*] Pithœus apud Hearnium, *cum ampla manu:* quod amplectendum videtur.

[30] *Reliquos.. umbras militare*] Versus Homericus, Od. x. v. 495. Οἷος πέπνυται. τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. Ideo censet Gronovius legendum *umbras volitare:* hoc enim est ἀΐσσειν.

[31] *Et populus Romanus eo favore illum complexus est*] Retinuimus τὸ *est*, quod etsi abest a quibusdam scriptis Gronovio inspectis, necessarium tamen videtur ad fulciendam orationem.

[32] *Consulem scriberent*] Suspicatur

promulgasset, ut Lusitani,[33] *qui, in fidem populi Romani dediti, a Ser. Galba*[34] *in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. exstat oratio in Annalibus ejus inclusa. Q. Fulvius Nobilior,*[35] *et sæpe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba. ipse quoque Galba, quum se damnari videret, complexus duos filios prætextatos,*[36] *et Sulpicii Galli filium, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. exstant tres orationes ejus:*[37] *duæ adversus Libonem tribunum plebis rogationemque ejus, habitæ de Lusitanis: una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos propter sese castra habentes cæsos fatetur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu inmolatis, per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam, ultimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, et mutato nomine Philippus vocatus, quum ab urbe Romana, quo illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram, coeuntibus, contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Fabulam autem talem finxerat. Ex pellice se et Perseo rege ortum, traditum educandum*[38] *Cretensi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen regiæ stirpis exstaret. Perseo demortuo, Adramyttei se educatum usque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum esse credentem, a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. adfecto deinde eo, quum prope ad vitæ finem ultimum esset,*[39] *detectam tandem ibi originem suam, falsæque matri libellum datum, signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, quum ad puberem ætatem venisset: obtestationesque ultimas objectas, ut res in occulto ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri a patre dicerentur. tum scientem mulierum subditum se esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus: atque*

Gronovius *consulem juberent.* Etenim τὸ *scriberent* non potest intelligi nisi de suffragiis per tabellam latis. Tunc autem pronuntiabantur suffragia, non scribebantur. Nondum enim lex ulla tabellaria erat.

33 *Qui in fidem populi Romani dediti*] Sic vet. lib. habere testatur Sigonius: sic habet et Campanus, nisi quod edidit *in fide.* Haud videmus igitur cur omnes editi recentiores dederint *populo Romano:* quæ loquendi forma minus usitata est.

34 *In Gallia venissent*] Venumdati essent. Sigonius legi jussit *in Gallia.* Olim *in Galliam.*

35 *Et sæpe ab eo*] Vellemus, *et ipse sæpe ab eo in senatu laceratus..*

36 *Et Sulpicii Galli filium*] Sic Campanus: et eodem alludunt duo MSS. Gronovii. Vulgo *et filium Caii Sulpicii.*

37 *Duæ adversum Libonem.. rogationemque ejus habitæ de Lusitanis*] Gronovius edidit *habitam.* Sed quis unquam dixit *habere rogationem?* Retinuimus *habitæ,* quod exstat in vett. editis, et referri debet ad *orationes.*

38 *Cretensi*] Haud scimus a quo sit orta hæc lectio. Vett. editi *Cirthesæ.* Sigonius ex vet. lib. et Pithœus apud Hearnium *Cretæ se.*

39 *Detectam sibi tandem originem suam*] Quidam editi ante Sigonium carebant τῷ *sibi,* ut et unus MS. Gronovii. Et vero ex iis quæ sequuntur patet Andriscum non dixisse tunc *sibi,* sed falsæ matri detectam originem suam, quæ ei, quum ad puberem ætatem venisset, mysterium illud enuntiaret. Itaque libenter legeremus hic cum Gronovio: *detectam tandem originem suam falsæ matri, et libellum datum.*

obtestatam, ut prius, quam manaret ad Eumenem res, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium, in Syriam se contulisse: atque ibi primum, quis esset, palam expromere ausum.

L.

Thessalia, quum et illam invadere armis atque occupare Pseudophilippus vellet, per legatos Romanorum auxiliis Achæorum defensa est. Prusias rex Bythyniæ, [40] *omniumque humillimorum vitiorum, a Nicomede filio, adjuvante Attalo rege Pergami, occisus est. Habebat alium filium, qui, pro superiore ordine dentium, enatum habuisse unum os continens dicitur. Quum legatos ad pacem inter Nicomedem el Prusiam faciendam Romani misissent, et unus ex iis multis cicatricibus sparsum caput haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors haberetur; dixit Cato, eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quæ eo tempore* [41] *ex stirpe generis Persei, regis Macedonum, inertia socordiaque similem Prusiæ regem habebat, jacente eo* [42] *in ganea et lustris, Ammonius regnabat; per quem et amici omnes regis, et Laodice regina, et Antigonus, Demetrii filius, occisi. Masinissa, Numidiæ rex, major nonaginta annis decessit, vir insignis. Inter cetera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, viguit, ut post sextum et octogesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos ejus, maximum natu Micipsam, Gulussam, Mastanabalem, qui etiam Græcis literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (quum commune eis pater regnum reliquisset, et dividere eos arbitro Scipione jussisset) partes administrandi regni divisit. Item* [43] *Phamææ Himilconi, præfecto equitum Karthaginiensium, viro forti, et cujus præcipua opera Pœni utebantur, persuasit, ut ad Romanos cum equitatu suo transiret. Ex tribus legatis, qui ad Masinissam missi*

40 *Omniumque humillimorum vitiorum*] Et vir omnibus humillimis vitiis deformis.

41 *Ex stirpe generis Persei regis Macedonum*] Hic agitur de Bala Alexandro, quem nemo ex stirpe Persei fuisse memoravit. Delrius apud Hearnium legit e MS. *stirpe generis parem Macedonum regi, inertia socordiaque similem Prusiæ.* Quæ lectio amplectenda videtur. Regem Macedonum hic intellige Pseudophilippum, qui tum in Macedonia regnabat, et incerti obscurique generis erat itidem ut Alexander.

42 *In guneo*] Unus e MSS. Gronovii habet *in granea:* unde ille legendum existimat *in ganea*, quod plane exstat apud Andream. Sed parum interest.

43 *Phamææ Himilconis*] Sigonius legi jussit ex Appiano *Phamææ*, quum libri haberent *Phaniæ*. Sed et ex eodem Appiano reponendum esset *Himilconi.* Hunc enim præfectum equitatus Carthaginiensium vocat ille scriptor *Himilconem, cognomine Phamæam.*

fuerant, [44] *Claudius Marcellus, coorta tempestate, fluctibus obrutus est. Karthaginienses Hasdrubalem, Masinissæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis suspectum, in curia occiderunt: quæ suspicio inde emanavit, quod propinquus esset Gulussæ, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus, quum ædilitatem peteret, consul a populo dictus, quoniam per annos consulem fieri non licebat, cum magno certamine suffragantis plebis, et repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus solutus, et consul creatus est.* [45] *M'. Manilius aliquot urbes circumpositas Karthagini expugnavit. Pseudophilippus in Macedonia, cæso cum exercitu P. Juventio prætore, a Q. Cæcilio victus captusque est, et recepta Macedonia.*

LI.

[46] *Karthago, in circuitu millia viginti tria passuum patens, magno labore obsessa, et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione consule, cui extra sortem provincia Africa data erat. Karthaginienses, portu novo (quia vetus obstructus a Scipione erat) facto, et contracta clam exiguo tempore ampla classe, infeliciter navali prœlio pugnaverunt. Hasdrubalis quoque ducis eorum castra, ad Nepherim oppidum loco difficili sita, cum exercitu deleta sunt a Scipione; qui tandem urbem expugnavit septingentesimo anno, quam erat condita. spoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, quum se Hasdrubal Scipioni dedidisset, uxor ejus, quæ paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat, ut ad victorem transfugerent, in medium se flagrantis urbis incendium, duobus cum liberis, ex arce præcipitavit. Scipio exemplo patris sui naturalis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugasque ac fugitivos bestiis objecit. Belli Achaici semina referuntur hæc: quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sint Corinthi, missi, ut eas civitates, quæ sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.*

[44] *Claudius Marcellus*] Pithœus apud Hearnium, *M. Claudius.*

[45] *M'. Manilius*] Hoc debetur Sigonio. Libri omnes mendose, *M. Æmilius.*

[46] *Carthago in circuitu viginti tria millia passuum patens*] Recentiores editi et plerique MSS. habent *passus.* Sed melius visum est *passuum,* quod in antiquis editis exstat. Ceterum Freinshemius l. XLIX. c. 38. Strabone auctore, scripsit peninsulam in qua sita Carthago erat, quinque et quadraginta millia passuum habuisse, totamque muro circumdatam fuisse. Sed intelligendum est urbem ipsam non tantum patuisse, suaque peculiaria mœnia habuisse, præter hunc murum, qui totam peninsulam ambiebat.

LII.

Cum Achæis, qui in auxilio Bœotos et Chalcidenses habebant, Q. Cæcilius Metellus [47] *ad Thermopylas bello conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem conscivit. in cujus locum Diæus, Achaici motus primus auctor, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon a L. Mummio consule victus est. qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthon ex senatusconsulto diruit, quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque et Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipse L. Mummius* [48] *abstinentissimum virum egit. nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quæ prædives Corinthos habuit, in domum ejus pervenit. Q. Cæcilius Metellus de Andrisco triumphavit; P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus de Karthagine et de Hasdrubale. Viriathus in Hispania primum ex pastore venator, ex venatore latro mox justi quoque exercitus dux factus, totam Lusitaniam occupavit;* [49] *M. Vetilium prætorem, fuso ejus exercitu, cepit: post quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit: tantumque terroris is hostis intulit, ut adversus eum consulari opus esset et duce, et exercitu. Præterea motus Syriæ, et bella inter reges gesta referuntur. Alexander, homo ignotus et incertæ stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Gnidon fuerat, contemta socordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemæo Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram in matrimonium acceperat, bello interemit. Ptolemæus, in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, exspiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem, quam [illegible] tormenta in suos exercebat,* [50] *a Diodoto quodam, uno ex subjectis, qui Alexandri [illegible], [illegible] adserebat, bello superatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achæis triumphavit. signa ærea, marmoreaque, et tabulas pictas in triumpho tulit.*

[47] *Ad Thermopylas bello conflixit*] Sic veteres editi et MSS. aliqu[illegible] a Gronovio inspecti: licet i[illegible] vocem *bello* in sua editione om[illegible]serit.

[48] *Ab[illegible]entissimum virum egit*] Cam[illegible], Andreas, et plerique codices tum Gronovii, tum Hearnii, habent *abstinentissimum se virum egit.*

[49] *C. Vetilium*] Sic nominat hunc prætorem Appianus in Ibericis, et post eum Freinshemius, infra c. 25. et seqq. Vulgo hic: *M. Vitilium.*

[50] *A Diodoto quodam, uno ex subjectis*] Hoc nec satis Latine, nec proprie dictum est. Suspicamur *uno ex purpuratis.* Frequens occurrit *purpuratorum* mentio in regum Macedonicorum aulis.

LIII.

Ap. Claudius consul Salassos, gentem Alpinam, domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quæstore cum exercitu cæsus est. Q. Cæcilius Metellus proconsul Celtiberos cecidit. a Q. Fabio proconsule pars magna Lusitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Julius senator Græce res Romanas scribit.

LIV.

Q. Pompeius consul in Hispania[51] *Termestinos subegit. cum eisdem et Numantinis*[52] *pacem ab infirmitate fecit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti octo millia, quadringenta quadraginta duo. Quum Macedonum legati conquestum de D. Junio Silano, prætore venissent, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset et senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, pater Silani, petiit, inpetravitque, ut sibi cognitio mandaretur: et, domi caussa cognita, filium condemnavit, abdicavitque; ac ne funeri quidem ejus (quum suspendio vitam finisset) interfuit; sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius proconsul rebus in Hispania prospere gestis labem inposuit, pace cum Viriatho æquis conditionibus facta. Viriathus a proditoribus, consilio Servilii Cæpionis, interfectus est, et ab exercitu suo multum comploratus, ac nobiliter sepultus; vir duxque magnus, et per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.*

LV.

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Serapion fuit ab inridente Curiatio tribuno plebis inpositum, et D. Junio Bruto consulibus delectum habentibus, in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est: nam C. Matienus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusque,

[51] *Termestinos*] Sic scribunt hoc nomen veteres editiones: superæ *Thermestinos*. Sed *Termisus*, *Termantia*, quæ duo ejusdem urbis nomina videntur apud Appianum in Ibericis, *Termes* apud Plinium et alios, quæ eadem urbs est ac *Termisus* Appiani, sine aspiratione scribuntur.

[52] *Pacem ab infirmitate fecit*] Sive hoc modo legas, sive, ut olim, *ob infirmitatem*, utrumque nugatorium merito videtur Gronovio: qui suspicatur, *pacem a populo Romano infirmatam fecit*; vel, *pacem, improbante populo Romano, fecit.*

sub furca diu virgis cæsus est, et sestertio nummo veniit. Tribuni plebis, quia non impetrarent, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, consules in carcerem duci jusserunt. Junius Brutus consul in Hispania iis, qui sub Viriatho militaverant, agros et oppidum dedit, quod Valentia vocatum est. M. Popillius a Numantinis, [53] *cum quibus pacem factam senatus irritam fieri censuerat, cum exercitu fusus fugatusque est. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cavea evolaverunt. conscendenti deinde navim, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit vox,* Mane, Mansine: *quæ auspicia tristia fuisse, eventu probatum est. Victus enim a Numantinis et castris exutus, quum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Lusitaniam, triginta urbium expugnationibus, usque* [54] *ad occasum et oceanum perdomuit: et, quum* [55] *fluvium Oblivionem transire nollent milites, ereptum signifero signum ipse transtulit, et sic, ut transgrederentur, persuasit. Alexandri filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, a Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est; conruptis medicis, qui, eum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.*

LVI.

D. Junius Brutus in Hispania ulteriore feliciter adversus Gallæcos pugnavit. dissimili eventu M. Æmilius Lepidus proconsul adversus Vaccæos rem gessit, cladcmque similem Numantinæ passus est. Ad exsolvendum Numantini fœderis religione populum, Mancinus, quum hujus rei auctor fuisset, deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum a censoribus conditum est. [56] *Censa sunt civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus consul Vardæos in Illyrico subegit. M. Cosconius prætor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit. Quum bellum Numantinum vitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque Romano consulatus: quem quum illi capere* [57] *ob legem, quæ*

[53] *Cum quibus pacem factam senatus irritam fieri censuerat*] Sigonius immisit τὸ *fieri*: quod tamen abesse maluerimus, et revera ignorant Andreas, et Campanus.

[54] *Ad Occasum et Oceanum*] Andreas, Campanus, Hearnii codices, Sigonius omittunt τὰ *Occasum et.*

[55] *Fluvium Oblivionem*] Legendum *Oblivionis.* Nam is fluvius, non *Oblivio,* sed *Oblivionis* nominabatur. Is. Casaubonus ad Strab. l. III. p. 153.

[56] *Censa sunt*] Sic plerique scripti et vett. editi. In vulgatis deest *sunt.* Sed et in numero civium censorum variant libri. Verum operæ pretium non videtur in his minutis tricis immorari.

[57] *Ob legem quæ vetabat quemquam iterum consulem fieri*] Olim legebatur *quemquam intra decem annos iterum con-*

vetabat, quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum servile, in Sicilia ortum, quum obprimi a prætoribus non potuisset, C. Fulvio consuli mandatum est. hujus belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus; qui, contracta agrestium servorum manu, et solutis ergastulis, justi exercitus numerum inplevit. Cleon quoque, alter servus, ad septuaginta millia servorum contraxit; et, copiis junctis, [58] *contra populum Romanum exercitumque ejus bellum sæpe gesserunt.*

LVII.

Scipio Africanus Numantiam obsedit, et conruptum licentia luxuriaque exercitum ad severissimam militiæ disciplinam revocavit. omnia deliciarum instrumenta recidit; duo millia scortorum a castris ejecit; militem quotidie in opere habuit, et triginta dierum frumentum [59] *ad septenos vallos fere cogebat. ægre propter onus incedenti dicebat,* Quum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito. [60] *Alii, scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius justo ferre jussit:* [61] *neque id se reprehendere, quando melius scuto, quam gladio, uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus,* [62] *fustibus cecidit. Jumenta omnia, ne exonera-*

sulem. Trigam hanc verborum, *intra decem annos*, omitti jussit Sigonius, auctore vetere libro, cui adstipulatur Pithœus apud Hearnium, et Campanus. Sane decennalis intervalli mentio nihil huc attinet, quum inter utrumque Scipionis Æmiliani consulatum toti duodecim anni effluxerint. Legem quæ vetabat quemquam bis consulem fieri, Pighius existimat latam esse primo anno tertii Punici belli. Certe Festus in voce *Pavimenta* refert verba quædam ex oratione M. Catonis, Ne quis consul bis fieret. Eamdem orationem laudat quoque Priscianus. Hæc fere Sigonius in nota ad hunc locum. Vid. et Pighium ad annum 603.

58 *Contra populum Romanum exercitumque ejus*] Brevius et aptius duo scripti Grutero inspecti, Pithœus apud Hearnium, et Campanus: *adversus exercitum Romanum.*

59 *Ad septenos vallos*] Super, vel præter septenos vallos. Sigonius legi jusserat *ac.* Sed veterem lectionem ex suis libris Gronovius asseruit.

60 *Alii scutum parvum habiliter ferenti*] Hæc lectio a Grutero prodita est. Nobis satis placeret ea quam monstrat apud Hearnium Pithœus; *alii scutum parum habiliter ferenti.* Nec nos offendit apud hunc epitomatorem *alii.. jussit:* quam locutionem Sanctius in Minerva l. II. c. 4. et ibi Perizonius summa vi tuentur, et Latinam esse contendunt. Quod etiamsi iis non concedatur in aurei ævi scriptoribus, apud posteriorem certe ætatem invaluisse negari non potest.

61 *Neque id se reprehendere*] Suspicatur non immerito Gronovius aliquid hic excidisse, quod esset affine ei narratiunculæ quam ex Frontino habet Freinshemius infra c. 6. de milite ornatum elegantius scutum habente: quod se non reprehendere Scipio dixerit, quoniam ille melius scuto quam gladio uteretur.

62 *Virgis cecidit*] Virgæ enim inhonestius supplicium, et ideo a civium tergo remotum. Gronovius ex quibusdam libris edidit *fustibus cecidit.* Sed *fustuarium*, militare supplicium, usitatum fuit etiam in cives, etiam Ciceronis ævo, ut patet ex Phil. III. c. 6.

rent militem, vendidit. Sæpe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccæi obsessi, liberis conjugibusque trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera, missa sibi ab Antiocho rege Syriæ, quum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit, omniaque ea referre quæstorem in publicas tabulas jussit: ex iis se viris fortibus dona daturum. Quum undique Numantiam obsidione clausisset, et obsessos fame videret urgueri; hostes, qui pabulatum exierant, vetuit occidi; quod diceret, velocius eos absumturos, frumenti quod haberent, si plures fuissent.

LVIII.

Ti. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum legem agrariam ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis, ne quis ex publico agro plus, quam [63] quingenta jugera, possideret, *in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegæ, caussam diversæ partis defendenti, potestatem lege lata abrogaret:* [64] *seque, et Gracchum fratrem, et Ap. Claudium socerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit et aliam legem agrariam,* [65] *qua sibi latius agrum patefaceret,* ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. *deinde, quum minus agri esset, quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis, (quoniam eos ad cupiditatem* [66] *amplum modum sperandi incitaverat) legem se promulgaturum ostendit,* ut iis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuisset, divideretur. *Hæredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius.* [67] *Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnes* [68] *T. Annius consularis, qui, quum in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Quum iterum tribunus plebis creari vellet*

[63] *Quingenta jugera*] Certa emendatio Sigonii, nixa Plutarcho et Appiano. Nec dubium est quin Gracchus revocare voluerit legem Liciniam de modo agrorum, de qua Liv. agit libro VI. extremo: quæ quidem lex illum ipsum numerum quingentorum jugerum præfiniebat. Plerique libri, tum scripti, tum editi, habebant *decem jugera:* Campanus *centum:* Pithœus apud Hearnium *mille.*

[64] *Seque et fratrem Caium*] Sic legi jussit Sigonius ex vet. lib. melius, ut nobis videtur, quam *seque et Gracchum fratrem,* quamvis pleraque librorum manus hoc præferat.

[65] *Qua sibi latius agrum patefaceret*] Hæc nobis paulo suspectiora sunt. Vid. infra c. 31. quem sensum ex iis exsculpere conetur Freinshemius.

[66] *Amplum modum*] Amplum agri modum. Hæc vera est lectio, quam exhibent Andreas, Campanus, et scripti Gronovio inspecti. Quidam libri habent *ampla modo.*

[67] *Tot indignitatibus*] Sic edidit Gronovius ex scriptis et vett. editt. quibus succinit Campanus. Quidam *indignationibus.*

[68] *P. Mucius consul*] Libri omnes hic sunt mendosi. Plerique habent *C. Antonius,* alii *T. Annius.* Verum nomen consulis reposuit Sigonius.

Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum, et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen projectus. Res præterea in Sicilia vario eventu adversus fugitivos gestas continet.

LIX.

Numantini, fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, et de ea triumphavit, quartodecimo anno post Karthaginem deletam. P. Rupilius consul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus, regis Eumenis filius, Asiam occupavit; quum, testamento Attali regis legata populo Romano, libera esse deberet. Adversus eum P. Licinius Crassus consul, quum idem pontifex maximus esset, (quod numquam antea factum erat) extra Italiam profectus, prælio victus et occisus est. M. Perperna consul victum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius et Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti censores, lustrum condiderunt. Censa sunt civium capita trecenta septemdecim millia, octingenta viginti tria, præter pupillos et viduas. Q. Metellus censor censuit, ut omnes cogerentur ducere uxores, liberorum creandorum caussa. exstat oratio ejus, quam Augustus Cæsar, quum de maritandis ordinibus ageret, [69] *velut in hæc tempora scriptam in senatu recitavit. C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici jussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo tribunus plebis rogationem tulisset,* [70] *ut eumdem tribunum plebis, quoties vellet, creare liceret; rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione dissuasit; in qua dixit,* Ti. Gracchum jure cæsum videri. [71] *Gracchus contra suasit rogationem:* [72] *sed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum Syriæ, et Phraatem Parthorum regem gesta, nec magis quietæ res Ægypti referuntur. Ptolemæus, Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis*

[69] *Velut in hæc tempora scriptam*] Ante Sigonium editi: *velut eo tempore.* Ille correxit ex vet. lib. cui adstipulatur Campanus. Recte *in hæc tempora.* Habetur enim ratio personæ Livii, qui Augusto æqualis fuit.

[70] *Ut eumdem tribunum plebis, quoties vellet, creari liceret*] Emendat Gronovius: *ut eumdem tribunum plebi, quoties vellet, creare liceret.* Sane, ut vulgo legitur, τὸ *vellet* non potest referri nisi ad tribunum, quod absurdum est. *Creare* habet Campanus.

[71] *Gracchus contra*] Videtur excidisse prænomen: *C. Gracchus contra.* GRONOVIUS.

[72] *Sed Scipio tenuit*] Hoc quis dederit, incertum. Sed Andreas, Campanus, MSS. Hearnii: *censuit.* Vulgatæ lectionis sensus commodus est: *tenuit* propositum, vicit.

invisus, incensa a populo regia, clam [73] *Cypron profugit. et, quum sorori ejus Cleopatræ, quam (filia ejus virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium, quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque ejus et manus, et pedes matri misit. Seditiones a triumviris Fulvio Flacco, et C. Graccho, et C. Papirio Carbone, agro dividendo creatis, excitatæ: quibus quum P. Scipio Africanus adversaretur: fortisque ac validus de die domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Suspecta fuit, tamquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor, hinc maxime, quod soror esset Gracchorum; cum quibus simultas Africano fuerat. de morte tamen ejus nulla quæstio acta. Eo defuncto, seditiones triumvirales acrius exarserunt. C. Sempronius consul contra Japydas primo rem male gessit: mox victoria cladem acceptam emendavit virtute D. Junii Bruti, ejus, qui Lusitaniam subegerat.*

LX.

L. Aurelius consul [74] *rebellantes Sardos subegit.* [75] *M. Fulvius Flaccus primus Transalpinos Ligures bello domuit, missus in auxilium Massiliensibus adversus Salluvios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur. L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit. Pestilentia in Africa ab ingenti locustarum multitudine, et deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta nonaginta millia septingenta triginta sex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam,* ut [76] semisse et triente frumentum plebi daretur: *alteram legem agrariam, quam et frater ejus tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem, tunc cum senatu consentientem, conrumperet:* [77] ut sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur: et quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti

[73] *Cypron profugit*] Sic edidit Gronovius ex membranis. Vulgo *in Cyprum.* Campanus quoque omittit præpositionem.

[74] *Rebellantes Sardos*] Hanc scripturam, quam Gronovius a Pighii conjectura profectam ait, tuetur Pithœus quoque apud Hearnium. Plerique MSS. *bellantes.*

[75] *M. Fulvius Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit*] At in Epit. XLVII. *Q. Opimius consul Transalpinos Ligures..subegisse* dicitur. Majus autem est *subegisse,* quam domuisse. Hæc observat Perizonius Animadv. Hist. c. 8. Legamus igitur hoc loco *Transalpinos Gallos.*

[76] *Semisse et triente*] Id est, dextante, sive decem assis partibus, quales duodecim totum assem æquant.

[77] *Ut sexcenti ex equitibus*] Rualdus, Animadv. 26. in Plut. multis probat hoc tulisse C. Gracchum, ut judicia ab senatoribus ad Equites transferrentur: cetera quæ hic narrantur, vana et futilia esse. Non absurda Freinshemii conjectura est, infra c. 66. hoc tentasse vel certe cogitasse Gracchum, quod narrat auctor epitomes, sed perficere non potuisse, atque adeo ad transferenda ad solos Equites judicia animum adjecisse.

equites trecentis senatoribus admiscerentur: *id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. et, continuato in alterum annum tribunatu, legibus agrariis latis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, et una in solo dirutæ Karthaginis; quo, ipse triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res a Q. Metello consule adversus Baliares gestas continet: quas Græci Gymnesias adpellant, quia æstatem nudi exigant:* [78] *Baliares a teli missu adpellati, aut a Baleo, Herculis comite, ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum et Seleucum filium, indignata quod, occiso patre ejus a se, injussu suo diadema sumsisset, interemit.*

LXI.

C. Sextius proconsul, victa Salluviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, [79] *ob aquarum copiam e calidis frigidisque fontibus, atque a nomine suo ita adpellatas. Cn. Domitius proconsul adversus Allobrogas ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi caussa fuit, quod Teutomalium, Salluviorum regem, fugientem recepissent, et omni ope juvissent; quodque Æduorum agros, sociorum populi Romani, vastassent. C. Gracchus, seditioso tribunatu facto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupasset, a L. Opinio consule, ex senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus et occisus est; et cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem furoris. Q. Fabius Maximus consul, Paulli nepos, adversus Allobrogas et Bituitum, Avernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum viginti. Ipse, quum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset,* [80] *Albam custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, ut Congentiatus, filius ejus, comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius, accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, absolutus est.*

LXII.

Q. Marcius consul [81] *Stœnos, gentem Alpinam, expugnavit.*

[78] *Baleares a teli missu*] Nempe a verbo Græco βάλλειν.

[79] *Ob aquarum copiam*] Magis placeret cum Gronovio legere: *ab aquarum copia.. atque a nomine suo ita appellatas.*

[80] *Albam custodiendus datus est*] Sic duo e MSS. Gronovii et Pithœus apud Hearnium. Atque id elegantius nobis visum est, quam quod vulgati præferunt, *Albæ.*

[81] *Stonos*] Sic scribitur hoc nomen apud Strabonem, l. IV. p. 204. et apud Plinium, l. III. c. 20. Pighius legi jubet *Stœnos* ex marmoribus Capitolinis.

Micipsa, Numidarum rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempsali, et Jugurthæ fratris filio, quem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas subegit. Jugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum occidit: Adherbalem regno expulit: [82] *is a senatu restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, censores, duos et triginta senatu moverunt. Præterea motus Syriæ regum continet.*

LXIII.

Cato Porcius consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta sex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatæ sunt: idque incestum quemadmodum et commissum, et deprehensum, et vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fusus est. Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.

LXIV.

Adherbal, bello petitus a Jugurtha, et in oppido Cirta obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Jugurthæ bellum indictum: idque Calpurnius Bestia consul gerere jussus, pacem cum Jugurtha injussu populi et senatus fecit. Jugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu conrupisse dicebatur, Romam venit: et, propter cædem, admissam in regulum quemdam, nomine Massivam, [83] *qui regnum ejus populo Romano invisi adfectabat, Romæ interfectum, quum periclitaretur, caussam capitis dicere jussus, clam profugit, et, cedens urbe, fertur dixisse:* O urbem venalem, et cito perituram, si emtorem invenerit! *A Postumius legatus* [84] *infeliciter prælio adversus Jugurtham gesto pacem quoque adjecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.*

[82] *Is a senatu restitutus est*] Sic edidit Gronovius ex aliquot MSS. quibus assentitur Campanus. Vulgo *qui a senatu.*

[83] *Qui regnum ejus . . . appetebat*] Aliquot MSS. Gronovio inspecti, et Pithœus apud Hearnium pro *appetebat* substituunt *affectabat*: quod verbum magis proprium videtur.

[84] *Infeliciter prælio . . . gesto pacem quoque adjecit*] Sic legi jussit Sigonius, cui assentitur Pithœus. Plerique libri inter τὰ *gesto* et *pacem* inserunt verbum *conflixit*, quod plane otiosum est.

LXV.

Q. Cæcilius Metellus consul duobus prœliis Jugurtham fudit, totamque Numidiam vastavit. M. Junius Silanus consul adversus Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum [85] *sedem et agros, in quibus consisterent, postulantibus senatus negavit. M. Minucius proconsul adversus Thracas prospere pugnavit. L. Cassius consul a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est. milites, qui ex ea clade superaverunt, obsidibus datis, et dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.*

LXVI.

Jugurtha, pulsus a C. Mario Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus est: et, cæsis prœlio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere, vinctus ab eo et Mario traditus est: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæstoris Marii, fuit.

LXVII.

M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris fuso exercitu, captus est: et, quum, [86] *in consilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse,* [87] *a Boiorige rege, feroci juvene, occisus est. Ab iisdem hostibus Cn. Manlius consul et Q. Servilius Cæpio proconsul, victi prœlio castrisque binis exuti sunt. militum millia octoginta occisa, calonum et lixarum quadraginta.* [88] *Secundum populi Romani jussionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primi post regem Tarquinium; imperiumque ei abrogatum. in triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, et in carcere necatus est. Marius*

[85] *Sedem et agros in quibus considerent*] Aliquot MSS. tum Hearnii, tum Gronovii, Andreas, Campanus: *in quibus consisterent.*

[86] *In consilium . . . evocatus*] Multo melius Pithœus apud Hearnium, *advocatus.*

[87] *A Boiorige*] Conjectura Freinshemii a Gronovio probata. Prius legebatur: *a Bolo rege.* Edidimus *feroci*, quemadmodum Campanus et Andreas, et libri Hearnii habent, non *feroce*, ut nunc vulgo editi.

[88] *Secundum populi Romani jussionem*] Hæc non immerito inepta Gronovio visa sunt. Ille ex MSS. vestigiis legit: *Octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta, secundum Arausionem. Cæpionis,* etc. Sane in illa regione res gesta est: et favet Pithœus quoque apud Hearnium, *secundum apraussionem.*

triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. Secundo et tertio absens consul creatus, quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus, quæ inter Rhodanum et Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, a Celtiberis fugati sunt: reversique in Galliam, [89] *bellicosis se Teutonis conjunxerunt.*

LXVIII.

M. Antonius prætor in Ciliciam maritimos prædones persecutus est. C. Marius consul summa vi obpugnata a Teutonis et Ambronibus castra defendit. duobus deinde præliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit, in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est. triumphum oblatum, donec et Cimbros vinceret, distulit. Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsederat, et ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque, [90] *quum, virtute sua expliciti, fugientem proconsulem exercitumque consecuti, in Italiam trajecissent, junctis ejusdem Catuli et C. Marii exercitibus, prœlio victi sunt ab eis: in quo cæsa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta.* [91] *Marius, totius civitatis consensu exceptus, pro duobus triumphis, qui obferebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquamdiu ut novo homini, ad tantos honores evecto, inviderant, conservatam ab eo rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre occisa, primus insutus culeo, in mare præcipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cim-*

89 *Bellicosis se Teutonis conjunxerunt*] *Bellicosis* hic frigidum est, ut et *belli causa*, quod substituit Schefferus. Libri et vett. edd. fere *imbellicosis*. Gronovius conjicit: *Ambronibus se et Teutonis conjunxerunt*. Certe in Epit. sequenti Ambrones et Teutoni simul castra Marii oppugnasse memorantur.

90 *Quum virtute sua expliciti*] Vett. editiones et plerique MSS. *explicata*. Mutavit Sigonius, et intelligit Cimbros obsidione quasi Catuli liberatos. Verum Cimbri tum victores non explicabantur periculo, sed ultro periculum ac terrorem Romanis inferebant. Membranæ quædam Gronovio inspectæ longe aliam lectionem exhibent: *Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsidebat, flumen Athesim transgressi, castellum editum, quod insederat, ut reliquerat, effecerunt. quem tamen virtute sua explicita fugientem proconsulem exercitumque consecutus est. In Italiam quum deinde trajecissent, junctis ejusdem Catuli copiis*, etc. Hæc, inquit Gronovius, videntur meliora vulgatis, modo scribas *relinqueret*, et illa, *quem tamen*, sic corrigas et suppleas: *qui tamen in castello fuerunt, virtute sua expliciti fugientem proconsulem exercitumque consecuti sunt*. Digna memoria virtus, de qua vid. c. 50. hujus libri.

91 *Marius totius civitatis consensu exceptus*] Videtur hic aliquid desiderari, quale esset *summo cum honore*, vel *ingenti gratulatione*.

bricum bellum consummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges gesta continet.

LXIX.

L. Appuleius Saturninus, adjuvante C. Mario, et per milites occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit; et, quum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico,[92] *eo quod in eam non juraverat, diem dixit: qui quum a bonis civibus defenderetur, ne caussa certaminum esset, in exsilium voluntarium Rhodum profectus est:*[93] *ibique legendo et audiendis magnis viris avocabatur. Profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua et igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmium*[94] *candidatum consulatus, quem maxime adversarium actionibus suis timebat, occidit. quibus rebus concitato senatu, (in cujus caussam et C. Marius, homo varii et mutabilis ingenii consiliique semper secundum fortunam, transierat, quum eum tueri minime posset) obpressus armis cum Glaucia prætore, et aliis ejusdem furoris sociis,*[95] *bello quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exsilio, ingenti totius civitatis favore, reductus est. M'. Aquillius proconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.*

LXX.

Quum M'. Aquillius de pecuniis repetundis caussam diceret, ipse judices rogare noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore ejus discidit, ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero ejus rei solus auctor. T. Didius proconsul adversus Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemæus, Cyrenarum rex, cui cognomentum

[92] *Eo quod in eam non juraverat*] MSS. Gronovii, *qui in eam non juraverat*: elegantius.

[93] *Ibique legendo et audiendis magnis viris vacabat*] Plerique MSS. et vett. editi habent vel *advocabat*, vel *advocabatur*. Unde Gronovius edendum credidit *avocabatur*. Verbum proprium, inquit, de iis qui aut a sensu rerum adversarum, aut gravantibus alioqui negotiis animum avertunt, eique levando dant operam. Utatur, qui voluerit. Nobis videtur simplicius *vacabat*, quod vulgati tenent.

[94] *Candidatum consulatus*] Ante Sigonium vulgati adjiciebant *petitorem*: quam vocem ille ex vet. libro, cui Campanus assentitur, delevit, sed tamen revocandam esse Gronovius existimavit. Nobis nihil necesse visum est otiosum nomen inculcare.

[95] *A Rabirio quodam*] Conjectura Sigonii. Libri, et vett. editi, *bello quodam*. Freinshemius, *telo quodam* Cicero pro Rabirio, c. 11. *Scævæ Servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est.* Unde posses legere, *a Scæva quodam*, vel *a Servo quodam*. Gronovius.

Apioni fuit, mortuus hæredem populum Romanum reliquit, et ejus regni civitates senatus liberas esse jussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ a L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati, a rege Arsace missi, venerunt ad Sullam, [96] *ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summæ innocentiæ, quoniam legatus* [97] *Q. Mucii proconsulis a publicanorum injuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exsilium missus est.* [98] *C. Sentius prætor contra Thracas infeliciter pugnavit. Senatus, quum inpotentiam equestris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad se judicia transferrentur, sustinente caussam ejus M. Livio Druso tribuno plebis: qui, ut vires sibi adquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitavit. Præterea motus Syriæ regum continet.*

LXXI.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, ut majoribus viribus senatus caussam susceptam tueretur, socios et Italicos populos [99] *spe civitatis Romanæ sollicitavit: iisque adjuvantibus, per vim legibus agrariis frumentariisque latis, judiciariam quoque pertulit;* ut æqua parte judicia penes senatum et equestrem ordinem essent. *Quum deinde promissa sociis civitas præstari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt.* [1] *Eorum coïtus, conjurationesque, et orationes in conciliis principum referuntur. propter quæ Livius Drusus, invisus etiam senatui factus, velut socialis belli auctor, incertum a quo, domi occisus est.*

LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, initio belli a Picentibus moto. Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. saga populus sumsit. Ser. Galba, a Lucanis comprehensus, unius feminæ opera,

96 *Ut amicitiam populi Romani peterent*] Andreas, Campanus, et Hearnii codex, *a populo Romano.*

97 *Q. Mucii proconsulis*] Conjectura Sigonii, testimonio Asconii nixa. Vid. et infra capp. 10. et 11. hujus libri. Antea legebatur hoc loco, *C. Marii.*

98 *C. Geminius prætor*] Sic Andreas et turba editorum ante Sigonium. Ille reposuit *C. Sentius:* et ei Gronovius assensus est. Sed quum hæc emendatio haud satis cum historia quadrare videatur, ut probabimus in not. ad c. 17. hujus libri, revocavimus eam lectionem quam Sigonius mutaverat: eo quidem magis, quod Freinshemius illam agnoscit c. 56.

99 *Spe civitatis Romanæ sollicitavit*] Haud fortasse spernendum quod habet Campanus, *in spem civitatis.*

1 *Coitus*] Magis placeret *coitiones:* quæ vox in hujusmodi rebus valde propria est.

ad quam devertebatur, captivitate exemtus est. Æsernia et Alba coloniæ ab Italicis obsessæ sunt. Auxilia deinde Latini nominis externarumque gentium missa populo Romano, et expeditiones invicem expugnationesque urbium referuntur.

LXXIII.

L. Julius Cæsar consul male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium venit cum L. Postumio prætore, qui ab iis interfectus est. Conplures populi ad hostes defecerunt. Quum P. Rutilius consul male adversus hostes Marsos pugnasset, et in prœlio cecidisset, C. Marius, legatus ejus, meliore eventu cum hostibus conflixit. Ser. Sulpicius Pelignos prœlio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum obsessus prospere in hostes erupisset, et ob eum successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, et circumventus insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Julius Cæsar consul feliciter adversus Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romæ saga posita sunt. et, ut varia belli fortuna esset, Æsernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed C. Marius prœlio Marsos fudit, [2] Herio Asinio, prætore Marrucinorum, occiso. C. Cæcilius in Gallia Transalpina Salluvios rebellantes vicit.

LXXIV.

Cn. Pompeius Picentes prœlio fudit, et obsedit: propter quam victoriam Romæ prætextæ et alia magistratuum insignia sumta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt. A. Plotius legatus Umbros, [3] L. Porcius prætor Marsos, quum uterque populus defecisset, prœlio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti sunt. Cn. Pompeius consul Marsos acie vicit. Quum ære alieno obpressa esset civitas. [4] A. Sempronius Asellio prætor, quoniam secundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in foro occisus est. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

[2] *Herio Asinio*] Sic edi jussit hoc nomen Gronovius ex Velleio et Appiano. Antea, *Hirno*, vel *Hirnio Asinio*.

[3] *L. Porcius prætor Marsos*] Ea quæ sequuntur, *quum uterque populus defecisset*, probant in voce *Marsos* hic esse mendum. Non enim tum primum deficere cœperunt Marsi: sed omnium primi rebellionis signum sustulerant. Lege ex Floro et Orosio *Etruscos*, quos Appianus auctor est, non initio belli, sed suscepto et gesto magna ex parte bello, defecisse.

[4] *A. Sempronius Asellio*] Magna pars librorum, *Asellus*. Sigonius emendavit ex Appiano, Valerio Maximo etc. Campanus veram lectionem hic servat, *Asellio*.

LXXV.

A. Postumius Albinus legatus, quum classi præesset, infamis crimine proditionis, ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sulla legatus Samnites prœlio vicit, et bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius consul, rebus prospere gestis, fusisque aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam ejus prœlii dedit. Cosconius et Lucceius Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit, aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam alius ante consulatum rebus gestis, ad petitionem consulatus Romam est profectus.

LXXVI.

A. Gabinius legatus, rebus adversus Lucanos prospere gestis, et plurimis oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos et Pelignos in deditionem accepit. Marsi quoque, a L. Murena, et [5] *Cæcilio Pinna legatis aliquot prœliis fracti, pacem petiêrunt. Asculum a Cn. Pompeio captum est, cæsis et a Mam. Æmilio legato Italicis. Silo Pompædius, dux Marsorum,* [6] *auctor hujus rei, in prœlio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno a Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.*

LXXVII.

Quum P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario, perniciosas leges promulgasset, ut exsules revocarentur, et novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et ut Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, *et adversantibus consulibus Q. Pompeio et L. Sullæ vim intulisset,* [7] *occiso Q. Pompeio consulis filio, genero Sullæ; L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, et adversus factionem Sulpicii et Marii in ipsa urbe*

[5] *Cæcilio Pio*] Sic edidit Sigonius: quam lectionem firmat Gronovius ex Velleio, l. II. c. 15. Libri habent *Cæcilio Pinna*. Vid. infra, c. 2.

[6] *Auctor hujus rei*] Imo *hujus belli*.

[7] *Occiso Q. Pompeio*] Sic dedit ex conjectura Sigonius, quum prius legeretur *occisoque Pompeio*. Assentitur Sigonio Pithœus apud Hearnium.

pugnavit, eamque expulit. [8] *ex qua duodecim a senatu hostes, inter quos* [9] *C. Marius pater et filius, judicati sunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est. servus,* [10] *ut præmium promissum indici haberet,* [11] *manumissus, et ob scelus proditi domini de saxo dejectus est. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis: et, quum missus ad occidendum eum servus, natione Gallus, majestate tanti viri perterritus recessisset,* [12] *impositus publice in navim delatus est in Africam. L. Sulla civitatis statum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius consul, ad accipiendum a Cn. Pompeio proconsule exercitum profectus, consilio ejus occisus est. Mithridates, Ponti rex, Bithynia et Cappadocia occupatis, et pulso Aquillio legato, Phrygiam, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.*

LXXVIII.

Mithridates Asiam occupavit: Q. Oppium proconsulem, item Aquillium legatum, in vincula conjecit: jussuque ejus, quidquid civium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. Urbem Rhodum, quæ sola in fide permanserat, obpugnavit, et aliquot prœliis navalibus victus recessit. Archelaus, præfectus regis, in Græciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Præterea [13] *trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum civitates suas trahentibus, continet.*

LXXIX.

L. Cornelius Cinna, quum perniciosas leges [14] *per vim atque arma ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega,* [15] *cum sex tri-*

[8] *Ex qua*] Hoc quoque debetur Sigonio. Firmant Pithœus apud Hearnium, et Campanus. Reliqui, *ex quo*.

[9] *C. Marius pater et filius*] Magis placeret Gronovio, *Caii Marii pater et filius.*

[10] *Ut premium promissum indici*] Ita Gronovius. Sigonius ex vetere libro *promissum indicii.* Reliqui, *promissi indicii.*

[11] *Manumissus est, et... de saxo dejectus est*] Alterutrum ex illis *est* vacat. Prius ignorant duo e MSS. Gronovii et Pithœus apud Hearnium: posterius, Campanus.

[12] *Impositus publice navi*] Non minus placeret *publice in navim*, quomodo Pithœus et Sigonius apud Hearnium volunt: a quibus non longe abit Andreas, qui exhibet *publice in navi.*

[13] *Trepidationem*] Unus e MSS. Gronovii cum Campano, *trepidationes.*

[14] *Per vim atque arma*] Duæ postremæ voces adjectæ sunt a Sigonio, ex vet. ut ipse ait, lib. Sed earum hic nullus est usus: nec eas agnoscunt Campanus, Andreas, et magna pars librorum.

[15] *Cum sex tribunis plebis*] Hoc quoque a Sigonio est, cui assentitur apud Hearnium Pithœus. Antea *cum Sextio tribuno plebis.* Campanus, *cum Sexto*

bunis plebis: imperioque ei abrogato, conruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redegit, et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Africa cum aliis exsulibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt: et, quum victor spoliaret occisum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei exstructo, ipse supra rogum se transfodit, et eodem igni consumtus est. [16] *Et quum obprimi inter initia potuissent, Cn. Pompeii fraude, qui, utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, et consulis segnitie confirmati Cinna et Marius quatuor exercitibus,* [17] *ex quibus duo Q. Sertorio et Carboni dati sunt, urbem circumsederunt. Ostiam coloniam Marius expugnavit, et crudeliter diripuit.*

LXXX.

Italicis populis a senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma retinebant, Cinnæ et Mario se conjunxerunt. ab iis Plautius cum exercitu cæsus est. Cinna et Marius cum Carbone et Sertorio Janiculum occupaverunt, et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium, et Ariciam, et Lanuvium colonias devastavit. Quum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiem et perfidiam et ducum et militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant, Cinna et Marius in urbem recepti sunt: qui, velut captam, eam cædibus et rapinis vastarunt, Cn. Octavio consule occiso, et omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro, [18] *L. et C. Cæsare, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriæ occisus. pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. Et citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renunciaverunt: eodemque die, quo magistratum inierant, Marius Sex. Licinium senatorem de saxo dejici jussit; editisque multis sceleribus, Idibus Januariis decessit: vir, cujus si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeo, quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.*

Publio tribuno plebis. Non tam constat nobis, quomodo legendum sit, quam Sigonianam lectionem vitiosam esse. Appianus enim libro primo Civil. testis est majorem partem tribunorum plebis cum Octavio sensisse.

16 *Et quum opprimi inter initia potuissent*] Sic dedimus auctore uno ex MSS. Gronovii, ut referatur verbum ad id quod sequitur, *confirmati Cinna et Marius*. Vulgo *potuisset*.

17 *Quorum duo*] Complures MSS. et Campanus, *ex quibus duo*.

18 *L. et C. Cæsare*] Lege cum Gronovio, *L. et C. Cæsaribus*.

LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus, præfectus Mithridatis, occuparat, circumsedit, et cum magno labore expugnavit. urbi libertatem, et civibus, quæ habuerant, reddidit. Magnesia, quæ sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridatem defensa est. Præterea Thracum in Macedonia continet gesta.

LXXXII.

Sulla copias regis, quæ, Macedonia occupata, in Thessaliam venerant, prælio vicit, cæsis hostium centum millibus, et castris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Sullæ se tradidit. L. Valerius Flaccus consul, collega Cinnæ, missus, ut Sullæ succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo, a C. Fimbria legato ipsius, ultimæ audaciæ homine, occisus est, et imperium ad Fimbriam translatum. Præterea expugnatæ in Asia urbes a Mithridate, et crudeliter direpta provincia, incursionesque Thracum in Macedoniam, referuntur.

LXXXIII.

C. Fimbria in Asia fusis prælio aliquot præfectis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem, non multum abfuit, quin caperet. Urbem Ilion, quæ se potestati Sullæ reservabat, expugnavit ac delevit, et magnam partem Asiæ recepit. Sulla multis præliis Thracas cecidit. Quum L. Cinna et Cn. Papirius Carbo, ab se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Sullam pararent, effectum est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, et per eos, qui concordiæ studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogebat naves conscendere, et adversus Sullam proficisci, interfectus est. Consulatum Carbo solus gessit. Sulla, quum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit; [19] *ita ut is cederet provinciis Asia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, desertus ab exercitu, qui ad Sullam transierat, ipse se percussit: impetravitque de servo suo, præbens cervicem, ut se occideret.*

19 *Ita ut is cederet Asia, Bithynia, Cappadocia*] Omnes libri et veteres editi ante τὸ *Asia* habent *provinciis*: qua in voce aliquid vitii est, quum Bithynia et Cappadocia non essent tunc provinciæ Romanæ, sed regna. Legimus cum Sigonio in Commentar. in Fastos ad annum 669. *ita ut is cederet provincia Asia, Bithynia, Cappadocia.*

LXXXIV.

Sulla legatis, qui a senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui pulsi a Cinna ad se confugerant, restituerentur. quæ conditio quum justa senatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italiæ coloniisque obsides exigere vellet, ut fidem eorum contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est. [20] *Novis civibus senatusconsulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium secutus erat, quum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio prætore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est, ut omnes ubigue exercitus dimitterentur. Libertini in quinque et triginta tribus distributi sunt. Præterea belli adparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.*

LXXXV.

Sulla in Italiam cum exercitu trajecit, [21] *missisque legatis, qui de pace agerent, a consule C. Norbano violatis, eumdem Norbanum prœlio vicit. Et quum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra obpugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, quum occidi posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. F. ejus, qui Asculum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur. Præterea expeditiones per totam Italiam utriusque partis ducum referuntur.*

LXXXVI.

Quum C. Marius, C. Marii filius, consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelita-

[20] *Novis civibus senatusconsulto suffragium datum est*] Hic profecto aliquid peccavit vel librariorum manus, vel ipse epitomes auctor. Italis enim cum civitate jus quoque suffragii datum esse constat. Sed fortasse hujus senatusconsulti hæc mens fuerat, ut quod a tribuno plebis Sulpicio institutum, mox a Sulla rescissum fuerat, renovaretur et confirmaretur, nempe, ut novi cives in quinque et triginta tribus distribuerentur.

[21] *Missisque legatis, qui de pace agerent, a consule C. Norbano violatis*] Sustulimus, auctore Campano, particulam *et* ante *a consule*. Sensus quippe est: legatis qui a Sylla missi erant, a consule violatis. Aliam hic et majoris momenti emendationem fecit Sigonius. Plerique editi et libri habebant *a cons. Cn. Carbone et C. Norbano*: quod contra historiæ fidem erat. Neque enim Carbo hoc anno consul fuit. Certissimam Sigonii conjecturam firmant Pithœus apud Hearnium, et Campanus, qui habet *a consule Cn. Norbano.*

tem et avaritiam in prætorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sullæ Sardiniam, Q. Antonio prætore pulso et occiso, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erepturus civitatem [22] *et suffragii jus nuper datum, fœdus percussit. Idemque, ex fiducia jam certæ victoriæ, litigatores, a quibus adibatur, vadimonia Romam differre jussit, quum a parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus prætor, ex voluntate C. Marii consulis quum senatum contraxisset, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus numero Q. Mucius Scævola pontifex maximus fugiens in vestibulo ædis Vestæ occisus est. Præterea bellum a L. Murena adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.*

LXXXVII.

Sulla C. Marium, exercitu ejus fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneste obsedit. urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res a legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, gestas continet.

LXXXVIII.

Sulla Carbonem, [23] *exercitu ejus fuso ad Clusium, ad Faventiam Fidentiamque cæso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli ex Italicis populis nondum arma posuerant, juxta urbem Romandm ante portam Collinam debellavit: recuperataque republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit. Octo millia* [24] *deditorum* [25] *in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis posuit: urbem ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Prænestinos inermes concidi jussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachiisque fractis, auribus præsectis, et effossis oculis, necavit. C. Marius, Preneste obsessus* [26] *a Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu,* [27] *mortem sibi conscivit. id est, in ipso cuniculo, quum sentiret se evadere non posse, cum Pontio Telesino, fugæ comite, stricto utrimque gladio, concurrit: quem quum occidisset, ipse saucius impetravit a servo, ut se occideret.*

[22] *Et suffragii jus nuper datum*] Vid. not. 20. ad epit. LXXXIV. supra.

[23] *Exercitu ejus fuso ad Clusium*] Inseruit Gronovius ex aliquot MSS. τὸ *fuso.*

[24] *Deditorum*] Magis placeret cum Pithoeo apud Hearnium legere *dedititiorum.*

[25] *In villa publica*] Egregia Sigonii correctio, nixa auctoribus Augustino de Civ. Dei, III. 28. et Val. Max. IX. 2. Antea *in via.*

[26] *A Lucretio Ofella*] Sic plane Campanus, et apud Hearnium Pithœus. Reliqui *Asella.*

[27] *Mortem sibi conscivit: id est*] Gronovius duas ultimas voces adjecit ex quibusdam scriptis. Nos libenter assentiremur Sigonio hæc omnia delenti, ita ut legatur: *septus ab exercitu, in ipso cuniculo.*

LXXXIX.

[28] *M. Brutus a Cn. Papirio Carbone, qui Cossuram adpulerat, missus nave piscatoria Lilybeum, ut exploraret, an ibi Pompeius esset, et* [29] *circumventus a navibus, quas Pompeius miserat,* [30] *in se mucrone verso, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, incubuit. Cn. Pompeius, in Siciliam cum imperio a senatu missus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit captum occidit.* [31] *Sulla, dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit.* [32] *Rebus novis reipublicæ statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit, et omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim; senatum ex equestri ordine supplevit: proscriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, et bona eorum vendidit:* [33] *ex quibus plurima primo rapuit.* [34] *redactum est sestertium ter millies quingenties. Q. Lucretium Ofellam, consulatum adversus voluntatem suam petere ausum, jussit occidi in foro: et, quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, se jussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiarbam, regem Numidiæ, bellum molientes, victos occidit; et, quatuor et viginti annos natus, adhunc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit.* [35] *Cn. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur, ipse se occidit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto* [36] *ad posticas ædes Bastiæ uxoris quum accessisset, admissus non est, quia illum proscriptum diceret, itaque se*

[28] *L. Brutus*] Sic olim legebatur. Sigonius dedit *M. Brutus*, eique obsecuti sunt editores. Sed hunc Brutum credimus cum Pighio non alium esse, quam L. Brutum Damasippum prætorem hujus anni, qui Carboni conjunctus memoratur libro sup. capp. 3. et 4.

[29] *Circumventus a navibus*] Vocula *a* in Gronovianis editionibus male omissa fuerat: sed in vetustioribus omnibus reperitur.

[30] *In se mucrone verso .. incubuit*] Magis placeret cum Gronovio legere *mucroni*.

[31] *Sulla .. quod nemo unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit*] Solitum hoc dictatoribus, ut testantur Plut. in Fabio, Polyb. l. III. c. 87. Itaque vel erravit epitomes auctor, vel aliquod hic vitium est.

[32] *Rebus novis reipublicæ statum confirmavit*] Sine ulla dubitatione assentimur Gronovio emendanti *legibus novis*.

[33] *Ex quibus plurima primo rapuit*] Offendit τὸ *primo*. Nec opitulatur Gronovius, dum ex aliquot codd. affert *plurima præmia*, interpretaturque *prædas*. Fortasse aliquid interoidit, ut Sulla dictus fuerit plurima primo rapuisse, deinde cetera in publicum redegisse.

[34] *Redactum est sestertium ter millies quingenties*] Marcæ argenti 1367187. unciæ 4.

[35] *C. Norbanus*] Vulgo *Cn.* Sed ex Fastis Capitolinis, reliquisque omnibus veterum monumentis *C.* reponendum esse Sigonius monet, cui assentitur apud Hearnium Pithœus.

[36] *Ad posticas ædes*] Ante Sigonium legebatur *ad posticum ædis*. Ille in vet. lib. reperit *ad posticias ædes*. Nec aliter Pithœus. Notum est *ædem* non dici de privata et profana domo.

transfodit, et sanguine suo fores uxoris respersit. [37] *Sulla Nolam in Samnio recepit.* [38] *quadraginta septem legiones in agros captos deduxit, et eos iis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Asia, quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque sunt.*

XC.

Sulla decessit, honosque ei a senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Æmilius Lepidus, quum acta Sullæ tentaret rescindere, bellum excitavit: et a Q. Catulo collega Italia pulsus est: et in Sardinia, frustra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam obtinebat, a Cn. Pompeio occisus est. [39] *Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit.* [40] *L. Manlius proconsul et* [41] *M. Domitius legatus* [42] *ab Herculeio quæstore prœlio victi sunt. Præterea res a P. Servilio proconsule adversus Cilicas gestas continet.*

XCI.

Cn. Pompeius, [43] *quum adhuc eques esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit. Ap. Claudius proconsul Thracas pluribus prœliis vicit. Q. Metellus proconsul L. Herculeium, quæstorem Sertorii, cum exercitu cecidit.*

XCII.

Cn. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus prœlio fudit: cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompeius parum prospere pugnavit. [44] *Obsessus deinde Cluniæ Sertorius, assiduis eruptionibus non leviora damna obsidentibus intulit. Præterea ab*

[37] *Sulla Nolam in Samnio*] Non tam in *Samnio*, quam a *Samnitibus* qui invaserant. Supra Epit. l. LXXIII. GRONOVIUS.

[38] *Quadraginta septem legiones*] Imo *tres et viginti*, si Appiano fides: et hoc verisimilius per se videtur.

[39] *Q. Sertorius*] Unus e MSS. Gronovii ante hæc verba inserit: *Q. Sertorii viri bellicosissimi gesta referuntur*: itidemque alius, nisi quod *bellacissimi* habet pro *bellicosissimi*.

[40] *L. Manlius*] Sic scribendum esse hoc nomen monuit Sigonius ex Orosio et Eutropio. Vulgo hic *L. Manlius*.

[41] *M. Domitius*] Imo *L. Domitius*, ex Plut. et Eutropio.

[42] *Ab Herculeio*] Alias *Hirtuleio*.

[43] *Quum adhuc equester esset*] Sic dedit Sigonius ex quibusdam veteribus libris, quum prius editi haberent *quæstor esset*. Idem optime probat Pompeium tunc temporis quæstorem non fuisse, imo nunquam hunc magistratum gessisse. Sed dubitamus an *equester* pro *equite* dici possit: cujus rei nullum nobis suppetit exemplum. Itaque mallemus legere: *quum adhuc eques Rom. esset*.

[44] *Obsessus..Cluniæ*] Ante Gronovium

Curione proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos, et Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis, crimine proditionis insimulatos, occidit.

XCIII.

P. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniæ rex, moriens populum Romanum fecit hæredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum est. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Adparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque: et, occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta consul ad Chalcedonem prœlio a rege victus est. [45] *resque a Pompeio et Metello adversus Sertorium gestas continet; qui omnibus belli militiæque artibus par fuit. quos etiam, ab obsidione Calagurris oppidi depulsos, coëgit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.*

XCIV.

[46] *L. Licinius Lucullus consul adversus Mithridatem equestribus prœliis feliciter pugnavit, et expeditiones aliquot prosperas fecit, poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches,* [47] *præfectos Mithridatis, bellum in Phrygia moventes, cecidit. Præterea res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.*

XCV.

C. Curio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor et septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: et, [48] *congregata servitiorum ergastulorumque multitudine, Crixo et Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum et* [49] *P. Varenum prætorem prœlio vicerunt. L. Lu-*

editi habebant *Calagurii.* Mutavit ille, et e vestigiis MSS. eruit nomen *Cluniæ.*

45 *Resque a Pompeio et Metello adversum Sertorium gestas continet*] Hic habemus emendationem Sigonii, qui priorum editionum omnino vitiosam lectionem ex vet. lib. correxit, adjiciens ex conjectura duas postremas voces.

46 *L. Licinius Lucullus*] Nomen et prænomen Luculli, et infra prænomen Pompeii ex MSS. suis addenda duxit Gronovius.

47 *Præfectos Mithridatis*] Hoc debetur Sigonio. Antea *præfectus,* contra historiæ fidem.

48 *Congregata servitiorum ergastulorumque multitudine*] Sic edidit Gronovius ex suis MSS. Vulgo *servorum ergastulorumque.* Sed non spernendum id fortasse, quod, teste Sigonio, Claudius Puteanus in MSS. legisse se affirmat: *servorum ex ergastulis.*

49 P. *Varenum*] Sigonius ex Appiano et Frontino legendum putat *P. Varinium.*

cullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulsumque Bithynia regem, variis belli ac naufragiorum casibus fractum, coëgit in Pontum profugere.

XCVI.

Q. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. [50] *Cn. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius consul et Q. Arrius prætor acie victi sunt. Sertorius* [51] *a M'. Antonio, et M. Perperna, et aliis conjuratis in convivio interfectus est, octavo ducatus sui anno: magnus dux, et adversus duos imperatores, Pompeium et Metellum, sæpe par,* [52] *vel frequentius victor: ad ultimum desertus et proditus.* [53] *Imperium partium ad Marcum translatum est: quem Cn. Pompeius victum captumque interfecit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam cœptum erat bellum. C. Cassius proconsul et Cn. Manlius prætor male adversus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Crasso prætori mandatum est.*

XCVII.

M. Crassus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, cæsis hostium triginta quinque millibus, et duce eorum [54] *Granico.* [55] *Cum Spartaco deinde bellavit, cæsis cum ipso millibus sexaginta. M. Antonius prætor bellum adversus Cretenses, parum prospere susceptum, morte sua finivit. M. Lucullus proconsul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit, cæsis hostium* [56] *amplius quam sexaginta millibus.* [57] *M. Crassus et Cn. Pompeius consules facti (sed*

50 *Cn. Lentulus*] Suum huic consuli prænomen restituit Sigonius, ex consensu auctorum omnium. Antea *C. Lentulus.*

51 *A Manio Antonio.*] Vid. not. 53. infra.

52 *Vel frequentius superior*] Olim, ut *frequentius.* Sigonius ex vet. lib. dedit *vel.* Mallemus *et.*

53 *Imperium..ad Marcum translatum est*] Ante Sigonium editi habebant *ad Marium*: quod erat contra historiæ fidem, ex qua constat, Sertorio occiso, Perpernam imperium invasisse. Bene ergo Sigonius ex vetere libro emendavit *ad Marcum.* At inde sequitur vitiose quoque olim cusos habuisse *a M. Antonio.* Si enim Antonio et Perpernæ idem prænomen *Marcus* fuisset, non constaret hoc loco ad utrum eorum imperium devenisset. Ideo Sigonius edi jussit *a Manio Antonio.*

54 *Granico*] In quibusdam Gronovii MSS. legitur *Ganico.* Plutarchus *Cannicium* vocat, Frontinus *Gannicum.*

55 *Cum Spartaco dein debellavit*] Sic legendum esse ipsa res monstrat, nulla prorsus mutatione, quum vulgo editi habeant *deinde bellavit.*

56 *Amplius quam*] Unus e Gronovii MSS. non agnoscit ultimam vocem, quæ nec necessaria est.

57 *M. Crassus et Cn. Pompeius consules facti (Pompeius*] Vetus lectio erat, *consules facti sunt sicut Pompeius,* vel *facti sic Pompeius.* Unde Sigonius mancam esse orationem existimaverat, legendumque: *consules facti, ut Crassus*

Pompeius, antequam quæsturam gereret, ex equite Romano) tribunitiam potestatem restituerunt. Judicia quoque [58] *per L. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates, desperatione rerum suarum coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit.*

XCVIII.

Machares, filius Mithridatis, Bospori rex, ab L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus et L. Gellius censores asperam censuram egerunt, quatuor et sexaginta senatu motis: a quibus, lustro condito, censa sunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus prætor [59] *in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit. Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumtum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem et Tigranem, et ingentes utriusque regis copias, pluribus prœliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi adversus Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridatem parum prospere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem, summamque victoriæ inponeret, seditio militum tenuit, quia sequi nolebant: id est, quia* [60] *legiones Valerianæ, impleta a se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.*

XCIX.

Q. Metellus proconsul Gnosson, et Lyctum, et Cydoniam, et alias plurimas urbes expugnavit. L. Roscius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi adsignarentur. Cn. Pompeius, lege ad populum lata, persequi piratas jussus, qui commercium annonæ intercluserant. intra quadragesimum diem toto mari eos expulit; belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit. Præterea res gestas a Q. Metello adversus Cretenses continet: et epistolas Metelli et Cn. Pom-

et prætura, sic Pompeius. Gronovius delendum potius aliquid, quam infulciendum judicavit, formavitque hanc lectionem quam secuti sumus.

58 *Per L. Aurelium Cottam*] Prænomen hujus prætoris ex Asconio mutavit Sigonius, quum olim hic legeretur *per M. Aurelium.* Ceterum lex ab eo lata de judiciis minus accurate ab epitomes concinnatore exhibetur. Ea enim communicabat judicia inter tres ordines, senatum, equites, et tribunos ærarios. Vid. infra c. 38. hujus libri.

59 *In Sicilia*] Hoc debetur Sigonio, quum prius legeretur *in Cicilia.* Hanc emendationem veram esse facile intelliget lector ex c. 29. hujus libri.

60 *Legiones Valerianæ, quæ*] Sic habuit vetus liber Sigonii, atque hæc lectio expeditissima est. Gronoviana et Dujatiana editiones carent τῷ *quæ.*

peii in vicem missus. Queritur Metellus, [61] *gloriam sibi rerum gestarum a Pompeio præripi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit, hoc se facere debuisse.*

C.

C. Manilius tribunus plebis magna indignatione nobilitatis legem tulit, ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. [62] *Concio ejus bona. Q. Metellus, perdomitis Cretensibus, liberæ in id tempus insulæ leges dedit. Cn. Pompeius, ad gerendum bellum adversus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equestri prœlio Mithridatem vicit. Præterea bellum inter Phraatem Parthorum regem, et Tigranem Armeniorum, ac deinde inter Tigranem filium patremque gestum, continet.*

CI.

Cn. Pompeius Mithridatem, nocturno prœlio victum, coëgit Bosporon profugere. Tigranem in deditionem accepit, eique, ademtis Syria, Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ restituit. Conjuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est. Cn. Pompeius, quum Mithridatem persequeretur, in ultimas ignotasque gentes penetravit. Iberos Albanosque, qui transitum non dabant, prœlio vicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque, et res ab eo in Bosporo gestas continet.

CII.

Cn. Pompeius in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. Ab eo Mithridates obsessus in regia, quum veneno sumto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo, nomine [63] *Bitœto, a quo, ut adjuvaret se, petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Judæos subegit: fanum eorum in Hierosolyma, inviolatum ad id tempus, cepit.*

[61] *Gloriam rerum ab se gestarum a Pompeio præteriri*] Vulgo hic legitur *a Pompeio sublatam præteriri.* Sed testatur Gronovius penultimam vocem abesse ab aliquot MSS. Itaque eam ut supervacuam et inelegantem resecuimus. Manifestum est mendum in verbo *præteriri.* Pro eo idem Gronovius subjicit *intercipi.* Sed quum duo codices habeant *gloriam sibi rerum,* totus hic locus videtur potius sic formandus: *gloriam sibi rerum gestarum a Pompeio præripi.*

[62] *Concio ejus bona*] Hic suspicamur aliquid esse vitii. Sed parvi res est.

[63] *Bituito*] Ante Sigonium hic legebatur *Bithoco.* Ille edi jussit *Bitœto,* quia apud Appianum vocatur hic Gallus Βίτοιτος. Sed Gallicum nomen est *Bituitus,* quomodo Freinshemius expressit, infra c. 55.

L. Catilina, bis repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo prætore, et Cethego, et pluribus aliis, conjuravit de cæde consulum et senatus, incendiis urbis, et obprimenda republica; exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso, de reliquis conjuratis supplicium sumtum est.

CIII.

Catilina a C. Antonio proconsule cum exercitu cæsus est. P. Clodius accusatus, [64] *quod in habitu muliebri in sacrarium, in quod virum intrare nefas est, intrasset, et uxorem* [65] *maximi pontificis stuprasset, absolutus est.* [66] *C. Pontinius prætor Allobrogas, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transiit. C. Cæsar Lusitanos subegit: eoque consulatus candidato, et captante rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, C. Cæsarem. Leges agrariæ a Cæsare consule cum magna contentione, invito senatu, et altero consule M. Bibulo, latæ sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero, lege a P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exsilium missus est. Cæsar, in provinciam Galliam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ, sedem quærens,* [67] *per provinciam Cæsaris Narbonem iter facere volebat. Præterea situm Galliarum continet.* [68] *Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane, et Tigranis filio, triumphavit: Magnusque a tota concione consalutatus est.*

CIV.

Prima pars libri situm Germaniæ moresque continet. C. Cæsar, quum adversus Germanos, qui Ariovisto duce in Gal-

[64] *Quod.. intrasset: quumque uxorem*] Hæc verborum structura non immerito displicuit Gronovio: qui proinde, quum reperiret in quibusdam MSS. *Quod.. cum intrasset et uxorem*, copulativam tollit; ita ut legi debeat: *Quod... quum intrasset, uxorem maximi pontificis stupravisset.*

[65] *Maximi pontificis*] Hoc debetur Sigonio. Antea *Metelli pontificis*. Sed omnis historia testatur ad Cæsaris uxorem Pompeiam totum hoc negotium attinuisse.

[66] *C. Pontinius*] Varie hoc nomen scribitur, *Pontinus, Pontinius, Pomptinus*. At in prænomine nulla dubitatio est. Ubique apud Ciceronem, apud Sallustium *C.* vocatur, non *Cn.* quomodo hactenus hoc loco legebatur.

[67] *Per provinciam Cæsaris Narbonem iter facere*] Gronovius pro *Narbonem* legi jubet *Narbonensem*.

[68] *Pompeius de liberis Mithridatis*] Sigonius multis disputat, hæc suo loco posita non esse, propterea quod constat Pompeium Pisone et Messala Coss. triumphasse, antequam cum Cæsare et Crasso societatem iniret, tertio anno ante Pisonis et Gabinii consulatum et exilium Ciceronis, et Cæsaris in Galliam adventum. Jam vero Gronovius in historia quoque vitum esse observat. Cur enim de liberis potius Mithridatis, quam de Mithridate ipso triumphasse Pompeius dicitur? Triumphavit Pompeius de Mithridate et Tigrane regibus, ductis ante currum liberis Mithridatis, et Tigranis filio Tigrane.

liam transcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Æduis et Sequanis, quorum ager possidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hostium ortam, adlocutione exercitus inhibuit, et victos prælio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, et [69] *T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio senatus ac totius Italiæ, ab exsilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata est. Cæsar Ambianos, Suessiones, Veromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, prælio victos in deditionem accepit: ac deinde* [70] *contra Nervios unius civitatis cum magno discrimine pugnavit, eamque gentem delevit; quæ bellum gessit, donec ex sexaginta millibus armatorum* [71] *trecenti superessent: ex sexcentis senatoribus tres tantum evaderent. Lege lata de redigenda in provinciæ formam Cypro, et publicanda pecunia regia,* [72] *M. Catoni administratio ejus rei mandata est. Ptolemæus, Ægypti rex, ob injurias, quas patiebatur a suis, regno pulsus, Romam venit. C. Cæsar Venetos, gentem oceano junctam, navali prælio vicit. Præterea res a legatis ejus eadem fortuna gestas continet.*

CV.

Quum [73] *C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutavit. M. Cato in petitione præturæ, prælato Vatinio, repulsam tulit. idem, quum legem impediret, qua* [74] *provinciæ consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria et Parthicum bellum, Cæsari Gallia et Germania dabantur, a C. Trebonio tribuno plebis, legis auctore, in vincula ductus est. A. Gabinius proconsul Ptolemæum reduxit in regnum Ægypti, ejecto Archelao, quem sibi regem adsciverant. Cæsar,* [75] *victis Germanis in Gallia cæsisque, Rhenum transcendit, et proximam partem Germaniæ domuit: ac deinde oceano in Britanniam, primo parum prospere tempestatibus adversis, trajecit;* [76] *iterum parum felicius:*

69 *T. Annio Milone tribuno plebis agente*] Ultimam vocem adjecit ex conjectura Sigonius. Pompeius, qui erat privatus, orabat: Milo tribunus plebis, agere debuit, ut revera fecit, non orare tantum.

70 *Contra Nervios, unam harum civitatum*] Magis arridet, quod subjicit Gronovius: *unam horum*, nempe Belgarum, *civitatem*.

71 *Trecenti superessent*] *Quingentos* Cæsar superfuisse scribit.

72 *M. Catoni*] Male plerique editi, *C. Catoni*.

73 *C. Catonis*] Proba Sigonii emendatio. Antea, *M. Catonis*.

74 *Provinciæ consulibus*] Idem Sigonius recte pro *consulares* reposuit *consulibus*.

75 *Victis Germanis et in Gallia cæsis*] Magis placet unius MS. a Gronovio inspecti scriptura: *victis Germanis in Gallia cæsisque*.

76 *Iterum parum felicius*] Dele τὸ *parum* ex superiore versiculo inculcatum. Gronovius.

magnaque multitudine hostium cæsa, aliquam partem insulæ in potestatem redegit.

CVI.

Julia Cæsaris filia, Pompeii uxor, decessit: honosque ei a populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquot populi, [77] Ambiorige duce Eburonum, defecerunt: a quibus Cotta et [78] Titurius, legati Cæsaris, circumventi insidiis, cum exercitu, cui præerant, cæsi sunt. et quum aliarum quoque legionum castra oppugnata magno labore defensa essent, [79] interque eos, qui in Nerviis præerat, Q. Cicero, ab ipso Cæsare hostes prœlio fusi sunt. M. Crassus, bellum Parthis inlaturus, Euphratem fluvium transiit, victusque prœlio, in quo et filius ejus cecidit, quum reliquias exercitus in collem recepisset, evocatus in conloquium ab hostibus, velut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehensus, et, ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus est.

CVII.

C. Cæsar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam transiit: nulloque ibi hoste invento, reversus in Galliam, Eburones et alias civitates, quæ conspiraverant, vicit, et Ambiorigem in fuga persecutus est. P. Clodii, a T. Annio Milone, candidato consulatus, Appia via ad Bovillas occisi, corpus plebs in curia cremavit. Quum seditiones inter candidatos consulatus Hypsæum, Scipionem, et Milonem essent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas [80] Cn. Pompeius legatus a senatu consul tertium factus est, absens et solus, quod nulli alii umquam contigit. Quæstione decreta de morte P. Clodii, Milo judicio damnatus in exsilium actus est. [81] Lex

[77] *Ambiorige duce Eburonum*] Hic aliquid deesse manifestum est. Gronovius reponit, *Ambiorige duce, rege Eburonum.*

[78] *Titurius*] Hoc debetur Sigonio. Vetustius cusi habebant, *T. Auruncu-leius*: Sigonii codices, *T. Veturius.* Verum nomen ille revocavit ex Cæsare.

[79] *Interque eos, qui in Nerviis præerat, Q. Cicero*] Primo, nihil est in iis quæ præcedunt, quo referatur τὸ *eos.* Itaque lege cum Gronovio vel superius *aliorum quoque legatorum* pro *aliarum quoque legionem*, vel hic *interque ea, quibus*. *præerat Q. Cicero.* Secundo, quum in plerisque editis legeretur *qui in Treviris præerat*, edi jussimus *in Nerviis*, obsecuti Jac. Gronovio, qui ita habuisse antiquitus cusos docet: et de ipsa re constat ex Cæsaris ipsius Comment. l. v.

[80] *Cn. Pompeius legatus a senatu*] Vitium esse in voce *legatus*, manifestum est. Suspicatur Gronovius, *rogatus.*

[81] *Lex lata est*] Hoc debetur Sigonio, qui reposuit verbum in hac re proprium *lata*, pro *dicta*, vel *data*, quomodo libri sive editi, sive scripti habebant.

lata est, ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur, invito et contradicente M. Catone. Præterea res gestas a C. Cæsare adversus Gallos, qui prope universi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, et laboriosas obsidiones urbium continet: inter quas Avarici Biturigum, et Gergoviæ Arvernorum.

CVIII.

C. Cæsar Gallos ad Alesiam vicit, omnesque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius, quæstor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis consulibus Ser. Sulpicio, M. Marcello. C. Cæsar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter consules de successore C. Cæsari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Cæsar ad petitionem consulatus veniret, quum is lege lata [82] *in id tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque a M. Bibulo in Syria gestas continet.*

CIX.

Caussæ civilium armorum et initia referuntur, contentionesque de successore C. Cæsari mittendo, quum se dimissurum exercitus negaret, [83] *nisi a Pompeio dimitterentur. Et C. Curionis tribuni plebis* [84] *primum adversus Cæsarem, dein pro Cæsare actiones continet. Quum senatusconsultum factum esset, ut successor Cæsari mitteretur, M. Antonio et Q. Cassio tribunis plebis, quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediebant, urbe pulsis, mandatum est a senatu consulibus et Cn. Pompeio, ut viderent, ne quid respublica detrimenti caperet. C. Cæsar, bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio et* [85] *L. Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompeium ceterosque partium ejus Italia expulit.*

82 *In id tempus consulatus*] Merito delet τὸ *id* Gronovius.

83 *Nisi a Pompeio*] Melius: *nisi et a Pompeio*. GRONOVIUS.

84 *Primum adversus Cæsarem, dein pro Cæsare actiones*] Hanc lectionem Sigonius concinnavit ad historiæ fidem. Ipse inveniebat in libris: *Primum adversum Cæsarem de populo Romano Cæsare actiones.*

85 *P. Lentulo*] Male vulgatæ editiones *L. Lentulo*. Is enim est P. Lentulus Spinther, qui consul Ciceronem in patriam restituerat. Vid. infra. c. 65.

CX.

C. Cæsar Massiliam, quæ portas ipsi clauserat, obsedit: et, relictis in obsidione urbis ejus legatis, C. Trebonio et D. Bruto, profectus in Hispaniam, L. Afranium et M. Petreium, legatos Cn. Pompeii, cum septem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omnesque incolumes dimisit, Varrone quoque legato Pompeii cum exercitu in potestatem suam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Massilienses, duobus navalibus prœliis victi, post longam obsidionem potestati Cæsaris se permiserunt. C. Antonius, legatus Cæsaris, male contra Pompeianos in Illyrico rebus gestis, captus est. In quo bello Opitergini Transpadani, Cæsaris auxiliares, rate sua ab hostilibus navibus clausa, potius, quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes obcubuerunt. C. Curio, legatus Cæsaris in Africa, quum prospere [86] adversus Varum, Pompeianarum partium ducem, pugnasset, a Juba rege Mauritaniæ cum exercitu cæsus est. C. Cæsar in Græciam trajecit.

CXI.

[87] *M. Cœlius Rufus prætor, quum seditiones in urbe concitaret, novarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu pulsus urbe, Miloni exsuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se conjunxit. uterque, quum bellum molirentur, interfecti sunt. Cleopatra, Ægypti regina, a Ptolemæo fratre regno pulsa est. Propter [88] Q. Cassii prætoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania [89] cum duabus Varianis legionibus a partibus Cæsaris desciverunt. Cn. Pompeius, ad Dyrrachium obsessus a Cæsare, et, præsidiis ejus cum magna clade diversæ partis expugnatis, obsidione liberatus, translato in Thessaliam bello, apud Pharsaliam acie victus est. Cicero in castris remansit, vir nihil minus quam ad bella natus; omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserunt, Cæsar ignovit.*

86 *Adversus Varum*] Olim *Varronem*. Correxit Sigonius.

87 *M. Cœlius Rufus*] Verum huic prætori nomen restituit Sigonius, quum ante eum corrupte legeretur *M. Cæcilius*. Is est Cœlius orator, cujus exstant ad Ciceronem epistolæ, qui ab eodem Cicerone defensus est luculenta oratione; quem omnis horum temporum historia describit acrem, inquietum, novarum rerum cupidum.

88 *Q. Cassii*] Et hoc debetur Sigonio. Olim *Q. Catuli*.

89 *Cum duabus Varianis legionibus*] Jac. Gronovius recte monet legendum *Varronianis*, id est, legionibus iis quæ sub M. Varrone militaverant. Vid. supra, cx. 36. et Auct. de B. Alexandrino capp. 53. 57. 58.

CXII.

Trepidatio victarum partium in diversas orbis terrarum partes et fuga referuntur. Cn. Pompeius, quum Ægyptum petisset, jussu Ptolemæi regis pupilli, auctore Theodoto præceptore, cujus magna apud regem auctoritas erat, et Pothino, occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor et Sex. Pompeius filius Cypron refugerunt. Cæsar, post tertium diem insecutus, quum ei Theodotus caput Pompeii et annulum obtulisset, [90] *et infensus est, et inlacrimavit. sine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæsar, dictator creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit, et inferentem bellum iisdem auctoribus Ptolemæum, quibus Pompeium interfecerat, cum magno suo discrimine vicit. Ptolemæus dum fugit, in Nilo navicula subsedit. Præterea laboriosum M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter, et bellum a Cn. Domitio contra Pharnacem* [91] *parum prospere gestum continet.*

CXIII.

Confirmatis in Africa Pompeianis partibus, imperium earum P. Scipioni delatum est; Catone, cui ex æquo deferebatur imperium, cedente. Et quum de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis ejus in Cæsarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato tenuisset, Juba suadente, ut dirueretur; tutela ejus et custodia mandata est Catoni. [92] *Cn. Pompeius Magni filius in Hispania, contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius, nec Petreius excipere volebant, bellum adversus Cæsarem renovavit. Pharnaces, Mithridatis filius, rex Ponti, sine ulla belli mora victus est. Quum seditiones Romæ a P. Dolabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ essent, et ex ea caussa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magistro equitum in urbem militibus, octingenti e plebe cæsi sunt.*

90 *Et infensus est, et illacrymavit. sine periculo*] Lege cum Gronovio, *et offensus est, et illacrymavit; nec sine periculo.*

91 *Parum prospere*] Vocem *parum* adjecit Sigonius ex historiæ fide. Vid. finem hujus libri.

92 *Cn. Pompeius Magni filius*] Sigonius ex veteribus, ut ait, libris legi jusserat, *Inde Pompeius.* Sed τὸ *inde* hic supervacuum est. Præterea quum duo filii Pompeii essent, qui prænominibus distinguebantur, verisimile admodum est auctorem epitomes, ei de quo agebat suum prænomen addidisse. Atque illud clare expressum reperitur in uno e codd. a Gronovio inspectis. Itaque admisimus.

Cæsar veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit: et, quum in Africam trajecisset, contra copias Jubæ regis cum discrimine magno pugnavit.

CXIV.

Bellum in Syria Cæcilius Bassus, eques Romanus Pompeianarum partium excitavit, relicto a legione Sex. Cæsare, quæ ad Bassum transierat, [93] *occisoque eo. Cæsar* [94] *Scipionem prætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapsum, castris eorum expugnatis. Cato, audita re, quum se percussisset Uticæ, et, interveniente filio, curaretur, inter ipsam curationem rescisso vulnere exspiravit, anno ætatis quadragesimo nono. Petreius Jubam sequ interfecit. P. Scipio in nave circumventus honestæ morti* [95] *vocem quoque adjecit: quærentibus enim imperatorem hostibus dixit,* Imperator bene se habet. *Faustus et Afranius occisi. Catonis filio venia data. Brutus, legatus Cæsaris, in Gallia Bellovacos rebellantes prœlio vicit.*

CXV.

Cæsar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, ex Africa. Epulum et omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari, senatu rogante, reditum concessit. [96] *Qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit, a* [97] *Cn. Magio Cilone cliente suo Athenis occisus. Recensum egit, quo censa sunt civium capita centum quinquaginta millia. Profectusque in Hispaniam adversus Cn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, et aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam cum magno discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompeius Sextus effugit.*

[93] *Occisoque eo*] Hic τελείαν στιγμὴν apposuimus, obsecuti Sigonio et Jac. Perizonio. Hic quidem etiam deleri jubet vocem *eo*, nec sine causa. Agitur enim de Sexto Cesare, qui relictus a legione occisus est.

[94] *Scipionem prætorem*] Lege cum Gronovio vel *Scipionem proconsulem*, vel *Scipionem, Petreium*.

[95] *Vocem quoque*] Hio inserit Gronovius *parem*, vel *memorabilem*.

[96] *Qui Marcellus beneficio ejus*] Gronovius quum repererit in uno MS. *Qui beneficio ejus Marcellus*, rescribit, *Quo beneficio ejus Marcellus*: recte.

[97] *P. Magio*] Sigonius jussit legi *Cn. Magio*, causamque addidit, quod nempe sic ille interfector Marcelli nominaretur in epistola Servii ad Ciceronem. Sed ea Ciceronis editiones quas vidimus, atque in iis Græviana, habent *P. Magio*, quomodo hic ante Sigonii emendationem legebatur.

CXVI.

C. Cæsar ex Hispania quintum triumphum egit. Et, quum plurimi maximique honores ei a senatu decreti essent, inter quos ut Pater Patriæ *adpellaretur, et sacrosanctus, ac dictator in perpetuum esset, invidiæ caussam adversus eum præstitere, quod senatui deferenti hos honores, quum ante ædem Veneris Genitricis sederet, non adsurrexit: et quod a M. Antonio consule collega suo, inter Lupercos currente, diadema capiti suo inpositum in sella reposuit: et quod Epidio Marullo et Cæsetio Flavo tribunis plebis invidiam ei tamquam regnum adfectanti moventibus, potestas abrogata est. Ex iis caussis conspiratione in eum facta, (cujus capita fuerunt M. Brutus, et C. Cassius, et ex Cæsaris partibus D. Brutus et C. Trebonius) in Pompeii curia occisus est viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus a senatu decreta, obsididus Antonii et Lepidi liberis acceptis, conjurati a Capitolio descenderunt. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus C. Octavius sororis nepos, et in nomen adoptatus est. Cæsaris corpus, quum in campum Martium ferretur, a plebe ante rostra crematum est. Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est. C. Amatius, humillimæ sortis homo, qui se C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem seditiones moveret, necatus est.*

CXVII.

C. Octavius Romam ex Epiro venit, (eo enim illum Cæsar præmiserat, bellum in Macedonia gesturus) ominibusque prosperis exceptus etiam nomen Cæsaris *sumsit. In confusione rerum ac tumultu* [98] *Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius consul, quum inpotenter dominaretur, legemque de permutatione provinciarum per vim tulisset, et Cæsarem quoque, petentem, ut sibi adversus percussores avunculi adesset, magnis injuriis adfecisset; Cæsar, et sibi, et reipublicæ vires adversus eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta et Martia* [99] *signa ab Antonio ad Cæsarem tulerunt.* [1] *Deinde et complures sævitia M. An-*

[98] *Lepidus pontificatum maximum intercepit*] Hoc loco habemus conjecturam Sigonii, qui ex historiæ veritate veterem lectionem vitiosissimam emendavit. Legebatur nempe: *Lepidum pontificem maximum interemit.*

[99] *Signa ab Antonio ad Cæsarem tulerunt*] Legendum existimamus *transtulerunt.*

[1] *Deinde et complures*] Totam hanc periodum refingit Gronovius in hunc modum: *Deinde et complures sævitia,*

tonii, passim in castris suis trucidati, quia et suspecti erant, ad Cæsarem desciverunt. D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Præterea discursus utriusque partis virorum ad accipiendas provincias, adparatusque belli continet.

CXVIII.

M. Brutus in Græcia, sub prætextu reipublicæ et suscepti contra M. Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Cæsari, [2] *qui primus reipublicæ arma sumserat,* [3] *proprætoris imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis; adjectumque, ut senator esset. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsedit. missique ad eum a senatu legati de pace parum ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus saga sumsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium prætorem cum exercitu potestati suæ subjecit.*

CXIX.

C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellæ occisus est. Ob id facinus Dolabella hostis a senatu judicatus est. Quum Pansa consul male adversus Antonium pugnasset, A. Hirtius consul eum exercitu superveniens, fusis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis æquavit. Victus deinde ab Hirtio et Cæsare Antonius in Galliam confugit, et M. Lepidum cum legionibus, quæ sub ipso erant, sibi junxit: hostisque a senatu cum omnibus, qui intra præsidia ejus essent, judicatus est. A. Hirtius, qui post victoriam in ipsis hostium castris ceciderat, et C. Pansa, e vulnere, quod in adverso prælio exceperat, defunctus, in campo Martio sepulti sunt. Adversus C. Cæsarem, qui solus e tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit: qui, D. Bruto, obsidione Mutinensi a Cæsare liberato, honore triumphi decreto, Cæsaris militumque ejus mentionem non satis gratam habuit: ob quæ C. Cæsar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit,

sive *ob sævitiam M. Antonii, passim in castris suis trucidantis qui suspecti erant, ad Cæsarem desciverunt.*

[2] *Qui primus reipublicæ arma sumpserat*] Lege cum Gronovio *qui privatus pro republica arma sumpserat*. Passim a Cicerone, Velleio, Tacito, et ceteris scriptoribus, hoc sedulo notatur, Octavium *privato* consilio arma cepisse, *privatis* armis defendisse rempublicam.

[3] *Proprætoris imperium*] Hæc certissima est Sigonii conjectura. Vid. infra, c. 10. Antea, pro *populo Romano imperium*. Nimirum, ut sæpe factum est, litteræ *PR.* scribarum ignorantia vel incuria abierunt in has voces *populo Romano*.

et, perculsis adventu ejus iis, qui in eum iniqui erant, [4] *quum annos novemdecim haberet, consul creatus est.*

CXX.

Cæsar consul legem tulit de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postulatique ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati sunt. Quum M. Antonio vires Asinius quoque Pollio et Munatius Plancus, cum exercitibus suis adjuncti, ampliassent, et D. Brutus, cui senatus, ut persequeretur Antonium, mandaverat, relictus a legionibus suis, profugisset; jussu Antonii, in cujus potestatem venerat, a Capeno Sequano interfectus est. C. Cæsar pacem cum Antonio et Lepido fecit: ita ut tresviri reipublicæ constituendæ per quinquennium essent ipse, et Lepidus, et Antonius; et ut suos quisque inimicos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites Romani, centum triginta senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, et L. Cæsaris Antonii avunculi, et M. Ciceronis. hujus, occisi a Popillio legionario milite, quum haberet annos sexaginta tres, caput quoque cum dextra manu in rostris positum est. Præterea res a M. Bruto in Græcia gestas continet.

CXXI.

C. Cassius, cui mandatum a senatu erat, ut Dolabellam hostem judicatum bello persequeretur, auctoritate reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit. Dolabellam, in urbe Laodicea obsessum, mori coëgit. M. quoque Bruti jussu C. Antonius captus, occisus est.

CXXII.

M. Brutus adversus Thracas parum prospere rem gessit; omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem ejus et C. Cassii redactis, coïerunt Smyrnæ uterque ad ordi-

[4] *Quum annos novemdecim haberet*] Vid. infra, cap. ult. hujus libri.

nanda belli futuri consilia. M. Messallæ Poplicolam fratrem [5] *victum communi consilio condonaverunt.*

CXXIII.

Sex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, sine ulla loci cujusquam possessione, prædatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: occisoque A. Pompeio Bithynico prætore, Q. Salvidienum legatum Cæsaris navali prœlio vicit. Cæsar et Antonius cum exercitibus in Græciam trajecerunt, bellum contra Brutum et Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa [6] *T. Sextium, Cassianarum partium ducem, prœlio vicit.*

CXXIV.

C. Cæsar et Antonius apud Philippos vario eventu adversus Brutum et Cassium pugnaverunt, [7] *ita ut dextra utriusque cornua vincerent, et castra quoque utriumque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors Cassii fecit: qui, quum in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde prœlio victus M. Brutus et ipse vitam finivit, exorato Stratone fugæ comite, ut sibi gladium adigeret,* [8] *annorum circiter quadraginta, inter quos Q. Hortensius occisus est.*

5 *Victum*] Sic dedit Sigonius, quum prius editi haberent *junctum*. Neutrum placet Gronovio, qui legi jubet *insidiarum convictum*. Vid. c. 1. et 7. hujus libri.

6 *T. Sextium, Cassianarum partium ducem*] Lege cum Henr. Valesio, *Cæsarianarum partium*] Ratio patebit ex ipsa historia, infra, c. ult.

7 *Ita ut dextra utriusque cornua*] Vel *utriusque aciei*, vel *utrorumque*, vel *utrimque*. GRONOVIUS.

8 *Annorum circiter quadraginta. Inter quos*] Locum hunc mutilum esse perspicue patet. Sigonius eum supplere conatus est, jussitque legi: *Romanorum principum circiter quadraginta idem fecerunt. Inter quos.* Atque hanc emendationem Dujatius et Clericus receperunt. Sed primo nimia licentia est tot voces ex mera conjectura in contextum immittere. Tum numerus quadraginta principum Romanorum, qui tum interierint, apud nullum vetustum scriptorem reperitur; multo minus, qui idem fecerint quod Brutus, id est qui sese a suis confodi voluerint: quod quidem etiam falsum putamus. Denique, quum Hortensius jussu Antonii occisus sit, non potest in eorum numerum referri, qui idem fecerint quod Brutus. Repræsentamus ergo hic eam lectionem, quam in vet. lib. Sigonius se invenisse testatur, et expressit in sua editione Gronovius: satiusque nobis visum est mancam et hiulcam orationem exhibere, quam eam quæ specie falsæ sanitatis imponeret. Vetustiores editiones habent: *annorum erat ætatis circiter quadraginta.*

CXXV.

[9] *C. Cæsar, relicto Antonio, transmarinæ provinciæ ex parte imperium ei cessit: reversus in Italiam veteranis agros divisit. Seditiones exercitus sui, quas corrupti a Fulvia, M. Antonii uxore, milites adversus imperatorem suum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius consul, M. Antonii frater, eadem Fulvia consiliante, bellum Cæsari intulit; receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis adsignati erant, et M. Lepido, qui custodiæ urbis cum exercitu præerat, fuso, hostiliter in urbem inrupit.*

CXXVI.

C. Cæsar, quum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusia L. Antonium conatumque aliquoties erumpere, et repulsum, fame coëgit in deditionem venire; ipsique et omnibus militibus ejus ignovit. Perusiam diruit. redactisque in potestatem suam omnibus diversæ partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

CXXVII.

Parthi, Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam inruperunt: victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato, totam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius, quum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiæ ducum obstaret, pace facta cum Cæsare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum, consilia nefaria contra Cæsarem molitum, indicio suo protraxit, isque damnatus mortem sibi conscivit. P. Ventidius, Antonii legatus, Parthos, prœlio victos, Syria expulit, Labieno eorum duce occiso. Quum vicinus Italiæ hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret, et commercium annonæ inpediret, cum eo postulatam pacem Cæsar et Antonius fecerunt, ita ut Siciliam provinciam haberet. Præterea motus Africæ [10] et bella ibi gesta continet.

9 *C. Cæsar, relicto Antonio, transmarinæ provinciæ ex parte imperium ei cessit*] Hæc mendosa esse perspicuum est. Gronovius ex variis membranis inter se collatis, conjectura quoque nonnihil adjuvante, emendat: *C. Cæsar, relicto trans mare Antonio, (quæ provinciæ ex parte, mallemus ex partitione imperii, in potestatem ejus cesserant) reversus in Italiam.*

10 *Et bella ibi gesta*] Addidimus voculam *ibi*, quam in vet. cod. exstare Sigonius testatur.

CXXVIII.

Quum Sex. Pompeius rursus latrociniis mare infectum redderet, nec pacem, quam acceperat, præstaret, Cæsar, necessario adversus eum bello suscepto, duobus navalibus prœliis dubio eventu pugnavit. P. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria prœlio vicit, regemque eorum occidit. Judæi quoque a legatis Antonii subacti sunt. Præterea belli Siculi adparatum continet.

CXXIX.

Adversus Sex. Pompeium vario eventu navalibus prœliis pugnatum est: ita ut ex duabus Cæsaris classibus altera, cui Agrippa præerat, vinceret; altera, quam Cæsar duxerat, deleta, expositi in terram milites in magno periculo essent. Victus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad societatem belli, contra Sex. Pompeium a Cæsare gerendi, trajecerat, quum bellum Cæsari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navali corona a Cæsare donatus est; qui honos nulli ante eum habitus erat.

CXXX.

M. Antonius, [11] *dum cum Cleopatra luxuriatur, tarde Mediam ingressus, bellum cum legionibus octodecim et sexdecim millibus equitum Parthis intulit: et quum, duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente, retro rediret, insecutus subinde Parthis, et ingenti trepidatione, et magno totius exercitus periculo, in Armeniam reversus est, viginti et uno diebus* [12] *trecenta millia fuga emensus. circa octo millia hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas, super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est; quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.*

CXXXI.

Sex. Pompeius, quum in fidem M. Antonii veniret, bellum adversus eum in Asia moliens, obpressus a legatus ejus, occisus

[11] *Dum cum Cleopatra luxuriaretur*] Scribit Gronovius *luxuriatur*, ex duobus MSS.

[12] *Trecenta millia*] Centum leucas nostrates.

est. Cæsar seditionem veteranorum, cum magna pernicie motam, inhibuit: Japydas, et Dalmatas, et Pannonios, subegit. Antonius Artavasdem, Armeniæ regem, fide data perductum, in vincula conjici jussit, regnumque Armeniæ filio suo, ex Cleopatra nato, dedit; quam uxoris loco, jam pridem captus amore ejus, habere cœperat.

CXXXII.

Cæsar in Illyrico Dalmatas domuit. Quum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum et Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque, finito triumviratus tempore, imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi et Italiæ inferret, ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoque Octaviæ sorori Cæsaris repudio, Cæsar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnæ deinde navales et prœlia equestria secunda Cæsaris referuntur.

CXXXIII.

M. Antonius ad Actium classe victus, Alexandriam profugit; obsessusque a Cæsare, in ultima rerum desperatione, præcipue occisæ Cleopatræ falso rumore inpulsus, se ipse interfecit. Cæsar, Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reversus, tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, [13] tertium de Cleopatra, inposito fine civilibus bellis [14] altero et vigesimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Cæsarem facta, bellum moliens, obpressus et occisus est.

CXXXIV.

Cæsar, rebus compositis, et omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus *quoque cognominatus est:* [15] *et*

[13] *Tertium de Cleopatra*] Sic legi jussit Sigonius, non *ex Cleopatra*, quoniam cum nominibus hominum propriis verbum *triumphare* postulat præpositionem *de*, non *ex*.

[14] *Altero et vicesimo anno*] Hic quoque habemus emendationem Sigonii, nixam quum auctoritate veterum librorum, tum subducta temporum ratione. A Lentulo quippe et Marcello Coss. quibus primum civilia mota sunt arma, alter et vicesimus annus est is quo Actiacum triumphum egit Cæsar Octavianus, se V. et Sex. Apuleio, Coss. Ante Sigonium legebatur *altero et trigesimo*.

[15] *Et mensis Sextilis*] Lege cum Gronovio, *ut et mensis Sextilis*.

mensis Sextilis in honorem ejus adpellatus est. Quum ille conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, actus. Bellum adversus Bastarnas, et Mœsos, et alias gentes, a M. Crasso gestum, refertur.

CXXXV.

Bellum a M. Crasso adversus Thracas, et a Cæsare adversus Hispanos gestum refertur: Salassi, gens Alpina, perdomiti.

CXXXVI.

[16] *Rætia a Ti. Nerone et Druso, Cæsaris privignis, domita. Agrippa, Cæsaris gener, mortuus; et a Druso census actus est.*

CXXXVII.

Civitates Germaniæ, cis Rhenum et trans Rhenum positæ, obpugnantur a Druso; et tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus; ara Cæsari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Julio [17] *Vercundari Dubio Æduo.*

CXXXVIII.

Thraces domiti [18] *a L. Pisone; item Cherusci, Tencteri, Chatti, aliæque Germanorum trans Rhenum gentes subactæ a Druso referuntur. Octavia, soror Augusti, defuncta, antea amisso filio Marcello: cujus monumenta sunt theatrum et porticus, nomine ejus dedicata.*

16 *Rhætia*] Variis, nec spernendis, argumentis probare nititur Sigonius in nota ad hanc epitomen, desiderari duos libros ante hunc, qui expleant numerum 142. librorum, quot a Livio Petrarcha scriptos esse ait. Nimirum aliquot eventa horum annorum sane nobilia et memorabilia, ludi seculares, Janus clausus, tribunitia potestas ab Augusto accepta, quæ scriptor harum epitomarum minime prætermissa voluisse existimandus est, quum hic nusquam indicentur, inde oritur non vana suspicio intercidisse epitomas quæ illorum mentionem facerent. Et a Salassis perdomitis, quæ postrema sunt epitomes 135. verba, ad Rhætiam a Tiberio subactam, quod intervallum est undecim annorum, transiluisse hunc epitomarum scriptorem, parum verisimile est.

17 *Vercundaridubio*] Nomen hoc aliter aliis in codicibus habetur. Quænam vera sit lectio, nec facile est decernere, nec inquirere operæ pretium est.

18 *A L. Pisone*] Ante Sigonium legebatur *a L. Scipione*. Correxit ille ex Dione, Velleio, Tacito.

CXXXIX.

Bellum adversus Transrhenanas gentes a Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnaverunt [19] *Senectius et Anectius tribuni, ex civitate Nerviorum. Dalmatas et Pannonios Nero, frater Drusi, subegit.* [20] *Pax cum Parthis facta est, signis a rege eorum, quæ sub Crasso, et postea sub Antonio capta erant, redditis.*

CXL.

Bellum adversus Germanorum trans Rhenum civitates, gestum a Druso, refertur. Ipse ex fractura, equo super crus ejus collapso, tricesimo die, quam id acciderat, mortuus est. Corpus a Nerone fratre, qui nuncio valetudinis evocatus, raptim adcurrerat, Romam pervectum, et [21] *in C. Julii tumulo conditum. Laudatus est a Cæsare Augusto vitrico, et supremis ejus plures honores additi.*

19 *Senectius et Anectius*] In his nominibus variare codices suos observat Gronovius: sed res est parvi momenti.

20 *Pax cum Parthis facta est*] Sero hæc memorantur, totis decem annis prius gesta. Vid. supra, CXXXVI. 22. Itaque videntur retrahenda in epitomen libri CXXXVI. quæ hic alieno loco leguntur.

21 *In C. Julii tumulo*] Vel lege, vel intellige *Augusti*. Vid. infra, c. 7.

T. LIVII PATAVINI

FRAGMENTA

DRAKENBORCHI STUDIO CONLECTA

ET NUNC PASSIM AUCTA.

I. QUÆ LAUDANTUR CUM INDICIO LIBRORUM UNDE PETITA SUNT.

LIBRI XIV.

Privato nos tenuissemus.

Vid. Priscian. lib. XV. Gramm. p. 1009.

LIBRI XVII.

Pridie Nonas. Pridie Idus.

Priscian. lib. XIV. Gramm. p. 992.

LIBRI XVIII.

Imberbes.

Putsch. in corpore vet. Gramm. p. 74. et 2789. et ant. Gramm. ap. Barth. Advers. 37, 14.

LIBRI LVI.

Qui Pompeium morbum excusasse ferunt, ne, quum interesset deditioni, animos Numantinorum irritaret.

Priscian. lib. XVIII. Gramm. p. 1198. ed. Putsch. ubi male legitur *ex Livio CVII.* et *XXVI.* pro *LVI.* Nota Drack. est: "Omnino verba hæc referenda ad Livii lib LVI. et ad deditum Numantinis Mancinum. Nam P. Furius Philus consul, qui Hispaniam citeriorem nactus Mancinum dediturus erat, Q. Pompeium et Q. Metellum legatos secum illuc ire coëgit. Vid. Valer. Max. 3, 7, 5. Pompeius autem quinquennio antea consul eamdem provinciam obtinuerat, et, re male gesta, pacem cum Numantinis inierat, quam postea a se initam esse negavit. Vid. Appian. Hisp. 79 sq. et Cic. de Fin. 2, 17. Ne igitur, cum Furio cos. legatus in Hispaniam profectus, Mancini deditioni interesse deberet, et, præsentia sua nuperæ fraudis ac perfidiæ memoria revocata, animos Numantinorum irritaret, morbum excusare potuit."

LIBRI XCI.

Tamen insequenti ipso pervigilante eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit, simul et oppidi turris, quæ maximum propugnaculum fuerat, subrutis fundamentis, dehiscere ingentibus remis, et tu . . . . . jus . . um igni cœpit: incendiique simul et ruinæ metu territi Contrebienses de muro trepidi effugerunt; et ut legati

mitterentur ad dedendam urbem, ab universa multitudine conclamatum est. Eadem virtus, quæ irritantes obpugnaverat, victorem placabiliorem fecit. Obsidibus adceptis pecuniæ modicam exegit summam, armaque omnia ademit; transfugas liberos vivos ad se adduci jussit et fugitivos, quorum major multitudo erat. Ipsis imperavit, ut interficerent. Jugulatos de muro dejecerunt. Cum magna jactura militum quatuor et quadraginta diebus Contrebia expugnata, relictoque ibi L. Justeio . . ad hiberum flumen copias adduxit. Ibi hibernaculis secundum oppidum, quod Castra Ælia vocatur, ædificatis, ipse in castris manebat; interdiu conventum sociarum civitatium in oppido agebat. Arma ut fierent pro copiis cujusque populi, per totam provinciam edixerat. Quibus inspectis referre cetera arma milites jussit, quæ aut itineribus crebris aut oppu . . . f . . . an . . . . tione inita, qu . di . culo effici possit.

Itaque omnes simul justa . . m . . . . . tur, neque materia artificibus, præparatis ante omnibus . nixo civitium [civitatium vel civium] . . idio, nec suo quisque operi artifex deerat . . . . quæque in obpugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est paucis edoctos, quantum Hispaniæ provinciæ interesset, suas partes superiores esse. Dimisso deinde conventu, jussisque omnibus ibi . . . . . . re suas principio veris M. Perpernam cum viginti millibus peditum, equitibus mille quingentis in Ilurcaonum [Ilernaonum] gentem misit ad tuendam regionis ejus maritimam oram, datis præceptis, quibus itineribus duceret ad defendendas socias urbes, quas Pompeius obpugnaret, quibusque ipsum agmen Pompeii ex insidiis adgrederetur.

Eodem tempore et ad Herennuleium, qui in isdem locis erat, literas misit, et in alteram provinciam ad L. Hertuleium [Hirtuleium] præcipiens, quemadmodum bellum administrare [administrari vel administrare ipsum] vellet, ante omnia ut ita socias civitates tueretur, ne acie cum Metello dimicaret, cui neque auctoritate, neque viribus par esset . . . . m consilium . . . . versum . . . neque in aciem descensurum eum credebat, si traheretur bellum: hosti, quum mare ab tergo provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos; ipsi autem, consumtis priore æstate, quæ præparata fuissent, omnium rerum inopiam fore.

Perpernam in maritimam regionem sub . . tum . . . . . . a geri, quum ab se obpugnarentur Celtiberi ut . . . . armis . . . . æmu . . .

. . . . . maritimamne oram, ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, utraque socia gente, an ad Metellum et Rusitaniam [Lusitaniam] se convertat? Hæc secum agitans Sartorius præter hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. Profectus inde in Bursaonum et Casuantinorum [Cascantinorum] et Graecuritanorum fines, evastatis omnibus proculeatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam sociorum urbem benit, [venit] transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit.

Postero die M. Masium quæstorem in Arvacos [Arevacos] et Cerindones [Pelendones] misit ad conscribendos ex iis gentibus milites frumentumque inde Contrebiam (Leucada adpellatur) comportandum, præter quam urbem obportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quamcumque regionem ducere exercitum statuisset; et C. Instelum [Insteium] præfectum equitum Segoviam et in Vacreorum [Vacæorum s. Vaccæorum] gentem ad equitum conquisitionem misit, jussum cum equitibus Contrebiæ sese opperiri. Dimissis iis ipse profectus, per Umconum [Vasconum] agrum ducto exercitu, in confinio Vironum [Beronum] posuit castra. Postero die cum equitibus prægressus ad itinera exploranda, jusso pedite quadrato agmine sequi, ad Vareiam validissimam regionis ejus urbem venit. Haud inopinantibus . . . . advenerat, undique et suæ gentis et Autrig . . . .

Hoc est fragmentum illud, quod a se in Biblioth. Vatic. Romæ a. 1773. inventum esse et P. Jac. Bruns et Vit. Mar. Giovenazzi gloriatur. Ab illo editum est Hamb. 1773. ab hoc bis. Romæ et Neap. 1773. cum permultis verbosisque notis cura Franc. Cancellieri; quæ editio repetita est Lips. 1775. cum præf. J. A. Ernesti. Emendationes Giovenazzi Abbatis inseruí uncinis inclusas; sed alias adjecit J. Jhre, qui idem fragmentum notis criticis illustravit Upsalæ 1777. In lin. 1. post *insequente* excidisse putabat *nocte*, et deinde alias commendavit lectiones, v. c. *vetera arma* cet. Cf. Gotting. gel. Anz. a. 1774. p. 11 sq. et a. 1777. Additam. p. 669 sq.

LIBRI XCIV.

Livius in libro XCIV. Inarimem in partibus Mæoniæ esse dicit; ubi per quinquaginta millia terræ igni exustæ sunt. Hoc etiam Homerum significasse vult.

Serv. ad Virg. Æn. IX. 715. Cf. Salmas. ad Solin. p. 60. b.

LIBRI CIII.

Horrendus magis est, premit qui corpora, carbo.
Urit hic inclusus, vitalia rumpit acerbus:
Hunc veteres quondam variis pepulere medelis.
Tertia namque Titi simul et centesima Livi
Charta docet, ferro talem candente dolorem
Exactum, aut poto raporum semine pulsum;
Infecti dicens vix septem posse diebus
Vitam produci. Tanta est violentia morbi.

Q. Seren. Samon. de Medic. c. 39. v. 725 sq.

LIBRI CXII.

Castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti haud multum abfuere, quin opera perrumperent.

Quo tempore firmandi regni Bogudis caussa exercitum in Africam velociter trajicere conatus sit.

Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset.

Priscian. Gramm. lib. VI. p. 686. et 687.

LIBRI CXIII.

Et ipse circa Pulpud oram tuebatur.

Priscian. l. l. qui etiam lib. V. p. 643. docet, *Livium Bogud, Bogudis declinasse in* CXIII. nisi leg. CXII.

LIBRI CXVIII.

Adversus interfectores C. Cæsaris ultoribus manum comparans concibat.

Priscian. Gramm. l. IX. p. 865. ubi male in MSS. legitur *ex Livii libro* XIIX. et XVIII. et XCVIII. Cf. Barth. Gramm. V. 35. et ad Stat. Theb. IV. 146.

LIBRI CXXVII.

Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiæ adhuc erant dissensionis, Cocceius Nerva, proavus Nervæ, qui postea imperavit Romæ, mandavit Augusto, ut mitteret Tarracinam, qui de summa rerum tractarent. Ergo missus est Mæcenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum juxta Brundisium in una castra cum magna lætitia coëgerunt, ut ait Livius libro CXXVII. Intelligendum autem, quod, Fonteio misso ab Antonio, Augustus Mæcenatem et ceteros ad eumdem locum emiserit.

Acro, Porphyrio et commentator vetus Cruquii ad Horat. lib. I. sat. 5. v. 29 verbis paullum variantibus.

LIBRI CXXXVI.

Eodem anno ludos seculares Cæsar ingenti adparatu fecit; quos centesimo quoque anno (is enim terminus seculi) fieri mos.

Censorin. de Die Natali c. 17. Horum ludorum mentio facta videtur in deperdita Epit. Liv. libri CXXXVI.

II. QUÆ PROBABILI CONJECTURA AD SUOS LIBROS REFERRI POSSUNT EX EPITOMIS LIB. LIV.

AD LIB. XIII.

Curribus falcatis usos esse majores, et Livius et Sallustius docent.

Serv. ad Virg. Æn. I. 476. Cf. Freinsh. Suppl. XIII. 38.

AD LIB. XIII. AUT XIV.

Ni Pyrrhus unicus pugnandi artifex, magisque in prœlio, quam bello, bonus.

Serv. ad Virg. Æn. I. 456.

AD LIB. XVI.

Sichæus dictus est Sicharbas; Belus Didonis pater, Methres; Carthago a Carthada, ut lectum est: quod invenitur in historia Pœnorum et in Livio.

Carthago est lingua Pœnorum nova civitas, ut docet Livius.

Bitias classis Punicæ fuit præfectus, ut docet Livius.

Serv. ad Virg. Æn. I. 343. 366. 738.

AD LIB. XVIII.

Serpentis quoque a Tito Livio curiose pariter ac facunde relatæ fiat mentio. Is enim ait, in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet; multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus elisis, quum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique petitam, silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque et cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque jacentis pestifero adflatu vicina regione polluta, Romana inde submovisse castra. Dicit belluæ etiam corium centum viginti pedes longum in urbem missum.

Valer. Max. I. 8. ext. 19.

AD LIB. XIX.

Tertii ludi seculares fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro et C. Junio Pullo consulibus.

Censorin. de Die Nat. c. 17. Cf. Freinsh. Suppl. XIX. 31.

Est in Livio, quod quum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis arceretur, ne iret, pullos jussit adferri. Qui quum missas non ederent fruges, irridens consul augurium ait: Vel bibant, et eos in Tiberim præcipitavit. Inde navibus victor revertens ad Africam in mari cum omnibus, quos ducebat, exstinctus est.

Serv. ad Virg. Æn. VI. 198. Hoc ad Claudium Pulchrum spectare, sed ab aliis aliter narrari, monet ibi Burm. Cf. intpp. Suet. Tib. 2. et Duker ad Flor. 2. 2. 29. cui totum hoc, quod ex Livio refert Servius, suspectum videbatur, tamquam ex Claudii Pulchri historia fictum, vel male descriptum.

AD LIB. XLIX.

De quartorum ludorum secularium anno triplex opinio est. Antias enim, et Varro, et Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M. (M'.) Manilio consulibus, post Romam conditam anno DCV.

Censorin. de Die Nat. c. 17. Cf. Epit. Liv.

AD LIB. LXXVII.

Sulla nobilissimum conjugium contrahit, Cæcilia ducta Metelli pontificis maximi filia. Hinc cecinit multa in eum probrose vulgus, multique ex primoribus inviderunt ei, indignum illa femina existimantes, ut Titus ait, quem consulatu judicassent dignum.

Plut. in vita Sullæ p. 455. Cf. Freinsh. Suppl. LXXVII. 2.

Sulla quum primum ad urbem contra Marium castra movisset, adeo læta exta immolanti fuisse scribit Livius, ut custodiri se Postumius aruspex voluerit, capitis supplicium subiturus, nisi ea, quæ in animo Sulla haberet, Diis juvantibus implevisset.

Augustin. de Civ. Dei II. 24. Cf. Plut. l. l. p. 457.

AD LIB. LXXXIII.

Eversis quippe et incensis omnibus cum oppido (Ilio a Fimbria) simulacris, solum Minervæ simulacrum sub tanta ruina templi illius, ut scribit Livius, integrum stetisse perhibetur.

Augustin. de Civ. Dei III. 7. Cf. Epit. et Freinsh. Suppl. LXXXIII. 7. Auctor Vir. Ill. c. 70. Appian. b. Mithrid. c. 53. et 61. Obseq. de Prod. c. 116.

AD LIB. XCI.

Hoc primum prœlium inter Sertorium et Pompeium fuit: decem millia hominum de Pompeii exercitu amissa et omnia impedimenta, Livius auctor est.

Frontin. Strat. II. 5, 31. Cf. Freinsh. Suppl. XCI. 19.

AD LIB. XCVII.

Triginta quinque millia armatorum (fugitivorum a Crasso devictorum) eo prœlio interfecta cum ipsis ducibus (Casto et Gannico vel Granico) Livius tradit, receptas quinque Romanorum aquilas, signa sex et viginti, multa spolia, inter quæ quinque fasces cum securibus.

Frontin. Strat. II. 5. 34. Cf. ad Epit. Liv.

AD LIB. XCVIII.

Livius dicit, numquam Romanos signa cum hostibus contulisse tanto numero inferiores: nam vigesimam vix militum partem, immo minorem, fuisse victoribus.

Plut. in Lucullo p. 511. ubi memoratur prœlium inter Lucullum et Tigranem ad Tigranocerta. Cf. Epit. et Freinsh. Suppl. XCVIII. 49.

Livius auctor est, priore prœlio (ad Tigranocerta) plures fuisse, in hoc (ad Artaxata) nobiliores hostium cæsos et captos.

Plut. l. l. p. 513. Cf. Epit. et Freinsh. Suppl. c. 73.

AD LIB. XCIX.

Creta primo quidem centum habuit civitates; unde Hecatompolis dicta est: post viginti quatuor: inde, ut dicitur,

duas, Gnoson et Hierapidnam. Quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.

Serv. ad Virg. Æn. III. 106. Cf. Epit.

AD LIB. CII.

Quod quum diluisset.

Agrœtius de Orthogr. in Putschii corp. Gramm. p. 2267. et Gothofred. Auctor. Ling. Lat. p. 1352. qui Livium de morte Mithridatis id dixisse tradunt.

Etenim capta urbe, (Hierosolyma a Cn. Pompeio) tertio demum mense, die jejunii, Olympiade CLXXIX., C. Antonio et M. Tullio Cicerone consulibus, quum hostes vi ingressi eos, qui erant in templo, jugularent, nihilo secius rem hi divinam facere perseverabant, neque metu vitæ amittendæ, neque ob multitudinem hominum jam cæsorum in fugam compulsi, et satius esse rati, quidquid pati esset necesse, ad ipsas perferre aras, quam aliquid legibus patriis præceptum negligere. Hæc autem non esse fabulosa, unice ad falsam pietatem prædicandam spectantia, sed vera, testimonio sunt, qui res a Pompeio gestas memoriæ prodiderunt; in his Strabo et Nicolaus, ac præter hos T. Livius, historiæ Rom. scriptor.

Joseph. Ant. Jud. XIV. 4. 3. p. 689.

AD. LIB. CV.

Britanniæ licet magnitudinem olim nemo, ut refert Livius, circumvectus est, multis tamen data est varia opinio de ea loquendi.

Jornandes de rebus Get. c. 2.

AD LIB. CVIII.

Septingentesimo conditionis suæ anno XIV. vicos ejus (Romæ) incertum unde consurgens flamma consumsit: nec umquam, ut ait Livius, majore incendio vastata est, adeo ut post aliquot annos Cæsar Augustus ad reparationem eorum, quæ tunc exusta erant, magnam vim pecuniæ ex ærario publico largitus sit.

Oros. VI. 14. et VII. 2. conl. Obseq. de Prod. c. 125. ex quibus conligitur, hoc incendium fuisse anno proximo ante bellum civile inter Pompeium et Cæsarem, cujus initium memoratur primis verbis Epit. CIX.

AD LIB. CIX.

Cæsar, Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, ut ait Livius, orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit.

Oros. VI. 15. Idem refert Guilelmus Malmesburiensis rer. Angl. l. II. p. 183. forte non ex Livio, sed Orosio.

AD LIB. CXI.

Primus hostem percussit nuper pilo sumto primo C. Crastinus.

Schol. vet. Lucani VII. 471. Crastinus, qui anno priore primum pilum duxerat, primus telum emisit in pugna Pharsalica. Vid. Appian. B. C. 2, 82. Plut. Cæs. p. 729. Cæs. B. C. 3. 91. 99.

Patavii C. Cornelius, auguralis scientiæ peritus, Livii historici civis et familiaris, sub idem forte tempus operam dabat auspicio. Hic primum, ut Livius tradit, tempus prœlii (Pharsalici) cognovit, præsentibusque geri dixit nunc rem, et prœlium duces committere. Ubi iterum cepit augurium conspexitque signa, fanaticus exsiliit clamans: Vincis, Cæsar. Obstupescentibus illis, qui aderant, detracta capiti corona juravit, non prius se repositurum eam, quam arti respondisset eventus. Hoc Livius verum esse adfirmat.

Plut. in Cæs. p. 730. Cf. Freinsh. Suppl. CXI. 72. Gell. 15, 18. Lucan 7, 192. Dio et Obseq.

AD LIB. CXII.

Quadringenta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum. Alius laudaverit, sicut Livius; qui elegantiæ regum curæque egregium id opus ait fuisse.

Seneca de Tranq. an. c. 9. Cf Oros. 6, 15. Dio 42, 38. Heynii Opusc. Acad. T. I. p. 119 sq.

AD LIB. CXIV.

Hæc de Basso produnt nonnulli; Livius vero, militasse eum Pompeii auspiciis: quo victo privatum egisse Tyri, corruptisque quibusdam legionariis effecisse, ut, interfecto Sexto, ipsum sibi ducem sumerent.

Appian. B. C. III. 77. ubi pro Λίβωνι legendum esse Λιβίῳ recte, opinor, conjecit Schweigh. et jam ante eum Periz. Anim. Hist. c. 4. p. 177.

Optarem mihi contingere, quod T. Livius scribit de Catone: cujus gloriæ neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, quum utrumque summis præditi fecerint ingeniis. Significat autem M. Ciceronem et C. Cæsarem, quorum alter laudes, alter vituperationes supra dicti scripsit viri.

Hieron. Prol. lib. II. in Oseam.

AD LIB. CXVI.

Ædibus Cæsaris ornatus majestatisque caussa ex senatusconsulto adjunctum erat fastigium, ut auctor est Livius. Id per quietem Calpurnia collabi imaginata videbatur sibi lamentari et flere. Itaque orta luce rogavit Cæsarem, si qua fieri posset, ne prodiret in publicum, sed in aliud tempus senatum rejiceret.

Plut. Cæs. p. 738. Cf. Suet. Cæs. 81. ibique intpp.

Malum omen est, quoties Ætna, mons Siciliæ, non fumum, sed flammarum egerit globos; et, ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Cæsaris ex Ætna monte defluxit, ut non tantum vicinæ urbes, sed etiam Rhegina civitas, quæ multo spatio ab ea distat, adflaretur.

Serv. ad Virg. Ge. I. 471.

Quod de Cæsare olim majore vulgo dictitatum est, et a T. Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci rei publicæ profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest.

Seneca Nat. Quæst. v. 18.

AD LIB. CXX.

M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cassium et Brutum, posse. Primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conscensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum provectum quum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis, cæco volvente fluctu, pati non posset, tædium tandem eum et fugæ et vitæ cepit; regressusque ad superiorem villam, quæ paullo plus mille passibus a mari abest, 'Moriar,' inquit, 'in patria sæpe servata.' Satis constat, servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati, quod fors iniqua cogeret, jussisse. Prominenti ex lectica, præbentiquæ inmotam cervicem caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit. Manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, jussuque ejus inter duas manus in rostris positum; ubi ille consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla umquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. Vix adtollentes (præ) lacrimis oculos homines intueri trucidata membra ejus poterant.

Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis abfuisset, ne inmatura quidem mors videri possit: ingenium et operibus et præmiis operum felix: ipse fortunæ diu prosperæ, et in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exsilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiæ morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit præter mortem; quæ vere æstimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod ejusdem fortunæ compos ipse fecisset. Si quis tamen, virtutibus vitia pensarit: vir magnus, acer, memorabilis fuit, et in cujus laudes persequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

M. Seneca Suasor. VII. Cf. Gron. Obs. IV. 13. p. 213.

AD LIB. CXXXIII.

Livius refert, Cleopatram, quum ab Augusto capta indul-

gentius de industria tractaretur, idemtidem dicere solitam: οὐ θριαμβεύσομαι, 'Non triumphabor.'

Acron, Porphyrio, et commentator vetus Cruquii ad Horat. Od. I. 37, 30. Cf. Flor. IV. 11. extr.

III. INCERTA EX QUIBUS LIVII LIBRIS DESUMTA SINT.

Vir ingenii magni magis, quam boni.

Seneca de Ira I. 16.

Profiteor, mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in historiarum suarum, quas repetit ab origine urbis, quodam volumine sic exorsum: Satis jam sibi gloriæ quæsitum, et potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere.

Plin. in Præfat. lib. I. Hist. Nat.

T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis (freti Gaditani) tradiderunt, ubi minimum, septem millia passuum; ubi vero plurimum, decem millia.

Plin. Præfat. lib. III. Hist. Nat.

Completis consulibus.

Serv. ad Virg. Ge. III. 1.

Verba sunt, ut habemus in Livio, imperatoris transfugam recipientis in fidem: Quisquis es, noster eris.

Serv. ad Virg. Æn. II. 148.

Impubes libripens esse non potest, neque antestari.

Priscian. lib. VIII. Gramm. p. 792. De sensu horum verborum vide viros doctos ad Caii Institut. l. I. tit. 6. p. 57, 58. et inpr. Gerard. Meerman, in diss. de rebus mancipi et nec mancipi § 268 et 273.

Imperatorem me mater mea, non bellatorem peperit.

Hoc Scipionis dictum ex Livio adferre videtur Guilelmus Malmesburiensis rer. Angl. lib. II. p. 162.

Dic mihi, quum sæpe numero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, sæpissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperiisse, atque eo frequenter ventum, ut vix esset, unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset adscribi, illo tempore Deo tuo Februario minime litabatur? An etiam cultus hic omnino nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, hæc sacra adhuc illo tempore non cœpisse, quæ ante Romulum ab Evandro in Italiam perhibentur inlata. Lupercalia autem propter quid instituta sint, (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Livius secunda decade loquitur: nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem mulierum, quæ tunc adciderat, exsolvendam.

Ex. Gelasii Papæ Epist. adversus Andromachum in Baronii Annal. eccles. ad a. 496. num. 35.

IV. ALIA QUÆ AN LIVII SINT NOSTRI AUT CERTE EX HISTORIA EJUS DEPROMTA DUBIUM EST.

Apud Nympham Atlantis filiam Calypsonem.
Priscian. lib. VI. Gramm. p. 685.

Et reparando suggressu manu haud magna Allifæ mœnia, quasi palans perveniens, ex oppido bellum instructa armamentis erupit, quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut quibus curæ pusillum inerat, in diem alterum umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, et Allifas, Rufium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum, augurio nomen inponunt adcolæ.

Hæc verba Liv. XXII. 18, 5. post illa *super Allifas loco alto ac munito consedit* inserta legi in cod. Laudino I. monuit Hearne. Eadem deprehendit Drakenb. in MS. Recanatiano, sed sic variata?

Et reparando subgressus haud magis Alifæ mœnia quum palans perveniens ex oppido bellua constā a Romanis erupit, quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut queis curæ pusillum inerat in diem altam umbonibus beluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque meliorem receptant. Et Alifas Rufrium quondam vocitatas ab dextro sequente sinisteriorum augurio nomen inponunt adcolæ.

Fragmentum hoc spurium esse censebant Cuper. de elephantis in numis c. 4. Hearne, Drakenb., Stroth. et alii: sed genuinum Dodwell in singulari dissert., quæ etiam in edit. Livii Drakenb. T. VII. p. 182 sq. reperitur. In ea explicare quidem conatur obscurissima hæc verba; sed multis tentatis tandem profitetur, se vereri, ne operam luserit et non ipsum forte Livium, sed Æthiopem lavarit.

T. Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam: *Res secundæ mire sunt vitiis obtentui* et tamquam translatam, et tamquam corruptam dum transfertur, objiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat. Laudat, quem non timet, et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.
Seneca Controv. XXIV.

T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur, et orationis obscuritatem severitatem putant, aiebat, Miltiadem rhetorem eleganter dixisse Ἐπὶ τῷ πλησίον μαίνονται.
Seneca Controv. XXV.

QUÆDAM

ANTIQUITATIS MONIMENTA.

I. DUODECIM TABULÆ LEGUM DECEMVIR.

Tabula I. de in jus vocando.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

SIn jus vocatquEat: NIt, antestamino: igitur, em capito.
Si calvitur pedemve strVit, manum endo jacito.
Si morbus aevitasve vitium escit, quIn jus vocabit jumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.
Si ensiet, qui in jus vocatum vindicit, miTito.
ASiduo vindex aSidVs esto: proletario cuique volet vindex esto.
Endo via rem, uti paicunt, orato.
NIta paicunt, in comitio aut in foro ab ortu ante meridiem causam conscito, cum perorant ambo praesentes.
Post meridiem praesenti stlitem aDicito.
Sol oCasus suprema tempestas esto.

Tabula II. de judiciis et furtis.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— vades subvades — — — —
extra quam si morbus sonticus — — —
votum, absentia rei publicae ergo, aut status dies cum hoste intercedat: nam si quid horum suat unum judici arbitrove reove, eo die diFensus esto.
— — — — — —
Cui testimonium defuerit, is tertIs diebus obportum obvagulatum ito.

Si nox furtum faxit, sIm aliquis oCisit, jure caesus esto.
Si luci furtum faxit, sIm aliquis endo ipso capsit, verberator iLique, coi furtum factum escit, aDicitor.
Servus virgis caesus saxo deIcitor: Inpubes Praetoris arbitratu verberator noxiamque decernito.
Si se tolo defensint, quiritato endoque plorato: post deinde si caesi escint, se fraude esto.
Si furtum lance licioque conceptum escit, atque uti manifestum vindicator.
Si adorat furto, quod nec manifestum escit, duplione decidito.
SIniuri Alienas arbores caesit, in singulas XXV aeris luito.
Si pro fure damnum decisum escit, furti ne adorato.
Furtivae rei aeternAuctoritas esto.

Tabula III. de rebus creditis.

— — — — — — —
— — — — — — —

Si qui endo deposito dolo malo factum escit, duplione luito.
Si qui unciario fenere amplius feneraSit, quadruplione luito.

— — — — — — —

Adversus hostem aeternAuctoritas esto.
Aeris confeSi rebusque jure judicatis XXX dies justi sunto. Post deinde manus injectio esto, in jus ducito. Ni judicatum facit, aut quips endo eo in jure vindicit, secum ducito, vincito, aut nervo aut compedibus XV pondo ne majore: at si volet minore, vincito.
Si volet, suo VIto: ni suo VIt qui em vinctum habebit, libras faRis endo dies dato: si volet, plus dato.
Ni cum eo pacit, LX dies endo vinculis retineto. Interibi trinis nundinis continuis in Comitium procitato, aerisque aestimiam judicati praedicato.
Ast si plures erunt rei, tertIs nundinis partis secanto: si plus minusve secuerunt, se fraudEsto: si volent, uls Tiberim peregre venum danto.

— — — — — — —

Tabula IV. de jure patrio et jure connubii.

Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato.
Endo liberis justis vitae‘necis venum dandique potestas ei esto.
Si pater filium ter venundVit, filius a patre liber esto.
Si qui ei in X mensibus proximis postumus natus escit, justus esto.

— — — — — — —
— — — — — — —

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

Tabula V. de hereditatibus et tutelis.

Paterfamilias uti legaSit, super pecuniae tutelaeve suae rei, ita jus esto.

Ast sIntestato moritur, cui sVs heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto.

Si agnatus nec escit, gentilis familiam heres nancitor.

Si libertus intestato moritur, cui sVs heres nec escit, ast patronus patronive liberi escint, ex ea familia in eam familiam proximo pecuniADuitor.

Nomina inter heredes pro portionibus hereditarIs ercta, cita sunto.

Ceterarum familiae rerum ercto non cito, si volent heredes, erctum faciunto: Prætor ad erctum ciendum arbitros tris dato.

Si paterfamilias intestato moritur, culnpubes suus heres escit, agnatus proximus tutelam nancitur.

Si furiosus aut prodigus existat, ast ei custos nec escit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniavEjus potestas esto.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

Tabula VI. de dominio et de possessione.

QVm nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupaSit, ita jus esto.

SInficias ierit, duplione damnator.

Statuliber emptori dando liber esto.

Res vendita transquedata emptori non adquiritor, donicum satisfactum escit.

VS auctoritas fundi biennium:
aNVs VS esto.

Mulieris, quae aNum matrimonI ergo apud virum remansit, ni trinoctium ab eo usurpandi ergo abescit, usus esto.

Si quIn jure manum conserunt, secundum eum qui poSidet: ast si qui quem liberali causa manu adserat, secundum libertatem vindicias dato.

Tignum junctum aedibus vineaeve ne concapEt ne solvito. Ast qui junxit, duplione damnator. Tigna quandoque sarpta, donec dempta erunt, vindicare jus esto.

Si vir mulieri repudium miTere volet, causam dicito harumce unam : — — —

— — — — — — —

Tabula VII. de delictis.

Si quadrupes pauperiem faxit, dominus noxiAEstimiam oFerto : si nolet, quod noxit dato.
SIniuria rupitias — — — Ast si casu, sarcito.
Qui fruges excantaSit — — —
Qui frugem aratro quaesitam furtim nox pavit secuitve, suspensus Cereri necator. Impubes Praetoris arbitratu verberator noxiamque decernito.
Qui pecu endo alieno impescit — — —
Qui aedes acervumve frumenti ad aedes positum dolo sciens incensit, vinctus verberatus igni necator : ast si casu, noxiam sarcito. Si nec idoneus escit, levius castigator.
Si quInjuriam alteri faxit XXV aeris poenae sunto.
Si qui pipulOcentaSit carmenve conDISit, quod infamiam faxit flagitiumve alteri, fuste ferito.
Qui membrum rupsit, ni cum eo paicit, talio esto.
Qui os ex genitali fudit, libero CCC. fervo CL. aeris poenae sunto.
Qui se siriTestarier libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, improbus intestabilisquEsto.
Si falsum testimonium dicaSit, saxo deIcitor.
Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit . . .
Qui malum carmen incantaSit, malum venenum faxit duitve, paRicida esto.
Qui parentem necaSit, caput obnubito culeoque insutus in profluentem mergitor.
Si tutor dolo malo gerat, vituperato, quandoque finita tutela escit, furtum duplione luito.
PatronuSi clienti fraudem faxit, sacer esto.

Tabula VIII. de juribus prædiorum.

Ambitus parietis sextertius pes esto.
Sodales legem quam volent, dum ne quid ex publica eoRompant, sibi fernnto.
De finium ratione lex incerta, ad exemplum legis — Atticae Solonis —
Intra V. P. aeternAuctoritas esto.
Si jurgant adfines, finibus regundis Praetor arbitros tris aDicito.

— hortus — —
— haeredium — —
— tugurium — —

Si arbor in vicini fundum impendet, XV. P. altius sublucator.
Si glans in EM caduca fiet, domino legere jus esto.
Si aqua pluvia manu nocet, Prætor arcendae aquae arbitros tris aDicito, noxaeque domino cavetor.
Via in poRecto VIII. P. in amfracto XVI. P. lata esto.
Si via amsegetes iMunita escit, qua volet, jumentum agito.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

Tabula IX. de jure publico.

Privilegia ne inroganto.
Nexo soluto, forti sanati siremps jus esto.
Si judex arbiterve jure datus ob rem judicandam pecuniam aCepsit, capital esto.
De capite civis nisi per maximum comitiatum ne ferunto.
Quaestores paRicidI, qui de rebus capitalibus quaerant, a populo creantor.
Si quIn urbe coetus nocturnos agitaSit, capital esto.
Si qui perdueLem concitaSit civemque perdueLi transduit, capital esto.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

Tabula X. de jure sacro.

— — — — — — —
— de jure jurando — — —
— — — — — — —

Hominem mortVm in Vrbe ne sepelito, neve urito.
Sumptus et luctum a DeoruManium juREmoveto.
Hoc plus ne facito.
Rogum ascia ne polito.
Tribus riciniis et X. tibicinibus foris eFeRo jus esto.
Mulieres genas ne radunto, neve leSum funeris ergo habento.
Homini mortuo oSa ne legito, quo post funus facias, extra

quam si beLi endove hostico mortVs escit.
Servilis unctura omnisque circumpotatio auferitor.
Murrata potio mortuo ne inditor.
Ne longae coronae nove aceRae praeferuntor.
Qui coronam parit ipse pecuniave ejus, virtutis ergo arguitor; et ipsi mortuo parentibusquEjus, dum intus positus escit forisvEFertur, se fraude imposita fiet.
Uni plura funera ne facito, neve plures lectos sternito: neve aurum aDito. Ast si cui auro dentes vincti escint, im cum iLo sepelire uREve se fraudEsto.
Rogum bustumve noVum propius LX. P. aedis alienas, si dominus nolet, ne adIcito.
Fori bustive aeternAuctoritas esto.

Tabula XI. Supplem. V. prior. Tab.

Quod postremum populus juSit, id jus ratum esto.
Patribus cum plebe coNubI jus nec esto.
— — — — — — —
— — — — — — —
— detestatum — seu de sacris detestandis.
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

Tabula XII. Supplem. V. poster. Tab.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— de pignere — — — —
Si qui rem, de qua stlis fiet, in sacrum dedicaSit, duplione decidito.
Si vindiciam falsam tulit, Praeter rei sive stlitis arbitros tris dato: eorum arbitrio fructi duplione decidito.
Si servus sciente domino furtum faxit noxiamve noxit, noxae dedito.
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —

II. INSCRIPTIO COLUMNÆ ROSTRATÆ DUILLIO IN FORO POSITÆ.

C. D..... M. F. M. N. C. ....L. ....
...........S. AN. O....... ....
D. EXEMET. LECIONES. R..... ....
AXIMOSQVE. MACISTRATOS. L..... ....
.. OV. EM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACEL..... ......
.. CNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACIS.... ......
MNAVEBOS. MARID. COMSOL. PRIMOS. C..... ....
CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PAL ......
CVMQVE. EIS. NAVEBOS. CLASEIS. POENICAS. OM.... ......
SVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESENTE. .. ..
DICTATOREDOL. OM. IN. ALTOD. MARID. PVC.... .. ..
.. NQVE. NAV... ET CVM. SOCIEIS. SEPTER.... ....
.... OSQVE. TRIREMOS QVE NAVEIS. X. ....
..... OM. CAPTOM. NVMEI ∞ ∞ ∞ DCC.
...... TOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. ....
CAPTOM. AES. ....
.. ..
.. QVE. NAVALED. PRAEDAD. POPLON... .. ..
... CARTACINIENSI. N.... NVOS. L. .. ..
.... FI... CAPT... .. ..

III. SENATUSCONSULTUM DE BACCHANALIBUS.

MARCIVS. L. F. S. POSTVMIVS. L. F. COS. SENATVM CONSOLVERVNT. N. OCTOB. APVD. AEDEM DVELONAI. SC. ARF. M. CLAVDI. M. F. L. VALERI. P. F. Q. MINVCI. C. F. DE. BACANALIBVS. QVEI. FOIDERATEI ESENT. ITA. EXDEICENDVM. CENSVERE. NEIQVIS. EORVM. SACANAL. HABVISE. VELET. SEI. QVES. ESENT. QVEI. SIBEI. DEICERENT. NECESVS. ESE. BACANAL. HABERE. EEIS. VTEI. AD. PR. VRBANVM ROMAM VENIRENT. DEQVE. EEIS. REBVS. VBEI. EORVM. VTR A. AVDITA. ESENT. VTEI. SENATVS. NOSTER. DECERNERET. DVM. NE. MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT.... A RES COSOLERETVR. BACAS. VIR. NEQVIS. ADIESE. VELET. CEIVIS. ROMANVS. NEVE. NOMINVS. LATINI. NEVE. SOCIVM. QVISQVAM. NISEI. PR. VRBANVM. ADIESENT. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE. MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE. SACERDOS. NEQVIS. VIR. ESET. MAGISTER. NEQVE. VIR. NEQVE. MVLIER. QVI SQVAM. ESET. NEVE. PECVNIAM. QVISQVAM. EORVM. COMOINEM.... ABVISE. VELET. NEVE. MAGISTRATVM. NEVE. PROMAGISTRATVO. NEOVE. VIRVM. NEVE. MVLIEREM. QVIQVAM FECISE. VELET. NEVE. POSTHAC. INTER. SED. CONIOVRASE. NEVE. COMVOVISE. NEVE. CONSPONDISE. NEVE. CONPROMESISE. VELET. NEVE. QVISQVAM. FIDEM. INTER. SED. DEDISE. VELET. SACRA. IN. DQVOLTOD. NE. QVISQVAM. FECISE. VELET. NEVE. IN. POPLICOD. NEVE. IN. PREIVATOD. NEVE. EXTRAD. VRBEM. SACRA. QVISQVAM. FECISE. VELET. NISEI. PR. VRBANVM. ADIESET. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE. MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE. HOMINES. PLOVS. V. OINVORSEI. VIREI. ATQVE. MVLIERES. SACRA. NE. QVISQVAM. FECISE. VELET. NEVE. INTER. IBEI. VIREI. PLOVS. DVOBVS. MVLIERIBVS. PLOVS. TRIBVS. ARFVISE. VELENT. NISEI. DE. PR. VRBANI. SENATVOSQVE. SENTENTIAD. VTEI. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. HAICE. VTEI. IN. COVENTIONID. EXDEICATIS. NE. MINVS. TRINVM. NOVNDINVM. SENATVOSQVE. SENTENTIAM. VTEI. SCIENTES. ESETIS. EORVM. SENTENTIA. ITA. FVIT. SEI. QVES. ESENT. QVEI. ARVORSVM. EAD. FECISENT. QVAM. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. EEIS. REM. CAPVTALEM. FACIENDAM. CENSVERE. ATQVE. VTEI. HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCEIDERETIS. ITA. SENATVS. AIQVOM. CENSVIT. VTEIQVE. EAM. FIGIER. IOVBEATIS. VBEI. FACILVMED. GNOSCIER. POTISIT. ATQUE. VTEI. EA. BACANALIA. SEI. QVA. SVNT. EXTRAD. QVAM. SEI. QVID. IBEI. SACRI. EST. ITA. VTEI. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. IN. DIEBVS. X. QVIBVS. VOBEIS TABELAI. DATAI. ERVNT. FACIATIS. VTEI. DISMOTA. SIENT. IN. AGRO. TEVRANO.

IV. MONIMENTUM ANCYRANUM[1] AB EDM. CHISHULLO SUPPLETUM.

Rerum gestarum Divi Augusti, quibus orbem terrarum imperio populi Rom. subjecit, et impensarum, quos in rempublicam populumque Romanum fecit, incisarum in duabus aheneis pilis[2], quæ sunt Romæ positæ, exemplar subjectum.[3]

Tabula prima intrantibus a laeva.

Annos undeviginti[4] natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi, per quem rempublicam, *obs*tinatione factionis oppressam, in libertatem vindicavi. *Senatus* decretis honorificis[5] *ornatus* in *eum* ordinem sum *adlectus a* consulibus,[6] *inter consulares ut sententiam dicerem;* locum*que et* imperium mihi dedit respublica uti Praetori simul cum consulibus Ir*tio et Pansa*. *Huic* autem eodem anno me *suffectum* consulem *quum edi*disset[7] et triumvirum reipublicae constitue*ndae*,[8] qui parentem *conjurati occidissent*, in exilium expuli judiciis legitimis,[9] ultus postea bellum inferentis[10] reipublicae . . . .
. . . .

[1] *Index rerum ab Augusto gestarum, quem ipse composuit, quemque Ancyrani parietibus vestibuli templi, structi in honorem viri de se optime meriti,* tabulis marmoreis insculptum et Græce quoque versum adfixere. Vitiosum exemplar illustrarunt Casaubonus, Jac. Gronovius et alii; emendatius vero, a Tourneforto a. 1701. acceptum, Edm. Chishull in Antiqq. Asiatt. Lond. 1728. fol. cujus notas prolixiores in epitomen redegi, sequutus exemplum Cel. Wolfii in ed. Suetonii T. I. p. 369 sq. et Oberlini in ed. Taciti T. II. p. 837 sq. qui et suas adjecere. Nonnulla ex his excerpsi, et nonnumquam adspersi alia. Græcæ versionis duo fragmenta v. in Pocockii Inscript. Antiq. c. 2. art. 1. p. 6. 7.

[2] Ita pro *tabulis* legendum esse in Suet. Aug. 101 extr. non male conj. Lips. ad Tac. Ann. 1, 11.

[3] Titulus hic et extrema Indicis verba descriptori, nescio cui, nec tamen recentiori, debentur. Ipse Index continet res annis fere LVII. gestas inde ab a. v. 709. ær. Cat.

[4] Cf. Tac. Ann. 13, 6. Liv. Epit. 119. Cic. ad Att. 16, 8. Vellei. 2, 61. ubi v. Intpp. et Duk. ad Flor. 4, 4.

[5] Cf. Cic. Phil. 3, 15. et Dio 46, 29.

[6] Cf. Liv. Epit. 118. Cic. Phil. 5, 17. Vellei. 2, 61. ibique intpp.

[7] *Suffectum* sc. Pansæ post prœlium Mutinense XIV. Cal. Sept. a. v. 709. Cf Taciti dial. de orat. c. 17. Dio 46, 42—46. Appian. B. C. 82, 94.

[8] Triumvir eodem anno in primum quinquennium factus est cum Antonio et Lepido v. Cal. Dec. Vid. lapid. Colot. ap. Gruter. p. 289, 1.

[9] Lege Pedia. Vid. Liv. Epit. 120. Vellei. 2, 69. ibique intpp.

[10] *Inferentis*, i. e. inferentes, sc. Brutum et Cassium. Cf. Suet. Aug. 10. et intp. Cic. ad div. 8, 8.

Arma terra marique . . . . . *signaque* toto orbe terrarum *circumtuli*, victorque omnibus *supplicibus* civibus peperci, *et in* exilio *sponte sua* degentes, quibus tuto *liceret*, servari quam excidere *malui* . . . . Millia civium Romanorum *adacta* sacramento meo fuerunt circiter *quingenta*, ex quibus deduxi *in colonias*, aut remisi in municipia sua, stipendiis *solutis*, millia aliquanto *plus* quam trecenta, et iis omnibus agros *adsignavi*, aut pecuniam *propriam ex* me dedi.[11] *Longas* naves cepi *sescentas*[12] *praeter alias*, siquae minoris *quam triremes* fuerunt.

Bis ovans triumphavi,[13] *tris egi curulis* triumphos, et *appellatus sum viciens et semel* Imperator:[14] *quumque pluris* triumphos mihi *senatus decrevisset, iis tamen agendis supersedi, et tantummodo laurus* deposui in Capitolio,[15] *Delmatis et Illuriis*[16] quoque bello nunc *perdomitis*. Ob res *aut ductu meo aut per legatos* auspiciis meis terra marique prospere gestas *quaesitamque bello requiem* decrevit Senatus supplicandum esse dIs *immortalibus* . . . . . Quo *ex* senatusconsulto supplicatum est in *deorum*[17] . . . . .
. . vo . . . um rec . . aut r . . .
. . . am ter deciens . . . .
. . . ae potes . . . .
. . . me ia . . . .
. . . .

Tabula secunda a laeva.

Patritiorum numerum auxi consul quintum[18] jussu populi et senatus.[19] Senatum ter legi. Et in consulatu sexto censum populi, conlega M. Agrippa, egi.[20] Lustrum post an-

[11] Cf. Appian. B. C. 3, 40 sq. 5, 3 sq. Dio 46, 46. 47, 17. Vellei. 2, 74. Maximae distinctionis signum in marmore est 7. Sed plerisque locis desideratur.

[12] Ex omnibus proeliis navalibus; CCC et solo Actiaco. Vid. Plut. Anton. p. 947. E. *Sescentas* vetus rudiorve scriptura. Sic infra *quadragensimum*, *manibiis* (ut *contibernalis*, et ut *simus* pro *sumus* Augustum dixisse tradit Suet. c. 87. unde emendanda verba Velii Longi ap. Putsch. p. 2228. quibus plane contrarium continetur) *duodevicinsimum*, *sexsiens*, *cucivis*, *consacrare*, *incohare* cet.

[13] Cf. Suet. Aug. 22.

[14] Cf. Tac. Ann. 1, 9. Dio, 53, 41. (ubi leg. *ἓν καὶ εἴκοσιν*) Noris. ad Cen. Pis. p. 338. et, qui eum refutavit, Eckhel doctr. NN. vet. T. 6. p. 140.

[15] Cf. Dio 54, 25. 55, 5. ad Sil. 9, 546. ad Tac. Ann. 2, 26, 10.

[16] Vid. Appian. Illyr. 16. sq. Suet, Aug. 22. Dio 51, 21. Pigh. Ann. ad a. 724.

[17] *in deorum* suppl. *templis* cum nota numeri, nescio cujus. Rotundum memorat Virg. Æn. 8, 716. more poetarum.

[18] A. V. 723. Cat. Cf. Tac. Ann. 11, 25. Dio 49, 43. 52, 42.

[19] Lege Saenia. Cf. Tac. et Dio 11. 11. Suet. Aug. 35. De *jussu populi* silet Dio; qui etiam *quinquies* (a. v. 723. 733. 739. 741. 754.) *senatum ab Augusto lectum* dicit 52, 42. 54, 13. 26, 35. 55, 13.

[20] A. V. 724. Cf. de censu ter acto Suet. Aug. 27. extr. Dio 53, 1. Euseb. Chron. n. 1989.

num alterum et quadragensimum [21] feci; quo lustro civium Romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia et exaginta tria millia. [22] Alter*um* consulari cum imperio lustrum *censumque* solus feci Censorino *et* Asinio Cos. [23] quo lustro censa sunt civium Romanorum *capita* quadragiens centum millia et ducenta triginta tria m*illia.* [24] *Tertium* consulari cum imperio lustrum conlega Tib. *Caesare feci,* Sex. Pompejo et Sex. Appulejo Cos., quo lustro e*tiam censa sunt* Romanorum capitum quadragiens centum mi*llia t*riginta et septem millia [25].

Legibus nov*is latis* [26] *e*xempla majorum exolescentia *revocavi, et fugientia* jam ex no*stro conspectu* avitarum rerum exempla imitanda *pro*posui. [27] . . . . . .
. . . . atus et sacerdotes . . . . . .
. . u tis . . . efec . . . . .
. . quattuor amplissima colle*gia* [28]
. . mpejam et municipi . . m uni
. . apud omnia pulvinaria pro vale*tudine* [29]
. . usum est in Saliare carmen et sacrosan
. . vo . . erea . . tribunitia potestas mihi
. . mus . . . iter m in . . . . . .
populo sacerdotium deferente mihi, quod pater meus *procuravit, suscepi id* sacerdotium aliquod [30] post annos, eo mor*tuo* [31] *qui post patrem meum illud pro*curaverat. Cuncta ex Italia . . . . *valet*udine
quanta Romae nun*quam* . . . .
. . *P. Sul*picio, C. Valgio consulibus [32] . .

[21] Nam L. Gellius et Cn. Lentulus novissimi fuerant censores a. v. 682. Cf. Lips. Elect. 1, 27.

[22] Vox *millia* in marmore aliquoties repetitur; quod vix alibi reperias, nisi in sacris literis 1 Chron. 21, 5. 2 Chron. 2, 17. Num. 2, 9.

[23] A. V. 744. Cf. Massoni Janus refer. p. 281. Eodem anno Sextilis mensis dictus est Augustus: de quo v. SC. ap. Macrob. Sat. 1, 12. Cf. Suet. Aug. 31.

[24] Cf. Euseb. Chron. n. 1989. Hinc ap. Suid. forte leg. ΥΓ *μυριάδες καὶ χιλιάδες ἑπτά* pro ΥΙ *μυριάδες καὶ χίλιοι δέκα ἑπτά.*

[25] A. V. 765. Numerus nimis grandis ap. Euseb. Chron. n. 2028.

[26] Cf. Suet. Aug. 31. 32. 89. Tac. Ann. 3, 28. 4, 16. Horat. Od. 4, 15. et Epist. 2, 1.

[27] Forte leg. *exempla imitanda* ad exercituum et provinciarum rectores et magistr*atus et sacerdotes* misi.

[28] Pontificum, Augurum, VII. virorum et XV. virorum S. F. quorum collegia curabant quinquennales ludos Actiacos. Vid. Dio 53, 1.

[29] Hæc spectant ad supplicationem pro valetudine Augusti, qui in XI. consulatu a. v. 729. ex ancipiti morbo convaluerat. In supplicatione decantatum *Saliare carmen*, et deinde Augusto *sacrosancta* in perpetuum decreta *tribunitia potestas*. Cf. Suet. Aug. 59. Dio 53, 30. 32. (qui hanc tamen potestatem Augusto jam a. 722. tributam dicit 51, 19.) ad Tac. Ann. 1, 2, 6. et 3, 56.

[30] Pro *aliquot*, ut infra *adque* pro *atque*, et contra *set*, *haut* cet.

[31] Sc. Lepido Cf. Suet. c. 31. ad Liv. Epit. 129. Appian. B. C. 5, 122—131. Lepidus a. v. 716. exutus est honoribus præter pontificatum, isque eo mortuo susceptus ab Augusto a. 739.

[32] A. V. 738. quo irrita Romæ vota facta pro M. Agrippæ *valetudine*.

. . *aedis* Honoris et Virtutis ad *memoriam*
. . *senatus* consecravit, in qua *pontifices* . . .
. . *anniversarium* sacrificium facere . . .
. . r . . t . . in Vrbem ex . . . . .
. . . avit . . . .
. . . . pars . . . .
. . . . . et prin . . a mihi . . .
. . . . . onos . . rae . .
post res in Hispania Gal*liaque provinciis prospere gestas*
. . . nep qu . . aram . . . . *pro reditu meo consecrari*,[33] *ut* ad eam *sacrum perenne facerent* magistratus et sacer*dotes* . . . .
. . . ium . . . c . . . p . . . .
. . . cussum ess . . . . .
. . per totum *imperium* populi Romani *parta est terra marique* pax; cum*que a condita Vrbe Janum Quirinum* bis omnino clausum *fuisse* prodatur, eum *Senatus* per me Principem *ter* claudendum esse d*ecrevit.*[34]

Inter filios meos, quos sini*stra sors* mihi eripuit, eorum Cajum et Lucium Caesares[35] . . . . . .

Tabula tertia a laeva.

Honoris mei causa senatus populusque Romanus annum quintum et decimum agentis consules designavit, ut eum magistratum inirent post quinquennium, et ex eo die, quo deducti sunt in forum, ut interessent consilIs publicis, decrevit Senatus. Equites autem Romani universi Principem juventutis utru*m*que *eorum*, par*mis et* hastis argenteis donatum, appellaverunt.[36]

Plebei Romanae viritim SS trecenos numeravi ex testamento patris mei,[37] et nomine meo quadringenos ex bellorum manibiis[38] Consul quintum dedi, iterum autem in

[33] Pro eo bis honores decreti Augusto, a. 728. et 738. Nostra verba spectant ad a. 738. quo senatus Augusto redeunti *aram* in curia ponendam decrevit. Vid. Dio 54, 25.

[34] Recte: nam Janus bis tantum ab Augusto clausus est, a. v. 723. et 727. Deinde a. 742. eum quidem tertium claudendum decrevit senatus, sed rem irritam fecit Dacorum Dalmatarumque rebellio; v. Dio 51, 20. 53, 26. 54, 36. Errant itaque Masson. in templo Jani refer. et Oros. 6, 22. forte et Suet. Aug. 22. nisi is rem destinatam posuit pro facta; quod ibi Cel. Wolf. et jam ante eum Chishull l. l. et Eckhel in doctr. NN. T. 6. p. 84. et 89. monuere.

[35] Hæc verba non sejungenda videntur a seqq. Cf. ad ea et seqq. Suet. Aug. 26. 64. in Tib. 23. ad Tac. Ann. 1, 3, 15. 17. Noris. ad Cenot. Pis. Sen. Consol. ad Marc. 14. 15.

[36] Cf. Dio 55, 12. (qui *aureas* parmas hastasque donatas dicit) Eckhel l. l. p. 171. et nos ad Tac. Ann. 1, 3, 14.

[37] Cf. Suet. Cæs. 83. extr. Dio 44, 35. 45, 6. 46, 48.

[38] Vid. not. 12. et ad hæc ac seqq. Dio 51, 21. 53, 2. 28. Suet. Aug. 40—42.

consulatu decimo ex patrimonio meo HS [39] quadringenos congiari viritim pernumeravi, et Consul undecimum duodecim frumentationes [40] frumento privatim coempto emensus sum, et tribunitia potestate duodecimum quadringenos nummos tertium viritim dedi. [41] Quae mea congiaria [42] pervenerunt *ad sestert*ium millia nunquam minus quinquaginta et ducenta. Tribunitiae potestatis duodevicinsimum Consul XII. trecentis et viginti millibus plebei urbanae sexagenos denarios viritim dedi; et cuoivis militum meorum consul quintum ex manibiis viritim millia nummum singula dedi. Acceperunt id triumphale congiarium in *coloniis* hominum circiter centum et viginti millia. Consul tertium decimum sexagenos denarios plebei, quae tum frumentum publicum acceperunt, dedi. Ea millia hominum paulo plura quam ducenta fuerunt. Pecuniam *pro* agris, quos in consulatu meo quarto et postea consulibus *M. Crasso et* Cn. Lentulo Augure adsignavi militibus, solvi municipIs. Ea sestertium circiter sexsiens [43] milliens fuit, quam *ex* collationibus *pro* praed*iis* [44] numeravi, et circiter bis milliens et sescentiens, quod pro agris provincialibus solvi. Id primus et solus omnium, qui deduxerunt colonias militum [45] in Italia aut in provinciis, ad memoriam aetatis meae feci; et postea Ti. Neroni et Cn. Pisoni [46] consulibus, itemque C. Antistio et D. Laelio Cos. et C. Calvisio et L. Pasieno consulibus et *Lentulo et* Messàlino consulibus et L. Caninio et Q. Fabricio consulibus, *veteranis quo*s emeriteis stipendIs in sua municip*ia reduxi*, praem*ia aere num*erato persolvi: quam in rem ses*tertium* mill . . . . impendi.

Quater pecunia mea juvi aerarium, [47] ita ut sestertium milliens et quinquiens ad eos, qui praeerant aerario, detulerim: et M. *Aemilio* et L. Aruntio Cos. in aerarium militare, quod ex consilio [48] . . . co*nstitut*um est, ex *quo* praemia darentur militibus, qui vi*ginti stipendia* emeruissent, HS. milliens et septingenti*ens Tib. Caesaris* nomine et meo detuli. [49] . . . . *quo* Cn. et P. Lentulus *cons*ules fuerunt, cum d . . cerent . . . .

[39] Ita lego, ut sit id. qd. HS. s. SS. non *iis*, ut ad *plebem* referatur, sicut paullo post *plebei, quæ acceperunt*.

[40] H. e. frumenti largitiones, ut ap. Suet. Aug. 40. 42.

[41] A. V. 740. Cf. Suet. c. 41. et Joseph. A. I. 16, 4.

[42] Sc. singula quatuor, tria pecuniæ, frumenti unum. Mox *triumphale congiarium* de pecunia militibus data ab Augusto triumphante.

[43] *Sexagesiens* conj. Chishull ex vestigio lacunæ, etsi enormis sit summa.

[44] Bene ita Chishull; v. Dio 51, 4. *prædiatoribus* coni. Gron. et *prætoribus* male Lips.

[45] Cf. Suet. Aug. 46. ibique intpp.

[46] *Neroni* et *Pisoni* sunt ablativi, ut *sorti, igni, colli, amni, cædi, imbri, oneri, parti* cet. v. ad Sil. 7, 368. 8, 125. et Liv. 4, 12, 8.

[47] Cf. Dio 53, 2.

[48] *Liviæ* supplet Gron. ex Dione 55, 14. *Senatus* Chishull ex ejusd. c. 24. *Mæcenatis* alii.

[49] Cf. Dio 55, 24 sq.

centum millibus hominum . . . ibus . . . o fru . . .

Tabula prima a dextra.

Curiam et continens ei Chalcidicum,[50] templumque Apollinis in palatio cum porticibus,[51] aedem Divi JulI, Lupercal, porticum ad circum Flaminium, quam sum appellari passus ex nomine ejus,[52] qui priorem eodem in solo fecerat, Octaviam, pulvinar ad Circum Maximum, aedes in Capitolio Jovis FeretrI et Jovis Tonantis,[53] aedem Quirini, aedes Minervae et Junonis Reginae et Jovis, Libertatis in Aventino, aedem Larum[54] in summa Sacra via, aedem Deum Penatium in Velia, aedem Juventatis,[55] aedem Matris Magnae in Palatio feci.

Capitolium et Pompejum theatrum, utrumque opus, impensa grandi refeci fine ulla inscriptione nominis mei. Rivos aquarum, compluribus locis vetustate labentes, refeci,[56] et aquam, quae Marcia appellatur, duplicavi, fonte novo in rivum ejus immisso.[57] Forum Julium et Basilicam, quae fuit inter aedem Castoris et aedem Saturni, coepta profligataque opera a patre meo, perfeci, et eandem Basilicam consumptam incendio, ampliato ejus solo, sub titulo nominis filiorum *meorum* in cohavi,[58] et, si vivus non perfecissem, perfici ab heredibus *meis jussi*. Duo et octoginta templa Deum[59] in Vrbe consul . . . . refeci, nullo praetermisso, quod *eo* tempo*re* . . . . . mu . . m . . iruminea a . . . bi . . . . . praeter . . . iume linu . . lum . . .

Privato solo dedicato Martis Ultoris templum[60] Forumque

[50] Cf. ad hæc et seqq. Suet. Aug. 29. 30. *Curiam* Juliam, in honorem patris, Julii Cæsaris, conditam; v. Dio 51, 22. *Continens*, conjunctum, *ei Chalcidicum*, templum Minervæ exstructum ad formam alius templi ejusdem nominis, quod Chalcidenses ex Eubœa profugi in hujus deæ honorem Lacedæmone condiderant; nisi hoc fuit templum *æreum* Minervæ Chalciœcæ, et Minerva potius *Chalcidica* dicta est a Chalcide Syriæ ab Augusto ademta post devictam Cleopatram. Cf. Reimar. ad Dion. 51, 22. et Scalig. ad Eusebii Chron. n. 2105. qui Minervia Chalcidica a Domitiano exstructa memorat.

[51] Cf. Dio 53, 1. 2. et Suet. l. l. ac. de *æde D. Julii* Dio 51, 22.

[52] Cn. Octavii, in reg. IX. Urbis. Cf. P. Victor.

[53] Hæc ab Augusto condita, illa vero refecta; v. Suet. l. l. et 91. Dio, 54, 4. Liv. 4, 20. Corn. Nep. in Att. 20. et de *æde Quirini* Dio 54, 19.

[54] Sc. publicorum, quam ædem a. 748. ex stipe, a populo ei absenti Cal. Jan. collata, struxit; vid. marm. Farnes. ap. Gruter. 106, 4.

[55] Quæ incendio consumta erat; v. Dio 54, 19.

[56] A. V. 748; v. Gruter. 177, 1.

[57] Cf. Frontin. de aquæduct. c. 12. et Dio 49, 42.

[58] Sic et in opt. cod. Suet. Aug. 97. extr. Vocem a *caho*, initio rerum, deducebat Verrius Flaccus; v. Diomed. ap. Putsch. l. 1. p. 361.

[59] Cf. Ovid. Fast. 2, 59.

[60] Cf. Suet. c. 29. Dio 54, 8. Ovid. Fast. 5. 551 sq. 579. Eckhel. doctr. NN. T. 6. p. 94 sq. et 100. quæ loca etiam de alio Martis Ultoris templo agunt, de quo v. not. 92.

Augustum, et theatrum ad aedem Apollinis in solo magna ex parte *ad id* . . . . empto feci, quod sub nomine M. Marcelli generi nitescit. [61] Dona ex manibiis in Capitolio et in aede Divi JulI et in aede Apollinis et in aede Vestae et in templo Martis Ultoris consacravi; quae mihi constiterunt HS. circiter milliens. [62] Auri coronarI pondo triginta et quinque millia municipiis et colonIs Italiae conferentibus ad triumphos meos [63] quintum Consul remisi; et postea, quotiescumque Imperator appellatus sum, aurum coronarium non accepi, decernentibus municipiis et con*ferentibus, quae tunc* adque [64] antea decreverant.

*Mu*nus gladiatorium dedi meo nomine, et quinquiens filiorum meorum aut nepotum nomine: quibus muneribus pugnaverunt *hominum circiter* decem millia . . . Bis *dedi fe*rarum undique accinc*tarum* [65] . . . . . . *spectac*ula pro*prio meo* nomine, et tertium nepo*tum* . . . . *Ludos* feci meo nomine quater, aliorum autem *magistratuum* absenti*um* ter et vigiens [66] . . . *in collegio* XV. virorum *magister, adlecto in* collegium M. Agrippa, . . . per Qu*indecimviros*, C. Furnio, C. Silano Cos., *quintos feci* ludos *saeculares nulli vivorum visos ante* id tempus, [67] deinde . . . . *Venationes bestia*rum Africanarum, meo nomine et filiorum meorum et nepotum, in circo, aut in foro, aut in amphitheatris populo dedi sexiens et vigiens, quibus confecta sunt bestiarum circiter tria millia et quingentae.

Navalis proelI spectaculum populo dedi trans Tiberim, in quo loco nunc nemus est Caesarum, [68] cava*to solo in longitudinem mille* et octingentos pedes: in latitudine *mille erant et* ducenti. In quo triginta rostratae naves, triremes *et quadriremes*, pluris autem minores, inter se conflixerunt.

[61] Cf. Dio 54, 25—27.

[62] Cf. Suet. c. 30.

[63] Propr. ad coronas triumphales, *χρυσίον ἐς στεφάνους* ap. Dion. 49, 42. Inde dictum proprie *aurum coronarium*: nam ducibus, qui ab exercitu *Imperatores appellabantur*, a provincialibus, sociis regibusque coronæ initio aureæ dono dabantur, more a Græcis petito, et deinde harum loco aurum; quod serioribus, Imperatorum maxime, temporibus ab iis tributi instar exactum est: unde *coronarium* dictum de gratuito et honorario, et honestum exactionis nomen factum. *Στεφανικὸν τέλεσμα* Ancyranos dixisse *πᾶν τὸ ἐν χάριτος μέρει διδόμενον*, docet Suidas. Cf. Dio 48, 42. 49, 42. 51, 21. Lips. de magn. Rom. 2, 9. Ernesti clav. Cic. et Schelleri Lex. lat.

[64] Cf. not. 30.

[65] Forte leg. *acciturum*.

[66] Cf. Suet. Aug. 43. ibique intpp. *Quater sc. et vicies.*

[67] Cf. Censorin. c. 17. Grut. p. 295. intpp. Zosimi 2, 4. Eckhel l. l. ad a. 737. Mitscherl. ad Horat. carm. saec. ad nos ad Tac. Ann. 11, 11, 1—3. Probabiliori judicio Chishull in notis lacunam h. l. ita explet: *ludos seculares intermissos ante id tempus, deinde post CX. annum, ut edicto monui, repetendos.*

[68] A. V. 750. Cf. ad Suet. in Aug. 43. (ubi eadem reperies verba ex h. l. depromta) ad Tac. Ann. 6, 1, 3. 12, 56, 2. 14, 15, 5. Vellei. 2, 100. *Nemus Cæsarum*, Caji et Lucii; *horti naumachiæ proximi* ap. Suet. Tib. 72. pr. ubi v. Ern. Cf. ad Tac. 11. 11.

Atticis et Persicis classibus pugnaverunt,[69] praeter remiges, millia *hominum triginta* circiter.

In templis omnium civitatium *primarum Europae* et Asiae victor ornamenta reposui,[70] quae, spoliatis templis, is, *cum* quo bellum gesseram,[71] privatim possederat. *Meae* statuae pedestres et equestres et in quadrigeis argenteae steterunt in Vrbe XXC. circiter; quas ipse sustuli, exque ea pecunia dona aurea in aede Apollinis, meo nomine et illorum, qui mihi statuarum honorem habuerunt, posui.[72]

Tabula secunda a dextra.

Mare pacavi a praedonibus.[73] Eo bello servorum, qui fugissent a dominis suis et arma contra rempublicam tulerunt, *trig*inta fere millia capta dominis ad supplicium sumendum tradidi.[74] Juravit in mea verba tota Italia sponte sua,[75] et me *pro* victis *ducibus* ducem depoposcit. Juraverunt in eadem *verba Gal*liae, *Hispaniae, Africa*, Sicilia, Sardinia. Qui . . . . . ve . . *Senatores* plures quam DCC in . . . consulibus facti sunt ad eum diem, quo scripta sunt . . . . . circiter CLXX.

Omnium provinciarum[76] . . . . . quibus finitimae fuerunt gentes, quae *nondum subjectae erant pop. Romano*, fines auxi. Gallias et Hispanias provincias*que* . . . . *quas alluit* Oceanus a Gadibus ad ostium Albis fluminis[77] . . . *ab usque reg*ione ea, quae proxima est Hadriano mari, *armis perlustravi*, nulli genti bello per injuriam illato.[78] Classis Romana . . . ab ostio Rheni ad solis orientis regionem, usque ad *orbis extrema* navigavit;[79] quo neque terra neque mari quisquam Romanorum ante id tempus adIt. Cimbrique et Chariides et Semnones et ejusdem tractus alii Germanorum populi per legatos amicitiam meam et populi Romani petierunt.[80] Meo jussu et auspicio ducti

69 Cf. ad Suet. Cæs. 39. et Claud. 21.

70 Cf. Strabo 13. p. 595. (890.) et 14. p. 637. (944.) Plin. 34, 8. s. 19.

71 Sc. Antonius: nam vir modestus nusquam nominat duces a se devictos.

72 Cf. Suet, c. 52.

73 Sc. devicto Sex. Pompeio, qui servis conscriptis mare infestabat latrociniis ac praedationibus. Cf. Vellei. 2, 73. Flor. 4, 8. Dio 48, 17—23. 49, 1—12. Appian. B. C. 4, 84. — 5, 144. Hinc et bellum hoc Siculum infra dicitur *servile*, et piratici nomine infamatur; v. not. 87.

74 Cf. Dio 49, 12.

75 Cf. Suet. c. 17. et ad Tac. Ann. 1, 7, 4.

76 Hæc explicite magis tradit Eutrop. 7, 5.

77 Cf. Suet. c. 21. et Tac. Ann. 1, 9. Forte leg. *ad ostium Albis fluminis et ad Istrum flumen a regione ea, quæ proxima est Hadriano mari, ad obsequium redegi.*

78 Cf. Suet. c. 21. (ubi hæc repetita sunt) et 47.

79 Cf. Vellei. 2, 106. et Plin. 2, 67.

80 Cf. Strab. 7. p. 293. (449.) *Chariides* rectius forte *Charudes* (in Chersoneso Cimbrica) dicuntur Ptol., aut *Harudes* Cæs. B. G. 1, 7.

sunt *duo* exercitus eodem fere tempore in Aethiopiam et in *Arab*iam:[81] qua ea *tempestate* . . . .
. . esae sunt in Sicili . . sat ti . . in
. . et h . . us . . . .
. . du . . ni . . b . . . . . .
. . . nes . . abae . . . .
. . . pium . . mam ad . . . *Ar-menia*m *ma*jorem, interfecto rege ejus Artax*ia* . . m posse[82] . . . . ma . . . . . nostrorum exemplo regi . . m id . . . . *in pot*estat*em* Tigranis regis, per *Ti. Ne*r*onem diademate ejus capiti imposito,*[83] *transtuli Arme*niam gentem. Postea i*nquietam* gentem et rebellantem, d*omitam* per Cajum filium meum,[84] regi Ari*obarzani gubernandam et frenan*dam tradidi, et post *ejus mort*em filio ejus Artavasdi, quo*dam jure Ariobarzan*e, qui erat ex regio genere Armeniorum oriundus, in id reg*num deducto.*[85] Provincias omnis, quae trans Hadrianum mare vergunt, *et Ponticas Asia*nasque jam ex parte magna regibus eas possidentibus *concessi.*[86] *Siciliam et* Sardiniam occupatas bello servili[87] reciperavi.

Colonias in Africa, Sicilia, *Mace*donia, utraque Hispania, *in Gallia Comata et* Gallia Narbonensi, praeter praesidia militum, deduxi. Italia au*tem colon*ias, quae vivo me celeberrimae et frequentissimae fuerunt, *IIXXX* deductas habet.[88]

Signa militaria complura *per nostros du*ces amissa devictis *legionibus,*[89] *recepi* ex Hispania et gen*tibus Delm*ateis.[90] Parthos trium exercituum Romanorum spolia[91] et signa *restituere* mihi, supplicesque amicitiam populi Romani petere coegi. Ea autem signa in penetrali, quod est in templo Martis Ultoris,[92] reposui.

Pannoniorum gentes, quas ante me Principem populi Ro-

[81] In hanc a. v. *727. 728.* ab Ælio Gallo, in illam a. *730.* a Petronio; v. Strab. 16. p. 780. (1126.) et 17. p. 820. (1175.) Dio 53, 29—33. 54, 5.

[82] Hæc lacuna explenda est ex Tac. Ann. 2, 3. Cf. etiam ad hæc et seqq. Suet. Tib. 9. Vellei. 2, 94. ubi (ubi v. intpp.) et 122. Dio 49, 40. 44. 53, 33. 54, 9. Joseph, B. I. 13 extr. 15, 4. 5. et A. I. 1, 18.

[83] Cf. auctores in nota 82. laudati.

[84] A. V. 755. Res fuse narratur in Cenot. Pis.

[85] Cf. auctores laud. et Tac. Ann. 2, 3. 4.

[86] Cf. Suet. c. 48. et de singulis regnis ab Augusto redditis intpp. ejus loci et in primis Noris. ad Cenot. Pis. p. 224 sq.

[87] Cf. not. 73.

[88] Cf. Suet. c. 46. ibique Ern.

[89] Sc. Romanis. Sed forsan leg. *devictis iis provinciis* vel *hostibus recepi*, forte et *ex Hispania et Galatis et Dalmatis*. Cf. not. 94.

[90] Cf. Vellei. 2, 90. Dio 49, 43. Appian. Illyr. 28.

[91] Sc. M. Crassi, Statiani legati Antoniani et ipsius Antonii. Cf. de his signis et captis et a. 732. restitutis Suet. 21. Vellei. 2, 82. 91. Justin. 42, 5. Strab. 6, 4, 2. p. 288. Eckhel doctr. NN. T. 6. p. 94. sq. (ubi etiam *supplices* exhibentur Parthi, genu flexo offerentes signa) Dio 54, 8.

[92] Scil. eo, quod in Capitolio struc-

mani exercitus nunquam adIt, devictas per Ti. Caesarem, qui tum praeer*at exercitib*us, imperio populi Romani subjeci;[93] protulique fines *imperii ad Istri* fluminis *ripam.*[94]
. . quod a . u . . . . . us exercitus . . . eis .
. . spro . . . . a . . . . . tusque . . . .
pos . . ucius . . . . . gentes i . . . .

Ad me ex Ind*ia*[95] . . . . apud qu . .
q . . . . m nostram . . . per lega*tos* Bastarnarum
. . n . . . . et Sar*mata*rum[96] . . . Tanaimque
ultra rec . . . . rumo . . rex et Hiber . . .

Ad me supplices confuge*runt* reges Parthorum Tirida*tes*[97] . . . .

tum est a. 732. quo signa illa sunt recepta: nam aliud Martis templum in foro Augusto conditum et a. 750 dedicatum est. Cf. not. 60.

[93] Cf. ad Liv. Epit. 139. et Vellei. 2, 96. Ad victorias Tiberii spectant arcus triumphalis Carnuntinus in Pocockii Descr. of the East, T. 2. p. 100. et Kollarii Anal. Vindob. T. 1. p. 1019. nobilisque achates in Museo Vindob., quem vulgarunt Maffejus in Append. ad Museum Veronense p. 245. le Roy, Kollar. et Lambecius. Pro *præerat exercitibus* Gron. dedit *erat privignus meus.* Cf. not. 94.

[94] Inter et Euphrates imperii Rom. limites positi a natura et ab Augusto statuti. Cf. Tac. Ann. 1, 11. et Agric. 13. Strab. 6 extr. et 17 extr. Dio 56, 33. et Julian. in Cæs. Ingens, quæ sequitur, lacuna repleri et quædam simul verba præcedd. emendari forte possunt e Fragm. Pocock. (v. sup. not. 1.) quod V. C. Sainte-Croix in libro Gallico Magazin Encyclop. 4, 4. p. 94. et Oberlin in ed. Taciti T. 2. p. 850 sq. ita correxerunt

τ . . . . . . ηλαις
ἀπέλαβον δ' ἐξ Ἱσπανίας καὶ Γαλατίας κ(αὶ)
Δαλματῶν. Πάρθους τριῶν στρατευμα (τ)
(ω)ν σκύλα καὶ σημέας (pro σημαίας) ἀποδοῦναι
ἐμοὶ (καὶ φ)
λίαν δήμου Ῥωμαίων ἀξιῶσαι ἠνάγκ(ασα τάς)
δὲ τὰς σημέας ἐν τῷ Ἄρεως τοῦ Ἀμύν(τορος ἀ)
δυτέῳ ἀπεθέμαν.
Παννονίων ἔθνη, οἷς πρὸ ἐμοῦ ἡγεμό(νων)
τις Ῥωμαίων οὐκ ἤντησεν, ἡσσηθέντα (δια Τι.)
Νέρων' ὃς τότ' ἐμοῦ ἦν πρόγονος κ(αὶ ἡγεμὼν),
ἡγεμονίᾳ δήμου Ῥωμαίων ὑπέταξα
καὶ ὅρια μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ προ(ῆξα).
τῇδε (ibi) Δακων διάβασα πολλὴ δύναμις ἐν
νοις κατεκόπη καὶ ὕστερον μεταχ(ωρεῖν στρα)
τεύμα πέραν Ἴστρου τὰ Δάκω(ν)
δήμῳ Ῥωμαίων ὑπομένειν.

Versum 10. Schweigh. ita emendat? Νέρωνος τοῦ ἐμοῦ προγόνου καὶ Καίσαρος, et vs. 13 sq. Oberlin: δύναμις ἐν Μύσοις κατεκόπη κ υ. μ. σρατεύματα cet. Conjectura ἐν Μύσοις probabilis fit ex Dione 51, 22. et Floro 4, 12. Sed vel sic verba sunt manca et in fine quædam excidisse videntur, ita forte restituenda: καὶ ὕστερον μεταχωρεῖν στρατεύμα πέραν Ἴστρου, τὰ Δάκων δ' ἔθνη vel καὶ Δάκων ἔθνη δήμῳ Ῥωμαίων ὑπομένειν τὸ προσταττόμενον ἠνάγκασα, ut ap. Polyb. 5, 107, 3. et 15, 20, 7. His respondent verba Augusti, si ita supplentur: *Dacorum vero gentes imperata populo Rom. facere coegi.*

[95] *Ex India* bis legati venere ad Augustum, a. 727. quo Tarracone egit, et a. 732. quo Sami hiemavit. Cf. Suet. c. 21. Dio 54, 9. (ubi v. Reimar.) et Strab. 15. p. 719.

[96] Huc pertinet locus laud. Dionis de multis legationibus.

[97] Cf. Justin. 42, 5. et intpp. Horat. Od. 1, 26, 5.

Tabula tertia a dextra.

Regis Phratis . . . Medorum . . Arta[98] . . . res Britann . . . damno bella . . et tim . . . orum maelo mar omanorum suebo f . . . . . *rex* Parthorum Phrates, Orodis filius, filios suos nepo*tesque misit* in Italiam,[99] non bello superatus, sed amicitiam nostram per *haec* suorum pignora petens. Plurimaeque aliae gentes ex*pertae sunt Romanam* fidem me Principe, quibus antea cum populo Romano *nullum omnino fuit* legationum et amicitiae commercium.

A me gentes Parthorum et Medorum[1] *petierunt per* principes earum gentium regesque per eos acceperunt Pa*rthi Vononem, regis Ph*ratis filium, regis Orodis nepotem; Medi *Artabanum* . . regis Artavasdis filium, regis Ariobarzanis *nepotem* . . . .

In consulatu sexto et septimo,[2] *postquam bella civilia* extinxeram, per consensum universorum *Romanorum civium* rempublicam ex mea potestate in Senatus *et populi Romani* arbitrium transtuli. Quo pro merito meo Sena*tus me appellavit Augus*tum,[3] et laureis postes aedium mearum *vinxit*
. . . ivi casu . . r . . . ianuam meam et qua
. . st . . . r in ulia posi . . . . . us quem .
. . sc . . r . . . m et . . . virtutis cle
. . . . est p . . us clupei . . . . . . post
. . d . . . . . . ilo amplio . . . . . coni eo
. . . . *susceptum a me t*ertium dec*imum* consulatus *magistratum. Senatus et eq*uester ordo populus*que* Romanus universus *prodiderunt* memoriae; idque in vestib*ulo a*edium mearum inscriben*dum jusserunt et* in foro Aug*usto sub* quadrig*as*, quae mihi *ex* S. C. posi*tae sunt*. Scripsi *haec, cum annum* ager*em septuagensimum sextum*.[4]

Summa pecuniae, quam dedi*t*[5] . . . . . . sis militibus necessarium . . .

Opera fecit nova: aedem Matris Magnae
Divi Juli, Quirini. Minerv*ae* . . . . . .
Larum, Deum Penatium, Juv*entatis* . . . .
Ad Circum Curiam cum *Chalcidico* . . . .

[98] Forsan *Artabanus*. Alia regum nomina excidere.

[99] Cf. Strab. 6. p. 288. (441.) Idem filios Phratis (Saraspadanem, Rhodaspem, Phraaten et Vononem) sed corrupte nominat lib. 16. p. 748. (1085.) Vid. ad Tac. Ann. 2, 1, 2.

[1] De *Parthis* v. Tac. l. l. De *Medis* haec non legere memini.

[2] Cf. Dio 53, 2 sq. et de provinciarum partitione Strab. 17 extr.

[3] A. V. 725. in VII consulatu. Cf ad Liv. Epit. 134. Suet. c. 7. Censorin. c. 21. 22. Dio 53, 16. ibique Fabric.

[4] A. V. 765. quo et obiit, Sex. Pompeio et Sex. Appuleio coss., quos ipse supra memoravit in tab. 2. a laeva.

[5] Haec omnia sunt ab aliena manu, nescio qua, adjecta, repetitiones fere

Juliam, *the*atrum M. Marcelli . . . . . basilicam Cai et Luci Caesarum . . . . . Refecit Capitolium . . usque a . . . . . theatrum Pompei, aqu*am* M*arciam*, la . . . . Impensis r . . . . . gladiatorum . . . . *ter*rae motu incendioque. Censum . . . . . . usque quorum census explevit. [6]

eorum, quae Augustus supra memoriae prodidit.

[6] Cf. Suet. c. 41.

INDEX

IN

TITI LIVII

HISTORIARUM LIBROS.

INDEX

IN

TITI LIVII

HISTORIARUM LIBROS.

B.

D.

I. J.

L.

N.

O.

Q.

R

S.

V.

X.

Z.

FINIS.

GLOSSARIUM LIVIANUM.

GLOSSARIUM LIVIANUM

SIVE

INDEX LATINITATIS

EXQUISITIORIS.

EX SCHEDIS

AUGUSTI GUIL. ERNESTII

EMENDAVIT PLURIMISQUE ACCESSIONIBUS

LOCUPLETAVIT

GODOFR. HENR. SCHÆFER.

GLOSSARIUM

LIVIANUM.

A *vel* AB, 1, 1. A clade profugus. *Quamquam possis hic etiam* ob cladem *explicare.* [quod minus placet.] A concione legatos dimittere 24, 22. pro *post* c. Ab hoc sermone Paullum profectum tradunt 22, 40. Ab infelici pugna ceciderant animi 2, 65. Ab his præceptis concionem dimisit 44, 34. *Plura exempla hujus præpositionis pro* post *positæ non attinet indicare. Res satis est nota.* Qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere 7, 2. *i. e. omissis, relictis, s.* [immo junge *ab saturis primus.*] A prodigio 1. 31. *h. e. prodigii caussa.* Ab odio ad pervastandos fines ducere 6, 4. *i. q. propter odium. cf.* 3, 41. 9, 40. A cupiditate 5, 5. A contemtu 6, 2. Ab ira 10, 45. Ab eodem metu 40, 13. A censu equitem, a censu peditem legitis 34, 31. *cf. cap.* 51. *Sueton. Jul.* 65. A verecundia memoriaque meritorum 39, 49. Ab irrisu linguam exserere 7. 10. *Sic sæpissime Livio* ab *idem est, quod* ob, propter *et similia. cf.* 6, 2. 9, 4. *Drakenb. ad* 5, 5. Litteræ consulum a Gallia allatæ 32, 31. Pro e *vel* ex. Nec hominibus aliud periculum quam ab semetipsis esse 25, 28. *cf.* 6, 20. Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites etc. 42, 60. *i. q. ex, s. Romanorum.* [Græcorum παρὰ cum genitivo, pro quo librarii sæpe dativum substituerunt.] A mari fines eorum vastati 38, 32. *i. e. a parte maritima.* Oppidum ab terra munitum 28, 6. Legatum a novissimo agmine adortus postremos turbavit 31, 27. A parte Romanorum 44, 40. Ab arce militem accipere 33, 17. *i. e.* in arcem, *uti Drakenborchius legi volebat;* vel potius: *ab ea parte, qua arx erat.* Ab Romanis spes est 21, 13. *i. e. in Romanis spes posita est.* Ab se adjicere 44, 33. *scil. præcepto, quod non exauditum erat, conjectando quidem, suspicando etc.* Ut ab irato victore 21, 12. *Intelligendum: expectari debet.* Jus ab antiqua gente — descripsit 1, 32. Pro *repetitum descripsit.* Mentio illata ab Senatu est et Patres accepere 4, 8. *Pighius ad a.* 310. *Legendum putabat: ab consulibus in Senatu.* Legati ab Ardea 4, 7. Pro *Ardeates.* Coloni a Velitris 6, 13. — *Veliterni.* Incola ab Tarquiniis 4, 3. — *Tarquiniensis.* Cornu sinistrum ab regiis 37, 23. — *regiorum. Scilicet sæpenumero Livius hac præpositione circumscribit adjectiva tum nominum appellativorum tum propriorum. Atque etiam ipsa nomina propria et appellativa eodem modo cum eadem præpositione, ut vitentur, opinor, genitivi, a Livio jungi solent. Sic* litteræ ab Tarquiniis 2, 3. *sunt litteræ Tarquiniorum. Nec aliter intelligi debent* a Porcio litteræ 38, 39. Legati a Porsena 2; 13. *Similiter hæc dicuntur:* ad exsolvendam fidem a consule 27, 5. Ab Sabinis princeps 1, 12. *Fides enim* consulis, *Princeps* Sabinorum, *indicantur. cf. Oudend. ad Cæsar. p.* 520. [*Ita et Græci præpositione ἀπὸ utuntur.*] *Quamquam alias ipse Livius non nimis studiosus est genitivorum vitandorum; ut etiam negligentiorem se in hoc genere haud raro præbeat. In ipsa Præfatione hæc sunt:* rerum gestarum principis terrarum populi. *Alibi:* comites Fulvii fuisse pavoris ac fugæ 26, 2. *Item:* caussa expiandæ violationis ejus templi 31, 12. Vid. *Drakenborch. ad* 25, 15. A *nominibus urbium addita.* 5, 52. Transvecta a Veiis. *cf.* 42, 18. 23. [5, 4. 21, 10.] Hoc maxime modo in Italiam perventum est, quinto mense a Karthagine nova. 21, 38. *i. e. quinto mense post, quam a K. discessum erat.* A quinque ferme millibus locat castra 38, 20. *i. e. quinque millium intervallo ab hostibus l. c.* [Sic et 42, 58. Eodem modo Græci usurpant ἀπὸ vid. quæ nuper scripsimus ad Longi Pastor. p. 329. quibus add. Kypk. Observatt. in N. F. T. I.

p. 394.] *A, ab, omiss. v. c.* 2, 13. primi periculi casus, *quo* nihil se præter errorem insidiatoris texisset. — *it.* 23, 6. *Hac* oratione consulis dimissis — legatis. [Posterior locus non habet quod offendat: habet prior. ubi nisi cum Heumanno *a* inseras, subaudi *in*.]

Abactus. Vid. *Abigere*.

Abalienare 5, 42. Abalienaverant ab sensu rerum suarum animos. Abalienati jure civium 22, 60.

Abdere 2, 45. Pugnare cupiebant, sed retro revocanda et *abdenda* cupiditas erat, ut adversando remorandoque incitato semel militi *adderent* impetum. Quonam abdentur illa tot millia armorum 45, 39. Ascensus abditus a conspectu 10, 14. Ut — speculari abditos ejus sensus posset 40, 21.

Abdicare consulatum 2, 28. *v. Cort. ad Sallust. B. Cat.* 47, 3. — Dictaturam 6, 18. *cf.* 5, 49. Claudius — quum Plautius — magistratu se abdicasset, nulla vi compelli, ut abdicaret, potuit 9, 33. Abdicavit se consulatu 2, 2. Abdicata dictatura 6, 39.

Abdicatio dictaturæ 6, 16.

Abducere infecta re a Veiis exercitum 5, 4. *cf.* 1, 26. 2, 40. Ut exercitum ab Sagunto abduceat 21, 10. E qua regione abduxisset legiones 40, 50. Abducto in secretum viro 1, 39. Si coloniæ abducerentur 9, 4.

Aberrare 41, 18. Taurus, qui pecore aberrasset.

Abesse publicis consiliis 26, 13. *cf. c.* 41. *Oppos.* adesse in consilio 27, 46. *cf.* 2, 23. Abesse ab domo 5, 6. Res abfuit a spe 7. 7. Nec procul seditione aberant 8, 32. Absit publica fraus 21, 10. *i. e. non accusetur, nulla ejus mentio fiat.* Absit tibi ominis caussa memoria Flaminii 22, 39, *h. e. nolo mali ominis caussa Flaminii mentionem fecisse.* Absit invidia vero 9, 19. quum omnia vitæ subsidia abessent 22, 60. *i. q. deessent, deficerent.* Quibus, præter equos, ceterorum jumentorum calonumque turba abesset 7, 37. Tantum abfuit ab eo, ut — ut et urbs reciperaretur 25, 6. Quid abest, quin — Samnitium quoque dicto pareamus? 8, 4. *i. q. quid impedit etc.* Legatos nostros, haud procul afuit, quin violarent 5, 4.

Abhorrere 29, 6. Spes ab effectu haud abhorrens. *i. e. spes certissima.* Parum abhorrens famam 4, 44. *i. e. conveniens famæ.* Orationes abhorrent inter se 38, 56. pro *discrepant: quæ significatio huic verbo tum alibi est, quum a vel ab jungitur, tum hoc loco inprimis propter illud* inter *insolentius.* Abhorrentes lacrimæ 30, 44. *h. e. minus justæ ac decoræ, profectæ quippe a studio rei privatæ nimio, quum in publica jactura fuisset animus parum commotus.* Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Etrusci abhorrens mos 2, 14. Nec enim aut lingua aut moribus æquales abhorrere 40, 57.

Abigere 9, 36. Abacta præda. equorum greges maxime abacti 24, 20. *v.* avertere. De hominibus raptis pecoribusque abactis 39, 47. *i. e. furto abactis; nam pastores agunt pecus, fures abigunt. cf.* 2, 23. *et* 7, 14. Prædæ abactæ hominum pecorumque 4, 21. Herculem in ea loca — boves mira specie abegisse 1, 7. Se, ut consceleratos contaminatosque ab ludis — abactos esse 2, 37. *cf. c.* 38.

Abjicere 33, 17. Abjecta arma *dicuntur, quæ paullo ante* omissa. Abjecta lege, quæ promulgata consenuerat 3, 31. Multo sibi mœstiores et abjectioris animi visos 9, 6.

Abire 1, 26. *Abi* hinc cum immaturo amore ad sponsum — sic *eat*, quæcumque Romana lugebit hostem. Vid. *Ire et Virgil. Æn. II*, 547. Abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis 6,40. Fabius — comitio abit 10, 24. ne in ora hominum pro ludibrio abiret 2, 36. Mox cum somno et flammam abiisse 1, 39. *i. q. evanuisse.* Cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum 2, 2. *Prædicunt:* amicus abi. Trans Apenninum abierunt 39, 2. *i. e. in regiones Transapenninas. cf.* 1, 27. Requisitos abire ex regno jussi, 42, 41. Telo extracto præceps Fabius in vulnus abiit 2, 46. Vid. *Prolabi.* Abire in alicujus mores et instituta 1, 32. Quorum, vetustate, memoria abiit 2, 4. *i. e. nomina eorum ignorantur.* Fides abiit 3, 10. *i. q. parum probabile est.* Quia occidione prope occisos Volscos et Æquos movere sua sponte arma posse, jam fides abierit. *Pro* jam f. abierit *vulgo est* id fides abierit; *quod ita explicat Gronovius:* id factum esse, fides abierit. *Atqui non quærebatur de sensu, sed de auctoritatibus usus loquendi. Ipse Dukerus alia exempla desiderabat.*

Abjudicare 4, 1. Ob injuriam agri abjudicati.

Ablatus 9, 6. Ablatosque cum armis animos. Ablatus eques 30, 18. *h. e. qui procul est, ut cominus cum eo pugnari nequeat. Opponitur equiti permixto.* Ablatus domum 3, 13. Quum effuse omnes, fugerent se quoque turba ablatum 26, 3. Ablato — a plebe consulatu 7, 18. *i. e. erepto plebi.*

Ablegare 5, 2. Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem. *cf.* 35, 15. 44, 44. Nos — a penatibus nostris ablegatos tenet 7, 12. Eam *(plebem)* procul urbe haberi atque ablegari 4, 58. *cf.* 40, 21. Pueros venatum ablegavit 1, 35. Ablegandumque *(Hannibalem)* eo, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere — possit 21, 10.

Ablegatio juventutis ad Veliternum bellum 6, 39.

Abnuere pacem 30, 23. *It. de delectu,* 3, 38. Mollius eadem illa abnuere 30, 3. *cf.* 3, 54. Cui cedenti certamenque abnuenti etc. 27, 4. *cf.* 7, 10. Bruti quoque haud abnuit cognomen 1, 56. Has pacis leges, abnuente *(negante)* Alcone, accep-

turos 21, 12. *cf.* 45, 5. Abnuens alteram societatem 29, 23. *i. e. deserens.* Qui imperium auspiciumque abnuistis 28, 27. Manu abnuere 36, 34. Quia in Africam sequuturos abnuentes concesserant in — delubrum 30, 20. Quæ ne accipere abnuant — se orare 22, 37.

Abolere societatem 8, 27. *i. q. tollere, dirimere.* Tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus 3, 38. *i. e. adimendi, eripiendi.* Abolevit nomen vetustate 1, 23. *i. q. abolitum est.* Cujus rei prope jam memoria aboleverat 3, 55. pro *interierat, sublata erat. cf.* 8, 11. Omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat 9, 36. pro *exciderat, exemta erat.* Ne qua occasio abolendæ ignominiæ — sit 25, 6. Nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus 25, 1. *i. e. non colebantur, sed omittebantur.*

Abominari 6, 18. Bene facitis, quod abominamini: dii prohibebunt etc. pro *quod abominando dicitis: d. p.* Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit 9, 38. *i. e. effecit, ut malè ominata ea curia esse putaretur, in qua sub initium jam aliquot infelicium annorum senatus habitus esset, ut consilia de summa republica inirentur.* Atrium Umbrum, semilixam, nominis etiam abominandi ducem — sequuti sunt 28, 28. *cf.* 30, 25. Hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti L. Sextium — — consules, quod indignaris, quod abominaris, videas? 6, 40.

Abripere 22, 6. Sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt. Lentulum inter tumultum abripuit equus periculo 22, 49. Abreptam tempestate ab Africa classem 29, 27.

Abrogare 34, 1. Pro lege, quæ abrogabatur, ita disseruit, *i. e. quæ abroganda videbatur, quæ in disceptationem venerat.* Quæ in pace latæ sunt *(leges)*, plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax 34, 6. *i. e. efficit, ut abrogentur. Ceterum an abrogare legi uspiam dicatur ab optimis scriptoribus, super eo.* Vid. *Drakenborch. ad* 9, 34. Altera *(lege)* fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur 6, 41. Ne cum ea *(lege)* pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus 34, 6. Plebeiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo abrogoque 22, 30. Ut imperium regi abrogaret 1, 59, *cf.* 33, 16. Consulum imperia, — impunitate in perpetuum abroganda 8, 7. *i. q. jussa imperatorum — plane tollenda.* Ut de imperio ejus abrogando ferrent ad populum 29, 19. De abrogando Q. Fabii imperio 22, 25. *cf.* 27, 20. Macedonicæ legiones, *suo abrogato*, triumphos alienos spectabunt? 45, 39. *Debebat esse:* antiquato *i. e. non concesso, quia rogatio contra Paulli triumphum lata fuerat; nam abrogari, nisi quæ adhuc exstiterunt, proprie nequeunt.*

Abruptus 21, 36. In mirandam admodum altitudinem abruptus erat. Abrupta omnia inter victoriam mortemque certa desperatione 21, 44. *i. e. ancipitia, prærupta, præcipitia, periculosissima. His enim verbis promiscue utuntur optimi quique scriptores.*

Abscedere 24, 37. Nec ab armis aut loco suo miles abscedebat. Ut abscesserit inde dictator 22, 23. *i. q. e castris discesserit.* Abscedi non posse ab hoste 22, 33. Abscedere muneribus 9, 3. *(de sene)* — incepto 9, 41. Abscedere ab Hannibale 27. 4. — a Capua 26, 8. Nec ante abscessum est etc. 29, 2. Si urgemus obsessos nec ante abscedimus 5, 4. It. 45, 6. *cf.* 5, 44. Quantum mare abscedebat 27, 47. *i. e. qu. mare recedebat, a mari recedebat. Itaque Bauerus (v. Ind. in v. absc.) non male vult legi* mari. *Ita pariter ad fluvium atque ad Hasdrubalem referatur.*

Abscindere 9, 23. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. Abscissæ rupes 32, 5. *cf.* 44, 5, 6. Saxum abscissum rupibus 32, 4. Ea res barbaros miraculo terruit abscissæ aquæ 41, 11. Nec natura quidquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum ascensumque præberet; omnia fastigio leni subvexa 25, 36. Prope abscissa res erat 35, 32. Abscissa omni spe 35, 45. *cf.* 4, 10. 45, 25. Illa enim tibi tota abscisa oratio esset 45, 37. *Omnino sciendum est, valde variare Livii editores in verbis* abscisus *et* abscissus, *quum a diversis verbis* abscido *et* abscindo *ducantur; inter quæ tamen quale discrimen statuendum sit, non satis constat ipsi Drakenborchio, quem videre licet ad* 31, 34. *Itaque optimum factu fuerit, qua scribendi ratione uti semel cœperis, eam ubique servare.*

Absens *creatus magistratus Livio subinde dicitur is, qui in urbe ille quidem, sed non in campo Martio præsens fuerat:* Vid. 4, 42. *Ibique interpretes.* Ut — supplicationemque, quam absentes ex literis, de bene gesta republica missis, decernere debuerint, præsentes honoris Deorum primum caussa, deinde et sui aliquo tandem respectu, decernerent 42, 9. *f. leg.* absentis — præsenti.

Absistere ab signis 27, 45. *i. q. excedere ex ordinibus.* — obsidione 9, 15. — incepto 25, 5. — magistratu 9, 34. Neque prius, quam debellavero, absistam 44, 39. Numquam Nero vestigiis hostis abstiterat 27, 42. Spe labefactandæ fidei haud absistens 24, 20. Absisterent imperare iis etc. 7, 21. *cf.* 36, 27.

Absolvere beneficium suum 2, 2. *h. e. ut ei ad perfectionem nihil desit.* Rei facti adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur 9, 26.

Absonus 7, 2. Nec absoni a voce motus erant. Nihil absonum fidei divinæ originis divinitatisque post mortem creditæ fuit 1, 15.

Abstinere 22, 13. Vim hostium abstineri jussit, *i. e., prohiberi, arceri.* Ne ab obsidibus quidem — iram belli hostis abstinuit 2, 16. *cf.* 8, 19. Romano bello fortuna eum abstinuit 8, 24. Duobus — omne jus belli Achivos abstinuisse 1, 1. *Interpretum alii* duobus *in casu tertio, alii in sexto accipiunt.* A cetera præda Fabius militem abstinuit 4, 59. *cf.* 38, 23. Ut excederet Asiæ urbibus — abstineret liberas omnesque Græcas 33, 34. Cœlius, ut abstinet numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget 29, 25. Ut Capua urbe Campanoque agro (*Samnites*) abstinerent 7, 31.

Abstrahere 42, 56. Ratus ad juvandas sociorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse.

Absumere 9, 32. Prœlium multos utrimque absumit. *cf.* 5, 7. 10, 1. 42, 7. Gurgitibus absumpti sunt 21, 56. Ubi avunculus ejus, nuper Epiri rex Alexander absumptus erat 9, 17. Nisi mors - eum - absumsisset 23, 30. (*de morte naturali.*) In eadem dignitate et Nabin futurum fuisse, nisi eum suus primo furor, deinde fraus Ætolorum absumsisset 37, 25. Nempe iidem sunt hi hostes, quos vincendo et victos sequendo priorem æstatem absumsistis 27, 13. Quatuor horas — dicendo absumsit 45, 37. Vid. *Extrahere.*

Abundare 5, 34. Is, quod ejus ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos — excivit. Ut abundans multitudo vix regi videretur posse. *Ibid.*

Abunde 8, 29. Genus omne abunde bello Samnitibus par (*Marsi.*)

Abuti 27, 46. Abutendumque errore hostium absentium præsentiumque *i. q. utendum.* Tum de Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur 35, 12.

Ac *sequente Vocali* 41, 24. 42, 12. *Drakenborchius et Creverius legunt* et. [Ruhnken. ad Muret. T. I. p. 9.: *Ac nunquam ponitur ante vocalem.* — Id tam verum videtur, ut non dubitem, duo illa Livii loca vitium contraxisse. Vid. egregiam notam Drakenborchii ad 10, 36.] Oculisque simul ac mente turbatum 7, 26. Senatuique vobisque et sociis ac nomini Latino 31, 7. Non dissimilia, ac si quis ægro etc. 5, 5.

Accedere 8, 32. Ex inferiore loco ad tribunal accessit, *i. e. tribunal adscendit.* Ab Hierone classis Ostiam cum magno commeatu accessit 22, 37. Primo adventu, quo accesserant ad urbem 5, 39. Lictores ad eum accedere jussit 24, 9. Unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere possit 21, 10. *al.* accidere. Vid. *Gronov.* Quo aliæ partis hominibus animus accederet 24, 27. Scelus et perfidiam illis, (*bis deditis et rebellantibus.*) Non virtutem nec animum accessisse 40, 39. Magis accessurum utrumque 44, 36. *i. e.* *auctum iri, scil. lassitudinem ac sitim. Paullo post*: quantum increscerent æstus.

Accelerare 23, 28. Quantum maxime accelerare poterat. (*absolute dictum*) *cf.* 3, 27. Placuit — — quantum accelerari posset, Virginium acciri e castris 3. 46.

Accendere 2. 12. Accensus foculus. *i. q. in quo ignis accensus est.* Accensa vis venti 21, 58. Accendere ardorem pugnæ 23, 46. Accensi rabie 25, 37. *It.* in rabiem 29, 9. *It.* Spe prædæ 9, 31. *It.* indignitate rei 3, 50. Luce prima prœlium ingens accensum est 25, 13. Quod (*prœlium*) accensum ab desperatione hostium fuisset 6, 3. Quæ (*fames*) mutas accenderet bestias 25, 13. Certamine accenso 1, 57. (*de uxoribus.*) Numida — spem accendit Campanis etc. 26, 4. *cf.* 24, 35. Spe ingentium donorum accensos — dimisit 21, 48. Ad libidinem et contumeliam animum accenderunt 8, 28. Alia Romana acies audacia regis accensa 1, 12. Accensis studiis pro Scipione et adversus Scipionem 29, 19. Accendi magis discordiam, quam sedari 2, 29. *cf.* 6, 14. Invidiamque eam, sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit 2, 23. *cf.* 44, 24. Quum circumstaret quotidiana multitudo licentia accensa 2, 27. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset 3, 45. Accensus cupiditate (*amore*) 29, 23.

Accensere 1, 43. In his accensi cornicines tibicinesque (*vel potius* tubicinesque; *nam tibiarum in militia Romana nullus usus fuit.*) *Ceterum illa verba* in his accensi *ita sunt intelligenda; adjectæ sunt aliæ centuriæ, in quas relati erant cornicines tubicinesque. Itaque* in his *pro* in hos *accipiendum, quod est,* his accensi sunt, *quemadmodum legi debere præter necessitatem placuit viris doctis. Apud Ciceronem quidem legitur:* in grege annumerari. *Or. pro Rosc. Amer. cap.* 32. Accensi (*in legione*) 8, 8. *i. e. supernumerarii, qui nostris dicuntur. Ministeria magistratuum inter apparitores forte similem ob caussam accensi dicti sunt.*

Acceptus 1, 19. Quæ acceptissima diis essent. *cf.* 35, 15. Per spadones quosdam, talium ministeriis facinorum acceptos regibus, veneno sustulisse 35, 15.

Accessio 30, 12. Utrius regum duorum fortunæ accessio Sophonisba esset Vid. *Appendix et cf.* 45, 39. Quæ parva bene gestæ rei accessio erat 30, 40. Accessio Punici belli (*Syphax*) 45, 7. *it. cap.* 39. Qui duorum hominum noxæ civitatis accessionem facitis 45, 26. *i. e. civitatem erroris duorum hominum culpam ferre vultis.* Campani — — haud parva — accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram 7, 30. *cf.* 39, 27.

Accessus 29, 27. Dare vela et alium infra (*promontorium*) navibus accessum petere jubet.

Accidere 44, 31. Accidens genibus prætoris. Tela ab omni parte accidebant 2, 50. Imber — lentior deinde æqualiorque accidens auribus 24, 26. Fama accidit 32, 30. *cf.* 45, 28. Accidit vox *(ex aliquo loco)* 27, 15. Ut vox etiam ad hostes accideret 10, 41. Concitatior accidens clamor 10, 5. Clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset 26, 40. *cf.* 27, 15. Jam clamor suorum vincentium accidebat 40, 32.

Accidere 8, 29. Prœlio uno accidit Vestinorum res. Robore juventutis suæ acciso 7, 29. *(de Campanis)* Vid. *Accisus.*

Accingere 6, 35. Accingendum ad eam cogitationem esse. *(simpliciter dictum)* Proinde in hoc discrimen accingere 2, 12. Jam ad consulatum vulgi turbatores accingi 4, 2. Quin accingeris? 1, 47. *i. q. rem cogitatam aggrederis?* Gladiis accincti 40, 13. *Nisi vero legendum* succincti. *Littera S. forte absorpta a finali præcedentis verbi. Inde pronum fuit* accincti *scribere.*

Accipere in civitatem 4, 3. *cf.* 6, 4. *Sic etiam* recipere *et* suscipere *dicitur.* Vid. *infra in h. v.* — In amicitiam 7, 30. *cf.* 8, 25. 9, 41. 38, 39. — In deditionem 33, 20. *cf.* 9, 16. 40, 41. — In patriciorum numerum 4, 3. *cf.* 10, 8. — In societatem 9, 15. — In fidem clientelamque 26, 32. Acceptus in medium 2, 49. *(ab agmine Fabiorum)* Multitudinem armatorum acceperunt 31, 23. *cf.* 21, 8. Diis velut non accipientibus in eum annum censuram 6, 27. *i. e. non probantibus.* Diis auctoribus in spem suam quisque acceptis 21, 45. Negare, urbe tectisve accipiendos 9, 7. Animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebant 40, 5. *h. e. dissimulabant vultu offensionem.* Nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis acciperetis 22, 39. A quibus placide oratio accepta est 2, 3. Hostem in Italiam accipere 31, 7. *cf.* 5, 5. 27, 40. Præsidium eorum in urbem acceperant 9, 16. *cf.* 45, 9. Ut armatos in arcem accipiat 1, 11. Quum Karthaginiensem matronam domum acceperit. 30, 13. Hospitio comiter accepti 29, 22. *cf.* 42, 17. Initium pugnæ accipere nec cedere 38, 25. Accepto exercitu 45, 41. *cf.* 9, 21. Bellum integrum accipere 32, 6. *(de duce)* integri profligatam pugnam acceperunt 38, 25. Amnis ingens fugientes accepit 29, 32. *cf.* 38, 17. Liberatorem urbis læta castra accepere 1, 60. Acceperunt tumuli Romanos victores, 38, 21. *cf.* 9, 40. 22, 39. Vix accipientibus quibusdam opera locis 21, 8. *(de oppugnatione.)* Quos *(tribunos)* fœdere icto cum plebe sacrosanctos accepissent 4, 6. Jugum accipere 31, 29. *cf.* 1, 50. 43, 17. Regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto 4, 12. Regno accepto 41, 24. *de Persei successione.* Censum accipere 29, 37. *cf.* 39, 44. Apparebatque accipi legem 10, 9. Acceperunt relationem *(consulum)* patres, postquam apparuit labare plebis animos 2, 39. Aut omnia accipe aut nihil fero 6, 39. Apparatis accipere *(excipere)* epulis 23, 4. Id a plerisque in omen magni terroris acceptum 21, 63. Accipere se omen impleturumque fata 1, 7. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil 1, 34. In majus accipere 4, 1. *h. e. augere opinione. cf.* 42, 42. Accipere nomen 9, 46. *i. e. judicare alicujus petitionem legitimam et ad petendum admittere.* Si suum nomen dictator acciperet 27, 6. *cf. cap.* 9. *ult.* Preces suas acceptas ab diis immortalibus ominari 42, 30. Læto conditionem accipienti 29, 1. Pro *læte, lubenter.* Cujus conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis, ut, quicumque etc. 42, 41. Ut non gravius accepturi viderentur, si nunciaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse 9, 4. Rogitat, qui vir esset. Ubi nomen patremque ac patriam accepit 1, 7. Id ægre patres passos accipio 6, 39. *(invenio apud auctores.)* Nec penes ipsos culpa esset cladis forte gallico bello acceptæ 3, 6. *i. e. accipiendæ, uti et nonnulli voluerunt legi. Sensus autem idem est. Nam haud raro conditionaliter talia sunt accipienda. Ita h. l.* si accepta esset. Visendaque, quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur 45, 27. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt 9, 24. Pugnatum ad Lilybæum fusasque et captas hostium naves accepere 21, 50. Vid. *Gratia.*

Accire 10, 19. Ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur. Virginium acciri e castris 3, 46. Ut ipsum in consilium *(in castra)* acciret 9, 3.

Accisus 8, 10. Æquos, etsi accisæ res sint, reficere exercitus. *cf.* 21, 25. Latinorum etsi pariter accisæ copiæ *(exercitus)* sint 8, 11.

Acclarare 1, 18. Uti tu signa nobis certa acclarassis, *i. e. conspicua facias.*

Acclinare 44, 3. Castra tumulo — sunt — acclinata. Acclinaturos se ad caussam senatus 4, 48.

Accola 26, 24. Philippum eis et Macedonas graves accolas esse. Accola ejus loci, nomine Cacus 1, 7.

Accommodare 41, 42. Ad hæc, quæ palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet.

Accrescere 1, 54. Quum—dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana accresceret fides.

Accubare 39, 43. Illam infra eum accubantem. *h. e. in sinu consulis recubantem. Sic Cicero Epp. Div.* 9, 26. *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. cf.* 41, 2.

Accumulare 9, 1. Quibus non suæ redditæ res, non alienæ accumulatæ, satis sint.

Accurate 44, 35. Quo quæque *accuratius curantur,* eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant. *cf.* 42, 45.

ACCUSARE Ætolorum consilia 36, 29. *i. e. reprehendere.* Vid. *Violenter.* Consulem, veluti dicta die, accusant 44, 22. Quum diis hominibusque accusandis senesceret 5, 43.

ACCUSATIO 33, 47. Subscribere odiis accusationibusque Hannibalis. *i. e. Hannibali intentabantur.*

ACCUSATOR 8, 39. Eumdem accusatorem capitis sui ac judicem esse.

ACCUSATORIUS 2, 61. Semel caussam dixit, (*Appius*) quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu.

ACER 9, 6. Vultus indignitate rerum acrior. Vexari ac subigi multo acrius 5, 2. Vir acer 6, 34. Sempronius — longe tum acerrimus juvenis 37, 7. Quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset 6, 18. Ut delectum quam acerrimum habeant 2, 28. *v. Ernest. ad Tacit. Ann.* 1, 5. Acerrimi cujusque arbitrio — rem agemus 2, 29. Nullum momentum *(eo telum)* ad vincendum homini ab diis — acrius datum est 21, 44. Vid. *Momentum.*

ACERBE 45, 36. Exacta acerbe munia militiæ.

ACERBITAS 42, 40. Acerbitas orationis. Acerbitas patria 7, 5.

ACERBUS 7, 3. Delectu acerbo juventutem agitavit.

ACERVATI cumuli hominum 5, 48. *cf.* 22. 27. In hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo 3, 34. *contra* 45, 33. Cumulata in ingentem acervum.

ACERVUS 8, 11. Sarcinis utrimque in acervum conjectis. Vid. *Acervatus.*

ACETUM 21, 37. Ardentiaque saxa aceto putrefaciunt. *Acetum fuit potus militaris. Inde non mirum, quomodo id Karthaginiensibus, tantaque ejus copia, ad manus fuerit.*

ACHÆI 38, 29. Pro *funditoribus ex Achaia. Similiter Thraces dicuntur gladiatores e Thracia, aut Threïcio more pugnantes. Sic Indus pro rectore elephanti.* Vid. *Indus.*

ACIES 8, 9. Pavorque cum illo latus signa primo Latinorum turbavit, deinde in totam penitus aciem pervasit. *Hæc signa, aciei quippe opposita, intelligenda sunt prima signa, et sic forte legendum. Cui quidem emendationi non repugnat, quod* 24, 16. Antesignani — signa perturbata — tota impulsa acies *deinceps commemorantur. Nam et in hoc loco* signa *pro signis primis accipienda videantur.* Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: facilis partienti, quacumque opus esset, facilis jungenti 9, 19. Dextra omnis *acies* extra prœlium *eminens* cessabat 27, 48. *Acies* i. q. *cornu. Sic* 9, 40. Dextrum *cornu,* dictatoris *acies. cf.* 23, 29. *Sed illud* eminens *male habet Drakenborchium ; ut malit aut* imminens, *ex auctoritate vel unius codicis, aut de sua emendatione* eminus *legi. Enimvero vulgata lectio commode accipi potest aut de loco edito, in quo acies collocata fuerit, aut sic, ut* eminens *idem sit, quod* prominens acies 22, 47. *Ubi de* cuneo *sermo est. Huic rationi contrarium videatur, quod verbo* eminendi *insit notio exstantis, sursum spectantis, etc. At non semper inest. Apud Ciceronem etiam genæ, oculi* eminentes *dicuntur.* Vid. *Exsurgere.* Samnitium exercitus — — aciem instruit, 7, 37. Aciem ostendere 29, 2. Acies aperta 38, 41. *i. e. explicati ordines.* Vid. *Pandere.* In campos delata acies 9, 37. Fluctuans et instabilis acies 9, 35. Quo se fusa acies contulerat 9, 16. Cæsa acies pro diruto muro pugnans 31, 17. Condensam aciem irrumpere 26, 25. Haud secus quam (si) vallo septa inhorreret acies 8, 8. Sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies 9, 31. Vanior hostium acies 2, 47. Acies justa 10, 14. *Oppos.* improviso tumultui, *i. e. impetui ex insidiis.* Acie dimicatum 7, 29. *cf.* 9, 41. Acie pugnaturos 7, 14. Etiamsi pugnando acie vicisset 44, 39. *cf.* 45, 41. Quod nec in acie ancipiti usquam certaverant prœlio 5, 41. Segnitia Græcorum non committentium se in aciem 7, 26. Egredi in aciem 10, 12. *Scil. e castris. Et* acies *haud dubie hic significat locum, campum, ubi pridie pugnatum fuerat.* Nonum se annum jam velut in aciem adversus optimates — stare 6, 39. Procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque 21, 43. *(In aciem,) cf.* 8, 9. Ire in aciem 7, 32. Descendere in aciem 24, 8. *cf.* 8, 8. Acie excedere 31, 17. *i. e. pugna.* — Confligere 30, 19. — Expugnare 33, 8. *(Macedonas)* — Depugnare 9, 39.

ACQUIESCERE 4, 60. Rem familiarem saltem *acquiescere* eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicæ esset. *i. e. non minui per absentiam in castris.*

ACQUIRERE 1, 45. Ne semper armis opes acquirerentur.

ACRITER intendere animum *Præfat.*

ACTIO movebatur 5, 24. *i. e. mentio ejus flebat.* Ratus locum tribuniciis actionibus datum 3, 9. Actio consularis 4, 55. *i. e. delectus, etc.* Multis actiones et res peribant 39, 18. *h. e. non erat iis spatium respondendi.* Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo, retulitque, etc. 2, 31.

ACTOR 7, 2. idem scilicet *(Livius)* quod omnes tum erant, suorum carminum actor. Actores Atellanarum. *Ibid.*

ACTUARIÆ naves 25, 30. *i. e. quæ velis simul ac remis aguntur.* Ratis — ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur 21, 28.

ACTUS 37, 27. Sub verberibus acti necantur.

ACTUS 7, 2. Sine imitandorum carminum actu. *v.* imitari. histrionibus fabellarum actu relicto. *Ibid.*

ACTUTUM 29, 14. Quam *(matrem*

Idaeam) — actutum in Italia fore nunciaverat.

ACUERE 10, 45. Hujus propinquitas populi acuet curam Patribus, ut etc. Curam acuebat, quod etc. 8, 6. In hæc *(corpora)* sæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant 9, 9. Ceteros ad æmulandas virtutes acuit 7, 7.

ACULEUS 23, 42. Te ad unum modo ictum vigentem, velut *aculeo emisso*, torpere. *Hanc lectionem recte tuetur Gronovius, quum ante legeretur* jaculo. *Verum, præter Ciceronem et Curtium, ipsius Livii auctoritate utendum erat*, 45, 37. *Ubi hæc leguntur;* hæc ad militum animos *stimulandos* aliquem *aculeum* habent. *cf.* 38, 21. *Similiter* 21, 44. Momentum acrius ad vincendum. *i. q. stimulus, incitamentum. Aculeus* sagittæ aut *glandis* 38, 21. *(syllepsis).*

AD regem impetum facit 1, 5. Ad hostem ducit 44, 3. Ad ducis casum perculsa multitudo 9, 22. Ad præsentem terrorem deficeret 9, 2. Ad pecora 1, 4. *i. e. in pascuis.* Ad quæ templa sacra fierent 1, 20. *pro* in. [*Sic et* apud, *et Græcorum* παρὰ, πρός.] Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus 9, 7. Ad spem vulgatæ clementiæ defecerunt 36, 12. *cf.* 2, 45. Seu ad metum virium, seu ad spem veniæ quum dedidissent se 36, 12. Ad desiderium 1, 7. Pro *desiderio, ob desiderium. Sæpius enim prorsus abundat.* Ad gratiam ac libidinem 9, 20. *i. e. cum partium studio.* Ad vulgus ingratum judicium 1, 26. *cf.* 24, 32. Pro *vulgo s. apud v.* Matronas ad populum stupri damnatas 10, 31. Rem, ad multitudinem imperitam, et illis sæculis rudem, efficacissimam 1, 19. Qui *(metus deorum)* quum descendere ad *(in)* animo — non posset. *Ibid.* Ad multitudinem castigationem satis esse 28, 26. Res habitura plus famæ ad posteros, quam fidei 2, 10. *cf.* 5, 6. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda visa est 1, 44. Furiarum ac formidivis plena omnia ad hostes esse 10, 29, *cf.* 7, 7. Non ad maritimos modo populos, sed, in mediterraneis quoque ac montanis, ad ferociores jam gentes valuit 21, 60. Producti *ad* populum, *apud* præoccupatos Locrensium clade animos, nullum misericordiæ locum habuerunt 29, 22. Romanis ad manum domi supplementum erat 9, 19. Ad fidem difficile 3, 5. Cur ad majora tibi fidamus 24, 8. Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esset 24, 45. *h. e. additum ad illa duo exempla.* Ut legatum — ad exercitum pro consule relinqueret 8, 23. *cf.* 24, 9. Ut ad exercitum *(Scipio)* maneret 29, 20. *i. q. imperator maneret.* Ad exercitum res invidiæ fuit 3, 32. Ad plebem vana auctoritas 3, 21. Ambusti, potentis viri, quum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem 6, 34. Ad tribunos plebis adit 40, 29. Vid. *Adire.* Ire ad hostem 42, 49. Ad hostes bellum parare 7, 7. — Edictum adesse 27, 13. — Edictum convenire 34, 56. — Parentes restituere 2, 49. Caussæ criminum ad plebem 5, 20. Ad quam rem 37, 16. *i. e. cujus rei caussa*, *cf.* 45, 38. Roma est ad id potissimum visa 1, 34. Ad ostium portus est invectus 35, 39. Ad id quod 44, 37. *i. q. præterquam quod.* Ut Potitii ad tempus præsto essent, 1, 7. Puberes ad triginta 9, 29. It. 37, *cf.* 6, 20, 10, 17. *(circiter).* Quum ad id dubios servassent animos 21, 52. Pro *adhuc, ad id usque tempus. Sic* 9, 15. *Gens dubiæ ad id voluntatis dicitur.* Levioribus et ad id fabrefactis navigiis 37, 27. *i. q. ad id negotium, eo, consilio, scil. celeriter effugiendi persequentibus.* Ad id, quod tum hominum erat 1, 8. *i. q. eorum, qui tum erant, hominum causa.* His ita in senatu ad id, quæ cujus provincia foret, decretis 36, 2. Qui ad id missi erant 7, 39. Et, tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes nobilium adolescentium animos pertentant 2, 3. Ad hoc fecimus consulem, ut etc. 45, 39. *i. e. propterea, ideo, ob hoc. cf.* 2, 11. Ducentos equites. *Ad hoc* mille et quingenti pedites, etc. 42, 1. Pro *præterea. cf.* 6, 11. 14. 20, 10, 17. 29, 6. 42, 54. Ad id *(præterea)* pastores quoque accesserant 1, 6. *Præcedit:* multitudo abundans. Ad ludibrium consalutari eum regem jussit 36, 14. *i. q. ludibrii caussa.* Ad contumeliam inexpertus 6, 18. Bello quoque bonus ad cetera 37, 7. *It.* vir ad cetera egregius, *Ibid. i. e. super, præter.* Arma Tusculum ad supplementum decernerent 3, 42. *(præter).* Occasio ad rem gerendam 37, 26. Tribuni militum ad legiones 7, 5. *i. e. legionarii.* Nuncius victoriæ ad Cannas 23, 11. *(Cannensis).* Servi ad remum 34, 6. *i. e. remiges.* Milites ad naves 22, 19. Pro *sociis navalibus. Alibi autem milites opponuntur* sociis navalibus *proprie dictis.* Homini non ad cetera Punica ingenia callido ut persuasit 20, 22. *i. e. in comparatione cum ceteris.* [Græcorum πρός.]

ADACTIO 22, 38. Legitima jurisjurandi adactio. *i. e. ad jusjurandum.*

ADÆQUARE 1, 29. Omnia tecta adæquat solo. Quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quidquam adæquare potuit, 1, 56.

ADÆQUE 4, 43. Ut *quemadmodum* in tribunis — usi sint, *adæque* in quæstoribus liberum esset arbitrium populi.

ADAPERIRE 5, 21. Adaperto cuniculo, Adapertæ fores portæ 25, 30. Adapertis forte, quæ velanda erant 45, 39.

ADAUGERE 10, 23. Facto egregio magnifica verba adauxit.

ADCISUS. Vid. *Accisus.*

ADCLARARE. Vid. *Acclarare.*

ADCLINARE. Vid. *Acclinare.*

ADCOLA. Vid. *Accola.*

Adcurate. Vid. *Accurate.*

Addere 4, 25. Ne cui album in vestimentum *addere* petitionis liceret *caussa. Forte i. q.* indere. *Sic certe alii scriptores loquuntur.* Additi eodem haud ita multo post novi cives, 1, 33. Adderent eo triginta naves 27, 22. Adde huc 1, 30. Additus nomini honos 2, 2. Eodem anno duæ tribus additæ 7, 15. Ut adversando remorandoque incitato semel militi adderent impetum 2, 45. Addita igitur et ipsi *(nuncio)* fiducia est 44, 3. Viro forti adde virgas, et in eum primum lege age 26, 16. Animos ad non parendum addebat 41, 10. Pars addere gradum 10, 20. *i. e. festinantius pergere.* Adderent gradum, maturato opus esse 3, 27. Haud parvum vectigal inopi ærario additum 7, 16.

Addicere 1, 36. Aves addicunt. *al. admittunt. cf.* 22, 42. *Ernest. ad Tac. Ann.* 2, 14. In servitutem addicere 3, 56. *Verbum proprium de Prætore, qui rem aut hominem alteri tradit. Id quum fieret etiam in debitoribus, qui non essent solvendo, inde hi quoque addicti Livio dicuntur. e. c.* 6, 15. Prohibendo judicatos *addictosque* duci. *cf.* 2, 23. 6, 34. Quo *(tempore)* corpus addictum atque operatum reipublicæ esset 4, 60.

Addubitare 2, 4. De legatis *paullulum addubitatum* est. Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam, 10, 19. *cf.* 8, 10.

Adducere ad effectum aliquid 33, 33. Notitiamque eam brevi — in familiaris amicitiæ adduxerat jura 1, 34. *h. e. effecerat, ut ex noto familiaris fieret. Si quidem sanus locus. Forte legendum:* notitiaque eum brevi in f. a. a. jura. Supplementum ab Roma adduxit 9, 33. In quod discrimen rempublicam adducerent 3, 17. Ad ultimum discrimen adducere 45, 8. Posse in oblivionem tribunorum plebem adduci 3, 41. Ætolorum in semet ipsos versus furor mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem 41, 25. In eam verecundiam adducti sunt 1, 21. Meque in eam necessitatem adduxisti, ut etc. 8, 7. Adducere lorum 9, 10. *(vinciendo.)* Pecuarios ad populi judicium adduxerunt 33, 42. Interrogant, ecquid aurum secum adduxissent 44, 26. Pro *attulissent.* Aquam adducere 41, 27.

Adedere 1, 7. Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem.

Adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit 8, 37. Pro *etenim, cum vi aliqua, cf.* 2, 24. 47. 8, 8. 21, 11. 20. *Sic solet οὕτως Græcis dici.* Id adeo malum ex provocatione natum. Quippe etc. 2, 29. *Pro* et quidem id m. *cf.* 4, 2.

Adeoque 22, 32. Adeoque inopia est coactus Hannibal, ut — Galliam repetiturus fuerit. *Valde arridet emendatio Burmanni, ad Lucan.* 7, 406. Eoque inopiæ *legentis.* [*Lenior mutatio:* adeoque inopiæ.] *cf.* 41, 20.

Adequitare 9, 22. Eo ferocius adequitare Samnites vallo. *Alii: obequitare.* Ut prætores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracusas 24, 31. *Hic etiam alii* obequitaverint, *alii* abequitaverint *legi volunt.*

Adesse 45, 28. Jussis Amphipolim adesse. *Nisi vero malis cum Dukero* Amphipoli. *Sic enim legitur initio cap. sequentis.* Etrusci omnibus copiis aderant 10, 15. *i. e. cum o. copiis.* [Ad morem Græcorum sic omittentium σύν.] Quum hostes adessent 2, 10. *i. q. appropinquarent.* Aderat judicio dies 3, 12. Ingens aderat certamen 3, 10. *cf.* 2, 29. Suus cuique animus — adhortatur aderat 9, 13. *cf.* 28, 19. Qui auspicio adest 10, 40. *De pullario, qui præest. Sed illud verbum de sacris usitatius.* Si felicitas adesset 30, 22. Dii hominesque illi adfuere pugnæ 7, 26. Majorem multo victoriam, quam cujus ex spoliis dona portarent, adesse populo Romano 29, 10. Dictator intercessioni adero 6, 38. *i. q. ei auxilio ero.* Nostrisque et nunc querelis adsint *(dii)* et mox armis 3, 25. *i. e. querelas propitii audiant, et arma juvent.* Adesse in foro 3, 14. *scil. plebis hominibus. cf. cap.* 44. *Ubi* qui aderant, *et* advocati *eodem sensu dicuntur.* Aderunt *(consules)* in tempore — et cum illis aderit Jupiter ipse 8, 7. Ut frequentes ad suffragium adessent 45, 35. Origini Romanæ et deos affuisse, et non defuturam virtutem 1, 9. *cf.* 5, 51. Adessent *(milites)* in sua causa omnium libertati 8, 31.

Adfatim, Adfectare, Adfectus, Adferre, etc. Vid. *Affatim, affectare, affectus, etc.*

Adhærere 41, 20. Adeoque nulli fortunæ adhærebat animus, per omnia genera vitæ errans, ut nec sibi, nec aliis, quinam homo esset, satis constaret *(de jurisdictione.)*

Adhibere 5, 6. Belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas elicere solet. Adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis 1, 7. Vivo tibi ea disciplina a me adhibita esset 1, 28. Eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum 26, 25.

Adhortatio 44, 2. Hujus generis adhortatione accensis militum animis, consultare de summa gerendi belli cœpit.

Adhortator 7, 32. Audiendus dumtaxat magnificus adhortator. Suus cuique animus, memor ignominiæ, adhortator aderat 9, 13.

Adhuc 21, 18. Hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior. Tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum 9, 6. *Pro* etiamnunc. *Sic* 24, 23. *It.* 33, 49. *v.* etiamnunc.

Adjacere 7, 12. Maxime qua ex parte *Etruriam adjacent. Forma sane durior et insolentior. Ea certe non usi sunt, nis*

poëtæ et sequioris ævi scriptores. [Multa apud Livium poëtica esse, fatetur ipse Ernestius s. v. æquare.]

Adjectio illiberalis 38, 14. *Dicitur de ementibus, quum parce nimis, et per gradus quasi minutos assurgunt ad pretium rei comparandæ destinandum, in quo acquiescere venditor possit.*

Adigere 27, 49. Fabrile scalprum — ipso in articulo — quanto maximo poterat ictu, adigebat. Omnes juniores sacramento adigit 9, 29. *It. cap.* 43. *cf.* 4, 5. 6, 32. 7, 9. 22, 38. *v.* adjurare. Jurejurando adegit, numquam amicum fore populo Romano 35, 18. *i. e. adegit, ut sponderet etc. cf.* 2, 1. *It.* 21, 1. Et, cujus nondum justa missio visa esset, ita jusjurandum adigebant 43, 15.

Adjicere 10, 7. Eos viros, quos — honoraritis — pontificalia atque auguralia insignia adjicere. *Scil. sibi, addere superioribus insignibus.* Adjicebat huic muneri agri aliquantum 2, 41. *i. e. adjiciendum censebat.* Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus ingentem terrorem adjecit 21, 35. Adjectique pœnæ ceteri juxta insontes 24, 5. *i. e. pariter puniti.* Aliquantum ea res duci famæ et auctoritatis adjecit. 44. 33. *i. e. addidit, conciliavit.* Et *ad id*, quod de credita pecunia jus non dixisset, *adjiceret*, ut ne delectum quidem — haberet 2, 27. Prætori, cui provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quæstio est 40, 19. Alter consul curam adjecit 41, 15.

Adipisci 6, 8. Malis consiliis pares adepti eventus. Quos sequebantur, non sunt adepti 24, 1. Facile sunt adepti fessos 2, 30. *It. cap.* 63. Adeptusque eum ita circumvenit, ut etc. 29, 32. *cf.* 27, 2. 44, 28. Regnum adeptus est 1, 18. — honores 1, 34. — libertatem — impunitatem 2, 1. Quo pacto jus nostrum adipiscamur 1, 32.

Adire ad disceptationem populi R. 41, 23. Uti decemviri libros Sibyll. adirent 41, 21. Ad eam partem urbis, qua adierant 10, 34. *Scil. ad urbem.* Scriba *ad* tribunos plebis adit 40, 29. *Sic legunt Gron. Crev. Sane insolentior dictio.* In faucibus, quæ Tempe adeunt 42, 54.

Aditus 44, 6. Omnesque aditus aperit bello. Summotor aditus 45, 29. Vid. *Summotor.* Rari aditus *(scil. decemviri erant)* colloquentibus difficiles etc. 3, 36. Rari aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam 24, 5. Quibus solis aditus in domum familiarior erat *ibid.* Qui privatæ gratiæ aditum apud regem quærebat 41, 23. De arcendis aditu finium regibus Macedonum 42, 6. Vadit — in primum aditum pontis 2, 10.

Adjungere 8, 6. Consules, duobus scriptis exercitibus, per Marsos Pelignosque profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam — castra locant. *cf.* 9, 19.

Adjurare 43, 14. Ut præter commune omnium civium jusjurandum hæc adjurarent. Adjurat, in quæ adactus est, verba 7, 5. Vid. *Virgil. Æn. XII*, 816.

Adjuvare 29, 1. Ad bellum adjuverunt. Leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit 27, 15. Clamore — Romani adjuvant militem suum 1, 25. *i. e. incitant, animant.*

Adlabi, Adlatrare, Adlegare, etc. Vid. *Allabi, Allatrare, Allegare, etc.*

Adminiculum 6, 1. Quo primo adminiculo erecta erat, eodem innisa M. Furio principe stetit. *cf.* 21, 36. Id senectuti suæ adminiculum fore 10, 22. *(Decium.)*

Administrare 10, 24. Eadem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi.

Admirabilis 22, 37. Magnitudinem populi R. admirabiliorem prope adversis rebus, quam secundis, esse. Non esse admirabilius, Romanos Græcia pelli, quam, Hannibalem Italia pulsum esse 42, 50.

Admirari 29, 24. Admirantem, quæ tam diuturnæ moræ sit causa. *i. q. mirantem.*

Admiratio 26, 12. Admiratio orta est. *i. e. mirum videbatur. cf.* 2, 2. Admiratio humana 26, 19. *i. e. hominis, ad quam illa spectat.* Admiratione — ancipitis sententiæ 21, 3. Tantaque admiratio singularum universarumque rerum incussa 29, 22. Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit 3, 47. Velut emerso ab admiratione animo 8, 7.

Admiscere 3, 32. Admiscerenturne *(Decemviris)* plebeii, controversia aliquamdiu fuit.

Admissum 25, 23. Ne quid falleret tale admissum.

Admittere 4, 3. Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur. Comitiorum curam plebs ad animum admittebat 7, 19. Precationem admisisse deos 31, 5. Eas conditiones imperator R. vix auribus admisit 30, 3. Nihil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant 25, 21. Non tamen, admissum quidquam ab iis, criminatum venio, sed cautum, ne admittant 2, 37. *cf.* 28, 29. In Postumium — Tarquinius — equum infestus admisit 2, 19.

Admodum 43, 11. Exacto admodum mense Februario. *i. e. toto, solido.* Admodum quingenti 44, 43. *i. e. neque plures neque pauciores, numero finito.* Armorum hostilium magnam vim transtulit, nullam pecuniam admodum 40, 59. *cf.* 43, 13. Ubi satis admodum et suorum et hostium animos est expertus, etc. 34, 13. *i. q. fere.* Quia pauci admodum erant 10, 41. Jam admodum mitigati animi raptis erant 1, 10. *cf.* 6, 34.

Admonere 5, 46. Locus ipse admonebat Camilli. *Admonuit*, cum securibus sibi fasces præferri 24, 9. *Verbum solito gravius h. l. accipiendum. cf.* 40, 56.

Admonitus 1, 48. Admonitu Tulliæ id factum.

Admovere 26, 30. Exercitum ad urbem admovere. In eundem locum rex copias admovit 42, 57. Priusquam signa Achradinam admoveret 25, 24. *Var. lect.* Achradinæ. *cf.* 9, 6. *It.* 28, 46. Tria (*opera*) adversus Pyrrheum — admovit: unum e regione Æsculapii 38, 5. *cf.* 40, 47. Priusquam armatos muris admoveret 44, 9. Spes cupiditati admota 48, 10. Metus tormentorum admotus 27, 43. Parvo metu admoto 40, 55. Maritimum quoque terrorem admoventes 41, 17. Altaribus admotum, tactis sacris, jurejurando adactum etc. 21, 1. Venerabundi templum iniere, primo religiose admoventes manus, quod id signum (*Junonis*) — nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus 5, 22. Vid. *Virgil. Æn. II,* 239.

Adolescens 2, 3. Erant in Romana juventute adolescentes aliquot etc. Æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum *ibid.*

Adolescere 1, 4. Ætas adolevit. Oppido adolescens pontifex legitur 42, 28. Popillius consularis et alii pari nobilitate adolescentes tribuni militum in Macedonicas legiones consulem secuti sunt 44, 1. Cum liberis adolescentibus 2, 6. Dissipatæ res nondum adultæ discordia forent 2, 1.

Adopertus 1, 26. Capite adoperto. [*paullo ante* obnubere caput.]

Adoptio 45, 40. Duobus (*filiis*) datis in adoptionem.

Adorare 21, 17. Adorati dii ut etc. *cf.* 7, 40. Hostia cæsa pacem deûm adorare 6, 12. *i. q. orare.*

Adoriri justa pugna 37, 41. Oppugnatio eos — adorta est 21, 11. *cf.* 40, 41. Operibus oppugnare est adortus 37, 5. *Nisi cum nonnullis legatur* adorsus. *it. cap.* 32. *cf.* 44, 12. Prima pars quum adorta oppugnare est 28, 3. *cf.* 3, 44. Epiri castellum adortus oppugnare 43, 21, *cf.* 40, 22. Castra consulis adorti sunt oppugnare 2, 52. Hanc virginem — pretio ac spe pellicere adortus 3, 44. Jam satis paventes adverso tumultu terribilior ab tergo adortus clamor 21, 28. Ipsam arcem finitimorum, Campanos, adorti 7, 29.

Adornare 1, 20. Insignique eum veste adornavit. Eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant 10, 38. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum producunt 7, 10. Rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit 8, 14. Si nobilitas ac justi honores adornarent 28, 42.

Adsentire. Vid. *Assentire.*

Adspicere 42, 5. Ap. Claudium legatum ad eas res adspiciendas componendasque senatus misit.

Adsuetudo, Adsuetus, Vid. *Assuetudo, Assuetus.*

Advehere 42, 37. Legati in Græciam missi, Corcyram peditum mille secum advexerunt. Ad ancipitem maxime pugnam *advectus,* desilit ex *equo* 9, 31. *cf.* 28, 2.

Advena 4, 3. Quum majores nostri advenas (*peregrinos*) non fastidierint. [Græcorum ἐπήλυδες.] Senones, recentissimi advenarum 5, 35.

Advenire 25, 3. Cui (*mulctæ*) certandæ quum dies advenisset. *cf.* 29, 1. Adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut præteritæ satis memores sint 30, 21. Vim afferre rei sua sponte mox ad eum adventuræ 45, 19. Chalcidem adveniens 42, 56.

Adventare 5, 33. Adventante fatali urbi clade.

Adventicius 8, 28. Florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus.

Adventus 5, 39. Primo *adventu,* quo *accesserant* ad urbem.

Adverbia *plura junctim posita* 2, 22. Numquam alias ante publice privatimque. Si quando umquam ante alias 32, 5 *cf.* 1, 28. 6, 42. 9, 39. Non umquam alias ante 2, 9. *Ex quo præcipue loco intelligitur, tales accumulationes adverbiorum et particularum, ad sensus diversitatem nihil aut parum profuturas, studiose quæsitas ab Livio esse. Poterat enim* numquam *dicere. In quo mihi imitatus videtur Græcos, quorum lingua et in hoc genere locupletissima fuit et affluentissima. Ejus rei exemplum disertius non memini me legere Xenophonteo, Mem. Socr.* 4, 8, 1. ἐννοησάτω πρῶτον μέν, ὅτι οὕτως ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὥστ', εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον. [Fallitur qui tales accumulationes pro otiosis habet.] Nec tamen ne ita quidem prius etc. 22, 25.

Adversus 10, 6. Adversa belli res. *Quamquam ante Drakenborchium legebatur* adversæ b. r. Adversum prœlium 7, 29. Adversus annus frugibus 4, 12. Si — adversa pugna evenisset 8, 31. Adversa patrum voluntate 1, 46. Si quid adversi caderet 22, 40. [*cf.* 35, 13.] Adversis diis 9, 1. Adversa nobilitate 39, 41. *i. e. adversante. cf.* 6, 42. Omnes adversos habebat 33, 46. Ea plebi — adversa quis putet 6, 40. Adversis auribus militum 41, 10. *cf.* 6, 40. Adverso tumultu pavebant 21, 28. *i. e. qui erat e regione, s. ante oculos.* Quum ex adverso castra Macedonum * * * 44, 27. *cf.* 45, 10. Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere 30, 8. *i. e. ut contra legiones starent.* Et adversi et undique hostes erant 2, 50. Strage armorum septa via est, maxime hastis, quæ pleræque adversæ cadentes, velut vallo objecto etc. 35, 30. *i. e. cuspide terræ obversa, ut defigerentur. Dukerus malebat* transversas. *Sed, quomodo, quæso, ita vallum effectum esset?* Testes honestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices

adverso pectore ostentabat 2, 23. Hannibal ipse — *adversum femur* tragula graviter *ictus* cecidit 21, 7. Adversos concitant equos 8, 7. In adversum subiere 1, 12.

ADVERSUS Romanos nullum eis jus societatis amicitiæve erat 5, 35. Copiis iisdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant 8, 2. *i. e. in bello adversus Romanos.* Coitiones adversus rempublicam esse 27, 2. Adversus — senatusconsultum 40, 44. Dux — adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur 24, 8. Quod adversus se dux potissimum lectus esset 21, 39. *cf.* 40, 52. Sequar vos adversus veteres socios meos 40, 49. Ire adversus hostem 42, 49. Quam pacem summa fide adversus eum coluimus 45, 8. Vid. *Gron. Obs.* 2, 20. Adversus quæ singula quum respondere haud facile esset 8, 32. *cf.* 44, 27. Gaditanis — remissum, ne præfectus — mitteretur, adversus quod iis — convenisset 32, 2. Adversus advocatos in consilium considere jussit 45, 7. Contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit 9, 46. Quid autem esse duo prospera in tot sæculis bella Samnitium adversus tot decora populi Romani 7, 32. *i. e. ad, s. in comparatione) cum t. d. p. R.* Nec gloriandi tempus adversus unum est 22, 39. *i. q. apud, s. coram.* Adversus ædes publicas 43, 16. *(e regione.)* Aliæ *(naves)* adversus urbem ipsam *(Karth.)* — delatæ sunt 30, 24.

ADVERTERE 24, 48. Quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ animum advertit. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri 1, 12. *i. e. acciverat.* Vid. *Tacit. Annal.* 2, 17. [*immo* converterat illuc animos oculosque Sabinorum, *ut bene Lipsius interpretatur ad Taciti Annal.* 12, 51. Vid. *idem ad Tac. Ann.* 2, 17. *et Otho ad Gifan. Obs. L. L. p.* 21. *s.*]

ADULARI 45, 31. *Adulando* aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, sibi privatim opes oppressis faciebant civitatibus. *Aut simpliciter dictum, aut cum casu quarto junctum, rarius est.*

ADULATIO 9, 18. Desideratæ humi jacentium adulationes, *i. q. adorationes.* Vid. *Advolvere.* Pars altera regiæ adulationis erat 42, 30.

ADULTERINUS 40, 23. Super cetera scelera, falsas etiam literas, signo adulterino T. Quinctii signatas, reddiderunt regi.

ADULTUS. *Vid. Adolescere.*

ADUNCUS 1, 18. Baculum sine nodo aduncum tenens. *(Lituum.)*

ADVOCARE 4, 1. Confestim *(Canuleius)* ad concionem advocavit. *cf.* 3, 34. Populus in concionem advocatus 42, 33. Classicoque extemplo ad concionem advocavit 8, 32. Concione extemplo advocata 8, 31. *(De castris.)* Vid. *Concio.* Extemplo advocato concilio 1, 6. Concilium magno cum tumultu *advocatur.* — — *Revocatis* deinde ad concilium Latinis etc. 1, 51, 52. Introductum *(Persea)* in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit 45, 7. Deosque ab se duobus prœliis haud frustra advocatos 8, 33.

ADVOCATIO 3, 47. Cum ingenti advocatione in forum deducit. *pro* advocatorum numero.

ADVOCATUS 38, 33. Ierunt alii etiam illustres viri et advocati privatis. *cf.* 3, 44. 26, 48. Ad subsellia tribunorum res agebatur. Eo — Popillius — advocatus — venerunt 42, 33. Ex advocatis *(Manlii)* judices facti erunt 6, 19.

ADVOLARE. Vid. *Avolare.*

ADVOLVERE 8, 37. Genibus se omnium advolvens. *cf.* 28, 34.

ÆDES *it.* ÆDIS *in casu recto.* Ædis Apollini pro valetudine vota est 4, 25. Rhodiorum sociorumve quæ *ædes ædificiaque* intra fines regni Antiochi sunt 38, 38. *cf.* 1. 33. *Quomodo differant, de eo.* Vid. *Noodtii Obs.* 1, 10. Inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam — sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat 10, 37. Ædes liberæ 30, 17. *i. e. gratuito habitandæ. cf.* 42, 1. Vid. *in v. locus, it. liber.* Ut omnes ædes sacræ aperirentur 45, 2. *(Ob victoriam de Perseo.)* Ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne recipe-rent, conductæ 45, 44.

ÆDITUUS 30, 17. Ut æditui ædes sacras omnes tota urbe aperirent. *cf.* 25, 7.

ÆDIFICARE 26, 1. Ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem — ædificarent. Hibernacula ædificari cœpta 5, 2. Promiscue urbs ædificari cœpta 5, 55. Vid. *Navis.*

ÆGER 9, 29. Qui graviter æger Romæ restiterat. Gravi et periculoso morbo æger 42, 28. *Omnino* æger *de corpore sæpius Livio dicitur* [*conf. Clav. Cicer. v. æger*] *nec est Latinis* ægrum *inter et* ægrotum *ea differentia, quæ inter* ægrotationem *et* ægritudinem *est.* [Vid. *Mox.*] Consolantur *ægram animi* 1, 58. *cf.* 2, 36. 30, 15. Quum utrumque ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent 9, 20. Vid. *Artifex.*

ÆGRE 1, 9. Ægre id Romana pubes passa. *cf.* 6, 39. Nunciarunt, cædem C. Flaminii consulis — adeo ægre tulisse regem 22, 37. Nisi ægre victa pertinacia foret 2, 27.

ÆGRITUDO 1, 9. Ægritudinem animi dissimulans (*Romulus*). [*Cicero Tusc. Quæst.* 3, 10. *Ægrotationem corporis, ægritudinem animi dicit. Conf. Nonius Marcell. p.* 443. *Merc. Sed ista differentia non est perpetua.*]

ÆMULARI 1, 18. Quem (*Pythagoran*) juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. *i. e. sequentium.* Ceteros ad æmulandas virtutes acuit 7, 7.

ÆMULATIO 44, 24. Non ea regum æmu-

latio, ut æquo animo Perses tantas adipisci opes, tantamque gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eumenes visurus fuerit.

ÆMULUS 21, 41. Æmulus itinerum Herculis.

ÆQUALIS 5, 52. Sacra, æqualia urbi, quædam vetustiora origine urbis. Per calonem quemdam æqualem Hieronymi, etiam inde a puero etc. 24. 5. Nec enim aut lingua aut moribus æquales abhorrere 40, 57. *Sed Dukero et Creverio delenda vox æquales videtur.* Ducere exercitum æqualem stipendiis suis 30, 28. Urbem in æternum conditam fragili huic et mortali corpori æqualem esse 28, 28. Imber — lentior deinde æqualiorque accidens auribus 24, 46.

ÆQUARE 6, 18. Solo æquandæ sunt dictaturæ consulatusque, ut caput attollere Romana plebes possit. Quum æquassent aciem 3, 62. *i. e. longiorem aciem suam hostili esse noluissent.* Mox plures simul conferti porta effusi æquaverant certamen 29, 34. *i. e. non inconditi nec pauci, sed numero pares erant.* Rem metu Romanorum equitum inclinatam æquavit 34, 14. Jamque æquato Marte singuli supererant 1, 25. Aliquamdiu æquatus inter omnes terror fuit 3, 36. Æquato jure omnium 2. 3. Se — omnibus summis infimisque jura æquasse 3, 34. Sub titulo æquandarum legum 3, 67. Per somnum vinumque dies noctibus æquare 31, 41. Æquasse eum Apii odium 2, 27. *i. q. in eodem odio, quo Appius, esse, æque invisum esse.* Ad solatium æquatæ repulsæ 10, 37. Magnitudini (*regii nominis*) semper animum æquavit 33, 21. Pro *magnitudinem semper animo æquavit. Itaque etiam sic legi volebat Dukerus. Sane poëticum illud videtur. Sed multa sunt apud Livium poëtis, quam aliis scriptoribus, usitatiora.* (*Postumium*) devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus æquabant 9, 10. *Pr. Postumii devotionem.* Vid. *Stroth. ad* 5, 23. *c.* Si qua alia arte cognomen suum (*Maximus*) æquavit, tum maxime bellicis laudibus 10, 3. *i. q. implevit.* Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent 5, 42.

ÆQUATIO 8, 4. Si societas æquatio juris est.

ÆQUE 5, 3. Umquam æque, quam munere Patrum in plebem. *conf. cap.* 6. Æque segniter molliterque 29, 19. Nec quidquam aliud æque, quam mœnia ipsa sese defendebant 26, 45. Quum — legatum æque sontem (*scil.* ac tribunos), aut magis etiam, in ea potestate reliquerit 29, 19. Sententiam deinde æque trucem orationi adjecit *ibid. conf.* 45, 22.

ÆQUIPARARE 37, 53. Ut nemo — me æquiparare possit. *i. q. æquare, quod est in eodem capite.*

ÆQUUS 5, 38. In æquo campi. Æquior vallis 44, 5. Detrahere ad æquum certamen 22, 13. *i. q. in æquum locum, planiciem.* Ut quibus locus æquior esset 25, 13. *i. e. opportunior.* Et tempore et loco æquo 26, 3. *i. q. idoneo, commodo.* Locus procul muro, satis æquus agendis vineis 21, 7. Assuestis æqui audire 5, 6. *i. e. faciles, faventes.* Æquam pugnam sustinere 9, 12. *h. e. ita ut maneat æqua.* Vid. *frons, it. æquare. conf. Virgil. Æn.* 5, 157. Ibi varia victoria, et velut æquo Marte, pugnatum est 2, 6. Æquis manibus — diremistis pugnam 27, 13. Ut (*præda*) quam æquissima esset 38, 23. Adeo in æquo eum duarum — gentium — imperatoribus posuerunt (*Philopœmenem*) 39, 50. In æquo hostes vestri nostrique apud vos sint, ac nos socii, immo ne meliori jure sint 39, 37. Reddita æqua Cannensi clades 27, 49. Æqua libertas 4, 5. *i. q. æqualis.* Ut qui ex æquo nos venisse in amicitiam meminissemus 7, 30. Neque ut æquo tamen fœdere, sed, ut in ditione populi Romani essent 9, 20. *Conf.* 9. 4. *Sic Tacitus Vit. Agric.* 21. ex æquo agere *dixit Britannos i. e. non obnoxios Romanis, sed sui juris, ut æquum fœdus postulare possent.* Omnia æqua ac plana erunt Romano in perfidum hostem pugnanti 9, 3. Nec facturum æqua Samnitium populum, censebant, si etc. 7, 31. Ut imperare illis æquum censeatis 6, 18. *i. e. propter fortitudinem vestram etc.* Eam (*concordiam*) per æqua, per iniqua, reconciliandam civitati esse 2, 32. Æquos adhiberent animos ad pacem accipiendam 44, 29.

ÆRARIUM 27, 10. Aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur, promi placuit.

ÆRARIUS 9, 34. Quum, ira finitæ potestatis, Mam. Æmilium, principem ætatis suæ belli domique, ærarium fecerunt, *i. e. ærario obnoxium, juriumque libertatis expertem.* Vid. *Cel. Strothium ad* 4, 24.

ÆRATUS 38, 35. Ærata clipea. *Drakenborchius legi vult aurata. conf.* 35, 10. Vid. *Auratus, it. clipeum.* Lecti ærati 39, 6.

ÆS 5, 7. Voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere, *i. e. stipendia.* Vid. *Gronov. ad* 5, 48. *conf.* 5, 4. Æra militibus constituta 5, 2. Vid. *Clav. Ciceron. in v. æs.* Equiti certus numerus æris est assignatus 5, 7. Ei centum millia gravis æris dari Patres jusserunt 32, 26. Vid. *Salmas. de usur. p.* 574. *Perizonius de ære gravi* §. 18. 24. [*Inprimis Kuster. in Biblioth. Sel. (Bibliothèque Choisie) Jo. Clerici, Tom.* 24. *P. I. pag.* 119. *sq.*] Libraque et ære liberatum emittit 6, 14. Ingens strepitus e muris ortus ululantium mulierum cum crepitu undique æris 43, 10.

ÆSTIMARE 41, 20. Quibusdam honoratis magnoque æstimantibus se. *i. e. existimantibus, egregio se honore et præmio dignos esse.* Non latinum est de sententia

Dukeri, nec Livio dignum, quod mihi secus videtur. [*Facilis mutatio:* magnique. *Sed accedo Ernestio.* Vid. *Mox*] Quæ munera quando tandem satis grato animo æstimaturos 6, 39. Suam quoque noxam pari pœna æstimatam rati 28, 31. Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari vestris inter vos sermonibus audio 45, 24. *Gronovius malebat* voluntati. *Enimvero utraque constructio bene latina est, etiam auctore Cicerone.* Vid. *Drakenborchium ad h. l. Ceterum sensus hic est: malæ voluntati pœnam statui, vel quæri, qua pœna sit digna. Conf.* 29, 9. Est aliquis, qui se inspici, æstimari fastidiat 6, 41. *De candidatis honorum.* Magno te æstimaturum, si scire vera omnia possis 40, 55.

ÆSTIMATIO honoris 3, 63. *h. e. utrum dignus aliquis eo honore sit, an minus.* Æstimatio æquis rerum pretiis liberavit 7, 21. *sc. inertiam debitorum.* Vid. *Jul. Cæs. B. C.* 3, 1. Legem de mulctarum æstimatione—ipsi præoccupaverunt ferre 4, 30. In æstimationem urbs agerque venit 5, 25.

ÆSTIMATOR 34, 25. Incautior (*Damocles*) fidei æstimator fuit.

ÆSTIVUS 5, 6. Aves æstivæ. Æstiva sub tectis equitatus 29, 34. (*verba Scipionis.*) Ne tamen segnia æstiva essent 37, 5. Per æstivos saltus deviosque calles exercitum ducimus 22, 14.

ÆSTUS flagrantissimus 44, 36. Vid. *Increscere.* Tres (*quinqueremes*) in fretum avertit æstus 21, 49.

ÆTAS tredecim annorum 9, 18. *i. e. regimen Alexandri M.* Hominis ætatem duratura magnitudo erat 1, 9. Quum primum in ætatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit 42, 34. *Sic Græci:* ἐν ἡλικίᾳ εἶναι, *i. e. ætatem militarem habere.* [*Propius* accedit εἰς ἡλικίαν ἔρχεσθαι, *de quo Toup. ad Longin. p.* 381. *et in Ind. v.* Εἰς ἡλικίας ἐλθεῖν.] *Sic Cicero:* in ætatem venire. *Idem* ætatem *pro* adolescentia *dixit Off.* 2, 13. [Vid. *Clav. Ciceron. h. v.*] Ætas militaris 28, 19. *Pro hominibus militari ætate. conf.* 4, 60. Ætas omnis obvii currere 27, 51. Quum vinum animos, et nox et mixti feminis mares, ætatis teneræ majoribus discrimen omne pudoris exstinxissent 39, 8. Quid se id ætatis sollicitassent 10, 24. *i. e. adeo senem ad consulatum accipiendum sollicitassent.* Florem ætatis—quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit 21, 3. Exacta ætate 2, 40. *i. q. in senectute. conf.* 30, 26.

ÆTERNUS 3, 16. Æterni hostes Æqui et Volsci. Ne æterna illis licentia sit 3, 9. In æternum urbe condita 4, 4. *conf.* 28, 28. 34, 6. Quæ (*nox*) pæne ultima atque æterna nomini Romano fuerit 6, 17.

AFFATIM 23, 16. Agri affatim materiæ præbebant. Affatim lignorum 10, 25. *It.* pecuniæ 23, 5. *conf.* 9, 35. 27, 17.

AFFECTARE regnum 1, 46. *i. e. non appetere modo, verum etiam occupare.* Affectare eum imperium in Latinos 1, 50. Bellum Hernicum affectans (*dictator*) 7, 3. Potiundæ Africæ spem affectantem (*ducem Romanum*) 28, 18. *Forma dicendi sane insolentior.* Se exercitumque suum gravi morbo affectari 29, 10. *Nisi vero legas* afflictari *vel* attentari: *rarius enim illud est.*

AFFECTUS 28, 26. Quem (*imperatorem*) affectum visuros crediderant. *Simpliciter dictum pro imbecillo e gravi morbo.* Vulnere affectum corpus 1, 25. *It.* 9, 3. *de senectute.* Vires corporis affectæ 5, 18. Refectusque miles, hibernis itineribus affectus 22, 9. Affectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit 5, 52. Affectos animos (*Saguntinorum*) recreavit repentina profectio Hannibalis in etc. 21, 11. *i. e. ægros, anxios metu.* Tributum ex affecta re familiari pendant 5, 10.

AFFERRE 2, 36. In forum ad consules lectica affertur. Vid. *Verbera.* Mortuus Romam allatus 14, 16. Litteræ allatæ ab urbe 22, 11. Sic enim domo mandatum (*legati*) attulerant 7, 31. Multa diem tempusque afferre posse 42, 50. Congruentia ad consulem afferentes 9, 31. Alii, majorem afferentes tumultum nuncii occurrunt 27, 33. *Conf.* 41, 2. Cælum arsisse afferebant 31, 12. *Conf.* 30, 29. 42, 57. Quonam se pacto paucos et infirmos crederet præsidio tam valido et armato vim allaturos 9, 16. Qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis, moram ullam offerret, etc. 24, 8. Multa nobiscum decora (*in sacerdotum numerum*) adferimus 10, 8.

AFFICERE 8, 9. Hostesque populi R. Quiritium terrore, formidine morteque afficiatis. Deditos ultimis cruciatibus affecturi fuerunt 21, 44. Exercitus, qui Arimini pestilentia adfectus erat 41, 5.

AFFIGERE 41, 18. Quæ inanima erant, parietibus affigunt. *Sermo est de corruptione et fractione. Nisi vero cum nonnullis, probante Drakenborchio, legere malis* affligunt. *Omnino confunduntur hæc duo verba. Itaque etiam* 21, 35. *Pro* hærere afflicti vestigio suo *sunt qui legi velint* affixi. Repetitumque sæpius cuspide ad terram affixit 4, 19. Attollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit 8, 7. *Conf.* 29, 2. Clipeaque de columnis et signa militaria affixa omnis generis demsit 40, 51. Vid. *Figere, it. Antefixa.* Hærete affixi concionibus 3, 68.

AFFINIS 43, 16. Sociusve aut affinis ejus conductionis esset. Ne quis affinis ei noxæ esset 39, 14. Massæsyli, gens affinis Mauris, in regionem Hispaniæ—spectant 28, 17. *i. q. confinis.*

AFFIRMARE *Præf.* ea nec affirmare nec refellere in animo est. *i. e. approbare. Rem* tam veterem pro *certo* affirmare 1, 3. *Notetur generum diversitas.* Fortuna tum urbis crimen affirmante 2, 12. Affirmata

res mea opinione 37, 48. Ea res utique Trojanis spem affirmat 1, 1. *i. e. spem certam facit.* Ut etiam atque etiam promissa rebus affirmarent 22, 13. Affirmavit petendo ut etc. 32, 35. Affirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est 7, 14. Consul affirmavit errorem 10, 41.

AFFLARE 21, 54. Afflabat acrior frigoris vis. Terga tantum afflante vento 22, 48. Saucii afflatique incendio effugerunt 30, 6. *Paullo ante ambusti dicuntur.* Vid. *in v. sq.*

AFFLATUS 39, 22. Ignes cælestes adussisse complurium levi afflatu vestimenta. Correpti alii flamma sunt, alii ambusti afflatu vaporis 28, 23.

AFFLIGERE Vid. *Dicta ad v. Affigere.* Præsidium regiæ afflictæ 1, 39. Recepturum se afflictas res 25, 27. Afflictis civium suorum fortunis consuluisse 2, 24. Post afflictam rem Romanam 23, 11. Cadentem navim ita undæ affligebat 24, 34.

AFFLUERE 39, 31. Ut quæque potuerant, copiæ affluebant. *i. e. accurrebant.* Nisi effuse affluant opes 3, 26. *i. q. abundent.* Ex eo, quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum 6, 15.

AFFULGERE 9, 10. Lux quædam affulsisse civitati visa est. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit 30, 30. Ex insperato gaudium affulsit 30, 10. Affulsit repentina spes 23, 32. *Conf.* 32, 19. *It.* 42, 65. Cæli ardentis species affulserat 43, 13. *Nisi cum Gronovio, probante Burmanno,* effulserat *legatur.*

AFRICANÆ *scil. pantheræ* 44, 18. *Nimirum, quia in Africa frequentes fuerunt, indeque in Italiam transvectæ.*

AGEDUM 38, 47. Mittite agedum — et quærite. *Sæpius plurali jungitur, ut* age *pro* agite, *ut* inquit *pro* inquiunt. Agedum lictor, excide radicem hanc 9, 16. Recognoscat, agedum, mecum, etc. 44, 38. *Conf.* 7, 9.

AGEMA 37, 40. Addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. *Conf.* 42, 58. [Vid. *Wesseling. ad Diodor. Sic. T.* 2. *p.* 204. 338. *sq.*]

AGER campester 30, 2. *Oppos. collibus* 10, 2. *Conf.* 40, 53. Uberrimo agro — — mansuefacta est feritas 38, 17. Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellatam 4, 37. *Conf.* 10, 2. *It.* 41, 12. Vid. *Campester.* Ad quem *(agrum)* instruendum vires non essent 6, 5. Agrum locare frumento 27, 3. *i. e. ut coloni pendant frumentum, non pecuniam.* Hostem in agris non invenit 8, 3. *i. e. agro scil. Romano, qui est idem cum territorio, quod nos dicimus.* Triumviri agro dando 3, 1. *Vox* ager *omissa:* qui — in Crustuminum nomina darent 1, 11. Vid. *Recognoscere.*

AGERE 30, 9. Stimulante fortuna raptim agebantur. Quæ ferre atque agere possent, præ se agentes portantesque 38, 18. *Conf.* 3, 38. 22, 3. 31, 30. [*Græcorum* ἄγειν καὶ φέρειν. *Alibi* agere ferre, *copula neglecta. Tacit. Histor.* 1, 2. Agerent ferrent cuncta. *ubi debebat audiri Gronovius Observ. pag.* 633. *Sat frequens commistio verborum* ferre, verrere, vertere.] Cloacamque maximam — sub terram agendam 1, 56. *It. de cuniculis.* Vineas agere instituit 21, 7. Vid. *Vinea.* Quos falsis criminibus in arma agant 6, 15. Ceteros ad certamen egit 9, 41. Romulus et ipse turba fugientium *(suorum)* actus 1, 12. *i. e. fugere coactus.* Effusos egerat Romanos 1, 12. Vid. *Indago.* Agere in exsilium 1, 49. Multis millibus armatorum actis ex ea regione 44, 31. *Pro* coactis, *uti suspicatur legendum Gronovius.* Ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque 22, 1. Inde eos — hostilem in modum prædas agere 1, 5. Ferre, agere plebem plebisque res 3, 37. Raptim agmine acto 23, 36. *Conf.* 2, 36. 7, 37. 21, 6. 41. 25, 9. Levibus prœliis cum Gallis actis 22, 9. Bella, quæ continua per quartum jam volumen — agimus 10, 31. *i. e. persequimur enarrando.* In littus passim naves egerunt 22, 19. *h. e. appulerunt. Conf.* 9, 37. Ne desperata venia hostes cæcos in perniciem eorum ageret 9, 14. Velut nocturna solitudine per urbem acta 23, 25. Agere urbis custodiam 5, 10. Censum agere 40, 46. Diis immortalibus laudesque et grates egit 26, 48. *Conf.* 27, 13. Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere 44, 15. *Alibi Livius*: pacis ac belli modum facere 9, 14. Sed id honoris Deûm immortalium causa libenter acturos, ut ædiles fierent 6, 42. Fides agi visa 7, 31. Qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur 9, 20. *Conf. cap.* 25. Quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum 1, 25. Suspensique de statu alterius uterque consul ageret 9, 43. Sic enim *agere* debent, qui mercenario milite utuntur; at nos, tamquam cum civibus *agere* volumus; *agi*que tamquam cum patria nobiscum æquum censemus 5, 4. Quando lege agi posset, 9, 46. Quando — et fortuna hoc egit mea 5, 44. *(Scil. ut civis ego vester essem.)* Is, qui jumenta agebat 1, 48. Carpentum egisse fertur *ibid.* Prorogatio imperii — et acto honore triumphus 8, 26. Cum trigeminis agunt reges, ut etc. 1, 24. Is, tamquam reos ageret, ab anteacta vita orsus 24, 25. Quia aliquando, nihil cum populo agi, utile futurum erat 1, 19. Quum maxime hæc in senatu agerentur 4, 3. *Conf.* 7, 31. Agebatur de conditionibus 8, 37. *i. e. ambigebatur, disceptabatur.* Agere rogando suadendoque 2, 2. *Eleganter dictum,* pro *rogare et suadere, simpliciter.* Non imperio modo, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum, etc. 22, 18. Eamdem publice curationem agens, quam privatim agendam susceperat 4, 13. Quid ita solus ego civium curam ago? 6, 15.

Ut qui suo nomine permultos annos imbelles egissent 9, 45. Ibique hiberna egerunt 9, 28. Nec tranquillior nox diem tam fœde actum excepit 5, 42. Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent 25, 4. *i. e. cum vehementia quadam ex indignitate orta.* Apud concionem togatam et urbanam prius reus agatur 45, 37. Nec dubia, argumentis colligendo, ago 40, 9. *i. e. persequor, ut ad verum perveniam.* Canticum egisse aliquanto magis vigente motu 7, 2. Hæc simul jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obtestans, et complexus filium plurimis cum lacrimis agebat 8, 33. Passim omnes clamoribus agunt 2, 45. Vid. *Præceps.*

Aggravare 6, 27. *Aggravantibus* summam etiam invidiæ ejus tribunis plebis, quum ab iis *elevaretur*, quibus, etc. *Conf.* 44, 7. Regno prope — *in cervices accepto.* Unum abfuit bellum externum, quo si *aggravatæ* res essent, etc. 4, 12. Inopia aggravari socios 24, 36. Alii: *inopiam aggravari sociorum.*

Aggredi 1, 42. Aggrediturque inde *ad* pacis longe maximum opus. *Forma dicendi etiam Ciceroni usurpata.* Castra Romanorum oppugnarè simul omnibus portis aggressi sunt 40, 25. Obsecundando mollire impetum aggrediebantur 3, 35.

Aggregare 30, 11. Quum aut vincentibus spes, aut pulsis ira aggregat suos.

Agitare 43, 17. Achaico concilio Argis agitato. Domesticas agitet *(animo)* curas 21, 41. Quum de fœdere victor agitaret 9, 5. De inferendo bello agitat 9, 27. *Conf.* 25, 36. Agitare in animo bellum 21, 2. Agitatum contentione ipsa exacerbatumque 8, 33. Delectu acerbo juventutem agitavit 7, 3. Sæpius ultro citroque agitantibus rem conventuram 30, 3. Amens, agitantibus furiis 1, 48. Quem nisi Saguntinum scelus agitaret 21, 41.

Agitatio. Vid. *Exsultatio.*

Aglaspides 44, 41. A tergo cætratis erat, frontem adversus clipeatos habebat: aglaspides appellabantur. [*Corrupta vox, corrigenda illa, non in Glossarium pro bona inferenda. Accedo Gronovio.*]

Agmen 6, 32. Prius itaque mœnia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. *(De exercitu iter faciente.)* Agmen Romanum 30, 6. *(De exercitu pugnante ac cædente.)* Navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens 21, 27. Cæduntur in portis, suomet ipsi agmine in arto hærentes 34, 15. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 879. *sqq.* Agminibus magis, quam acie, pugnatum est 29, 36. *Conf.* 33, 9. Magis agmina, quam acies in via concurrerunt 21, 57. Raptim agitur agmen 7, 37. *Conf.* 21, 41. Laxum atque solutum agmen 22, 50. Compressis ordinibus — unoque continente agmine 8, 8. *De triariis pugnam incipientibus.* Fœdi agminis miserabilis via 9, 5. Eunt agmine ad urbem 3, 50. *Conf.* 7, 12. 33, 6. Exercitus infesto agmine ruere ad urbem 3, 8. Redeuntes agmine incauto 9, 38. *Conf.* 35, 4. Agmine inexplorato euntem insidiis circumventum 26, 3. Juvenes per mediam concionem agmine ingressi 1, 6. Accepti in urbem agmine in forum descendunt 3, 18. *Conf.* 2, 23. Agmen demittunt 9, 27. Præcedens militum agmen ad tribunal pergit 7, 13. *Conf.* 3, 51. Quo *(in campum Martium)* repente principes senatorum cum agmine venerunt civitatis 40, 45. Uno agmine abierunt 9, 30. *(De tibicinibus ex urbe profugis).* Mulierum ac spadonum agmen trahentem (*Darium*) 9, 17. Unoque agmine feminæ obsidebant 34, 8. *Rara, ut res, ita dicendi forma; nam ut ex positis apparet, de motu agmen dicitur. Sed tamen etiam* 6, 38. *Dictator dicitur* stipatus agmine patriciorum consedisse. *cf.* 6, 30. Aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen *i. e. stabilem aciem.* Quæ (*familia*) Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit 7, 10. *De paucissimis.* Agmen cogere 37, 29. (*De classe.*) Ingenti itinere agminis 32, 13. Agmen fugientium 31, 41. Agmine tacito 21, 48. *It.* silenti 25, 39. Vid. *Incessus.*

Agnoscere 26, 6. Nihil ad eam spem agnoscentem, *scil.* matrem. *i. e. spem sibi factam vanam esse existimantem.* Nomine (*T. Quinctii*) audito, extemplo agnovere virum: et, quod bene verteret, acciri jusserunt 7, 39. Necdum enim (*Eumenes*) agnoverat, qui postea regnavit 45, 19. *i. e. pro legitimo eum filio habuerat, ut successorem destinaret.*

Agrarius triumvir 2, 41. Priusquam ab tribunis plebi agrariæ seditiones, mentione illata de agro — dividendo, fierent 4, 47. Agrarii se in spem legis erexerant 3, 1. *h. e. ii, qui divisionem agrorum expetebant.*

Agrestis 5, 53. Ritu pastorum agrestiumque. Vid. *Arare.* Nolani agrestes 9, 38. *Oppos. Samnitibus. militibus.* Agrestis taurus, qui pecore aberrasset 41, 13.

Ain' tandem 10, 25. Vid. *Stroth. ad h. l.*

Ala 9, 41. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. *Ala est, de sententia Lipsii, ea pars humeri brachiique* (axilla) *qua adjutrice in conflictu et pugna cominus clipeus in hostem impellitur.* Equitum sacræ alæ 42, 58. *Creverius putat esse regias, tuentes regis corpus, ut vocantur* 36, 40. *Conf.* 44, 42. Aquila suspensis demissa leniter alis 1, 34.

Alacer 6, 24. Et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem.

Alacritas 2, 10. Clamor Romanorum, alacritate perfecti operis (*rupti pontis*) sublatus.

Alaris 10, 40. Cohortes alares, *i. e. peditatus socialis.*

Alarius 40, 40. Alarii equites, post-

quam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 604. [*Ubi Servius:* ALA CAMILLÆ. Equitatus. *Alæ* autem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt. *Conf. Cincium ap. Gell. N. A.* 16, 4.]

ALBANUS mons 1, 3. *Is, qui postea Albanus dictus est.*

ALBUM 9, 46. Fastos circa forum in albo proposuit. *Conf.* 1, 32.

ALBUS 40, 51. Columnasque circa poliendas albo locavit.

ALEA 31, 35. Tam celerem aleam universi certaminis timens. Aleam belli, tutam fore ratus 37, 36. In dubiam imperii servitiique aleam imus 1, 23. Se, — duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus 40, 21. In aleam tanti casus se regnumque daret 42, 50. Ne summam rerum in non necessariam aleam daret 42, 59.

ALERE 34, 9. bellum se ipsum alet. (*De sumtibus in bellum faciendis.*) Rumores credulitate vestra ne alatis, quorum auctor nemo exstabit 44, 22. Alitus atque educatus 30, 28. Vid. *Feritas.*

ALES 1, 34. Eam alitem (*aquilam*) — venisse.

ALIAS 2, 22. Numquam alias ante publice privatimque. Vid. *in v.* adverbia. Rationes *alias* reposcito, *nunc* auctoritate veteris imperatoris contentus eris 44, 36.

ALIBI 2, 23. Exprobrantes suam quisque alius alibi militiam. [Vid. *Circa.*] Nolle alibi, quam in innocentia, spem habere 7, 41. *i. e. in alia qua re. Conf.* 2, 39. 30, 35. 43, 9. Non parvo numero inter *auctores* discrepat. *Alibi* decem millia — alibi — alibi — invenio 29, 25.

ALIENARE 44, 27. Gentium regem sibi alienavit. Quæ res utique alienasset plebem periculosissimo tempore 2, 30. *Conf.* 30, 24. Ira alienavit a dictatore militum animos 8, 35. Ne quis quem civitatis mutandæ caussa suum faceret, neve alienaret 41, 8. *i. e. mancipio daret. Conf.* 25, 36. Alienatus ad libidinem animo 3, 48. *Nisi legendum* alienato, *ut est in edd. quibusdam, it.* ab libidine *i. e. ob libidinem, aut,* libidine, *absolute.* Galli — velut alienata mente, vana incassum jactare tela 10, 29. *i. e. consternati.* Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire nec providere quidquam sinunt 25, 39. Junonis — iram ob spoliatum templum alienasse (*scil. ei*) mentem 42, 28. Alienato ab sensu animo 2, 12. Prius quam alienarentur omnia 21, 60. *i. q. desererentur.* Pars insulæ, velut munitissima, prodita atque alienata 24, 22. *i. e. relicta.*

ALIENIGENA 8, 10. Pericula a conventu alienigenarum prædicta. *Conf.* 1, 50. Exercitus alienigena 28, 42. Hostis alienigena 26, 13. *It.* 29, 10. *Fratri* — summa vi restitisse, *alienigenis* bene parto eo (*regno*) cedere 42, 50.

ALIENUS 5, 5. Necessitate imposita ex alieno prædandi, *scil.* solo. *Sic* hosticum *dicitur.* Vid. *Infra in h. v.* Non alienus sanguine regibus 29, 29. *i. q. propinquus, cognatus.* Sacerdotium — genti conditoris haud alienum 1, 20. Quem (*hostem*) tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret, sine præparato commeatu, etc. 7, 12. *Suo* maxime tempore et *alieno* hostibus 42, 43. Ut memores rerum humanarum et suæ fortunæ moderarentur, et alienam ne urgerent 37, 35. *i. q. aliorum.*

ALIMENTUM 35, 23. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali, etc.

ALIO 7, 18. Plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum. Si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus 42, 46. Alio, ratus, spectare Pythicam vocem 1, 56.

ALIOQUI *it.* ALIOQUIN 35, 21. Saxum ingens, sive imbribus, sive motu terræ leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum, etc. *Conf.* 8, 9. Decio caput jecinoris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse: alioqui acceptam diis hostiam esse 8, 9. [*Conf.* 7, 19.] Tumulum — tutum commodumque alioquin, nisi quod — cepit 30, 29. Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quod, etc. 27, 27.

ALIQUANDO 45, 23. Nulla enim est civitas, quæ non et improbos cives aliquando habeat. *i. q. interdum.* Ne quid prætermitteretur, quod aliquando factum esset 31, 9. Pro *olim.* Quia aliquando, nihil cum populo agi, utile futurum erat 1, 19.

ALIQUANTO plus 3, 9. *i. e. multo. Conf.* 1, 13. Victorque Romam ad majus aliquanto certamen redit 5, 29. Aliquanto augustior humano visu 8, 9.

ALIQUANTULUM muri discussit 21, 12. [21, 28. *codd. inter* aliquantum *et* aliquantulum *fluctuant.*]

ALIQUANTUM tenebant loci 37, 32. *i. e. plurimum. Conf.* 41, 17. Vide *B. Patruum ad Sueton. Jul.* 86. Aliquantum temporis ad fugam præceperunt 30, 8. Aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio 28, 21. *Conf.* 29, 18. *et* 35. Trepidationis aliquantum edebant 21, 28. [*Al.* trepidationem. *Quod Ernestio, ut conjicio, haud videtur displicuisse. Et est sane quo hanc lectionem defendas: sed præstat genitivus.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*] Aliquantum altitudinis excitata mœnia 29, 18. Pro *ad aliquantum.*

ALIQUANTUS 29, 35. In aliquantum maris spatium extenditur. *Conf.* 38, 27. Vid. *Drakenborch. ad* 21, 28.

ALIQUIS 38, 30. Ut aliquâ liberum ad mare haberent aditum. *i. e. aliqua via, aliqua ex parte. Conf.* 10, 5. 26, 27. Aut ipse occurrebat, aut aliquos mittebat 34, 38, *i. e. alios s. alios quos. Conf.* 35, 19. Aliquid improvisum 27, 4. *Conf.* 34, 3. Philippi regnum officere aliquid videtur

libertati vestræ 31, 29. Aliquo tempore anni 5, 2. Pro *alio quo, i. e. hieme*. Vid. *quos laudat B. Patruus ad Tacit. A.* 1, 4. [*Clav. Ciceron. h. v.*]

Aliquisquam *it.* Aliquispiam 41, 6. *Vox etiam Ciceroni usurpata.* Vid. *Drakenborch. ad h. l. it. Clav. Ciceron. in h. v.*

Aliquo 1, 21. Inferre se aliquo. *Vid.* quo. Dare nomina aliquo 1, 11. *h. e. inter eos, qui proficisci s. deduci in eum locum velint. Conf.* 1, 8. 6, 22. 31, 34.

Aliquoties 29, 18. Aliquoties jam inter se signis conlatis concucurrerunt.

Aliter 8, 7. Nec aliter, quam in se quisque destrictam cernentes securim — — quievere. Negabant se aliter ituros, quam si etc. 3, 51.

Aliunde 24, 45. Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis. *i. e. qui ab aliis partibus stet, etc.*

Alius 28, 35. Aliis atque aliis de caussis. Nec deinde alios atque alios mittendo tentare eum destitit 43, 23. Quippe qui alii super alios trucidentur 1, 50. Alia super alia 3, 56. Vinci animos, ubi alia vincantur 21, 12. *i. e. muri, munimenta, arces.* Simul desperatione alia salutis 44, 10. *i. e. alius salutis s. alio modo sui servandi.* In eum campum via *alia* per cavam rupem, Romani, demisso agmine, quum ad *alias* angustias protinus pergerent 9, 2. *i. q. alteras, angustias illis contrarias.* Inter primos, quorum concursus alios exciverat, atrox prœlium fuit: alia multitudo etc. 7, 26. *i. e. reliqua. conf.* 1, 12. 3, 17. 5, 55. 6, 1. 7, 19. 9, 4. 24, 1. 40, 12. 41, 8. *et mox.* Aliaque sanctitate et gravitate vitæ hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit 38, 24. *cf. cap.* 26. *et quæ modo laudavimus. male igitur Drakenborchius, cum Burmanno, legit* reliquaque. Donec — statum alium ejus regni formando composuissent 45, 16. Hæc aliaque dicendo 29, 1. Hæc aliaque vociferantes 5, 2. *Ubi Drakenborch. legit,* taliaque. Aliud Antiocho juris statuistis, alio ipsi utimini, 35, 16. Alius exercitus 21, 27. *i. q. reliquus.* — Equitatus 37, 43. — Senatus 27, 11. Alia superbia 1, 57. *i. q. cetera superbiæ argumenta.* Quo *aliæ* partis hominibus animus accederet 24, 27. *'Αρχαϊσμὸς dictum.* [Vid. *Laurenberg, Antiquar. p.* 19. *b.*] *Sic.* 22, 59. *Pro* nulli umquam civitati *est in quibusdam libris* nullæ. [*Laurenberg. ibid. p.* 300. *a.*] Nihil aliud quam etc. 31, 24. Pro *nihil aliud fecit, quam, ut etc. conf.* 6, 40. Quibus quid aliud quam admonemus? 4, 8. *conf.* 6, 41. Quid est aliud dicere, quod petunt alii etc. 6, 40. Quid est dicere aliud, quia etc. *ibid.* Alius alii exprobrantes 31, 18. Virgis cædi (*scilic. alii*), alii securi subjici 3, 37. [*Ad morem Græcorum, sic omittentium* ὁ μὲν *etc. sequente* ὁ δὲ *etc.*]

Allabi 25, 16. Angues duo ex occulto allapsi.

Allatrare 38, 54. Qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem solitus erat.

Allegare 36, 11. Quum patrem primo allegando, deinde coram ipse rogando fatigasset. *i. e. agendo per amicos. Nam privatim allegari homines dicuntur, publice legari.*

Allegere 10, 6. Ut, quum quatuor augures — essent — quinque augures allegerentur *i. e. insuper crearentur, collegæ novi veteribus.*

Allicere 1, 47. Allicere donis juvenes.

Alligare 7, 24. Vulnus alligatum, *i. q. obligatum, deligatum.* Auxilio incertum finem habituro alligari 37, 26. Fœdere iniquo alligata (*civitas*) 35, 46. *Forte*: illigata. [Sed vid. *Drakenborch.*]

Alloquium 1, 34. Et ipse fortunam benigno alloquio — adjuvabat. Alloquia sermonem eliciunt 9, 6. *i. e. consolationes.* Ut alloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem 25, 24.

Alluere 24. 33. Achradina, cujus murus *fluctu alluitur*. [*Plin. Epist.* 2, 17, 5.]

Alluvies 1, 4. *Aqua super ripam egressa. Itaque cum Gronovio forte melius legeris* eluvies.

Alpes. *Vid.* infamis. *conf. Virgil. Eclog.* 10, 47. *Æn.* 10, 13.

Altare, vid. *Ara.* Altaria *cum* foculo *commutantur* 2, 12.

Alter 31, 21. Pars — altera pro *altera — altera.* Alterum tantum 10, 46. *conf.* 1, 36. 8, 8. 45, 40. Portaque altera (*alia*) egressus 9, 36. (*De castris*) *conf.* 10, 2. Altera castra Rom. 10, 39. Altera metu dedita hosti; pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est 24, 33. Pro *altera pertinacior. Alibi etiam omittitur.* Alter *numeralibus additum modo* pro primo, *modo* pro secundo *accipiendum videtur. Sic* 33, 21. Attalus *dicitur* altero et septuagesimo anno mortuus. [Vid. *Clav. Ciceron. v.* alter.] Consulum (*alter*) Sulpicius in dextro, (*alter*) Pœtelius in lævo cornu consistunt 9, 27. *conf.* 22, 40. Prœlium fuit, quale inter fidentes sibimet ambos exercitus, *veteris perpetuæque alterum gloriæ,* alterum nuper nova victoria elatum 3, 62. *Drakenborchius* caussa *subintelligit. Sed non opus est ellipsi. Melius ab* alterum *pendere genitivi dicantur. Sic* 3, 38. *Imperioque inhibendo acriter in* paucos præferocis animi. *conf.* 3, 72. Altera (*pars juventutis*) in regionem, qua effusa populatio nunciabatur: *altera,* ne cui prædonum obvia fieret, *altero* itinere ad stationem navium ducta etc. 10, 2. *Pro* alio. *Sed Drakenborchio placet emendatio Burmanni* avio *legentis, referentisque huc locum Suetonii in Augusto. Immo magis huc pertinet illud Taciti Ann.* 2, 15. Avia Oceani: *ad quem locum vide B. Patruum.*

Apud Livium autem 41, 14. *Est:* devio saltu. Melius peribimus, quam sine alteris vestrûm viduæ aut orbæ vivemus 1, 13. [Vid. *ad Plin. Epist.* 1, 7, 3.]

Altercatio 38, 32. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. Res diu ducta per altercationem 4, 53. *cf.* 35, 17. Quum res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset 4, 6. *conf.* 8. 33. *Nempe altercatio proprie est, quum alternis loquuntur. Inde autem facile rixæ et contentiones oriuntur.* Cum altercatione congressi certamine irarum ad cædem vertuntur 1, 7. Altercatio inter pullarios orta 10, 40.

Alternus metus 26, 25. Pro *mutuo metu. conf.* 33, 26. Alterni versus 4, 53. *i. e. qui per vices canuntur.* Rogando alternis suadendoque 2, 2. Alternis pæne verbis Manlii factum laudantem 8, 30. *i. e. iterum iterumque laudentem.*

Altitudo 4, 6. Hanc modestiam æquitatemque et altitudinem animi ubi nunc in uno inveneris, quæ tum populi universi fuit. *i. q. magnitudinem.* Vid. *Stupere.* Ad id fore altitudines, — ut per præcipitia et prærupta salientes fugerent 27, 18.

Altum 44, 10. Nec minus, quam in altum magnitudine Atho mons, excurrit. pro *cælo.*

Altus 9, 7. Ingentem molem irarum ex alto animi cientis indicia esse. *Alto animo s. animi opponitur summo vel imo animo; nisi meram taciturnitatem eo significari malis.* Vid. *B. Patruum ad Taciti A.* 3, 44. Ipse ad altiora et non concessa tendere 4, 13. *Sic Sueton. Jul.* 26. altiora jam meditans. Excelsa et alta sperare 1, 34. *nisi legendum cum Cel. Schellero* ex alite. Gener inde ob altam indolem provecto annis ascitus 21, 2.

Alveus 21, 26. Alvei informes. Vid. *Virgil. Æn.* 6, 412. Fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatæ 10, 2. *Conf.* 23, 34. Allia Crustuminis montibus præalto defluens alveo 5, 37. Amnemque — multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit 41, 11. Quia sicco alveo transiri poterat 44, 32. Vid. *Torrens.*

Alumnus 21, 43. Alumnus prius omnium vestrum quam imperator.

Amare 1, 23. Si nos dii amant. Ut amans 38, 24.

Amator 39, 42. Ut obsequium amatori venditaret. (*de scorto.*) Amator indulgens 39, 43.

Ambages 5, 15. Qui per ambages de lacu Albano jaceret. *scil. verba, sermones.* Per ambages effigiem ingenii sui (*baculum*) 1, 56. Haud per ambages 1, 55. Sexto, ubi, quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus patuit 1, 54. *i. e. non verborum, sed factorum ambagibus.* Ambages mittere 6. 16. Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere 9, 11. Quum adversus id quoque misceri ambages cerneret 44, 27. *conf.* 9, 37.

Ambigere haud nihil 1, 3. Regni certamine ambigebant fratres 21, 31. Pauca de jure civitatum, de quibus ambigeretur, disseruit 35, 33. Id, de quo verbis ambigebatur etc. 21, 10. Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere (*certare*) umquam de eo forsitan debeam, quia minor sum etc. 40, 15.

Ambiguus 40, 8. Haud ambiguus rex. *i. e. unus heres imperii regii; sine dubio rex futurus.* vid. *Dubius.* Ambiguo favore gratiam victoris spectare 21, 52. *h. e. qui utrique parti ita præstatur, ut neutri plus aut minus tribuatur negeturve.*

Ambire 2, 3. Tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes.

Ambitio 43, 11. Commeatibus vulgo datis per ambitionem. *h. e. ad gratiam a militibus ineundam, eamque nimis captandam. conf. cap.* 14. Sed ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat 5, 36. *Senatorum hæc ambitio erat, quibus jus erat sententiam in senatu dicendi; i. e. studium benevolentiæ et gratiæ. conf.* 29, 16. Obnoxios imperatores tradi licentiæ atque avaritiæ militari: in uno nimis se per ambitionem peccare 45, 36. *Verissima est Gronovii emendatio sic legentis:* ultro nimis sæpe per ambitionem peccari. *Scil. ab imperatoribus, qui nimis indulgeant militibus, eorumque favorem et gratiam summa ope et intempestive captent.* Vide *Gronovium ad h. l.* Ergo virum, cetera egregium, sequuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est 1, 35. Ambitio exarsit 3, 35. Quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non esset 3, 47.

Ambitiose 1, 35. Petisse ambitiose regnum. *i. e. arte ac studio.* Satis ambitiose partem utramque fovendo 38, 32. *i. e. demerendæ utriusque gratia, præter decorum quidem, honestisque artibus neglectis.*

Ambitiosus 2, 27. Patres mollem consulem et ambitiosum rati. *cf.* 43, 14.

Ambitus 27, 27. Multos circa unam rem ambitus fecerim, si, quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exsequi velim. *i. e. excessus, digressiones.*

Ambo in casu quarto 3, 62. Amborum 3, 59.

Amburere 43, 13. Ita, ut nihil ejus (*hastæ*) ambureret ignis. *Vid.* ardere, flamma. *conf. Virgil. Æn.* 2, 682. *Sqq.*

Ambustus damnatione alterius 22, 35. Ambustus prope evasit. *ibid.* Vid. *Semiustus.* Ambusti homines jumentaque — obruerant itinera portarum 30, 6. Vid. *Afflatus.*

Amens invidiâ 8, 31. Amens, agitantibus furiis etc. 1, 48.

Amentia 3, 47. Tanta vis amentiæ verius, quam amoris, mentem turbaverat. *conf.* 23, 9.

Amicitia ac societas 7, 31. Responsum senatus amicitiæ Samnitium memor. *ibid. h. e. in Samnites.* Amicitia familiaris 1, 34. Amicitiæ fœdus 42, 12. *Conf.* 43, 6. Amicitia interior 42, 17. Cum quibus — hospitia amicitiasque de industria junxerat 1, 45. Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse 40, 46. Quæ (*urbes*) in amicitia cum fide permanserant 43, 21. Ex quo in amicitiam populi R. venerit 22, 37. Qui per multos annos in amicitia Rom. fuerant 10, 45.

Amictus 45, 7. Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra. *Grævius ad Flor.* 4, 2. *Legi vult* cum filio. Vid. *Gronov. ad h. l.*

Amiculum 27, 4. Reginæ (*dona tulere*) pallam pictam cum amiculo purpureo. Matrem familiæ tuam purpureum amiculum habere non sines? 34, 7.

Amicus 7, 30. Quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt. Socio atque amico regi 37, 54. *Sciendum autem est, socium plus esse, quam amicum. Etenim, qui socius erat, idem erat amicus; sed non omnis amicus erat socius, qui habebatur singularis honos, non ille omnibus attributus.* Eique (*Antigono*) ea fides, nequaquam amicum Persea, inimicissimum fecerat 40, 54. Quam gravis aut amicus aut inimicus pop. Rom. esset 45, 8.

Amittere 7, 13. Ad Alliam fusæ legiones, eamdem, quam per pavorem amiserant patriam, profectæ postea ab Veiis, virtute recuperavere. *cf.* 9, 12. Non reliquisse victores, sed amisisse victi patriam videbimur 5, 53. Si exercitum amisisset 8, 33. *i. e. infelicissime pugnasset. conf.* 3, 30. Ne tanta ex oculis manibusque amitteretur præda 30, 24. *conf.* 29, 31. *Præcipue vero* 31, 18. *Ubi simpliciter dictum est:* hominum prædam omnem amisit: *eodem sensu; neque enim jam facta erat.* Vid. *Omittere.* Amissa (*incendio*) restituit opera 5, 7. *Reddidere* igitur patriam, et victoriam, et antiquum belli decus *amissum* 5, 51. *pleonasmus scriptoribus brevitatis vel amantissimis usitatus.* Masinissam saucium prope e manibus inter tumultum amisit 29, 32. Amissa omni de se potestate 27, 3.

Amnis 1, 4. Nec adiri usquam ad justi cursum poterat amnis. *Opponitur* effuso lenibus stagnis. Vid. *Stagnum.* Amnis navium patiens 21, 31. Inflati amnes (*ab continuis imbribus*) tenebant 40, 33. Flumen Allia — Tiberino amni miscetur 5, 37. Ostium amnis 44, 45. Navem eamdem secundo amni Scodram demisit 44, 31.

Amœnior cultus 4, 44. (*Vitio datus Virgini Vestali.*) Vid. *Cultus.*

Amœnitas 23, 4. Illecebræ omnis amœnitatis maritimæ terrestrisque. (*De cultu ac victu*).

Amoliri 25, 36. Quum amolita objecta onera armatis dedissent viam. Amolior et amoveo nomen meum 28, 28.

Amor 9, 18. Quid, si vini amor indies fieret acrior?

Amovere 5, 51. Sacra in ruina rerum nostrarum alia terræ celavimus, alia, avecta in finitimas urbes amovimus ab hostium oculis. Vid. *Incommode.* Quantum e cœtu congressuque impotentium dominorum se amovissent 3, 38. Non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere possit 5, 6. Melius visum, bellum ipsum amoveri 5, 35. Amotus terror 6, 16.

Amplecti 25, 32. Totius simul Hispaniæ amplecti bellum. Campi quoque partem, ubi eques tenderet, amplectebantur 44, 5. *Conf.* 21, 31. Montes — muroque insuper amplexi 41, 18. Amplexus regni nomen 9, 34. *i. e. urgens r. n. et affectans regnum.* Perseo regium nomen omni vi amplectente 45, 4. *i. e. retinente.* Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis 3, 52. Quà terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur 45, 9. *cf. cap.* 29. Casus — trepidantes alios — saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos, trucidat 5, 47.

Amplexus 36, 17. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare Rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit etc. — *Virgil. Æn.* 1, 287. *Imperium Oceano, famam qui terminet astris.*

Ampliare reum 44, 4. *i. e. judicium ejus differre.* Bis ampliatus tertio absolutus est reus 43, 2. *cf.* 4, 44.

Amplissimi ludi 2, 27. *Alias: apparatissimi, magnifici.* Amplissima vestis 27, 51. (*De matronis in gratulatione.*)

Amplitudo 39, 48. Quæ augendæ amplitudinis ejus caussa facta erant. (*De Demetrio legato.*) Amplitudo urbis (*Capuæ*) 7, 30.

Amplius 1, 18. centum amplius post annos. Duas amplius horas 25, 19. Pugnatum amplius duabus horis 27, 12. Paullo amplius integræ naves 37, 24. Ubi quinque millium armatorum, non amplius, relictum erat præsidium 40, 31. Vid. *Plus.* Negabant unam cellam amplius, quam uni deo rite dedicari 27, 25.

Amplus 5, 16. Amplum donum. *i. q. magnificum.* Auctiorem ampelioremque esse (*majestatem*) 4, 2. Sacrificium amplius solito apparari jussit 45, 28. Porsena, tum regem esse Romæ, tum Etruscæ gentis regem, amplum Tuscis ratus 2, 9. *i. e. honorificum.* Habitumque formamque viri aliquantum ampliorem augustioremve intuens 1, 7. Quibus (*præmiis*) ampliora homines ne a diis quidem immortalibus optare solent 21, 43. Donaque amplissima, cum sella curuli et eburneo scipione 42, 14.

An *sine prægresso* utrum 4, 55. Consules ambo profecti sint, — an alter ad comitia habenda substiterit, incertum diversi auctores faciunt.

ANCEPS 37, 11. tela ancipitia *i. e. ab utraque parte missa.* Agitatio anceps telorum armorumque 1, 25. In eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant hastas 30, 33. *Illud* utrimque *pleonastice additum est.* Ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent, alia in urbem — versa, aliis frons in Etruriam spectans 5, 1. Anceps acies 5, 41. Anceps Mars 7, 29. 21, 1. Anceps prœlium 2, 62. Animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti 1, 28. Anceps odium 27, 17. *Scil. transfugarum, i. e. contractum tam apud eos, ad quos accesserant, quam apud illos, quos deseruerant.* Anceps sententia 21, 3. Anceps oraculum 9, 3.

ANCILIA 1, 20. Cœlestiaque arma, quæ ancilia appellantur.

ANDROGYNUS. Vid. *Duplicare.*

ANFRACTUS 44, 4. Levis armatura etiam per anfractus jugi procurrere.

ANGERE 21, 1. Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissæ. Vid. *Mœrere.* Hæc — quum indignitate angerent consulis animum 2, 7. Neque ipsos modo, sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat 29, 1.

ANGOR 5, 48. Quorum intolerantissima gens humorique ac frigori assueta, quum æstu et angore vexata etc. *h. e. Æstu angorem ac prope suffocationem efficiente.*

ANGUIS. Vid. *Jubatus.*

ANGULUS 29, 5. Si Pœnus sub angulo Alpium quietus se contineat.

ANGUSTIÆ 28, 1. Impediebant autem et asperitates viarum, et angustiæ saltibus crebris — inclusæ. Nullis neque temporis neque juris inclusum (*Hannibalem*) angustiis 24, 8.

ANIMA 21, 58. Quum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret. Ubi fervore atque æstu anima interclusa — exspirarent 23, 7.

ANIMADVERSIO 21, 18. Nostra — hæc quæstio atque animadversio in civem nostrum est.

ANIMADVERTERE *Præfat.* Utcumque animadversa aut existimata erunt. Se patrio jure in filium animadversurum fuisse 1, 26. Juratus senatus decerneret, qui eam rem quæreret animadverteretque 42, 21. Si senatus, — quid in prætura juraverit P. Licinius, animadvertendum esse censeat 42, 32.

ANIMAL 9, 14. Cædunt — servos, liberos, puberes, impuberes, homines jumentaque nec ullum superfuisset animal, ni etc.

ANIMARE 29, 17. Quemadmodum Locrenses in vos animati sint.

ANIMUS 27, 17. Corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. *cf.* 1, 58. 7, 12. 9, 9. Quibus fors corpora dedisset, darent animos 1, 9. Vitruvio nec — sana constare mens, nec, ut longius a castris dimicaret, animus suppetere 8, 19. Quum consuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria, animo esset 29, 36. *i. e. animum adderet, spem augeret.* Quum animi eis accessissent 44, 29. Prædonum magis, quam hostium animi inventi 7, 27. Quid eam vocem animorum non plebi Romanæ, sed Volscis — allaturam? 4, 2. Etruriæ animi 5, 5. *Conf.* 25, 8. 27, 20. Animos ad spem certaminis facere 37, 37. Quamvis suspectos infensosque inter se jungebant animos 2, 39. Ne alibi, quam in armis, animum haberent 10, 20. Juvenis ardentis animi 1, 46. Ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua 1, 56. Vetustas res scribenti — antiquus fit animus 43, 13. Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor 1, 18. gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit 22, 29. Nec ad mortem minus animi est, quam ad cædem 2, 12. Bello finem se auctoritate sua impositurос esse; itaque ipsi quoque reges æquos adhiberent animos ad pacem accipiendam 44, 29. Animos ad non parendum addebat 41, 10. *Conf.* 42, 50. Vid. *Fiducia.* Uno animo vivere Macedonum et Illyriorum regem 42, 26. Nulli civilis animus neque legum, neque libertatis æquæ patiens 45, 32. Neque bello eum invadere animo (*scil. in*) habuit 44, 25. Vid. *Habere.* Vid. in vv. *accendere, altus, bonus, distendere, gerere, pendere, præsagire, regalis, regius, reparare, specimen, stupere, suspensus.*

ANNALES 4. 34. Quidam annales retulere. In annales referri 43, 13. Omnes prope annales Fabium dictatorem — rem gessisse tradunt 22, 31. Huic pugnæ equestri rem — mirabilem certe adjiciunt quidam annales 23, 47.

ANNECTERE 21, 28. Resolutis, quibus leviter annexa (*ratis*) erat, vinculis.

ANNITI 27, 14. Pœnis ad obtinendum hesternum decus annitentibus. Et se id anniti, ut etc. 22, 58. Patres — non temere pro ullo æque annisi sunt 2, 61 Certantem secum ipsum annisurum, ut etc. 6, 6. *Conf.* 1, 9. Debellatumque mox fore, si anniti paullulum voluissent 23, 13. *Conf.* 21, 8. 35, 5. Si porro annitantur 6, 35. Metello maxime annitente 30, 27.

ANNIVERSARIA arma 4, 45, *i. e. bella quotannis instaurari solita.*

ANNONA 7, 31. Urbs maxima — uberrimus ager marique propinquus, ad varietates annonæ horreum populi R. fore videbatur. Nihil mutavit annona 5, 12. *i. e. pretium frumenti non mutatum est. Hæc dicitur* 2, 34. Annona vetus. Conditiones laxandi annonam *ibid. et cap.* 52. Laxior annona *dicitur.* Vid. *Levare* it. *exardescere.* Nullum momentum annonæ fecisset 4, 12. Utantur annona, quam furore suo fecere 2, 34. Vectigal etiam novum ex

salaria annona statuerunt 29, 37. *Ex quo loco intelligitur, licet* annona *de pretio frumenti præcipue dicta sit, ut ipsum frumentum adeo illa voce indicari cœpisset; eamdem tamen subinde primo significatu adhiberi consuevisse. Huc pertinet locus* 35, 44. *In quo diserte, præter copiam frumenti,* annona tolerabilis rerum aliarum *nominatur.* Præcesse annonæ 2, 27.

Annuere 7, 30. Annuite — nutum numenque vestrum invictum Campanis. Annuentibus ac vocantibus suis, favore multorum addito animo (*e palude*) evadit 1, 12.

Annulus 1, 11. Gemmati magna specie annuli. Annulis aureis positis 43, 16. *Conf.* 9, 7.

Annunciare 24, 10. Miranda et prodigiosa, quo magis creduntur, eo plura annunciantur.

Annus 3, 6. Agebatur anni principium Kalendis Sextilibus. Vid. *Solidus.* Annibal, annorum ferme novem 21, 1. Observando tempore anni 5, 6. Non pugnandum cum infesto tempore anni 43, 22. Et jam anno in magistratu erat 25, 16. Tres in anno stati dies 39, 13. Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt 2, 7. Quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum, in Capitolio numeratis 6, 41. (*De tribb. plebis.*) Annus circumactus 6, 1. *De magistratus extraordinarii munere, quod, dum annus civilis exisset, nec vero ab ejus principio, administratum erat.* Circumegit se annus 9, 18. Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri cœptæ sunt 10, 7. Sollicitus annus prodigiis 10, 31. Multiplici clade fœdatus annus 3, 32. Annus imbellis 10, 1. *Omnino sciendum est, de annis a Livio, tamquam personis, poëtico more, omnia dici. Sic funestus annus, tristis etc. sæpius occurrit.*

Annuus 40, 46. Vectigal annuum decretum est. *int. de omnibus ejus anni vectigalibus.* Dimidium ex vectigalibus ejus anni tribuitur 44, 16. Annua æra habes, annuam operam ede 5, 4. Bis, quæ annua merebant legiones, stipendia feci 42, 34. Viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo *ibid.*

Anquirere de perduellione 6, 20. *i. e. diligenter quærere, inquirere, percunctari, quæ est propria hujus verbi significatio.* [Vid. *Diligentissimus Otho in Gifan. Observ. L. L. p.* 32. *s.*] Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse 8, 33. Quam capitis anquisissent 2, 52. *Conf.* 26. 3. Quum tribunus bis pecunia anquisisset 26, 3.

Ante rem 9, 40. *i. e. prœlium commissum.* Ante signa circaque 9, 32. Velut si ante Romana mœnia pugnemus 21, 41. Ante præoccupare 31, 20. *Sic cap.* 32. Prius præcipere. Ante annis octo 40, 52. *Ibi Drakenborchius* annos *vel* annis ante octo *legi vult. Sane hoc usitatius. Sed nihil tamen impedit, quo minus* ante *præponatur. Ita* post paucis diebus *est* 2, 31. *it.* 40, 57. *Similiter* caussa ignominiæ *pro* ignominiæ caussa, *ergo.* 40, 41. *Ratio ducta est e Græco sermone. Xenophon quidem, Memorab. Socr.* 4, 7. *Dixit* ἡμέρᾳ πρόσθεν. *Idem in Hierone* [11, 10.], *nisi me omnia fallunt,* ἡμέρᾳ ἀσφαλείας. Anno jam ante 3, 51. Si quando umquam ante alias, tum etc. Vid. *in v. Adverbia.* Comitia in ante diem tertium, Nonas Sextiles, Latinos in ante diem tertium Idus Sextiles edixit 41, 16. Tanto ante alios miserandi magis, qui umquam obsessi sunt, quod etc. 5, 42. *Conf.* 41, 28. Ne proderent patriam tyranni *ante* satellitibus, et *tum* corruptoribus exercitus 24, 32. *i. q. olim.* Peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta disposuit 21, 5. *i. q. in anteriore parte. conf.* 28, 33.

Antecedere 2, 6. Valerius quadrato agmine peditem ducit; Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. Antecedente fama 5, 37.

Anteconvectum 5, 26. Quum frumentum copiæque aliæ ex anteconvecto — suppeterent.

Antefacta 37, 53. Vos modo id decere, et conveniens esse antefactis, dicent.

Antefixa 26, 23. Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decussaque a Victorias, quæ in antefixis erant, hæsit, *i. e. statuæ deorum ad marginem templorum in fastigiis positæ.* Jam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes mirantesque et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes 34, 4.

Anteidea 22, 10. Si anteidea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, eo populus solutus liber esto. *In formula rogationis: in alia orationis forma hoc verbum non magis occurrerit, quam* clepere, *quod in eadem hac formula legitur.*

Anteire 38, 51. Si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus vestris *anteistis,* ego vestros honores rebus gerendis *præcessi. i. e. leges annales in me neglexistis.* Ubi, anteire primores civitatis, vident 1, 59.

Antepilani 8, 8. Hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur.

Antesignanus 27, 18. In eos velites, antesignanique et qui primi agminis erant. *Hic distingui videntur antesignani ab his, qui primi agminis erant: quod secus videtur Cel. Strothio ad* 22, 5.

Anteveniré 42, 66. Consul anteveniens extemplo prœlium conservit.

Antiquitus 9, 29. Jam inde antiquitus.

Antiquare 22, 30. Plebeiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo abrogoque. Imperiosum du-

cem et malignum antiquando rogationem, quæ de triumpho ejus ferretur, ulciscerentur 45, 35. *conf.* 6, 39. *it.* 40. Profertur tempus ferundæ legis, quam, si subjecta invidiæ esset, antiquari apparebat 4, 58. *conf.* 5, 30. *it.* 55.

Antiquus 8, 68. Patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere. Mihi vetustas res scribenti — nescio quo pacto antiquus fit animus 43, 13. Antiqua patria 8, 58. Ad ea facienda (*se, Antiochum*) in antiquum venisse 33, 14. *Gronovius et alii hunc locum corruptum esse dicunt. Ille sic legendum putat:* ad ea redigenda in antiquum jus venisse. *Enimvero* ad ea facienda *genuinam lectionem esse, mihi quidem tota oratio regis clamare videtur, in qua, manifeste data opera, urbum* faciendi *sæpe repetitum est: in eaque repetitione sane mira elegantia est agnoscenda. Deinde* antiquum, *substantive acceptum, cum* venisse *conjungatur, intellecto* solo, dominio etc. *Hoc non solum dictioni Livianæ non repugnat, (nemo enim ignorat,* pacatum, hosticum *Livio dici pro agro, solo etc.) verum etiam ipso ejus usu confirmatur. Namque* 5, 33. *Ult.* ex antiquo *etiam absolute dicitur, subintellecto* angulo, sinu, loco, solo patrio etc. *Sensus ergo hic est. Romanis inquirentibus et, quid mihi* faciendum *esset, et quid ego in Asia* facerem, *quæ jure belli Seleuci* facta *erant, sed postea a majoribus meis neglecta, ad ea* facienda, *nec negligenda, et usurpatoribus eripienda,* in antiquum (*scil. dominium*) veni. *Ita sensus hujus loci non emendati ille ipse est, salva quidem latinitate, qui per emendationem Gronovianum ei inferebatur.* His parantibus antiqua fœderum ordiri, meritaque in populum Rom. etc. 36, 27. *i. e. initium facientibus a mentione antiquorum fœderum etc.* Tanta utilitate fides antiquior fuit 7, 31. *i. e. carior.* Id antiquius consuli fuit 8, 10. Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquius in rep. patrum majestate fuisse 6, 40. *conf. Virgil. Æn.* 7, 708. Longeque antiquissimum ratus 1, 32. *h. e. quod maxime curæ cordique est. conf.* 9, 31.

Antistes 9, 34. Quod antiquissimum sollemne — ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad servorum ministerium religiosus censor deduxisti. *conf.* 1, 7. Assiduæ templi antistites 1, 20.

Anxius vicem suam 8, 35. Vid. *Sollicitus.* — gloria ejus 25, 40. — invidia 9, 46. — inopiæ 21, 48. — curis 21, 2. Anxiæ curæ 1, 56. Anxius desiderio filii 40, 54.

Aperire 1, 8. Locum asylum aperire, *i. e. ut sit asylum.* Fundamenta templi aperire 1, 55. *h. e. terram effodere ad fundamentum jaciendum.* Ne, ignorando regem, semet ipse aperiret (*Mucius*), quis esset 2, 12. *f.*, quis esset, *est glossema.* [*Non puto. Immo est græcismus: qualia illa,* scis me, ni sim etc.] occasionem aperuere ad invadendum 4, 53. *conf.* 9, 27. Quum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem 22, 6. *conf.* 26, 17. *it.* 29, 27. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 155. *I. q. ostendere. Sic Virgil. Æn.* 1, 107. *Terram inter fluctus aperit.* Ubi lux fugam hostium aperuit 27, 2. Si qui motus occasionem aperiret 9, 27. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat 26, 10. Quum jam appropinquantium forma, lemborum, directæque in se proræ, hostes appropinquare aperuissent 44, 28. Qui, Europa omni domita, transgressi in Asiam incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum 42, 52. Præmissis, qui repurgarent iter — præsidio esse saltum aperientibus jubet 44, 4.

Aperte ac propalam claves portarum reposcunt 24, 38. Quum Fidenæ aperte descissent 1, 27.

Apertus 30, 26. Italia aperta. (*de importatione frumenti.*) Ipse eodem aperto itinere per medios montes duxit 31, 2. Luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus 21, 32. Apertæ naves ad tuendos maritimos agros comparatæ 31, 22. Naves leviores apertæ 32, 21. *i. e. speculatoriæ. Oppos.* tectæ *et* constratæ. Vid. *Infra. in v.* navis. Quo apertior aditus ad mœnia esset, omnia ædificia — circumjecta muris incendit 9, 28. Peloponnesus — nulli apertior et opportunior, quam navali bello 32, 21. Via patens apertaque 9, 2. Corpora aperta jaculo 25, 16. Castra locis apertis posuit 34, 46. *alibi:* in aperto 22, 4. *conf.* 43, 18. Apertos circa campos ad dimicandum esse 38, 41. Quid rem parvam et apertam magnam et suspectam facimus? 41, 24. Aperti clamores 2, 27.

Apex 6, 41. Cuilibet apicem dialem imponamus. Vid. *Ruben. Elect.* 2, 25.

Apis 4, 33. Fumone victi — velut examen apum, loco vestro exacti, inermi cedetis hosti.

Apisci 4, 3. Si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris, stare urbs hæc non poterit. Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

Apocleti. Vid. *Delectus.*

Apparare 6, 21. Apparatum eo anno bellum est. Ad hostes bellum apparatur 7, 7. Bellum armaque vi summa apparari jubent; si quo intentius possit, quam T. Quinctio consule apparatum sit 4, 1.

Apparate ludi facti 31, 4.

Apparatus supplicii 28, 29. Dimissus auxiliorum apparatus 9, 7. Nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat 9, 29. *conf.* 10, 38. Oneratum fortunæ apparatibus suæ (*Darium*) 9, 17. Macedonas (*arma habere*) prompta ex regio apparatu etc. 42, 52. Apparatus oppugnandarum urbium 5, 5. Ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum 21, 7.

Apparere 4, 60. Consilium *specie prima* melius fuisse, quam usu *appariturum.* Simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset 25, 28. Quum appareret ædi-

libus 9, 46. *Sermo est de eo, qui scriptum fecerat, s. scriba. Dicuntur autem ministri* apparere *magistratibus, atque inter eos etiam scribæ sunt referendi.* Collegis novem singuli accensi apparebant 3, 33. Et apparebat (*imminebat*) atrox cum plebe certamen 2, 28. Apparuit causa plebi 2, 30. *i. q. manifesta erat.*

Apparator 1, 8. *Generis nomen, quo lictores etiam comprehenduntur.* Apparitores ludi 44, 9. *Haud dubie cum viris doctis legendum* ludi apparatiores. *i. e. magnificentiores.*

Appellare 1, 40. Quum regem appellarent. *i. e. adr. provocarent.* Tribunos pl. appello et provoco ad populum 8, 33. *conf.* 2, 19. 9, 26. 26, 3. 27, 8. 42, 32. Quis vos appellare potest? 9, 9. *i. e. ut debitores.* quid ego te appello, qui te captum victori — restituis? Populum Romanum appello 9, 11. *conf. c.* 34. Flebiliter nomine sponsum mortuum appellat 1, 26. Non necquidquam isti, unum Demetrium filium te habere, (*scil.* dicunt *ex sq.* appellant) me subditum et ex pellice genitum appellant 40, 9.

Appellatio provocatioque 3, 56. In præsidia adversariorum, appellationem et tribunicium auxilium, patricii confugerunt 9, 26. Appellatio collegæ (*decemviri*) 3, 36.

Appellere 8, 3. In Italiam classem appulisse constat. *it.* 28, 42. *conf.* 42, 18. *Etiam* classe appellere *defendit Gronovius ad* 30, 10. Classis Octavii Samothracam est appulsa 45, 5. Naves ita appulsæ ad muros, ut pro aggere ac pontibus præbere ascensus possent 30, 10. *conf.* 44, 44.

Appendix Etrusci belli 9, 41. Vid. *Accessio.* Quæ ipsa propinquitate regionis velut appendices majoris muneris essent 39, 27. Carpetanorum, cum appendicibus Olcadum — centum millia fuere 21, 5.

Appetere 1, 8. Munitionibus alia atque alia appetendo loca. *i. e. occupare ædificandi, ampliandi caussa.* Veios fata appetebant 5, 19. *i. e. terrebant s. manebant, scil. adversa.* Quum jam id tempus anni appeteret 34, 13. *cf.* 22, 1. 10, 21. 29, 10. Consularia comitia appetebant 41, 28. Nox jam appetebat 8, 38. *conf.* 5, 44. 10, 42. Velle eum vobis amicum esse, qui vos appeteret 7, 30.

Applicare fortunæ consilia 32, 21. Leucas — colli applicata verso in orientem 33, 17. Cornelius eidem flumini castra applicuit 32, 30. Romani sinistrum (*cornu*) ad oppidum applicarent 27, 2. Per stabilem ratem — acti in minorem applicatam transgressi sunt 21, 28. Dum corporibus applicantur armaque armis jungunt 28, 27. Quocunque littore applicuisse naves hostium audissent 44, 32.

Apponere 37, 4. Scalæ appositæ. Statio, quæ portæ apposita erat 34, 5. Moderatorem et magistrum consulibus appositum 2. 18. (*dictatorem*). Ut Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem 1, 7.

Approperare 4, 9. Cœptumque opus adeo approperatum est. Quæ (*res*) summa ope approperata erat, ne impediri posset 26, 15. *conf.* 27, 25.

Appropinquare 40, 58. Nequidquam ad juga montium appropinquantes.

Aprici colles 21, 37. *Oppos.* prærupti montes.

Aptare 9, 31. Ut quisque se aptaverat armis. Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus 22, 5. *conf.* 5, 49.

Aptatus 21, 27. Paratas aptatasque habebat pedes lintres.

Apte 22, 1. Numidas partim in insidiis (et pleræque cavæ sunt viæ sinusque occulti) quacumque apte poterat, disposuit. *Nisi legendum* arte *s.* arcte. Capiti apte (*pileum*) reponit 1, 34. (*aquila.*)

Aptus 10, 25. Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat etc. *i. e. forti ac laudis cupido.* [*immo* apto paratoque ad expeditionem.] In quod genus pugnæ minime apti sunt 38, 21. Quâ aptissimum ad loci naturam erat 44, 3. Lenibus remediis aptior 2, 23. (*consul.*) Apta dies sacrificio 1, 45.

Apud 41, 9. Prætor — qui esset apud forum. [*Hæc si manus Livii est,* apud *pro* in *ponitur.* Vid. *Ind. ad Terrent, v. apud. Imitati sunt in hoc Latini Græcos, Sophocl. Trachin.* 371. πρὸς μέσῃ ἀγορᾷ *pro quo mox* 423. ἐν μέσῃ ἀγορᾷ. *Sic ibid.* 524. τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ.] Seditio militum cœpta apud Sucronem 28, 29. (*urbs Hispan.*) Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum 8, 8. *pr. a.* Apud præoccupatos Locrensium clade animos nullum misericordiæ locum habuerunt 29, 22.

Aqua levata vento, quum super gelida montium juga concreta esset, tantum nivosæ grandinis dejecit, etc. 21, 58. Aquæ cælestes 4, 30. *Conf.* 5, 15. Multis et aliis auctum aquis (*flumen*) 44, 31. *i. e. rivis et fontibus.* Aquarum magnitudo 30, 26. Prope rivos aquarum 5, 44. Aqua *in formula deditionis; vid.* 9, 9. Vid. *Abscindere, Adducere,* Tiberis.

Aquari 44, 40. Flumen erat haud magnum propius hostium castris, ex quo et Macedones et Romani aquabantur.

Aquatio 30, 29. Castra longinquæ aquationis. Amnem — qui — aquationem Istris præbebat, — avertit 41, 11. Provisa aquatio 44, 39.

Aquilo 36, 42. Ubi primum aquilones cecidere. Aquilone in septemtrionem verso 37, 12.

Aræ *et* Altaria *promiscue dicuntur* 10, 38. Quam — aram — maximam vocet tuoque ritu colat 1, 7. Ara condita atque dicata *ibid.* Ara sacrata 40, 22.

Arare 43, 6. Quamquam sterilem

tertiam arent, ipsosque etiam agrestes peregrino frumento alerent etc.

ARATRUM 42, 2. Quâ induceretur aratrum.

ARBITER 27, 28. Sine arbitro agere. *i. e. suo arbitratu.* Arbitros ejicit 1, 41. Interpres arbiterque concordiæ civium 2, 33.

ARBITRIUM salis vendendi 2, 9. *i. e. merces vel pecunia vectigalis, quam socii solvebant reipublicæ ob jus monopolii, vel vendendi per ipsos solos.* Arbitria agere 24, 45. Vid. *Gronov. Obs.* 4. *p.* 175. In arbitrium crudele ac superbum venire 30, 12. Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum 32, 37. In senatus arbitrio se fuisse, et in potestate populi futurum 10, 24. Prætores consuli in eligendo arbitrium fecerunt 43, 15. Liberum arbitrium 4, 43. Pro *suffragio.* Qui se arbitrio vestro eximat 6, 41. *(electioni.)* Ipsum nullum, præterquam suæ libidinis arbitrio, finem facturum 42, 23. Arbitria fortunæ 10, 24. *de sorte.*

ARBOR 24, 3. Lucus ibi, frequenti silva et proceris *abietis arboribus* septus. *Sic* 1, 24. Herba graminis *dicitur; sic Sueton. Oct.* 94. Arbor palmæ. Arbor infelix 1, 26. *Scil. e qua nocens suspendatur, aut ipsa crux; nisi malis ad distinctionem veterum, in felices et infelices arbores, per se sic dictas respicere.*

ARCA 40, 29. In altera *(arca)* Numam Pomp. sepultum esse.

ARCANUS 23, 22. Si quid unquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit.

ARCERE 10, 23. Virginiam — matronæ — sacris arcuerant. De arcendis aditu finium regibus Macedonum 42, 6. Arceamus transitum hostis 26, 41. *Pro transitu hostes, ut et emendarunt nonnulli. Falso.* Transitus hostis *significat hostes transeuntes. Sic* fuga *pro fugientibus Livio dicitur.* Vid. *Infra in h. v. Ad eundem modum Cicero Epp. Div.* 6, 20. Cur adventibus te offeras *pro adventantibus.* Ad arcendos commeatus præsidii Romani 26, 20. Quod eos neque portæ neque muri hostium arcuerant 8, 29. *i. e. non deterruerant, quin expugnarent.*

ARCESSERE 32, 32. Factio arcessit Romanos. *i. e. effecit seditione sua, ut Romani ad se opprimendam accurrerent.* Arcessere quietem silentio 21, 4. *It.* molli strato *ibid.*

ARCHIPIRATA 37, 11.

ARCTATUS 45, 36. In præmiis, in honoribus omnia arctata.

ARCTUS 39, 32. Quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat, arctior petitio quatuor petentibus erat. *i. e. minori cum spe.* Arcti commeatus 2, 34. Ne in arcto res esset 26, 17. Multiplicatis in arcto ordinibus 2, 50. Cæduntur in portis suomet ipsi agmine in arcto hærentes 34, 15. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 879. *sq.* Id. *Custodire,*

ARCUATUS currus 1, 21. *i. q. adopertus tectus.*

ARCUS solem tenui linea amplexus est 30, 2. Arcus interdiu sereno cælo super ædem Saturni in foro Romano intentus 41, 21.

ARDERE 26, 27. *De incendio pluribus simul locis circa forum orto.* Præneste ardentes lapides cœlo decidisse 22, 1. *i. q. candentes.* Ardentibus siti faucibus 44, 38. *It.* arere *dicitur.* Ardens amore, 3, 44. Ardere cupiditate ulciscendi 29, 6. Ardens animus 1. 46. In civitate ira odioque ardente 9, 10. Quum — cuncta bello arderent 26, 13. Hispaniam arsuram bello 28, 24. Ardere bello Africam 28, 44. Quieto exercitu pacatum agrum, qui paullo ante ingenti tumultu arserat, peragravit 43, 4. Conticescit *furor,* quo nunc omnia *ardent* 2, 29. *Non exacta satis allegoria. Debebat esse* strepunt *aut simile quid.* Anni principia statim seditione ingenti arsere 6, 31. Oculos sibi Romanorum ardere visos, 7, 33. Servio Tullio — caput arsisse ferunt 1, 39. Vid. *Amburere.* Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis 21, 10.

ARDOR 6, 13. Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. Forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque adversus — regem — inventurum 1, 53. Tantus fuit ardor armorum, adeo intentus pugnæ animus etc. 22, 5. Et militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum scalis succedere ad muros vellent 8, 16.

ARDUUS 8, 16. Quia id arduum factu erat. Altitudo loci et munimenta defenderunt, quæ nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili ascensu, poterant 25, 13.

AREA libera a ceteris religionibus 1, 55. *h. e. in qua nullum aliud templum sacratum est.*

[ARERE. Vid. *Ardere.*]

ARGENTARIÆ *scil. tabernæ* 9, 40. Domini argentariarum. *Conf.* 40, 51.

ARGENTARII 7, 12. *Iidem qui mensarii h. e. qui privatim rem nummariam tractabant, pecunia permutanda, vendenda, usuris locanda etc. Sed alia ratio est* mensariorum, *qui vel triumviri vel quinqueviri vocabantur. Hi utique argentariis honestiores erant, quum, velut extraordinarii magistratus, pecuniæ publicæ curam haberent.* Vide *Dukerum ad illum locum, ubi quinqueviri ex hoc genere nominantur.*

ARGENTATUS 9, 40. Argentatis *(militibus)* linteæ candidæ. *Sic dicebantur præcipue a clipeis argento insignibus.*

ARGENTEUS 10, 39. Auream olim atque argenteam Samnitium aciem — occidione occisam. *Præcedunt hæc verba:* et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum etc.

ARGENTUM infectum 34, 10. *Conf.* 36, 40. Argentum factum signatumque 26, 47. Argenti — pondo — signati argenti numerus 28, 38. Argentum Oscense 34, 10. *Nummi*

Oscæ urbis Hispaniensis. Conf. 40, 43. *Ubi* (auri) *signati Oscensis nummi memorantur.* Argentum Illyrium 45, 43. *Nummi in Illyrico cusi.* Argentum bigatum 33, 37. *Nummi bigis insignes.* Decem talentis argenti acceptis 22, 31. *Conf.* 44, 23. *Virgil. Æn.* 5, 112. Vid. *Talentum.* Nihil inter se et argento parata mancipia interesse 41, 6.

ARGUERE 1, 28. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum est. Quem aliquanto ante desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius 9, 46. Si coram eum arguere *(accusare)* vellent 43, 5.

ARGUMENTARI 39, 36. Nec, jure, an injuria cæsi sint, argumentari refert. *i. e. inquirere, constituere.*

ARGUMENTUM 7, 2. Qui *(Livius)* ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere. *i. e. cœpit scribere carmina in scenis agenda, quæ uno argumento tota constarent, inter seque partibus omnibus cohærerent, non varias res, ut saturæ, miscerent.* Vide *B. Patruum ad Cicer. Or. pro Cœlio cap.* 27. Vid. *Serere.* Fabulam apud ipsum auctorem argumenti peragit 3, 44. *i. e. rem narrat ex fictione auctoris.* Quod etsi jure non fiat — tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto ædilem 3, 55. *Pronum fuerit* argumento *legere*; *sed hujus quoque constructionis plura exempla collegit Drakenborch. ad* 24, 8. Literæ — ad senatum missæ — argumentum fuere, minime cum eo *(dictatore)* communicantis laudes 8, 30. *Conf.* 5, 47. Argumento sit clades Romana 5, 44. *Conf.* 39, 51.

ARMA 1, 25. Ubi primo statim concursu increpuere *arma*, micantesque fulsere *gladii* etc. *Sub illis intelligenda est species armorum ea, quæ ad tegendum corpus pertinet*; Vid. 1, 43; *sub his tela, quæ alibi* 1, 44. *It.* 30, 11. *Ab armis distinguuntur. Clarissimus eam in rem locus est* 45, 39. *Ubi arma* detracta corporibus hostium *dicuntur: quæ sunt, uno verbo, spolia. Conf.* 30, 31. Tunc Mamertinorum periculum et nunc Sagunti excidium nobis justa ac pia *induerunt arma.* Vid. *in v.* aptare. *Denique* arma cælestia *dicuntur ancilia* 1, 20. *Sunt clipei.* Vid. *Ancilia.* — *Porro* 8, 20. *Congesta hostilia* arma concremata esse *narrantur. Hi autem sunt clipei e* crate *lignea, vimine, corio confecti, cui crati deinde æs inducebatur. Conf.* 1, 37. *Ubi fluitantia arma (in flumine) memorantur.* Vide *Ill. Heynium ad Virgil. Æn.* 1, 118. Nec sine armorum sonitu 33, 45. Armorum habitus 22, 18. *Conf.* 24, 30. Agitatio anceps telorum armorumque 1, 25. Arma viris in arma natis auferre 9, 9. Arma virosque ad bella pollicentes 8, 25. Per arma, per viros late stragem dedere 8, 30. Si viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? 3, 67. *Conf.* 30, 30. Trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere 2, 10. Arma curare et tergere 26, 51. Arma aptare 5, 49. Nos — vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, et nostro supplicio liberemus Romana arma 9, 9. *i. e. exercitum Romanum.* Nulla usquam apparuerunt arma 41, 12. *i. q. armati.* Vid. *Ardor.* Auxiliis levium armorum — hostem cohibendum 22, 3. *(armatorum.)* Legiones in armis decurrerunt 35, 35. *i. e. armatæ.* [*Sic Græci* ἐν ὅπλοις *pro* ἔνοπλοι.] Quæ *(Sophonisba)* regem nobis socium alienasse, atque in arma egisse præcipitem dicatur 30, 14. Ab externis armis otium fuit 3, 14. Arma deos prius, quam homines violatura, adversus Samnites vobis negamus 7, 31. *i. q. auxilium, armatum.* Romana arma movebantur 21, 5. Adversus Samnites — mota arma 7, 29. Nec erat ea tempestate gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent 9, 29. Arpini repente pro Romanis adversus Karthaginiensem arma verterunt 24, 47. *Conf.* 9, 16. Æquorum jam velut anniversariis armis assuerat civitas 4, 45. *i. e. quotannis Æquico bello* a. c. *Omnino hanc ob caussam arma dicuntur pro* bello, *quia olim perpetuus miles non fuit, nec arma prius, quam sub initium belli sumebantur, tractabantur, etc. Itaque* pace — armis *sibi opponuntur* 5, 35. Neque in eum agrum — hostilia arma inferrent 7, 31. Velut si servos vestros arma repente contra vos ferentes 21, 41. Prohiberi extra fines efferre arma 42, 23. Ut adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello. *Ibid.* Justum est bellum — quibus necessarium; et pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes 9, 1. Arma cuncti spectant et bellum 9, 10. Omnes Etruriæ populi — ad arma ierant 9, 32. *Conf.* 42, 2. *Sic Cicero* ad saga ire *dixit.* Arma primo quoque tempore fieri in ea gente 42, 8. *Forte legendum:* arma quoque imperare fieri in ea gente. *Nimirum, quia non indigna illa gens, partim tutela benigna, partim fiducia facili videretur.* Arma ad cœlum tollens *(Romulus)*, Jupiter, tuis, inquit, etc. 1, 12. *Alias manus tolli a precantibus dicuntur.* Arma his imperata, galea, clipeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære 1, 43. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 734. Versicolori veste pictisque et auro cælatis refulgens armis 7, 10. Vid. *Refulgere.*

ARMAMENTA tollere 21, 49. Demere *ibid. i. q. fundere.*

ARMAMENTARIUM 42, 12. Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congessisse. [Vid. *Artifex.*]

ARMARE 9, 35. Quibus *(saxis)* eos affatim locus ipse armabat. Multitudo facibus maxime armata 5, 7. Claudii sententia consules armabat in tribunos 4, 6. *i. e. Claudius consulibus arma capienda censebat.* Crudeli decreto — dextram patris in filiam armaverit 3, 57. Sententia —

plebem ira prope armavit 2, 35. Legum quoque latores adversus tantum apparatum adversariorum et ipsi caussam plebis ingentibus animis armant 6, 38. Muri reficiebantur propugnaculisque armabantur 30, 9.

Armatura *levis ab equitatu semper distinguitur. v. c.* 28, 14. Levis armaturæ juvenes 44, 2. Armaturæ leves in cornua deductæ 21, 55. *Conf.* 22, 18. Manipuli levis armaturæ 31, 42.

Armatus 22, 37. Levium armatorum auxilia. *Gronov. conjicit* armorum. *Immo conf.* 43, 18. *Ubi sunt* duo millia levium armatorum. Armatis corpus circumsepsit 1, 49. *i. e. satellitibus armatis.* Armati—togati 9, 25. Ornati armatique ad edictum aderant 27, 18.

Armatus *(substantivum)* haud dispar 38, 3. Relicto—omni graviore armatu 26, 5. *Conf.* 37, 40. *et* 41. Armatus Creticus 42, 55.

Armenta 22, 17. Accensis cornibus *armenta*—velut stimulatos furore agebat *boves. Sic proprie; dicuntur enim ab arando. Conf.* 1, 7. Ex loco infesto agere porro armentum occepit 1, 7.

Arrectus 21, 35. Ut pleraque Alpium ab Italia, sicut breviora, ita arrectiora sunt 21, 35. *i. e. prærupta.* Arrecti ad bellandum animi 8, 36. *It. cap.* 37. a. ad bellum a.

Arridere 41, 20. Vix notis familiariter arridere.

Arrigere 45, 30. Libertas præter spem data arrexit, *scil.* animos Macedonum.

Arripere 2, 54. Tribunus plebis consules abeuntes magistratu arripuit, *i. e. reos fecit, ad populi judicium vocavit.* Arreptus a viatore 6, 16. Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius invidiæ proximus 3, 58. *Scil. in vel ad quæstionem, avide quidem et cupide. Hæc enim vis inest verbo arripiendi.* Tarquinius medium arripit Servium 1, 48. Uno aut altero arrepto, quieturos alios 2, 23. *Conf.* 3, 56. Ille enimvero—impedimentum pro occasione arripuit 3, 35. Proximum signiferum, manu arreptum, secum in hostem rapit 6, 8. Arrepto repente equo *ibid.*

Arrogare 7, 25. Cui dictatorem arrogari haud satis decorum visum est patribus. *i. e. addi vel potius apponi.*

Ars 1, 15. Nulla arte adjuti. *i. e. strategemate.* Sub Hannibale magistro omnes artes belli edoctus 25, 4. *Conf.* 7, 14. Disciplina militaris—in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat 9, 17. Rudes artium homines 1, 7. Ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset 9, 42. Nec, quum quæreretur gener Tarquinio, quisquam Romanæ juventutis ulla arte (*an?* parte) conferri potuit 1, 39. Græcarum artium opera 25, 40. Ars hæc erat, ne semet ipse creare posset 3, 35. Quod ministerium fuerat, (*coquus*) ars haberi cœpta 39, 6. Patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum 22, 25.

Artifex 6, 36. Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis. Tegulas relictas in area templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, redemtores nunciarunt 42, 3. *De architecto, fabro murorum.* In armamentario multis talium operum (*tormentorum machinarumque*) artificibus de industria inclusis 29, 35. Multi artifices ex Græcia venerunt 39, 22. *i. e. histriones, scenici artifices. Conf.* 5, 1. 7, 2. 41, 20. *Ea observatio debetur magno Dukero.* [*Græce* τεχνῖται. Vid. *Wesseling. ad Diodor. Sicul. T.* 1. *p.* 251. *T.* 2. *p.* 484.] Sic—tamquam artifices improbi, opus quærunt: qui et semper ægri aliquid esse in republica volunt, ut sit, ad cujus curationem a vobis adhibeantur 5, 3. *Nimirum hic medicos lucri cupidos intelligendos esse, nemo abnuerit.*

Arva 2, 14. Convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu.

Arx Romæ Capitoliumque 5, 47. *Arx est pars altera montis, in quo est Capitolium.* De arce capta Capitolioque occupato 3, 18. *Conf.* 4, 2. Arx Romana 1, 12.—Capitolina 6, 20. Arx inter omnia in immanem altitudinem edita 45, 28. Pro capite atque arce Italiæ, urbe Romana—bellum geratur 22, 32. Quæ visa species—arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat 1, 55. *Conf.* 44, 31. Janiculum quoque adjectum, non inopia loci, sed, ne quando ea arx hostium esset 1, 33. Ipsam arcem finitimorum, Campanos, adorti 7, 29. Ad caput arcemque regni Pergamum ducit oppugnandam 37, 18. In montes novam coloniam, quæ arx in Pomptino esset, miserunt 2, 34. Arx illa est spei salutisque nostræ 7, 34. *(cacumen)* consulatum esse arcem libertatis 6, 37. Tribunicum auxilium et provocationem—duas arces libertatis tuendæ 3, 45. Ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem totius belli esse 28, 42. Fugâ Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt 7, 11. Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem hostium inii, quando parens extorquet, recipe 23, 9. *Sic dedit hunc locum Cel. Strothius ex auctoritate optimorum codicum. Si vera hæc lectio est,* arx hostium, *postulante contextu, et usu loquendi Liviano suadente, pro Hannibale accipienda est. Sed tum etiam pro* inii *legendum fuerit* petii.

Ascendere 10, 7. Qui curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit. Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non ascendit 7, 31. In tribunal ascendunt 2, 28. In concionem ascendit 3, 49. *Conf.* 5, 50. *Ad* Gitanas—quum *ascenderent* 42, 38.

Ascensus 9, 24. Hoc quidem ascensu vel tres armati quamlibet multitudinem

arcuerint. Gradibus — ascensum ab Tiberi in emporium fecerunt 41, 27. Saxo ascensu æquo 5, 47. *i. e. (si modo substantivum est) qua parte facilis, nec nimis molestus, opportunus ascensus esset. Sic noster* 26, 3. Et tempore et loco æquo instructos *milites dixit. Nam hic quoque* æquus *improprie accipi debet.*

Asciscere 6, 40. Ex quo asciti sumus simul in civitatem et Patres. *Sane improprie dictum, etiam, si* acciturum *legatur.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque asciscendo turbaretur 1, 20. Se proconsulem a Benevento asciturum 24, 19. *Hic locus fugit Drakenborchium: in quo loco haud dubie legendum est* acciturum. Gener inde — provecto annis ascitus 21, 2. Plebem — parto auxilio imperium quoque asciturum 4, 25. *De plebe magistratus, majores certe, sibi vindicatura.*

Ascribere 31, 49. Colonos Venusiam ascripserunt.

Asianus 31, 2. Curæ Asianam rem senatui fore.

Asper 22, 59. Asperrimus ad conditionem pacis *scil. subeundam. Conf.* 2, 27. Vid. *Exasperare.*

Aspere 3, 50. Nihil placet aspere agi.

Aspergere 23, 30. Ut patrem quoque *(mors filii)* suspicione aspergeret. Vaccam æneam — ab agresti tauro — initam ac semine aspersam 41, 13.

Asperitas 43, 21. Propter angustias viarum et asperitatem. Quos et ipsos locorum asperitas hostiliter vexavit 44, 5.

Aspernari 9, 41. Pacem petentes, quod uti ea, quum daretur, noluissent, aspernatus, etc. *i. e. precibus eorum locum non reliquit.* Vid. *Aversus.* [*In edit. Drakenborch. Hic et alibi* adspernatus: *quæ ratio non probanda.* Vid. *I. M. Heusingeri Observat. Antib. p.* 327. *sq.*]

Aspicere sociorum res 39, 48. Ad res aspiciendas 42, 5. *Sic pluribus aliis locis est pro usitatiori* inspicere. Vid. *Interpretes ad h. l.* Bœotiam atque Eubœam aspicere missi 42, 37. *Similiter* 42, 42. Ad visendas *Larissam*, etc. In Bœotia aspiciendæ res 42, 67. *Ubi male vulgo legitur* adipiscendæ, *quod nihili esse Drakenborchius docet.* Ut nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet 9, 7. *(præ pudore.)*

Asportare 2, 4. Quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumsissent, quibus regum asportarent res, omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt.

Aspretum 9, 35. Aspreta erant strata saxis.

Assensus. Vid. *Fremitus.* It. *Murmur.*

Assentatio. Vid. *Inflatus.*

Assentire 41, 24. Quum iidem huic orationi, qui litteris regis *assentierant*, assentirentur. *Nisi cum Freinshemio legendum: assensi erant, aut cum Dukero* assenserant. [Dura sane activi et deponentis conjunctio ideoque viris doctis jure suspecta visa. De forma activa *assentire.* Vid. *Drakenb.* ad 39, 52.] Quum de aliis rebus assentire se veteribus Gabiniis diceret, etc. 1, 54. Omnes assensi sunt partibus dividundis 25, 30. *i. e. ut suus cuique locus tuendus assignaretur. Sequuntur enim* regiones *et* stationes.

Assequi 33, 8. Nondum assequuta parte suorum. Ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur 26, 19.

Asserere in servitutem 3, 44. *i. q. vindicare. Verbum juris Romani, etiam in alteram partem notum, quum* liberali caussa aliquem manu asserere *significat.* Ex usurpata libertate in servitutem velut asserendi erant 3, 18. In his —, quæ asserantur in libertatem, etc. 3, 45.

Assertor puellæ 3, 17. *i. e. sibi vindicans eam in servitutem. Conf. cap.* 58.

Asservare *(hostem)* 29, 9. Ne auctore quidem asservato 6, 30. *i. e. retento eo, a quo certiores facti, vel potius decepti fuerant.* Vitruvium in carcerem asservari jussit 8, 20. Quisque ea *(sacra)* locus fideli asservaturus custodia esset 5, 40. Demetrius dissimulanter asservari jussus 40, 23.

Assidere 26, 20. Assidendo diutius arctiorem annonam sociis, quam hosti faciebat. *(de oppugnatione.)* Intactis assideret *(gens)* muris 21, 25.

Assiduus 1, 21. Deorum *assidua* insidens cura. *Pro* assidue, *de more Livii.* Flamen Jovi assiduus 1, 20. Assiduæ templi antistites 1, 20. Cujus *(portæ)* assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat 34, 9. Assiduus in oculis hominum fuerat 35, 10. Veiens hostis, assiduus magis quam gravis 2, 48. Duo assidua bella insequens annus habuisset 4, 49. Assiduis concionibus prohibendo consularia comitia 4, 25.

Assignare 28, 42. Patere, nos omnia, — tuo consilio assignare, *i. q. tribuere, accepta referre.* Ne unius amentiam civitati assignaret 35, 31. Neve censor ei equum publicum assignaret 39, 19. *Nempe, quia et honori ille quidem, sed tamen idem et oneri erat.* Quum repente, quibus census equester erat, equi publici non erant assignati 5, 7. Equiti certus numerus æris est assignatus *ibid.* Quem cuique ordinem assignari (*al.* attribui) e republica esset, eum assignare 42, 33.

Assimulare 26, 19. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia assimulata, admirationis humanæ in eo juvene excesserant modum.

Assolere 37, 14. Sacrificio, ut assolet, rite facto. *Scil. fieri. conf.* 1, 28. 5, 52. 23, 31. 40, 54.

Assuefacere 22, 12. *Assuefaciebant*

territum pristinis cladibus militem minus jam tandem aut virtutis aut fortunæ *pænitere* suæ. Operi, aliisque justis militaribus ita assuefecit, etc. 24, 48. *al.* opere. *Omnino dubium est, per omnia exempla utriusque constructionis, tertiusne casus an sextus genuina lectio sit.* Vid. *Interpr. ad h. l. it. ad* 31, 35. *Cicero quidem et ipse cum casu sexto jungit hoc verbum.* Vide *Clavem Ciceron. in h. v.*

Assuescere 31, 35. Genus pugnæ, quo assuerant. *Conf.* 2, 2. *Ubi est:* assuesse. Caritasque ipsius soli, cui longo tempore assuescitur 2, 1. Quidquid tribunus pleb. loquitur — assuestis audire 5, 6.

Assuetudo 27, 39. Duodecim annorum assuetudine perviis Alpibus factis. *Conf.* 44, 5.

Assuetus *cum casu secundo* 38, 17. Romanis Gallici tumultus assuetis. Hannibale, duce acerrimo, assuetum 21, 16. Sardis facile vinci assuetis 23, 40. Assueta oculis regio 5, 54. *i. e. notissima.* Assuetior montibus *(Hispanorum cohors)* 22, 18. Gelonem — inde a puero in omnia familiaria jura assuetum 24, 5. *Si quidem sana lectio est, ac non potius* assumtum *legendum: quod etiam placet Ruhnkenio V. Cel. ad Velleium* 2, 29.

Assumere 1, 54. In eo sibi præcipuam prudentiam assumere. In societatem consilii avunculi assumunt 2, 4. Conscii assumti *ibid.* Ne qui *(socii)* postea assumerentur 21, 19.

Assurgere 9, 46. Quum — consensu nobilium adolescentium, qui ibi assidebant, assurrectum ei non esset. Colles assurgunt 22, 4. *Gronovio non displicet* adinsurgunt, *optimorum codicum auctoritatem sequuto; at displicet Drakenborchio, quem vide.*

Ast 10, 19. Bellona, si hodie nobis victoriam duis; ast ego templum tibi voveo. *i. q. tum vero. In reliqua oratione prosaica* at *dicitur eodem modo, eleganter quidem, jungiturque inprimis cum* ego, tu, *et similibus. Conf.* 1, 28. 8, 31. 9, 8. Quodsi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi; at ego ad deos vindices intolerandæ superbiæ confugiam 9, 1. *Conf.* 36, 7. At tu pater deûm hominumque 1, 12. *Conf.* 1, 41. Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere 1, 41. Si vos urbis — nulla cura tangit; at vos veremini deos vestros 3, 17. Sin collega quid aliud malit; at sibi Volumnium darent adjutorem 10, 26.

Astringere 39, 1. Inops regio, quæ parsimonia astringeret milites.

Astus 35, 14. Perplexum Punico astu responsum. Astu magis, quam vera virtute 42, 47. *De bello.* Vid. *Calliditas, Dolus, Versutia.*

Asylum 1, 8. Asylum aperit. Eo — turba — avida novarum rerum perfugit.

Atenim pauci quidem sunt, sed vigentes, etc. 21, 40. *Particula sæpe inserviens objectionibus. Conf.* 4, 4. 37. 53. — [Vid. *Ast.*]

Ater 22, 10. Si atro die faxit insciens, probe factum esto. *Conf.* 6, 1.

Atque 26, 39. Ille atque præceps cum armis procidit ante proram. *i. e. continuo, statim.* Atque ille lacrimabundus, etc. 3, 46. Punica religione servata fides ab Hannibale est; atque in vincula omnes conjecit 22, 6. *Conf.* 27, 21. *Ubi* Vid. *Drakenborch.* Non petentem atque adeo etiam absentem creatum credidere quidam 10, 5. Ne Virginio commeatum dent, atque etiam in custodia habeant 3, 46. Pro *atque adeo, quin immo.* Submoverique atque in castra redigi 26, 10.

Atrocitas 25, 8. Hujus atrocitas pœnæ duarum nobilissimarum in Italia Græcarum civitatium animos irritavit.

Atrox 4, 3. Quod adeo atroces *(Patres)* in has rogationes nostras coorti sunt. Atrox imperium *(Manlii)* 8, 7. Atrox visum id facinus Patribus 1, 26. Non alia ante pugna atrocior fuit 1, 27. *Conf.* 42, 7. Non atrocius — consulem in se sæviturum 42, 8.

Attendere 10, 4. Jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti an urbano proprior esset.

Attentatus 23, 15. Quem consensus attentatæ defectionis — ad transfugiendum stimulabat.

Attenuari præsidii *(in arce)* vires, 25, 11. Attenuata omnium rerum inopia *(multitudo)* 45, 11. Attenuatæ sortes. *Vid. in v.* sors.

Attinere 3, 36. Nec attinuisse demi securim, quum sine provocatione creati essent, interpretabantur. *Conf.* 2, 41. 6, 23. *it. cap.* 38. Quod ad provincias attineret 42, 10. Me victoribus mitti attinere puto 23, 13.

Attingere 3, 19. Qui — Latinos, ne pro se quidem ipsis — attingere arma passi sumus. Quos *(populos)*, si Vestinus attingeretur, omnes habendos hostes 8, 29, *i. e. bello.* Invitus ea, tamquam vulnera, attingo; sed nisi tacta tractataque sanari non possunt 28, 27.

Attollere 22, 26. Ad consulatus spem quum attolleret animos. Vid. *erigere, conf.* 6, 18.

Attonitus 39, 15. Vino, strepitibus clamoribusque nocturnis attoniti. Novitate ac miraculo attoniti 1, 47. *Conf.* 2, 12. 5, 46. Ut magna pars integris corporibus attoniti considerent 10, 29. Nisi — hunc belli terrorem, quo nunc vos attoniti estis, transtulero 3, 68. Nocturno pavore attoniti 7, 36. A pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo 44, 10. Majestate petentium, religione etiam attoniti homines patricios omnes — creavere 5, 14. Paullisper alter alterius conspectu admiratione mutua prope attoniti conticuere 30, 30. *Conf. Virgil. Æn.* 8, 152.

ATTRECTARE 28, 24. Insignia summi imperii, fasces securesque, attrectare ausi. *i. e. usurpare, sibi præferri jubere.* Vid. *Admovere.*

ATTRIBUERE 40, 51. Opera ex pecunia attributa divisaque inter se hæc confecerunt. *i. q. destinata. Vox propria in hoc genere. Conf. cap.* 46. Ab juventute, quæ præsidio ejus loci attributa erat 24, 21. *Conf.* 42, 33. Dolopes — vestro decreto patri attributi meo 42, 41. *Conf.* 41, 6. Vid. *Contribuere.* Eique *(pontifici)* sacra omnia exscripta exsignataque attribuit 1, 20.

AVARE 21, 1. Quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. Quo crudelius avariusque in Græcia bellatum 43, 4.

AVARITIA *cum* LUXURIA. *Præf. i. e. cupiditas habendi, unde profusioni locus sit, rapinæ, furta,* etc.

AUCTIO 2, 14. Gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunæ regiæ.

AUCTIOR 3, 68. Ex illis concionibus numquam vestrûm quisquam re, fortuna, domum auctior rediit. Memor generis, quod amplissimum acceptum majus auctiusque reliquit posteris 4, 19. Auctiorem *(majestatem senatus)* amplioremque esse 4, 2. Quando res Romana in dies melior atque auctior fieret 25, 16.

AUCTOR 2, 54. Auctor facinori non deerat. *i. q. hortator.* Principes et auctores transcendendi Alpes 40, 53. Ejus rei auctores affinesque 38, 31. Urbem auspicato, diis auctoribus in æternum conditam, etc. 28, 28. Suæ quisque fortunæ auctorem domi exspectent 22, 55. *i. e. nuncium.* Quæ *(res)* consulem — auctorem — desideraret 4, 13. *i. e. indicem.* Quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat 6, 36. Criminum auctores delatoresque 45, 31. Consules quum ad Patres rem dubiam sub auctore certo detulissent 2, 37. Auctor gravis 1, 16. *Cui fides haberi potest. Conf.* 5, 2. *Oppos.* levis nec satis fidus. Quin, omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitæ permittimus fidei 7, 40. Fabium auctorem habui 22, 7. Auctores sunt in utrumque 10, 25. Pacis per omnem Apuliam præstandæ populo Rom. auctores 9, 20. *Qui promittit, se pacem præstiturum.* Auctores sumus *(spondemus)*, tutam ibi majestatem Romani nominis fore 2, 48. Ne privatam quidem rem agere *(feminam decet)* sine auctore 34, 2. *i. e. sine tutore.* Multitudini concitatæ, quæ ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem 7, 14. *Conf.* 2, 54. Si Patres auctores fierent 1, 17. *It.* 22. *Conf.* 2, 54. *It.* 56. Auctoribus, qui aderant, ut sequeretur 3, 44. *Absolute, pro quum quidem suaderent, qui aderant,* etc. Auctore Fabio consule 24, 43. *i. e. ex senatusconsulto, quod in ejus sententiam factum erat.*

AUCTORATUS 37, 10. Pignore velut auctoratus proditor. *i. q. emtus.*

AUCTORITAS senatus 4, 57. *i. e. consilium, cui lubenter ac verecunde obsecundatur.* Vid. *Clav. Ciceron. in h. v. Conf.* 42, 11. Responditque ita ex auctoritate senatus consul 7, 31. Imperio, non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato 26, 2. Ut per auctoritatem civitatium earum suæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum ad senatum haberent 38, 3. *h. e. intervenientibus, agentibus, commendantibus.* Extracta res per aliquot dies auctoritatibus seniorum 28, 6. Auctoritate magis, quam imperio, *(ea)* regebat loca 1, 7. Hospitam, principem auctoritate et opibus Delphorum 42, 15. Bello finem se auctoritate sua impposituros 44, 29. Vid. *Majestas, it.* parere.

AUCTUS 4, 2. Cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere. Uti — eaque vos *(Dei Divæque)* omnia bene juvetis: bonis auctibus auxitis: salvos, etc. 29, 27.

AUDACIA vecors 28, 22. *Conf.* 44, 6. Ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes 2, 10.

AUDACITER se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio 22, 25. *Conf.* 40, 55.

AUDACTER 9, 34. Quem clavi figendi, aut ludorum caussa, dictatorem audacter crees? Audacter commissum pertinaci audacia — corrigere 44, 4.

AUDAX consilium 25, 38. Consilium temerarium magis, quam audax 25, 37. Quo audacior res erat 26, 38.

AUDERE 23, 14. Capitalem fraudem ausi. Bene ausus vana contemnere 9, 17. Pleraque per vim audebantur 39, 8. Audeantur infanda 23, 9. Nec nunc illi, quia audent, sed, quia necesse est, pugnaturi sunt 21, 40.

AUDIENTIA 43, 16. Audientiam facere præconem jussit.

AUDIRE 1, 41. Interim Servio Tullio jubere populum dicto audientem esse. Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit 5, 3. Si prætori dicto audiens non esset 29, 20. Consules senatui dicto audientes 4, 26. Si me audiatis 9, 9. *Simpliciter dictum pro si me auctorem suasoremque sequamini.* Auditis hostium copiis 42, 52. Quum hæc dicerentur audirenturque 9, 7. Ante ora sua audivere 42, 61. Litteræ consulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ 10, 45. *Conf. cap.* 24. Tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat 6, 2. *i. e. ipsum nomen Camilli.* Nec ob id quemquam fulmine ictum audimus 45, 25. *i. q. audivimus, cognovimus.* Quum ex obviis auditum, postero die omnem exercitum — proficisci, non metu modo omni — *liberavit* eos, sed lætitiam ingentem *fecit* 28, 26. *i. e. auditio s. quod ex obviis auditum erat, etc. id, ea*

ves — liberavit — fecit. Audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedæmonem 28, 7. *(Ablativus absolutus.)* Veluti si sensisset, auditas preces 1, 12. Quidquid tribunus pl. loquitur — assuestis audire 5, 6. Audi, Jupiter; audite, fines; audiat fas 1, 32. Non eis animis audiebantur, qui — flecti possent 42. 48. Auctores signa relinquendi — non *uni* aut *alteri militi*, sed universis exercitibus, palam in concione audiuntur 5, 6. *Si quidem* uni etc. *ad* audiuntur *referri potest, ac non potius ad* auctores.

AVEHI 9, 27. Avectus *(equo)* ab suis, nondum conserentibus manus ad clamorem ab sinistra parte prius exortum. Herennius domum e castris est avectus 9, 4. *Gronov.* revectus. Vid. *Amovere.*

AVERE 45, 39. Omnium oculi conspicere urbem curru ingredientem avent.

AVERRUNCARE 10, 23. Quorum *(prodigiorum)* averruncandorum caussa supplicationes — senatus decrevit. Placuit, averruncandæ deûm iræ victimas cædi 8, 6.

AVERSARI 8, 7. Extemplo filium *(consul)* aversatus.

AVERSUS 37, 7. Virum sicut ad cetera egregium, ita a comitate, quæ sine luxuria esset, non aversum. *i. q. alienum.* Quum aversis auribus pauca loquuti essent 38, 33. Pro *apud multitudinem iratam.* Aversus a proposito 2, 8. In aversam incursando aciem 3, 70. Castris se tenebant tam ancipiti periculo aversi 2, 45. Circumvecti ab urbe ad aversa insulæ 37, 26. Per aversa urbis 5, 29. Aversa porta 10, 34. *Conf. Virgil. Æn.* 2, 453. Velut aversis jam diis, aspernantibusque placamina iræ 7, 3. Belloque averso ab hostibus, patriam suam cepissent 3, 50. Aversi omnes ad Tarquinium salutandum 1, 50. Aversos boves — caudis in speluncam traxit 1, 7.

AVERTERE 7, 16. Primo quoque impetu avertere hostem. *Conf.* 42, 59. In fugam averterunt classem 22, 19. Dissipatos in fugam averterunt 31, 15. Mille acies, graviores, quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque 9, 19. *Simpliciter dictum pro vicit. conf. cap.* 39, *it.* 27, 1. Ut nec vobis — averteretur a certamine animus 1, 28. Eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset 7, 5. Trepidi magistratus — avertunt animos a spe recuperandæ arcis 9, 24. *Conf. Præfat.* A ceteris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos 2, 5. *Conf.* 24, 5. In comitiorum disceptationem ab lege certamen averterant 3, 24. *Conf. cap.* 58. Nec jam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam avertant 6, 14. Quum avertere eam prædam vellet 1, 7. *Conf. Virgil. Æn.* 1, 472. 8. 208. 10, 78. Amnem — multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit 41, 11. Avertere quidam senatores Karthaginienses Magonem in Hispaniam 28, 32. *i. e. ablegandum eo censuere.* Tota in se averterat castra 6, 23. *h. e. A Camillo averterat, et in se converterat.* Quum — ab hominibus ad deos preces avertisset 6, 20. Avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti 1, 58. Avertentem caussam doloris etc. 6, 34.

AUFERRE 1, 58. Tarquinius — pestiferum hinc abstulit gaudium. *(de expugnata Lucretiæ pudicitia.) Omnino auferri dicuntur, qui affectibus, aut quacunque ratione transversi rapiuntur, neque rationem ducem sequuntur, atque ita delinquunt,* Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Abstulerunt me, velut de spatio, Græcæ res immistæ Romanis, 35, 40. *De narrationibus per excessus, excursiones.* Vento — celeriter e conspectu terræ ablati sunt 29, 27. Ut, quod a nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium maneat 23, 5. Vid. *Ablatus.* Eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos 6, 15. *Hoc proverbio indicantur, qui vafricie sua et calliditate acutissimos quosque vincunt et decipiunt.* Vid. *Intt. ad h. l.* Auspicia — a Patribus — aufert 6, 41. Auferte imperium indignis 3, 67. Prorsus auferri a primoribus ad plebem summum imperium 4, 1. Sacra publica a cæde, ab incendiis procul auferre 5, 39. Cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus 8, 31. Auferat omnia irrita oblivio, si potest 28, 29. Quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert 7, 8, *de prælio.*

AUGERE 29, 25. Ad immensum multitudinis speciem auget. Bonis auctibus auxitis 29, 27. Te mihi mater — aucturum cœlestium numerum cecinit 1, 7. Auget Esquilias 1, 44. Augere in majus 29, 2. Malum malo augere filii 7, 4. Aucta familiaritas 1, 39. Auxere vim morbi 3, 6. Ad plebem aucta invidia 10, 46. Vid. *Auctus.*

AUGUR in locum ejus inauguratus 30, 26. Augur creatus 25, 2. *Conf.* 4, 4. *Proprie cooptari dicuntur.*

AUGURATO 1, 18. Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est.

AUGURATUS 8, 5. Peregrinos consules — in tuo, Jupiter, augurato templo — visurus es?

AUGURIUM 1, 6. Ut Dii, quorum tutelæ ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil 1, 34. *It.* 10, 40. *De occinente corvo ante prœlium.* Augurio animorum suorum lætabantur 45, 1. Auguriis auspiciisque 26, 41. Ab numero avium, quæ augurio imperium portenderant 1, 8. Augurium ex arce capiat 10, 7. Priori Remo augurium venisse fertur 1, 7. Nunciato augurio *ibid.*

AUGUSTUS 1, 29. Augusta templa. Templum augustissimum 42, 3. *It. cap.* 12. Fanum augustum 38, 13. Augusti tota *(insula)* atque inviolati soli 45, 5. Habitum formamque viri aliquantum ampliorem

augustioremque humanæ intuens, 1, 7. *Paullo post:* te aucturum cælestium numerum. *Conf. cap.* 8. Species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque 8, 6. Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu 8, 9. Ornatus habitusque humano augustior 5, 41. *Scil. quia est Jovis.* Quum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumtis, fecit 1, 8. Quæ augustissima vestis est thensas ducentibus 5, 41. *h. e. toga picta et tunica palmata.* Vid. *Ruben. R. Vestiar.* 1, 21. *It. Scheffer. R. Vehic.* 2. 24. Ut primordia urbium augustiora faciat *Præfat.*

Avide 28, 27. Temere potius, quam avide, credideritis. Avidius vino ciboque corpora onerant 41, 2.

Aviditas ingenii humani 28, 38. *i. e. avaritia.* Aviditate rapiendi occasionem triumphi 31, 48.

Avidus 22, 21. Avida in novas res ingenia. Turba — avida novarum rerum 1, 8. Avidæ in direptiones manus 5, 20. Dictatorem avidum pœnæ (*scil. sumendæ)* venire 8, 30.

Avis, *vid.* æstivus *it.* sangualis. Tuis jussus avibus 1, 12. *i. e. auspicato.*

Avitus 1, 6. Avitum malum. *i. e. aut, quod ipsorum avo nocuerat, aut, quod in avi fratre fuerat. Ergo proprie accepta vox.*

Avius 9, 19. Avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest. Vid. *Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 15.

Avocare 1, 6. Quum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam avocasset. *i. q. Sevocare partem populi a magistratibus seditionis caussa: sive, ut Gronovius item explicat: avertere a cognoscendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat.* Parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum, 4, 61.

Avolare 1, 57. Citatis equis avolant Romam. Vulgo *advolant. Sed illam lectionem recte tuetur Drakenborchius, quem vide.*

Aura 21, 54. Quidquid auræ fluminis appropinquabant, afflabat acrior frigoris vis. Jam aura, non consilio, ferri, famæque magnæ malle, quam bonæ esse 6, 11. Aura favoris popularis 22, 26. *De præsidio aspirantis ad summos honores.* Vid. *Virgil. Æn.* 6, 817. Africanum cognomen militaris prius favor an popularis aura celebraverit etc. 30, 45. *De gratia plebis, sine respectu ad comitia.* Circumspectare tum patriciorum vultus plebeii, et inde libertatis captare auram etc. 3, 37. Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida 29, 3. Levi aura spei objecta, 42, 39.

Auratus 40, 34. Quæ prima omnium in Italia statua aurata est. *Enimvero signa aurata jam* 38, 35. *It.* 39, 37. *Commemorantur.* In curru scandentes Capitolium, auratos purpuratosque etc. 45, 39. Minucius bove aurato extra portam trigeminam est donatus 4, 16. *Bos auratus, si quidem genuina lectio est, pro bove auratis cornibus accipiatur.* Sic 7, 37. Eximioque uno albo, opimo, auratis cornibus (*bove)* donat. *Conf. Virgil. Æn.* 5, 366. *Similiter* aurati milites *Livio* 9, 40. *Dicuntur, h. e. qui sunt scutis auratis insignes, sive, ut ipse dicit,* cælati auro et argento. Vid. *Clipeum, et conf. Virgil. Æn.* 5, 312. *Idem noster* 45, 39. Auratas legiones *dixit.* Laureatæ legiones *ibid. Lictores laureati ad eumdem modum apud Ciceronem dicuntur a fascibus laureatis; ut alia similia taceam. Sed merito tamen pro spuria lectione habetur. Jac. Gronovii emendatio* bove et prato *legentis arridet plerisque viris doctis. Est autem* pratum *i. q. ager, prædium.*

Aureus 10, 39. Auream olim atque argenteam aciem—occidione occisam. Anguem jubatum aureis maculis sparsum — adparuisse 41, 21.

Auris 6, 40. Omnia semper, quæ magistratus ille dicet, secundis auribus, quæ ab nostrûm quo dicentur, adversis accipietis? *Conf.* 42, 28. *It.* 45, 31. Adversis auribus militum 41, 10. Superbæ aures 24, 5. Ad occupatas jam aures sollicitatumque jam animum quum venisset 45, 19. Eas conditiones imperator vix auribus admisit 30, 3.

Aurora 1, 7. Ad primam auroram.

Aurum 41, 20. Templum laqueatum auro. *i. e. Cujus laqueata tecta inaurata erant.* Aurum signatum Oscense 40, 43. Vid. *Argentum.* Virginem auro corrumpit Tatius 1, 11. (*bestechen.*) *paullo post:* aurea dona. Pictisque et auro cælatis armis refulgens 7, 10.

Auspex 42, 12. Celebratas esse utrasque nuptias gratulatione donisque innumerabilium legationum, et velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.*

Auspicari 4, 6. Quod auspicari, tamquam invisi diis immortalibus, negarentur posse. *i. q. auspicia habere, capere, concipere.* Vid. *Cap. Eod. It.* 22, 1.

Auspicato 5, 52. Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus. *i. e. Auspiciis ante captis.* Urbem auspicato, diis auctoribus in æternum conditam 28, 28. Nec auspicato nec litato instruunt aciem 5, 38. *Conf.* 1, 36. *It.* 6, 41.

Auspicatus 26, 2. Sollemne auspicatorum comitiorum in castra et provincias— transferri.

Auspicium 6, 41. Auspiciis hanc urbem conditam esse. *i. e. auspicato.* Auspicio (*absolute)* 22, 42. Pro *in auspicio.* Pullarium in auspicium mittit 10, 40. Incertis auspiciis 8, 30. *It.* dubiis *ibid. cap.* 34. Circa summum culmen hominis auspicium (*alitem, aquilam)* fecisse 1, 34. Colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum privatorumque afferre 4, 2.

Auspicium patricium et plebeium 10, 8. Cujus ductu auspicioque vicissent 8, 31. *(de magistro equitum.)* Cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri 7, 40. Quod nemo plebeius auspicia haberet 4, 6. *i. e. jus auspicia capiendi.* Non edicta imperatorum, non auspicia observentur 8, 34. *i. e. non expectentur.* De religionibus atque auspiciis 6, 41. Vid. *Augurium.*

Aut 44, 6. Aut Jovis templum, aut oppidum tenet. pro *partim — partim.* Quam ob noxam Romanorum, quod aut meritum 6, 40. Pro *aut quod meritum; nisi malis cum Dukero* autem. Aut cederent, aut sperent 21, 30. *Sic Virgil. Æn.* 2, 664. *Hoc* erat *alma parens, quod me per tela, per ignes* Eripis. [*Diversa ratio loci Virgiliani.*]

Auxilium 31, 32. Magna auxilia. *(De populis integris)* sub umbra auxilii 32, 21. *Conf.* 7, 30. Auxilia elephantorum 31, 36. Loci auxilium 33, 9. Quibus auxilii latio adversus consules esset 2, 33. Noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur tribuniciæ potestati, precarium, non justum auxilium ferenti 8, 35. Auxilium Romanum 34, 12, *i. e. quod Romani afferunt.* Adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis 2, 34. *i. q. auxilio.* De mittendis Veios auxiliis 5, 5. *i. e. militibus auxiliaribus.* Si ostenderitis auxilia vestra 7, 30. Dimissus auxiliorum apparatus 9, 7. Karthagini supremo auxilio effuso adesse videbatur præsens excidium 30, 32. Tam parvus animus tanti populi est, ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit? 6, 18. *i. e. ut contenti sitis, si tribb. pl. vos defendant contra patricios, nec certamen subeatis, nisi hoc, ut contendatis, quantum eorum esse debeat in vos imperium, non, ut plane vos ab eorum tyrannide liberetis.*

Baliares 28, 37. *Vid.* funda *et conf. Virgil. Georg.* 1, 309.

Balinea 23, 18. *i. q. balnea.*

Barbarus 31, 29. Cum alienigenis, cum barbaris æternum omnibus Græcis bellum est eritque. *Int. de Romanis. Item Galli barbari dicuntur* 6, 42. *Vicissim si non Græci, Dassaretii certe a Romanis barbari vocati* 31, 33. Quædam (*oppida*) deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur.

Basilica 40, 51.

Bellare 8, 39. Bellum bellare. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem—inclitamque in ponte pugnam 6, 42. *Conf.* 9, 41. *It.* 10, 30. Quod in Italia bellabatur 29, 26. Cui bellandum erat adversus Gentium 44, 29. Si bellare mallet 42, 59. *(Si bellum paci præferret.)* Non intelligunt, se hominis res gestas, et ejus invenis, cum populi, jam octingentesimum bellantis annum, rebus conferre 9, 18. Quo crudelius avariusque in Græcia bellatum 43, 4. Delectu, an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanus bellassent 9, 42. *Conf.* 7. 29. Ne quis, quoad bellatum esset, tributum daret 6, 31. *i. e. debellatum, bello finis impositus esset.* Vide *B. Patruum ad Tacit. Hist.* 2, 40.

Bellator 1, 59. Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat 7, 26. Latinus viribus ingens bellatorque primus 8, 8. *i. e. rei militaris peritus.* Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque, 9, 1.

Bellicosus annus 10, 9. *Opponitur anno imbelli* 10, 1. Cepisse enim eos non Romam — sed, quod multo bellicosius erat, Romanam virtutem ferociamque 9, 6. *i. q. fortius.*

Bellicum *substantive pro signo tuba dato ad excitandos milites, ut prælio se accingant:* ubi primum bellicum cani audissent 38, 18.

Bellicus 30, 5. Fortuitum, non hostilem ac bellicum, ignem rati esse.

Belligerare 21, 16. Cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum.

Bellua 29, 17. Pestis ac bellua immanis. (*Scylla.*) Volo ego illi belluæ (*Gallo*) ostendere etc. 7. 10.

Bellum *olim* duellum *dicebatur.* 1, 32. Bellum purum piumque *i. e. justum.* Quem (*Persea*) non justum modo bellum adparare regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum 42, 18. Ne quid divini humanive obstet, quo minus justum piumque de integro ineatur bellum 9, 8. [Vid. *Arma.*] Ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confessio expressa sit, se neque arte, neque casu, sed collatis cominus viribus justo ac pio bello esse superatum 42, 47. Bellum alere ac fovere omnibus consiliis 42, 11. Bellorum iræ residuæ 1, 30. Belli gloria 3, 68. *It.* terror *ibid.* Bello vincere 2, 7. *i. e. debellare, profligare bellum, pacis leges dare. Opponitur* acie vincere, *it.* prœlio. Hannibal fassus in curia est, non prœlio modo se, sed bello victum 30, 35. Uno prœlio victus, bello victus esset 9, 19. Is bello quoque bonus habitus (*Sempronius*) 30, 1. Hac expeditione — motum latius erat, quam profligatum bellum 9, 37. Quum collegæ novum bellum Sallentini hostes decernerentur 9, 42. *It. cap.* 31. Etruria novum bellum. *i. q, provincia, fines, intra quos bellum gerendum erat.* Ante portas est bellum; si inde non pellitur, jam intra mœnia erit, et arcem et Capitolium scandet, et in domos vestras vos persequetur 3, 68. Quum pacis auctor a turbatoribus belli premeretur 2, 16. *i. e. ab auctoribus belli. Nam* turbare bellum

est turbando bellum efficere. *Ducta est e Græco sermone hæc forma dicendi. Demosthenes de Cor.* 50. *Dicit* ταράττειν τὸν πόλεμον. *Similia sunt Polybii* 4, 14. συνταράξαι πόλεμον 15, 2. *It.* συγχέαι πόλεμον. Vide *Lexicon Polybianum B. Patrui. Huic posteriori plane respondet*[?] *Livianum* coquere bellum 8, 3. *Non igitur audiendi sunt emendatores; nec lectio Gronovii, probata Drakenborchio,* bello, *necessaria est. Etenim ut nihil dicam de eo, quod inter omnia exempla, quæ tertium casum loco secundi substantivis jungere dicuntur, non reperiatur ullum, quod non idem referat verbum dativum asciscens; ut certe ambiguum sit, unde pendeat dativus; ut igitur de hoc nihil dicam, quod sane poteram vel maxime urgere: profecto idonea ratio reddi potest, cur* belli *dixerit Livius, etiamsi poterat abesse. Nempe oppositionem* auctoris *et* turbatorum *perfectam reddere volebat; ut* pacis *vocabulo* belli *vox responderet. Ita enim demum huic loco ad elegantiam nihil deest. Atque etiam similes formæ dicendi non modo apud nostrum, sed alios etiam occurrunt.* Concitor belli 29, 3. *It.* vulgi 45, 10. *Dicitur:* vulgi turbator 4, 2. Machinator belli 1, 28. Belli victor 45, 36. Summotor aditus 28, 33. Irritare pugnam 3, 66. *Alia. Similiter Tacitus Ann.* 4, 67. Suspicionem et credendi temeritatem turbabat. *Apud Ammianum* concitor turbarum, *it.* Tumultus, turbator otii, *et multa similia occurrunt.* Vid. *Glossarium nostrum in h. v. Ceterum Plutarch. Public. p.* 108. πολεμοποιοὺς καὶ στρατιωτικοὺς *illos belli turbatores appellat.*

Viamque per devios saltus Romano bello fecisse 10, 24. *i. e. quod a Romanis in Etruria gerebatur, superatis quidem difficultatibus, quæ cominus rem geri cupientibus objectæ fuerant.* Hæc eos in Etruria jactantes (*Samnites*) molientes bellum domi Romanum urebat 10, 17. Diu meditatum Philippo primo, deinde et Persi, Romanum bellum, omnia ut instructa præparataque essent, effecerat 42, 52. *i. e. bellum cum Romanis gerendum. conf.* 8, 3. Bella trium regum 45, 14. *i. e. cum tribus regibus.* Reliqua belli perficere 26, 1. (*Reliquiæ alias dicuntur.*) Flagrante bello Italiæ 31, 11. *Nisi malis cum Drakenborchio* Italia. In Italiam quum post Cannensem pugnam bellum segnius esset 23, 35. *i. e. adversus.* Vide *Drakenborchium ad Epit. libri* 21. Tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dictatorem dici placeret 8, 17. Bellum indico facioque 1, 32. Ex bellis bella serendo 21, 10. Bellum comparare 32, 28. — tractare 5, 12. — cohibere 9, 29. — molliter et per dilationem gerere 5, 5. Bellum obire 5, 52. — perpetrare 44, 32. — sumere 1, 42. Belli ratio sumendi 38, 19. Bellum trahere 9, 27. — apertum 2, 16. *it.* Suspectum *ibid. conf.* 37, 30. *Ubi artificiis et strategematibus opponitur.* Justa belli species 40, 6. *Opponitur simulacro belli, it. decursui et simulacro ludicro pugnæ* 40, 9. Etiamsi non bello fiat infestus (*saltus*) transitu difficilis 44, 6. *i. e. usu artis bellicæ, objiciendis difficultatibus.* Bellum armaque 4, 1. *It.* bellum et arma 1, 27. *It.* arma et bellum 9, 10. Acrius de integro obortum est bellum 21, 8. (*oppugnatio.*) Ubi primum conserendi manum cum hoste data occasio esset, aut victoria egregia, aut morte inituros bellum 44, 34. *i. e. prælium.* Vid. *Cort. ad Sallust. Catil. cap.* 9. Quantum belli eæ provinciæ haberent 41, 8. Provinciæ, quæ in bello erant, decretæ 41, 9. In bello — in pace 5, 52. Servatam *bello* patriam iterum *in pace* haud dubie servavit 5, 49. *Sic:* bello se devovere 10, 28. Utrius fortunæ consulem ad bellum mittant 42, 49. Bello suo defungi 25, 35. *i. e. partem belli sibi attributam feliciter perficere.* Suo proprio occupati bello 27, 10. Alienæ sortis victor belli 9, 42. Tanti belli victor 45, 36. Ita bello et pace quæri, ut inter omnes conveniat etc. 42, 50. *Drakenborchius de conjectura legi vult:* ita bello pacem præferri etc. Vid. quærere. Lydii — ab Rhodiis bello vexabantur 41, 25. Belli domique 3, 43. *Alibi, v. c.* 1, 34. Bello domique. *Sed vide ad h. l. Drakenb.* Navale bellum 5, 6. *It.* maritimum 7, 26. Bella pedestria 24, 48. Belli apparatus magnificus 29, 22. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quæ multa simul undique eum circumstabant 30, 3. Bellum numero hostium ingens, certamine haud sane asperum fuit 5, 22. Discrimen ultimum belli 44, 23. Bellum infestissimum 9, 12. — internecivum 22, 58. Vid. *Ardere.* Patres — bello inexpiabili se persequuturos 4, 35. [*Græcorum* πόλεμος ἄσπονδος.] Falsum testem, qui dicendæ caussæ innoxio potestatem ademisset, justo ac pio bello persequebatur 3, 25. Vid. *Mars.*

Bene tutus a perfidia 28, 44. *i. e. valde tutus.* Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis 9, 3. *conf.* 22, 50. *Virgil. Æn.* 2, 511. Vide *Cuperi Obs.* 1, 8. *et voc.* turpiter. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est 21, 44. Si sui bene crediderint cives 1, 50. Bene ausus vana contemnere 9, 17. Atqui bene habet, si ab collega litatum est 8, 9.

Benefacta 25, 31. Non plura — benefacta Hieronis, quam — maleficia eorum etc. Priorum nostrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, expleat 45, 24.

Beneficii et maleficii occasione omissa 9, 12. Vos potius beneficio vestro occupate eam (*Capuam*), quam illos habere per maleficium sinatis 7, 30. Beneficio ac maleficio abstineri 5, 3. *h. e. eo, quod bene factum foret.* Beneficia gratuita esse po

puli Romani: *(sine redemtione)* pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quam præsens exigere 45, 42. [*Fœdo typothetæ errore in editione Ernestii tertia pro* beneficia *legitur* veneficia.] Quum obnoxium vitæ beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset 23, 4. *i. e. quo vita servata est alteri.* Certamen sine effectu in beneficio apud primores Patrum relinquere 4, 7. *i. q. pro beneficio imputare.* Tribuni militum crearentur, quæ antea dictatorum — fuerant beneficia 9, 30.

Benigne arma capere 3, 26. *i. e. lubenter. Alibi significat largiter, e græco* ἀφθόνως. *Oppos.* maligne. *Horat. Serm.* 2, 6. *Neque illi sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ.* Vid. *Comiter.* Benigne polliceri 6, 6. *i. q. prolixe, liberaliter. Sic* bene polliceri *Sallustio dicitur* 13. *Cat. cap.* 41. *conf.* 9, 30. Benigne alloqui 1, 28. Nusquam legatio benigne audita est 1, 9. Venientem Volsci benigne excepere, benigniusque in dies colebant 2, 35. Vid. *Blande.* Benigne concessa præda 9, 31. Commeatus benigne advexere 9, 32. *conf. cap.* 6. Ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent 45, 44. *i. e. laxe, commode.* Vid. *Gratia.*

Benignus 42, 38. Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro etc. *h. e. copiosa.* Neque illis sociorum comitas vultusque benigni et alloquia non modo sermonem elicere etc. 9, 6.

Bestia 7, 4. Ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere — si quid ex progenie sua parum prosperum sit. *i. e. immanes bestias. Nisi vero* mutas *referendum ad superiora* infacundior — lingua impromtus. [*Nec hæc placet ratio, neque altera. Mutus hic est epitheton ornans, augensque vim oppositionis. Cicero Epist. ad Q. Fratrem* I. 1, 8. Est autem non modo ejus, qui sociis et civibus, sed etiam ejus, qui servis, qui *mutis pecudibus* præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatique servire.] Feras bestias, cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas 26, 13. Nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium circum complendi 44, 9

Bibere 40, 47. Ut bibere sibi juberet dari.

Biduum tempus petere 27, 24.

Bifariam 10, 21. Jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit. Divisis bifariam copiis 25, 32. *i. e. duobus exercitibus ex uno factis.* Bifariam dividunt copias 41, 19. Gemina victoria duobus bifariam prœliis parta 3, 63.

Bigatum. Vid. *Argentum.*

Bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse 4, 15. Vid. *Selibra.*

Bimensis 45, 15. Anni et bimensis tempus prorogaretur. *Creverius conjicit VI. mensium i. e. justum censuræ tempus.*

Bimestre stipendium 9, 43.

Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat 42, 65.

Bipartito 40, 32. Equites bipartito in eos emissi.

Blande 1, 22. Excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne; comiter regis convivium celebrant.

Blandimenta plebi — ab senatu data 2, 9.

Blandiri 21, 1. Hannibalem pueriliter blandientem patri — ut duceretur in Hispaniam. *i. e. per blanditias petentem a patre, ut etc.*

Blanditiæ 1, 9. Accedebant blanditiæ virorum, factum purgantium cupiditate atque amore. Blanditiis satis potentibus ad animum amantis 30, 7. Non facile erat — circumsesso dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum 24, 4. Vid. *Caritas.*

Blandus 23, 18. Otium consuetudine in dies blandius. An blandiores in publico, quam in privato, et alienis, quam vestris, estis 34, 2. *De feminis. conf. Cicer. Verr.* 3, 26. *Nam blanditiæ feminis maxime et meretricibus tribuuntur.*

Bonum 4, 15. bona vendere atque in publicum redigere, *h. e. redactam e venditis pecuniam. Eo sensu apud Tacitum Annal.* 2, 48. *Sunt* bona petita in fiscum. *Sic N. T. Matth.* 26, 9. [*Immo conferendum Græcorum* ὑπάρχοντα.] Congestis in eum omnibus humanis a natura fortunaque bonis 30, 1. *conf.* 3, 12. *paullo ante* munera *dicuntur.* Vid. *Congerere.* Inter cetera sollemnia manet bonis vendendis, bona Porsenæ regis vendendi 2, 14. *h. e. inter ceteros ritus auctionum publicarum, est etiam hic, ut, quæ primum a præcone venalia prædicantur, appellentur bona Porsenæ.* Vid. *Plutarch. in Public. p.* 107.

Bonus 4, 2. Pace boni. *i. e. reipublicæ administrandæ periti. Omnino enim* bonus *dicitur, qui in suo genere præstat, excellit, utilis est.* Pace belloque bonus 4, 3. Bello quoque bonus 30, 1. Vid. *Congerere.* Pecori bonus *(mons)* alendo 29, 31. Cum eo hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest 27, 14. Ut bona mens suis omnibus fuerit 39, 16. *i. e. ne participes illius furoris sint.* Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari 30, 42. Uti bonum animum haberet 8, 32. Bonorum optimus 29, 14. Bona pax 8, 21. *Oppos.* obnoxia. Vid. *Infra in h. v. conf.* 30, 21. Is alteri populo cum bona pace imperitaret 1, 24. Bonum caussæ 3, 72. *i. q. bonitas, justitia.* Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat 7, 13. *i. q. pro bono cessisse s. bono cessisse. De utraque forma vide B. Putruum ad Sueton. Tit.* 7. Ut pro bonis et fidelibus sociis facerent 24, 48. Cam-

pani — haud parva — accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram 7, 30. Vid. *Res.* it. *facilis.* Quibus *(militibus)* boni tribuni plebis quum stipendium extorquere voluerint 5, 5. *Ironice intelligendum. Sic* 21, 10. Legatos — bonus imperator vester in castra non admisit; jus gentium sustulit.

Bos femina 25, 12. Bos alenda publice data 41, 13. Bovem in Sicilia loquutum 24, 10. *Alii in genere sequiori. conf. Virgil. Georg.* 1, 478. Auratus bos *vid.* auratus. *it.* eximius. Captus pulchritudine boum 1, 7. Quum actæ boves quædam — mugissent 1, 7. Ante omnes Lælium præfectum classis, et omni genere laudis sibimet ipse æquavit, et corona aurea ac triginta bubus donavit 26, 48. Consul — tribunum decem bubus aureaque corona donat 7, 26. Præter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat 7, 37.

Brachium *munitionis genus prominens et procurrens* 4, 9. Ex alia parte consul muro Ardeæ brachium injunxerat, qua ex oppido sui commeare possent. *Sic* σκέλη *apud Polyænum, p.* 84. *Edit. Maasvic, dicuntur. Talia brachia, præsertim naturalia,* linguæ *dicuntur.* Qui *(murus)* brachiis duobus Piræeum Athenis jungit 31, 26. [σκέλη *Græcorum.*] Muro brachium injungere, *item* immittere 4, 28. *It.* obiicere 22, 52. Superato brachio in urbem penetrat 38, 5. Degressus ad imam partem castrorum, veluti per devexum in mare *brachium* transitum tentaturus 44, 35. Vide *Lucan.* 3. 385. *Schellerus in Lex. citat* brachium fluminis.

Brevis 21, 35. Ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt, *i. e. minus alta.* Aut omnia breviora aliquanto fuere, aut etc. 21, 15. *i. e. brevioribus s. parvis temporum intervallis deinceps consequuta, facta. Notum enim est, omne parvum breve dici, et contra.* Brevissimi temporis impetus 5, 6.

Buccina 26, 15. Ut ad tertiam buccinam præsto essent. *Pro sonitu ejus, signo per eam dato, classico.* Vid. *Supra in v.* bellicum.

Buccula 44, 34. Alii galeas bucculasque tergere. *Bucculis buccæ tegebantur erantque galearum partes.*

Bulla 26, 36. Ita ut annulos sibi quisque, et conjugi et liberis et filio bullam — relinquant.

Bustum 5, 48. Jam pigritia singulos sepeliendi promiscue acervatos cumulos hominum urebat, bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere.

Cadere 1, 56. Velut si prolapsus cecidisset. *conf.* 5, 21. Prolapsaque in vulnus moribunda cecidit 1, 58. Scipionem Cn. filium, ejus, qui in Hispania ceciderat 29, 14. *conf.* 21, 7. Casurumque inter signa Samnitium potius etc. 10, 35. Si — regnum — præceps inde porro ad servitia caderet 1, 40. Amnis cadit in sinum maris 38, 4. Non tibi — ingredienti fines ira cecidit 2, 40. Venti vis omnis cecidit 26, 39. *it.* 36, 49. Ventus, premente nebula, cecidit 29, 27. Cadente Euro 25, 27. Ut cuique *(sors)* ceciderit 2, 12. Si quid adversi casurum foret 35, 18. *conf.* 22, 40. Quid casurum fuisset 38, 46. Quum, quæ tum maxime acciderunt, casura præmonens etc. 36, 34. Dolore tantæ ad irritum cadentis spei 2, 6. Irrita promissa ejus caderent 2, 31. Haud irritæ cecidere minæ 6, 35.

Caduceator 26, 17. Hasdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret etc. *conf.* 31, 38. 44, 46.

Caduceus 44, 45. Oratores cum caduceo ad Paullum misit.

Cæcatus 44, 6. Quorum nihil quum dispexisset cæcata mens subito terrore etc.

Cæcus 9, 5. Belluarum modo cæcos in foveam missos. *i. q. improvidos, incautos.* Ni desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret 9, 14. Non cæcis ictibus procul ex improviso vulnerabantur etc. 34, 14. Cæcus ad has belli artes 21, 54. Cæcæ exsecrationes 40, 9. *i. e. irritæ, sine effectu. Sic Virgil. Æn.* 4, 209. *Cæcique in nubibus ignes terrificant.* In Achæis cæcum erat crimen, nullis eorum litteris inventis 45, 31. *i. e. incertum; neque enim litteris coargui poterant; nihilque noxæ perspiciebatur.* Festinatio improvida est et cæca 22, 39. Qui *(hostes)* cæci avaritiâ in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt 5, 51.

Cædere 32, 12. Cædentes spoliantesque cæsos. Cæsum aliquem agere 2, 36. *i. e. agere, ut cædatur, s. cædendo agere.* Hastilibus cædentes 35, 5, *i. e. petentes et ferientes, scil. punctim, non cæsim.* Consulem exercitumque cæsum 22, 56. *i. e. pulsum cum magna cæde.* Vide *B. Patruum ad Sueton. Vespasian.* 4. Legiones nostras cæcidere 7, 30. Nudatos virgis cædunt securique feriunt 2, 5. Placuit averruncandæ Deûm iræ victimas cædi 8, 6. Capite velato victimam cædat 10, 7. *(de pontifice.)* Postquam, cervice cæsa, fusus est cruor 8, 7. Avem sangualem — sacrum lapidem rostro cæcidisse 41, 13. Latius, quam cæderetur *(murus)*, ruebat 21, 11.

Cædes 3, 10. Multi exsulum cæde sua fœdavere templum. De stupro infando Lucretiæ et miserabili cæde 1, 59. Quum cædes et incendia circum Anienem flumen fecissent 2, 64. Equites — magnam cædem edidere 40, 32. Cum multa cæde prœlium inire 21, 12. *(active intell.)* Justa cæde conficere hostem 6, 13. *i. e. prælio pedestri. Opponitur enim* terrori equestri.

Cælare 9, 40. Calvam *(capitis præcisi)* auro cælavere 23, 24. *i. e. auro cælato distinguere.* Scuta — auro — argento cælave-

runt 9, 40. Pictisque et auro cælatis armis refulgens 7, 10.

CÆLESTIS. Vid. *Cœlestis.*

CÆLUM. Vid. *Cœlum.*

CÆRIMONIA 1, 20. Cœlestes cærimoniæ. *it.* feciales 9, 11. Virginitate aliisque cærimoniis venerabiles ac sanctas *(sacerdotes — Vestales)* fecit 1, 20. Cum quanta cærimonia non vestros solum colatis Deos etc. 29, 10. *i. e. sanctitate.* Omnes cærimonias polluimus 6, 41. *(De contemtis et translatis auspiciis.) Omnino* sacra *intelliguntur.*

CÆSARIES 28, 35. Præterquam quod suapte natura multa majestas inerat, adornabat promissa cæsaries etc. Vid. *Virgil. Æn.* 1, 590.

CÆSIM petere hostem 22, 46. *Oppos.* punctim. *conf.* 7, 10.

CÆTRATI, quos peltastas vocant 31, 36. *conf.* 44, 32. *et Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 490.

CALCULUS 5, 4. Si ad calculos eum respublica vocet. *i. e. ad rationem reddendam.*

CALIDUS 22, 24. Calidiora consilia. *i. e. temeraria et præcipitia.* [*Græcorum* θερμὸς, θερμουργὸς *etc. Conf. Wakefield. Del. Tragœd. T.* 1. *p.* 401. *T.* 2. *p.* 359.]

CALIGO occæcaverat diem 33, 7. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit 29, 27. *Præcedunt:* a meridie nebula occepit. *sequuntur:* sole orto est discussa.

CALLIDITAS 42, 47. Hæc Romana esse, non versutiarum Punicarum, neque calliditatis Græcæ, apud quos, fallere hostem, quam vi superare gloriosius fuerit. Vid. *Astus.*

CALLIDUS 38, 44. Callida malitia inimici.

CALLIS 22, 14. Per æstivos saltus deviasque calles exercitum ducimus, conditi nubibus silvisque. *conf.* 44, 36. *Virgil. Æn.* 4, 405. *in genere masculino.*

CALOR 2, 5. Ut mediis caloribus *(i. q. æstate)* solet.

CALUMNIA 39, 4. qualem calumniam ad pontifices attulerit. Nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent 33, 47.

CALUMNIARI 42, 42. Qui calumniando detorquendoque suspecta et invisa efficeret.

CAMPESTER 10, 2. Agri campestres, *i. e. regio campos habens herbidos ac fertiles. conf.* 40, 37. 53. Campestres vici 40, 58. Campestrem urbem, non flumine, non mari septam 23, 45. Campestre oppidum 27, 37. — iter 21, 32. — certamen 32, 7. *de comitiis; unde etiam* gratia campestris 7, 1. *dicitur.* A campestri aditu castra posuit 40, 22. Campester hostis, gravis armis, statariusque 22, 18. Campestres barbari 39, 53.

CAMPUS terrenus omnis operique facilis 33, 17. Puro ac patenti campo 24, 14. In æquo campi 5, 38. Campus herbidus aquosusque 9, 2. Campi frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti 22, 3. Campus Martius 1, 44. *scil. qui postea sic appellatus est. conf.* 1, 16. Humilibus per omnes tribus divisis forum et campum corrupit 9, 46.

CANALI uno discretæ *(ædes sacræ)* 23, 31.

CANDELA 40, 29. Duo fasces candelis involuti. *i. e. funiculis pice vel cera illitis.* Vid. *Duker. ad h. l. Pighius suspicatur* scandulis.

CANDIDATUS novus 39, 32. *i. e. qui nondum petiit honores. Dictus, ut notum est, a toga candida. Huc pertinet locus ille vexatus* 4, 25. Placet tollendæ ambitionis caussa tribunos legem promulgare, ne cui album in vestimentum addere petitionis liceret caussa. *i. e. album addere vestimento. Neque enim hæc constructio inusitata est.* Vid. *Supra in v.* addere.

CANDOR 9, 40. Candore tunicarum fulgentem aciem. Candida veste et paribus candore armis insignes *ibid.*

CANERE 1, 45. Cecinere vates, idque carmen etc. Te mihi mater, veridica interpres Deûm, aucturum cælestium numerum cecinit 1, 7. Cujus tantæ dimicationis vatem — Q. Fabium haud frustra canere solitum 30, 28. Semel bisne signum canat in castris 27, 47. Classicum apud eos cecinit 28, 27. Inde signum observare jussit, ut pariter — referrentque pedem, si receptui cecinisset 3, 22. *scil.* signum. *Possis etiam sic: si receptui (imperator) canendum jussisset.*

CANTARE ad manum 7, 2. *Dicitur de histrionibus, quum recitantes s. cantantes illud ipsum exprimunt, quod ab saltatoribus gesticulando significatur.*

CANTHERIUM in fossa 23, 47. *Proverbium adhiberi solitum, quum quis admonendus visus esset, ne alium ex se crescere pateretur, uti vitis crescit supra cantherium, i. e. adminiculum, quod in fossa, quæ juxta vitem erat, defigebatur.* Vide *Gronov. ad h. l. Qui proprie ac simpliciter accipiunt hæc verba, his obstant præcedentia* verbis ferocior quam re. *In eo enim erat ferocia, quod improprie, et per audacem translationem perspicuis illis et planis verbis Taurea usus est. Nec vero obstat interpretationi Gronovianæ, quod proverbii vim Taureæ verba, ipso Livio auctore, postea demum sortita sunt. Sufficit enim, ferociam istam verborum, s. insolentiam dictionis, futuro proverbio occasionem dedisse: id quod usu venit in omnibus proverbiis, quæ sunt paucarum vocum et perspicuarum: quæ quidem proverbii vim numquam obtinuissent, nisi singularis earum usus, per eventorum opportunitatem, incidisset. Sed nolo, neque Gronovium plane defendere, neque Cel. Strothium refutare. Longum foret, omnia persequi.*

CANTICUM 7, 2. Livius — dicitur, quum sæpius revocatus vocem obtudisset, petita venia puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus impediebat.

CANTUS 38, 17. Ad hoc cantus inchoantium prœlium et ululatus et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus. *conf.* 21, 28. *it.* 10, 26. Cantus tubarum 25, 24. Descripto jam ad tibicinem cantu 7, 2.

CAPERE conatus ad erumpendum 9, 4. *Conf.* 3, 5. Ad inaugurandum templa capiunt 1, 7. Prospectu in urbem agrumque capto 1, 20. Tum sibi quisque dux adhortatorque captus ad rem gerendam 22, 5. Capere impetum 2, 65. *Nostri: ausholen, ansetzen. Nisi vero pro* impetu capto *legatur* impetu facto, *quod est utique Livio usitatum.* Capere flaminem 27, 8. *Alias de virginis Vestalis electione proprie dicitur.* Velut avertentem sese, ne Capua in oculis ejus caperetur 6, 12. *Conf.* 3, 50. Mœnia — — scalis capiuntur 42, 63. Ut inde tempore capto abirent *ibid.* Quem *(senatum)* qui ex regibus constare dixit, unus veram speciem Romani senatus cepit 9, 17. *i. e. intellexit, agnovit.* Nec fas fuit, alium rerum exitum esse, velut somnio lætiore, quam quod mentes eorum capere possent 9, 9. Cujus magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat 44, 15. *Quum quidem modum nimis excederet, ut ferri vix posset.* Neve cui Patrum capere eum magistratum *(trib. pleb.)* liceret 2, 32. Ædilitatem suarum gentium viris campestri gratia ceperunt 7, 1. *i. e. effecerunt, ut iis daretur.* Capta eo prœlio tria millia, etc. 22, 49. Pro *in eo prœlio.* Se foris pro libertate et imperio dimicantes domi a civibus captos et oppressos esse 2, 23. Amore captivæ victor captus 30, 12. Ne quo errore milites caperentur 8, 6. Captus pulchritudine boum 1, 7. Bove eximia capta de grege *ibid.* Dulcedine potestatis ejus *(trib. pleb.)* capti 5, 6. Ne illæ magis res nos ceperint, quam nos illas 34, 4. Ubi senatum metus cepit 23, 14. *Sic* de pavore 23, 20. De luctu 25, 22. De libidine 1, 57. De cupidine 1, 16. De oblivione 27, 13. De admiratione 44, 12. Captarum pecuniarum ab regibus Illyriorum suspicione infamis 42, 45. Quum obsessa ab armatis templa augusta præterirent ac velut captos relinquerent deos 1, 29. Capti auribus et oculis metu omnes torpere 21, 58. Pedibus captus 43, 7. Captus omnibus membris 2, 36. Capi luminibus 9, 29. Velut mente capta 39, 13. Quæ *(virgines)* alienata mente simul luctu metuque, velut captæ furore, etc. 24, 26. Victus necessitatibus temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret 25, 34. *i. q. exsequitur, vel potius, exsequutus est.* [*immo* init.] *Etenim* capit *pro* cepit, *forte librariorum vitio, obtinet.* [*Non puto.*] Montes proximos fuga capiunt 9, 43. Consules — exercitum a M. Popillio ceperunt 42, 22. Pœnæ capiendæ ministerium 2, 5.

CAPESSERE fugam 9, 39. Bellum 26, 25. Pugnam 2, 6. Rempublicam 3, 69. Quam potissimum capesseret viam 44, 2. Partem secum capesserent decoris 9, 40. *(verba ducum in prœlio milites adhortantium.)*

CAPILLUS 32, 1. In Herculis æde capillum enatum. *De singulis generibus pilorum accipi potest. Sic apud Suetonium Ner.* 1. *de barba dicitur, quod negebat Burmannus.* Vid. *B. Patruum ad illum locum.*

CAPIS 10, 7. Cum *capide* ac lituo, *capite* velato, victimam cædat. *vas pontificale.* Vid. *Gell.* 12, 1.

CAPITAL 24, 37. Præsidio decedere apud Romanos capital esse. *Vulgo legitur* capitale. *Est scilicet* capital *commissum ejusmodi, quod cum pœna capitis conjunctum est.*

CAPITALIS res 3, 13. — Noxa 3, 55. Capitalia aussi plerique 26, 40.

CAPITOLIUM 1, 9. *Per* περίληψιν *dictum de monte Tarpeio.*

CAPITOLINUS 6, 17. Quem *(Manlium)* prope cœlestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem, fecerint.

CAPTARE libertatis auram 3, 37. Captata occasio est, quum, etc. 38, 44. Captatum tempus 4, 36. *It. de* tempestatibus 5, 6. Liberam Minucii temeritatem se suo modo captaturum 22, 28. Bœotorum gentem captatam Philippo 42, 12. *(i. e. ad fœdus invitatam.)* Silentio facto, pluribus locis aure admota sonitum fodientium captabant 38, 7. Inde consilium ex re natum, insidiis ferocem hostem captandi 2, 50. Proditor enim ac prope hostis habitus, dum inter se duo reges captantes fraude et avaritia certant 44, 24. Nequidquam inter se captati, nihil præter infamiam movere 44, 25.

CAPTATOR 3, 33. Ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator evaderet pro truci sævoque insectatore plebis.

CAPTIVUS 32, 26. Captiva aliquot nationis ejus ex præda emta mancipia. Captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit 21, 33. *Nisi vero legendum captivis pecoribus.* Vide *Intt. ad h. l.* Captiva pecunia 1, 53. Si spreta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ 10, 46. Captivum aurum argentumque 45, 40. Captiva signa in unum locum conferri jussit 7, 37. Captiva navigia 10, 2. *It.* naves captivæ 26, 47. — Corpora 31, 46. *Sic Virgil. Æn.* 10, 520. Captivus sanguis. Captiva carpenta 33, 23. — Multitudo 7, 27. — Arma 9, 40. Captivum frumentum 21, 33. — solum 5, 30.

CAPTUS oculis 22, 2. *Vere cæcus.* Vide *Duker. ad h. l. alias de usus defectu dici-*

tur, v. c. 2, 36. Captus omnibus membris. *Is enim pedibus uti iterum didicit.* Vide *Ibid.* Ager ex hostibus captus 4, 48. Captorum (*captivorum*) habitu vultuque 9, 7. Damnatus pecuniæ captæ ab rege 38, 56. Manifestum autem esset, pecunias captas 48, 2. Res similes captis magis mentibus quam consceleratis 8, 18. *i. e. insanis.* Vid. *Capere.*

Caput velare 1, 18. *Proprie erat augurum in auguriis capiendis.* Caput jecinoris 8, 9. In jecinore caput non inventum 41, 14. [*Alii alio modo definiunt, ut videatur incertum, quid in disciplina augurali sic vocarint. Scheffer. ad Jul. Obsequent. p.* 68. *Oudend.*] Tegumenta capitis 22, 1. Consules, velut deliberabundi, capita conferunt 2, 45. *Al. conserunt: de judicibus proprie dicitur.* Conjuratio in tyranni caput facta 24, 5. Tergo ac capite puniri 3, 55. Qui juniorum non convenisset, — caput Jovi sacratum esset 10, 38. Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui etc. 2, 8. In hæc vilia capita sævitis 25, 6. *Oppos. tribuni militum. Conf.* 9, 9. Inde labi cœpit (*quæstio*) ad viliora capita 9, 26. *Oppos.* clara nomina reorum. Capita vilissima 24, 5. *i. e. tenuissimi homines.* Ignota capita 3, 7. *Conf.* 2, 5. Caput noxium 10, 40. — innoxium 42, 8. — Clarum 1, 41. Capita conjurationis 9, 26. Caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse 28, 35. Vid. *Arx.* In capita 32, 17. *Cum distributivo.* Treceni nummi in capita statutum est pretium. *Sic sæpius, etiam ubi* in singulos *dictum est, et similia* 34, 50. 42, 4. In eos, qui capita rerum erant, animadversum 26, 16. *Conf. cap.* 40. In caput consilii, in ducem incurrere (*invidiam*) 8, 31. Capita nominis Latini 1, 52. (*principes*) jam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem senatui det 3, 38. Omnem iram hostium nostris capitibus excipientes 9, 8. Centum — capitum humanorum abducerentur 45, 34. Libera servaque capita 29, 29. *Conf.* 40, 37. Capita *sequente masculino* 10, 1. Capitaque conjurationis virgis cæsi ac securi percussi. *Conf.* 39, 44. Capita Romana 22, 52. Caput rei Romanæ Camillus 6, 3. Corpori valido caput deerat 5, 46. (*dux belli*) magnumque Deorum numen ab ipso capite (*rege*) orsum 1, 23. Esse — aliquod caput (*regem*) placebat 1, 17. Ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem hujus belli esse 28, 42. Ad Scodram — id quod belli caput fuerat 44, 31. Caput belli (*Perseus*) 45, 6. *Opp.* accessio, *quod vid.* tres validissimæ urbes Etruriæ capita 10, 37. *Conf.* 37, 18. Caput Thessaliæ (*Larissa*) 42, 47. *Id. de Leucadio* 36, 11. Castellum — quod caput ejus regionis erat 21, 33. Caput ejus regionis 23, 40. (*Cornum*) Caput ipsum belli Roma 26, 7. Pro capite atque arce Italiæ, urbe Romana bellum geratur 22, 32. Caput orbis terrarum *Roma dicta, ab Hannibale scilicet* 21, 30. Vide *Ruben. Elect.* 1, 25. et *conf. Virgil. Æn.* 8, 65. In Italiam, ubi belli caput rerumque summa esset 27, 20. Perusia, Cortona — quæ ferme capita Etruriæ populorum — erant 9, 37. Caput Samnitium 9, 31. Urbem — caput ejus gentis 21, 5. *Conf. cap.* 6. Brevi caput Italiæ omni Capuam fore 9, 10. Capuam, quod caput, non Campaniæ modo, sed — Italiæ sit, etc. 23, 11. Capita regionum, ubi concilia fierent 45, 29. Caput belli Præneste 6, 29. *Conf.* 44, 31. Urbs, caput insulæ 22, 20. Caput partis ejus Lucanorum 25, 16. Quod (*Veii*) tum caput omnium curarum publicarum erat 5, 8. Id caput (*Antium*) eas vires belli esse 3, 10. Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento responsum est, eo loco caput rerum summamque imperii fore 5, 54. *Conf.* 1, 55. *et Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 444. *It.* 9, 448. Caput rerum Romam esse 1, 45. Caput aquæ Ferentinæ 1, 51. *i. e. fons. Conf.* 37, 18. Summa papaverum capita 1, 54. Capite anquirere 8, 33. *It.* capitis 2, 58. Ea (*mulcta*) in caput vertit 5, 2. *i. e. mortem attulit.* Virginius capitis diem dicit 3, 11. Quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset privato 26, 3. Caput patrimonii 6, 14. *De fundo primario.* De capite (*sorte*) deducite, quod usuris pernumeratum est 6, 15. *Conf. cap.* 35.

Carcer. Vid. *Condere.* it. *Domicilium.*

Cardo *pro loco opportuno* 37, 54. Quidquid intra eum cardinem est. Creati duumviri navales erant, qui tuendam — Anconam, velut cardinem, haberent 41, 1. Ut promontorium iis Minervæ, velut cardo, in medio esset 40, 18.

Carina 28, 8. Navium carinis positis.

Caritas Syracusanorum, non odium 25, 28. *i. e. adversus Syracusanos.* Succedenti tantæ caritati Hieronis 24, 5. *h. e. Hieroni tam caro. Conf.* 7, 40. Vid. *Blanditia.* Ingenita caritas liberûm 8, 7. (*adversus liberos*) ingenita erga patriam caritas 1, 34. Caritate domini 1, 51. *i. q. quia amabant dominum.* Caritas ipsius soli 2, 1. *Conf.* 5, 42. Ni caritas reipublicæ vinceret 2, 2. *i. e. dicere cogeret.*

Carmen rogationis 3, 64. *i. q.* formula. *Conf.* 1, 24. *Sic μέλος et ὕμνος Græcis dicitur de oratione prosaica.* Vid. *Cuper. Obs.* 1, 10. — Vid. *Præfari.* Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant 7, 2. Carmen dirum 10, 38. — Exsecrabile 31, 17. — Furiale 10, 41. Carminis horrendi lex 1, 26. Invento carmine in libris Sibyllinis 29, 10. *De certo aliquo loco istorum librorum.* Carmina *vero in universum dicuntur iidem libri. v. c.* 38, 45. Cecinere vates — idque carmen, etc. 1, 45. *Paullo post:* responsum. Hæc ubi ex Græco carmine (*re-*

sponso Delphico) interpretata recitavit 23, 11. Carmina a militibus in imperatorem dicta 39, 7. *In sensu bono. Sæpius enim jocculariter et petulanter, in pompa triumphali, canebant, etiam, quæ imperatorem læderent, licentia tum militibus concessa: quod ipsi Jul. Cæsari accidit.* Vid. *Ap. Sueton. Jul. cap.* 51. Ovantesque moris sui carmine 10, 26.

Carnifex 2, 56. Non consulem, sed carnificem ad vexandam et lacerandam plebem, etc. *Conf. cap.* 35. *it.* 42, 23.

Carnificare 24, 15. Neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita esse.

Carnificina. Vid. *Ergastulum.*

Carnis 37, 3. Quod Laurentibus *carnis*, quæ dari debet, data non fuerat. *(in casu recto)* [Vid. *Voss. de Anal. L. I. c.* 35. *p.* 545. *L. II. c.* 8. *p.* 699.]

Carpenta Gallica 31, 21.

Carpere postremum agmen 31, 40. *i. e. crebris assultibus cædere, impressionem facere. Conf.* 27, 46. Carpere agmen 22, 32. — extrema agminis 6, 32. — Novissimos 8, 38. Carpi parvis quotidie damnis vires 9, 27. Hostes carpere multifariam vires Romanas 3, 5. Carpere in parva certamina summam belli 3, 61. In multas parvasque partes carpere exercitum 26, 38. Paullum obtrectatio carpsit 45, 35. Soli Ætoli id decretum — clam mussantes carpebant 33, 31. Milites — dictatorem sermonibus carpere 7, 12. *Conf.* 44, 38.

Carptim 22, 16. Ad lacessendum hostem carptim et procursando recipiendoque sese pugnavere. Carptim aggrediendo 44, 41.

Casse ne tempus tereretur 24, 26. *i. q. frustra. Vox alibi non occurrens.* Vide *Drakenb. ad h. l.*

Castellani 38, 45. *Qui habitant in castellis, s. viculis montanis, editis.* Castellani agrestes 34, 27. — Agreste genus *ibid.*

Castellatim dissipati 7, 36. *(per castella).*

Castellum 10, 46. Castella, locis sita munitis, expugnavit. Castella vicique 33, 36. Elephanti castellorum procul speciem præbebant 28, 14. Castellum omnium scelerum 3, 57. *(tribunat Appii.)* Castellum inops 22, 39. Locum quoque editum capiunt, collatisque eo catapultis ballistisque, ut castellum in ipsa urbe, velut arcem imminentem haberent, muro circumdant 21, 11.

Castigare 30, 15. Quod tristiorem rem, quam necesse fuerit, fecerit, leniter castigat. *Cf.* 36, 31.

Castigatio 36, 9. Revocati — castigationibus principum ad perseverandum in proposito. *Cf.* 31, 46.

Castigator lacrimarum atque inertium querelarum 1, 59.

Castius eum sacra privata facere 10, 7.

Castra legionum 29, 35. *It.* navalia *ibid. Cf.* 44, 39. Castra castris collata 10, 32. *Cf.* 4, 27. 23, 28. Septimis demum castris ad radices montis pervenit 40, 22. Secundis castris pervenit 44, 7. *Cf. ibid. cap.* 46. Qui ante, castra, non urbem, *(Romam)* positam in medio — crediderant etc. 1, 21. Castra sunt victori receptaculum, victo perfugium 44, 39. Vid. *seqq.* patria, etc. Cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad patrem tendit 8, 7. Castra removere 9, 24. — Proferre 30, 29. Vid. *Referre.* — Conferre cum hoste 26, 12. — Castris conjungere 3, 69. Qui tractus castrorum quæque forma esset 3, 28. Exercitu instructo paratoque in urbe castra habere 6, 6. *Opponitur hic exercitus alii, qui urbi mænibusque præsidio sit. Sunt igitur illa castra improprie intelligenda.*

Castrensis 44, 35. Multo iniquioribus animis a castrensi consilio auditi sunt. Vid. *Triumphus.*

Casus 23, 22. Suo casu absumi. *i. e. fato mori.* In casum irrevocabilem se daret 42, 62. Rem in casum ancipitis eventus committunt 4, 27. Nec committendum, ut in aleam tanti casus se regnumque daret 42, 50. In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut etc. 38, 49. Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna 30, 30. *i. q. casum ludicrum.* In casum venire summæ dimicationis 22, 32. *it.* universæ dimicationis. *cap.* 31. Seu casu seu necessitate 45, 8. Casus longioris pugnæ 9, 27. *i. e. quos afferre solet longior pugna.* Regna et imperia sub casibus multis esse 42, 50. *i. e. conversionibus rerum et vicissitudinibus obnoxia;* Obsessæ regio præsidio urbis casum miserando 37, 17. Quod belli casus ferunt 8, 31. *Cf.* 42, 50. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret 5, 47. Pecora prædantibus aliquoties, velut casu incidissent, obviam acta 2, 50. Casus maritimi 42, 52.

Cataracta dejecta 27, 28. *i. e. operculum, vel tabula, quæ demittatur, ad aditum obstruendum.*

Catena. Vid. *Conjicere.* In catenis Romam miserunt 29, 21.

Caterva 3, 37. Eorum catervæ tribunalia obsederant.

Catervatim 44, 41. Adversus catervatim incurrentes Romanos — ire cogebantur.

Cavare 44, 35. Medium spatium torrentis, alibi aliter cavati, paullo plus quam mille passus patebat.

Cavere 24, 2. Optimum visum est, ad Hannibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset. Et pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis emitterentur. Hi omnes sub jugum missi. Sociis Samnitium nihil cautum. Ad 7000. sub corona veniere 9, 42.

Cavillari 5, 15. Cavillantes in sta]

tionibus—milites Romanos Etruscosque. *Cf.* 39, 13.

CAVILLATIO 42, 32. Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio, de provincia fuit.

CAUSSA 34, 22. Caussas belli habere. Cum Perseo socii vestri oppugnati, alii interfecti reguli principesque gentium aut populorum, caussa belli vobis fuere 45, 22. Morbum caussam esse, cur abesset 38, 52. *Nonnulli legunt* caussæ. *Cf.* 22, 8. *Ubi* caussa *pro ipso morbo, vel potius pro nova offensiuncula valetudinis imbecillæ dicitur.* Quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus caussa fuisset 24, 18. Quibus aut emerita stipendia, aut morbus caussæ essent, quo minus militarent 34, 56. Vim morbi in caussa esse, quo serius perficeretur 40, 26. Hæc ea caussa est, ut veteres cloacæ —privata passim subeant tecta 5, 55. Per caussam recognoscendi nomina captivorum 22, 6. Per caussam renovati ab Æquis belli 2, 32. Per hanc caussam Thracibus ablegatis 44, 44. *Sic sæpissime pro, sub hoc prætextu.* Vid. *Species, Titulus.* Cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat, perque eam caussam occidere — poterat 1, 49. Caussam mortis legatis fuisse 4, 17. Bellum, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo, caussas cepit 39, 23. Inter eum et tribunos cognita caussa 29, 19. Hæc in posterum caussa jurisque dictio—consuli decreta est 41, 9. *i. e. cognitio caussæ, ut caussæ apud eum dicantur.* Patri—remissa caussæ dictio est 7. 5. Multo majorem caussam Antiochum, quam Ætolos, esse 36, 41. *Ita etiam* cura *de singulis, atque adeo de universis populis, quibuscum bellum gerendum sit, a Livio dicitur.* Quasdam civitates dissentientes in caussam deductas esse 42, 38. Nec enim in caussa ipsorum, sed in populi Rom. clementia spem salutis positam esse 36, 27. *i. e. in bonitate ac justitia caussæ.* Quum parum precibus, parum caussa proficerent 8, 32. De rebus singulis in breve coactæ caussæ 37, 47. *(de compendiis argumentorum int.)* Qui apud multitudinem sua caussa loquitur 3, 68. Vid. *Infra in v.* publicus. P. Manlius deinde dictator rem in caussam plebis inclinavit 6, 39. Libertatis caussam defendere 39, 24. *i. q. libertatem ipsam ejusque partes, jura.* Hanno unus—caussam fœderis—egit 21, 10. *i. q. suasit, ut pax cum Romanis coleretur.* Quid enim aliud esse caussæ credamus 7, 13. Unius tantum criminis, ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci jubeo 3, 56. *Criminis scil.* caussa *vel* nomine, *ut sit hic sensus: unius tantum criminis caussa, quod scilicet vindicias ab libertate in servitutem contra leges dedisti, in vincula te duci jubeo, ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse.* Vide *Duker. ad h. l.* Mortis caussa patris sui 41, 28. (ἕνεκα.) Mitius tamen decreverunt caussa Marcelli 26, 32. Caussa expiandæ violationis ejus templi 31, 12. Ne quis—convenisse caussa sacrorum velit 39, 14. Caussa ignominiæ, uti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum 40, 41. De pecunia finitur, ne major caussa ludorum consumeretur 40, 44. *In his locis vox* caussa *genitivis postponenda erat. Eodem modo Græcorum* ἕνεκα *interdum collocatum reperitur.* [*It.* χάριν, *quod Abreschius Diluc. Thucyd. Auctar. p.* 420: *comparat cum illo Suetonii Aug. c.* 24. Causa detrectandi sacramenti.]

CAUSSARI 23, 8. Patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem caussante. Consensum Patrum caussabantur, quo per contumeliam consulum jura plebis labefacta essent 3, 64. *i. e. falsam pro vera caussa, prætextum afferebant.* Caussatus de privati portenti procuratione 5, 15. Caussando corrumpi equos inclusos in insula 28, 35.

CAUSSARII senioresque 6, 6. *Valetudinis caussa missi, aut immunes militiæ.*

CAUTUS 38, 25. Parum cautus adversus colloquii fraudem. Ad propius præsentiusque malum cautiores esse 24, 32.

CAVUS 7, 34. Cava vallis. *it.* cavæ viæ 26, 10. Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit 24, 34. *Cava it. cavæ i. q. foramina, cavernæ. Hæc autem cava erant cubitalia, h. e. cubiti magnitudinem habebant.* Vide *Drakenborch. ad h. l.*

CEDERE 2, 33. Ut nisi fœdus cum Latinis—monumento esset,—Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. *i. e. excessisset, plane ignoraretur.* Insignisque inter conspecta cedentium pugnæ terga 2, 10. *i. e. fugientium.* Postquam non cessere nec publicæ tempestati, nec suæ invidiæ 4, 55. Tribuni cessere nocti, timentes consulum arma 3, 17. *i. e. nocturno periculo se subducere. Cf. cap.* 60. Conjuges liberosque eorum in custodiam dedit: prædæ alia militum cessere 43, 19. Idem aurum ex hostibus captum in paucorum prædam cessisse 6, 14. Captiva corpora Romanis cessere 31, 46. Quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium 1, 52. Rebusque suis omnibus Lavinium translatis civitate cessit 2, 2. Currum ei cessuri 45, 39. *(triumphalem)* Siciliâ sibi omni cedi 24, 6. Cedentibus invicem appellatione decemviris 3, 34. Alienigenis bene parto eo *(regno)* cedere 42, 50. *Sic et* concedere *dicitur, v. c.* 22, 25. Quo jam, tamquam trans Iberum agro, Pœnis concessum sit. Vid. *Concedere.* Quum jam ex re nihil dari posset, fama et corpore, judicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant, pœnaque in vicem fidei cesserat 6, 34. Auxerat id maxime animos, quod,

ignari, loco iniquo, non hosti, cessum velut fugientes ac territos, terribiles ipsi, sequuti fuerant 8, 38. Nolle ominari, quæ captæ urbi cessura forent 23, 43. *i. e. eventura. In malam partem dictum. Alias et in alteram partem, absolute quidem, dici solet.* Vid. *Drakenborch. ad* 2, 44.

Celare 5, 51. Sacra, in ruina rerum nostrarum, alia terræ celavimus, alia etc. *ex more Græcorum, qui ponunt Dativ. pro Ablat. et Accus.* Vid. *Drakenb. Similiter:* it clamor cœlo. *Alii tamen præferunt* terra. Conscios celabat 24, 5. *i. e. eorum nomina reticebat.*

Celeber 25, 12. Vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt, celeberque dies omni cærimoniarum genere fuit. Mænii celebre nomen laudibus fuit 4, 53. Quorum celebre per Hispaniam responsum ceteros populos ab societate Romana avertit 21, 19.

Celeberrimus 4, 54. Quum et spiritus plebes sumsisset et tres ad popularem caussam celeberrimi nominis haberet duces.

Celebrare 2, 42. Celebrabant tribuni popularem potestatem *(suam)* lege populari *i. e. jactabant, et illustri documento probare, scil. populari lege, volebant, quam esset popularis.* Virginii patris sponsique Icilii populare nomen celebratur 3, 44. Celebrante populo diem triumphavit 10, 37. Frequentiaque urbana celebrare actiones et resistere conspirationi patriciorum possint 5, 11. Tribuni — legem omnibus concionibus suis celebrabant 3, 31. Nisi in trajectu forte fluminis prohibendo, aliquarum navium concursum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere 4, 34. Cum his *(pastoribus)* seria ac jocos celebrare 1, 4. *i. e. sæpe operam dare rebus seriis ac ludicris.* Publicum gaudium privatis studiis celebratum est, 10, 45. Celebrandarum cantu epularum caussa 9, 30. Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, postquam quietæ res ab hostibus erant, celebrari de integro jurisdictio 6, 32. Majore quam solita, frequentia prosequentium consulem celebratum 44, 22. Et Scipio dux, partim factis fortibus, partim suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus 29, 26. Vid. *Inimicitia.*

Celebratior. Vid. *Supplicatio.*

Celer 9, 32. Ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus. *Cf.* 22, 38. [*Herodotus p.* 596. γνώμας ἐς ταχύτητα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἶη. Vid. *Quæ monuimus ad Longi Pastor. p.* 374.] Nimis celeri desperatione rerum 21, 1.

Celeritas 41, 10. In provinciam — præcipiti celeritate abit.

Celeriter 45, 1. Nuncii — quanta potuit adhiberi festinatio, celeriter Romam quum venissent.

Cella 27, 25. Negabant unam cellam amplius, quam uni deo, rite dedicari. *Est autem cella, antiquitus quidem, ædicula uni simulacro destinata, quod alias delubrum dicitur.* Cella Jovis 5, 50.

Celoces 37, 27. Apparuit inde, piraticas celoces et lembos esse. *Cf.* 21, 17. *Erant autem celoces naves breviores, ob celeritatem insignes, eædemque quæ* celetes. Vide *Cel. Ruhnkenium ad Vellei* 2, 73.

Celsus 7, 16. Celsique et spe haud dubia feroces in prœlium vadunt. Celsus hæc corpore, vultuque ita læto, ut vicisse jam crederes, dicebat 30, 32. *i. e. capite sublato, erecto, obstipo, unde spiritus et fiducia apparerat. Cicero etiam de animo dixit Tusc.* 5, 14.

Censere 1, 52. Se utilitatis id magis omnium caussa censere, ut renovetur id fœdus. Sententia — censendo, quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat 3, 40. *i. e. in hanc sententiam SCtum perscribendum videbatur. Opponitur enim auctori nullius SCti faciendi.* Quum in senatu vicisset sententia, quæ censebat etc. 2, 4. De bonis regiis, quæ reddi antea censuerant 2, 5. Pro *reddenda esse.* Bellum Samnitibus Patres censuerunt 10, 12. *scil. indicendum, aut inferendum esse.* Adeo stolida impudensque postulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum 21, 20. *i. q. suadere, vel potius, interpellare.* Nunc quoque arcessas censeo omnes navales terrestresque copias 36, 7. Censeo *in tali contextu omissum* 21, 10. *ult.* Undecim millibus hæc classis censebatur 1, 42. Censendo finis factus est 1, 44. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur *ibid. cf.* 9, 19. Eos, ubi proximo lustro censi essent, censeri jusserunt. et eos — censendi jus factum est 45, 15. Cives suos Romæ censos plerosque Romam commigrasse etc. 41, 8.

Censor. Vid. 42, 3. *Med.*

Censorius. Vid. *Nota.*

Censura tristis 39, 41. *i. q. libera,* severa et fortis, uti paullo ante dicta erat. Moribus quoque regendis diligens et severa censura fuit 41, 27. In equitibus recensendis tristis — atque aspera censura fuit 43, 16. *Opponitur censura mitis* 38, 28. Summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit 9, 34. Flavium dixerat ædilem forensis factio, Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat 9, 46.

Census 1, 42. *De sorte ipsa bonorum cujusque classis. Ceterum intelligenda sunt ibi omnia ad normam assium libralium.* Censu perfecto 1, 44. Vid. *Descriptio.* A censu senatum legit 34, 51. *alias:* ex censu 26, 35. Summam aliorum Campanorum etiam census distinxerunt 26, 34. *i. e. multitudinem, turbam; ut sit hic sensus: reliqui Campani, in quos singulos non decretum erat, secundum census puniti sunt, secundum census de iis statutum est.* Duo-

decim coloniarum, quod nunquam ante factum erat, — censum acceperunt 29, 37. *cf.* 39, 44. Censui censendo diem dicere 43, 14. *i. e. agendo, æstimandisque civium fortunis et facultatibus.* In censum referre *(Cato)* viatores jussit *(nimis pretiosas res)* 34, 44. Octuplicatoque censu etc. 4, 24. Vid. *Octuplicatus.* Censum agere 40, 46. Id est *(esse)* civitatem libertatemque eripere; non, ubi censentur, finire, sed censu excludere 45, 15.

CENTUM *cum genetivo* 45, 34. Centum quidquaginta capitum.

CENTURIÆ 26, 18. Ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines. *Hic centuriæ pro tribubus, ut alibi, positæ sunt. Ceterum homines centuriis oppositi intelligendi sunt de omnibus omnino omnium ordinum omnisque sexus hominibus.* Quum ceteri centurias non explessent 37, 47. Vid. *Intt. ad* 3, 64. Centuria Veturia 26, 22. *Hoc autem est nomen tribus. Dici vero centurias pro tribubus et contra, docent Intt. ad* 26, 18.

CENTURIARE 25, 15. Eam *(juventutem)* ex industria centuriaverat armaveratque ad tales casus *i. e. in centurias, quæ sunt peditum, descripserat. Equites enim decuriantur. cf.* 22, 38. *it.* 29, 1. Vid. *Convenire.* Seniorum cohortes factæ, libertinique centuriati 10, 21.

CERA 1, 24. Ut illa prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt. *i. e. ex codice tabularum ceratarum.*

CEREMONIÆ cœlestes 1, 20. Ceremoniæ auspiciaque 22, 9. Cum quanta ceremonia non vestros solum colatis deos etc. 29, 18. Ceremoniæ feciales 9, 11. Virginitate aliisque ceremoniis venerabiles ac sanctas *(virgines Vestales)* fecit 1, 20.

CERCURI 23, 34. *Genus navium Asiaticarum earumque prægrandium.* [*Hæc est Nonii Marcelli p.* 533. *explicatio: dubito, an vera. In Livio quidem* 33, 19. *Cercuri cum lembis* (*Idem Nonius p.* 534.: Lembus, navicula brevis piscatoria.) *conjunguntur. Sic et Suidas T.* 2. *p.* 300.: Κέρκουρος· νηὸς εἶδος. Κέρκουροι καὶ μυοπάρωνες (*Nonius p.* 534.: Myoparo est navicula piratarum.) καὶ λέμβοι εἴδη πλοίων. *Hinc lusus Rufini in Analect. Brunck. T.* 2. *p.* 349. *ad quem Scholiast. in Cod. Vatic.*: Εἰς ἑταίραν Λέμβιον καὶ Κερκούριον. εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα μικρῶν καραβίων, τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. *cf. Ducang. Glossar. Gr. v.* κάραβος, καράβιον, σάνδαλις *etc.*]

CERNERE 7, 14. Quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat. *i. e. judicabat.* Cujus *(fœnoris)* cernendi quum ratio quæreretur 35, 7. *Vulg.* coërcendi. *At illa lectio haud dubie præferenda. Est enim* cernere f. *i. q. inspicere.* Vid. *Intt. ad h. l.* Neminem, quum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat 26, 2. Nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere 42, 12. Priusquam id sors cerneret 43, 12. *i. q. decerneret. Sermo autem est de provinciis.* Quum — hereditatem regni creverit, quæque procurator tenuerat, pro domino possederit 24, 25. Vivo et spirante me hereditatem meam ambo spe et cupiditate improba crevistis 40, 8. Quum litteras ab rege Perseo per ignobiles tres legatos cerneret 45, 4.

CERTAMEN 31, 14. Navalia certamina pro *præliis. Ita et* 40, 48. Contracto certamine *intelligendum.* Circa jacentis Galli corpus, contracto certamine, pugna atrox concitatur 7, 26. Ingens fuit cum hoste certamen, non segnius inter dictatorem et magistrum equitum 9, 40. Sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat: quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Pœni 21, 7. Transire cum Publilio certamen 9, 12. Tanto irarum certamine 9, 39. *cf.* 1, 7. In ipso certamine pugnæ 36, 19. *Sic* certamen verborum linguæque 10, 22. Certamen laboris ac periculi 28, 19. Certamen amicitiæ, benevolentiæ 37, 53. Certamen bonæ artis ac virtutis *ibid* 54. Certamen conferendi est ortum 4, 60. *i. e. æmulatio in conferenda pecunia.* Nihil neque apud duces, neque apud milites remittitur a summo certamine animi 6, 24. Nec certamen juris, sed vim quæri appareret 21, 6. *i. e. de jure.* Patrum — animos certamen regni ac cupido versabat 1, 17. Certamine accenso 1, 57. *(de uxoribus.)* Regni certamine ambigebant fratres 21, 31. Omnia intempestive agendi certamen erat 45, 21. Magno certamine cum prætore habito tenuerunt caussam 39. 3. Pravum certamen notarum inter censores 29, 37. Miscente Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina 41, 19. Video — differri adversus nos certamen 3, 54. *cf.* 6, 18. In aliena urbe cum patribus serere certamina 2, 1. Certamina domi finita 2, 58. *i. q. seditiones domesticæ.* Vide *Intt. ad h. l.*

CERTARE 9, 46. Contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit. Vid. *In. voc. sequ. it. in v.* mulcta. Provocatione certato 1, 26. De provocatione certatum ad populum est *ibid.* Odiis etiam prope majoribus certarunt, quam viribus 21, 1. *Virgil. Æn.* 2, 30. hic acie certare solebant. Vid. *Intt. ad h. l.* Certare oratione 21, 11.

CERTATIO 25, 4. Omissa mulctæ certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt. *cap. præced. est* certare mulctam. *h. e. de mulcta.* Quo magis, spatio interposito, ab impetu ad consultandum advocabantur, eo plus abhorrebant a certatione animi 2, 57.

CERTE quidem vos estis Romani, qui etc. 45, 22. *cf.* 2, 1. Mœnibusque se certe, si non armis, ab hoste videbantur defensuri 22, 54.

CERTUS 5, 33. Si quidquam humanorum

certi est. Legatorum paullo ante verba ad certum redegisse 44, 15. Certum atque decretum est, non dare signum 2, 45. Certa — sorte senatus consultum factum est 36, 2. *i. e. posteaquam sorte, sortitione, decretum est.* Breviore intervallo certiora intuentes 10, 35. Consternatio — certior res 29, 6. Adversus hostem, nec spe, nec animo certiorem 29, 6. *i. q. nec firmiorem nec fortiorem.* Ut quibus pro spe certum esset 40, 28. Ut semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam 9, 39. Donec ad certum dirigatur, vanusne hic timor noster, an etc. 41, 23. Id parum certum est, solamne, an ab omnibus — adjutam 5, 35. Certum habeo, te imprudentia labi 36, 28. Vid. *Intt. ad h. l. cf.* 5, 3.

Cervix 35, 11. Equi sine frenis, deformis ipse cursus rigida cervice et extento capite currentium. Etsi bellum ingens in cervicibus erat 22, 33. Quum in cervicibus sumus 44, 39. Tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi essent 9, 6. Cervicibus eorum præpotentem finitimum regem imposuisse 42, 50. Regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto 4, 12.

Cervos 44, 10. Munimenti lignei genus. Vid. *Jul. Cæs. B. Gall.* 7, 72.

Cessare 1, 46. Spernere sororem, quod virum nacta muliebri cessaret audacia. *i. q. non uteretur.* Antiochus, ne cessaret per hibernorum tempus etc. 36, 5. Ne nunc quidem aut in ducibus, aut in militibus vestris cessat ira deæ 29, 18. Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper alicujus cladis spectaculo cessaret 5, 42. Ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum 21, 7. Priorum nostrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, expleat 45, 24. Se nullo usquam cessaturum officio 42, 6. Non cessari a sacrilegiis 31, 12.

Cestrosphendonæ 42, 65. Maxime cestrosphendonis vulnerabantur. hoc illo bello novum genus teli inventum est. ["Κέστρον in v. l. dicitur etiam esse teli genus: quod κέστρος a Suida appellatur, et κέστρος ab Hesychio, qui dicit esse ἀμυντήριον ὅπλον. Unde κεστροσφενδόνη apud Livium, idem quod κέστρος, ut patet ex utriusque descriptione, apud Livium lib. 42., circa finem, et apud Suid. in κέστρος: quam confer." *Hæc H. Stephan. in Thesaur. L. Gr. T.* 2. *col.* 275. *D.*]

Cetera acies 6, 8. Conspectu suo prœlium restituit, ostentans vincentem ceteram aciem. Cetera deprecatio 42, 48. [Vid. *Clav. Ciceron.*] Quod satis in usum fuit sublato, ceterum (*spartum*) omne incensum est 22, 20. Soluta ab ceteris (*scilicet hominibus*) rate 21, 28. Cetera classis fugerunt 35, 26. Ceteri Patrum 6, 40.

Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse præjudicium rei tantæ afferre 3, 40. *i. q. alioqui. alias.* [Vid. *Gifan. Observat. L. L. p.* 58. *Allenb.*] Consules exitu anni non consulibus ab se creatis — ceterum dictatori etc. 9, 21. *illud ceterum, quia non præcedit, ut subinde, eleganter pro particula adversativa positum est. cf.* 9, 26. 42, 26.

Cetrata cohors 31, 36. πελτασταί.

Cibus 24, 16. Stantes cibum potionemque, quoad stipendia facient, capturos esse. *Intelligendum de cœna; nam prandium omnes capiebant stantes. v. Lips. milit. Rom.* 5, 16. Cibo victuque fraudari 2, 35.

Cicatrix 29, 32. Ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa jactationem etc. *i. e. obducta.* [*Proprie dicitur* cicatricem ducere. Vid. *Rhodii Lexic. Scribon. p.* 361. *a. Pro eo in Celso legas* cicatricem inducere, ad cicatricem perducere. *Loca collegit laboriosissimus Matthiæ in Lexic. Celsian. p.* 76. *b. c.*]

Ciere pugnam *principes dicuntur* 9, 22. *i. e. initium pugnandi facere. cf.* 1, 12. Ciere seditiones 4, 52. — prœlium 4, 33. — memorandum prœlium 7, 33. — bellum 5, 37. — tumultum 28, 17. Qui tantas jam nunc procellas, prœlia atque acies jactando inter rogatos ciet 22, 39. Quid vanos tumultus ciemus? 41, 24. Ab ultimis subsidiis cietur miles 9, 39. *h. e. arcessitur in primam aciem. cf.* 28, 27. Simul ad arma ceteros ciens 5, 47. Non homines tantum, sed — fœdera et deos ciebamus 22, 14. *i. q. commemorabamus.* Triumphum nomine ciere 45, 38. *Iö Triumphe! exclamare.* Multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est; venti et auræ cient; ita aut tranquillum, aut procellæ in vobis sunt etc. 28, 27. Ciere ingentem irarum molem ex alto animo 9, 7. Qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos 10, 8. *it.* 9, 8.

Cilicium 38, 7. Ciliciis prætentis.

Cinctus 8, 9. Incinctus cinctu Gabino. *Idem dicitur* Quirinalis. *cf.* 5, 46.

Cingere 23, 28. Equites cornua cinxere. Unus ex purpuratis latus cingebat 32, 39. Hispano cingitur gladio 7, 10. *Alibi* 40, 13. Gladiis accincti *dicuntur. Contra ibid. cap.* 7. ferro succincti.

Circa 1, 4. Venando peragrare circa saltus. *i. e. saltus, qui circa sunt. Sic* 29, 29. Agros circa vastavit. *it.* 1, 17. Circa civitates. *h. e. quæ circa erant sitæ, vicinas. conf.* 9, 15. 21, 7. *Similiter* 2, 23, alibi militia *dicitur pro militia alibi facta.* Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens 21, 7. Tanta circa (*scil. Hannibalem*) fuga ac trepidatio fuit, *ibid.* Romulus legatos circa vicinas gentes misit 1, 9. *h. e. ad vicinas gentes, quæ circa erant, s. omnes deinceps.* Literis circa præfectos missis, 42. 51. Extemplo et circa prætorem ad civitates missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent 21, 49. *Circa prætorem, explicante Gronovio, sunt,*

qui circa prætorem erant. Forte ita dixit Livius, ut vitaretur tædium legentibus e repetitione τῦ qui ; *præsertim quum illud* qui *copulam* que *præcedere voluisset.* Circa Padus amnis 21, 43. *Nisi legend. cum Gronovio* contra ; *quemadmodum haud dubie legendum est ; sequitur enim* a tergo, *et præcesserant hæc :* dextra lævaque duo maria claudunt. Campus ante montibus circa septus erat 28, 33. Ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebat 27, 18. Frumento undique circa ex agris convecto 42, 56. Omnia contra circaque hostium plena erant 5, 37. Ante signa circaque omnes ceciderant 9, 32.

Circuire I, 9. Ipse Romulus circuibat docebatque etc. Vid. *Circumire.*

Circulus muri exterior 36, 9. In circulis conviviisque celebrata sermonibus res est 34, 61. *Conf.* 44, 22.

Circum 42, 45. Legatio in Asiam et circum insulas missa. Qui primo tribunicios homines — circum se ostentaverant plebei 3, 37.

Circumvagere 42, 42. Circumagetur hic orbis. Jam magna parte anni circumacta 26, 40. Circumactus est annus 6, 38. Circumactum solstitium 44, 36. Qui *(annus)* solstitiali circumagitur orbe 1, 19. Circumactis decem et octo mensibus 9, 33. Circumegit se annus 9, 18. Nobis — in apparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur 24, 8. Prius se æstas circumegit, quam etc. 23, 39. Circumagenti se ad dissonos clamores — hosti undique objecerat victorem peditem equitemque 4, 28. Ut, altero ab tergo se ostendente bello, circumactus ad interiorem regni partem tuendam, nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur 44, 35. Vixdum induciarum tempore circumacto 27, 30. *i. e. exeunte, peracto. Etenim in his nihil respicitur eo, ut, quod circumagi dicatur, in se, tamquam circulus, redeat, id quod de integro anno rectius dici et potest, et solet.* Alieni animi momentis circumagi 39, 5. *i. e. in aliorum gratiam, prout animati sunt, mutare se.* Repente intorta navis in proram circumagebatur 28, 30. Spatium circumagendi signa, vertendique aciem a castris in hostem fuit 10, 36. *Conf.* 26, 8. Ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem 6, 24. Ab rapido cursu circumagendo equo effusus 10, 11. *Sic proprie dicitur. Sic enim* 8, 7. Circumactis equis. Perseus extemplo circumagit aciem 42, 64. In quo exercitu milites, consul, et imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse 44, 34.

Circumarare 2, 10. Agri, quantum una die circumaravit, datum.

Circumcolere 5, 33. Qui sinum circumcolunt maris.

Circumdare exercitum castris 3, 28. Ex composito armata circumdatur Romana legio 1, 28. Hostia itineri circumdata 40, 13. *De sacrificio lustrali.* Jam se ad prohibenda circumdari opera Æqui, parabant 3, 28. *i. e. circumdanda, vel potius, circumdari cœpta. [Errat Ernestius. Est i. q. Æqui se parabant, ut opera circumdari prohiberent. Omnino vix intelligo, cur VV. DD. (Neque enim solus Ernestius hic æstuat) hunc locum pro difficili habuerint.]* Oppidum corona circumdatum 4, 47. Ac nescio, an majora vincula majoresque necessitates vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit 21, 43. Hinc patre, hinc Catulo, lateri circumdatis 30, 19. *Similiter latus alicujus* claudi, *etiam* cingi *dicitur, vel ab uno.* Vid. *cingere. [Similiter Græci περιιέναι de uno ; quem tamen illius verbi usum parum probarunt, qui accuratius loquerentur.* Vid. *Lucian. T. 3. p. 566. ibique Græv. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 332. b.]*

Circumducere 10, 29. Præfectis equitum jussis ad latus Samnitium circumducere alas. Haud dubia res visa, quin per invia circa, nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret (*i. e. circumducere deberet. Sic Gronov.)* agmen 21, 36. Circumducto agmine 29, 33. Suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant 1. 27. Pars, devio saltu circumducta, ab tergo adgrederetur 41, 19.

Circumferre bellum 9, 41. *i. e. plures deinceps populos bello petere. Conf. cap.* 45. Vicatim circumferentes bellum 10, 17. Circumferendo passim bello 9, 41. Circumferendo bello ad singulas urbes 9, 45. Circumferens inde minaciter truces oculos ad proceres Etruscorum 2, 10. *Conf.* 5, 41. Circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes 31, 30. Legati SCtum. Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt 43, 17. Satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur 26, 13. Clamor circumlatus exterruit 2, 50. *i. q. undique sublatus.*

Circumfundere 22, 7. Circumfundebantur obviis sciscitantes. Hannoni Afrisque se circumfudere 29, 34. *Conf.* 10, 36. 28, 26. Qui *(locus)* præbere ipse prospectum quum ad urbem (Karthaginem) tum ad circumfusum mare urbi posset 30, 9. Circumfusa multitudo in concionis modum 2, 28. Circumfusa turba lateri meo 6, 15. Ibi ea, quæ convenerunt, circumfuso agmine equitum, facta 44, 23. Consuli Lacuino Capuam prætereunti circumfusa multitudo Campanorum est 26, 27. Circumfusæ undique voluptates 30, 14.

Circumjicere 36, 9. Circumjectus munitionis brevior orbis. Ædificia circumjecta muris 9, 28.

Circuminjicere 25, 36. Si quo modo posset vallum circuminjicere.

Circumire 42, 37. Lentuli in Cephal-

leniam missi, ut — omnque maris — circumirent. *Mox:* Marcio et Atilio Epirus etc. Circumeundæ adsignantur. *Paullo post:* Lentuli, circumeuntes Peloponnesi oppida etc.—*Ibidem:* Inde Bœotiam atque Eubœam adspicere jussi. Circumire ibi et prensare homines 3, 47. Hæc prope concionabundus circumibat homines *ibid.* Quibus *(cornibus)* circumibantur 41, 26. Vigiliæ acerbius et diligentius circumitæ sunt 45, 37. Vid. *circuire.*

Circumligare 21, 8. *(Ferrum)* stuppa circumligabant, liniebantque pice.

Circumluere 25, 11. Quo *(mari)* in peninsulæ modum pars major *(arcis)* circumluitur.

Circummittere 29, 33. Quo *(tempore)* pervenisse jam circummissi videri poterant. Veiens, multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Rom. aggrederentur, post montes circummisit 4, 18. *Conf.* 2, 50. 40, 22. Scaphas circummisit, ut ex navibus gubernatores — convenirent 29, 25.

Circumpadani campi 31, 35.

Circumscindere 2, 55. Eo infestius circumscindere et spoliare lictor. *i. e. lacerare vestem.*

Circumscribere 45, 12. Virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem.

Circumsedere urbem Rom. ab invidia et odio finitimorum 6, 6. *Conf.* 9, 2. Non facile erat — circumsesso dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum 24, 4. Circumsessum Capitolium 5, 53. *i. q. obsessum.* Opem non circumsessis modo, sed etiam circumvallatis ferret 25, 22. *Conf.* 9, 42. *it.* 42, 65. Quales *(belluæ)* fretum quondam — ad perniciem navigantium, circumsedisse fabulæ ferunt 29, 17. *i. e. obsedisse.*

Circumsepire 1, 49. Tarquinius — armatis corpus circumsepsit.

Circumsidere 9, 21. Plistiam ipsi, socios Romanorum, — circumsidunt. Mox Karthaginem circumsidebunt Romanæ legiones 21, 10. . Victores circumsidunt urbem — vi expugnaturi 41, 19. *Conf.* 42, 56.

Circumsistere 10, 19. Digredientes jam consules legati tribunique — circumsistunt. *Conf. cap.* 20. *Ult. it.* 1, 28. 2, 2. 23. Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes 1, 51.

Circumsonare 3, 28. Clamor hostes circumsonat. Dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt 27, 18.

Circumspectare 26, 18. In magistratus versi circumspectant ora principum. *Conf.* 3, 37, 38. 25, 36. Circumspectantes defectionis tempus 21, 39. Quousque me circumspectabitis? 6, 18. Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut prœlium incipiant, circumspectant 2, 10.

Circumspectus 10, 34. Unde in omnes partes circumspectus esset. Ut distineret regem ab circumspectu rerum aliarum 44, 35.

Circumspicere 37, 41. Ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant, nedum extremi inter se conspicerentur. Autumno tecta ac recessum circumspicere, 5, 6.

Circumstare 8, 32. Legati circumstantes sellam. *Conf.* 25, 34. Quem tres Curiatii circumsteterant 1, 25. Duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam 27, 40. Simul duobus circumstantibus urbem bellis 3, 38. Quum tanti undique terrores circumstarent 6, 2. *Conf. cap.* 9. Ancepsque terror circumstabat 21, 28. *Conf.* 42, 65. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quæ multa simul undique eum circumstabant 30, 3.

Circumvadere 9, 40. Is novus additus terror, quum ex parte utraque circumvasisset aciem. *Conf.* 34, 21. Profectique ad classem immobiles naves — circumvadunt 10, 2.

Circumvallare 10, 35. Casurum inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra Romana videat. *Conf.* 43, 19. Ut tunc saltem opem non circumsessis modo, sed etiam circumvallatis ferret 25, 22. *Mox:* priusquam clauderent Capuam operibus.—*Cap. eod. ult.:* Capuam jam duplici fossa valloque cinctam.

Circumvectare 41, 17. Qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur.

Circumvehi procul castra jubet speculatique 27, 47. *Conf.* 10, 29. Circumvectus Brundisii promontorium 10, 2. *Conf.* 44, 28.

Circumvenire 10, 2. In medio circumventi hostes. Ita cæsa ab tergo legio, atque in medio, quum hostis undique urgeret, circumventa 10, 26. Ut tantis circumventam terroribus expediret rempublicam 2, 24. *Conf.* 28, 22. Falsis criminibus — circumventum — arguens 4, 21. An placeret fœnore circumventam plebem 6, 36.

Circus 9, 42. Concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo, quem maritimum vocant. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est 27, 21. Quum per circum reveheretur ad foros publicos 45, 1. Vid. *Plin.* 34. 5. *It. Drakenborch. ad* 29, 37. Scenicos ludos per quatriduum, unum diem in circo fecit 42, 10. Vid. *Ludi.*

Cistophori 37, 46. *Nummi Asiatici genus.* Vid. *Clav. Cicer. in h. v.* [*Eckhelius in Doctr. Num. Vet. Vol.* 4. *Cap.* 18. *Pag.* 352. *sqq. copiose agit de numis cistophoris. Add. Raschii Lexic. Univ. R. Numar. T.* 1. *P. poster. p.* 552. *sq.*]

Citare 2, 29. Citari nominatim unum ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent. *Scilicet proprie de delectu adhibetur vox citandi, quod est, nomen alicujus*

per præconem pronunciare, ut adsit et respondeat. Patres in curiam per præconem ad regem — citari jussit 1, 47. Vid. *Vocare. Conf.* 3, 38. Quum senatus in forum citari cœptus esset 1, 48. *Sic, non* in foro, *legendum censet Dukerus* 27, 24. Senatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante — fuerat, 9, 30. Quum citatos decurrere hostes vidisset 2, 10. *i. q. accelerare.* Citatisque equis nuncium ad patrem perferunt 3, 46. Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur 41, 3.

Citatissimo agmine 22, 6.

Citius 8, 32. Vitam sibi eripi citius, quam gloriam rerum gestarum, posse. *i. q. prius, antea.*

Citra 10, 25. Ad castra — pergit. paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. *Absolute pro, citra castra.*

Citro 29, 23. Data ultro citroque fide. *(de fœdere.)* Ut obsides ultro citroque darentur 44, 23.

Citus 33, 48. Nocte via cita regionem quamdam agri Vocani transgressus, *i. e. itinere celeriter facto.*

Civicus 1, 40. Non modo civicæ, sed ne Italicæ quidem stirpis.

Civilis exercitus 42, 35. — Clamor 3, 28. *i. e. popularium.* Karthaginiensi nihil civilis roboris est; mercede paratos milites habent 28, 44. [*Græcorum* πολιτικὴ δύναμις, πολιτικοὶ στρατιῶται, πολιτικὸν στρατόπεδον.] Neque magistratum continuari satis civile esse 27, 6. Consilium non civilis exempli 7, 5. Nulli civilis animus neque legum, neque libertatis æquæ patiens 45, 32. Sermo minime civilis 6, 40. *i. e. arrogans.* Si quidquam in vobis non dico civilis, sed humani esset 5, 3. Civile jus, repositum in penetralibus pontificum evulgavit 9, 46.

Civiliter 33, 46. Horum *(judicum)* in tam impotenti regno, neque enim civiliter nimiis opibus utebantur, Prætor etc.

Civis Romanus, si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit 4, 3. *Hic aut* civi Romano *legendum, aut intelligendum* ei *videtur.* [*Pusillum negotium, comma, quantas turbas dedit! Junge;* Civis Romanus si sit etc. *ut in Sallustio:* Huic quia etc.] *Sic Sallust. B. Cat.* 11. *Huic, quia bonæ artes desunt, dolis ac fallaciis contendit.* Quibus quid aliud, quam admonemus *nos cives* eorum esse 4, 3. *Nisi legendum cum aliis concives. Sed hanc emendationem Drakenborchius rejicit, quum sit ea vox sequioris ætatis.* [*Cf. Nolten. Antibarbar. col.* 476, *sq.*] *Sed tamen apud Ciceronem est etiam* conservus. Res tuas tibi non solum reddent cives tui 2, 2. *Concives, populares, conf.* 45, 22. Neque civibus satis lætus adventus ejus fuit, nec hostibus quidquam attulit terroris 8, 36. *Hic cives pro popularibus latiori significatione accipiendi; neque enim milites tantum legionarii intelligendi videantur.* Quidquid civium domi, quidquid in exercitu sit 1, 25. Inter cives Romanos et peregrinos 22, 35. *E glossa esse* Romanos *ut existimemus, tum usus loquendi suadet, tum quorundam librorum, et Pighii emendantis, auctoritas; præsertim quum non in formula sollemni, sed e persona Livii dicatur. In decretorum formulis, in quibus usus linguæ publicus dominatur, talia sæpius abundare constat.*

Civitas 3, 47. Quum civitas in foro exspectatione erecta staret. Vid. *Erigere. it.* agmen *et* viritim. Civitas Romana 9, 45. Pro *jure civitatis.* · Civitas sine suffragii latione 9, 43. Populis — quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ *ibid.* Civitatem dare plebi 1, 28. *Conf.* 8, 14. Claudiam certe gentem — in civitatem accepimus 4, 3. Aucta civitate magnitudine urbis 1, 45. Armari civitatem defendique 4, 2. Ausi sumus — quæque civitas 37, 54. Mœsta itaque civitas in campum descendit, atque in magistratus versi circumspectant ora principum 26, 18. Civitatem libertatemque eripere *(de vi censoria)* 45, 15. *i. e. Jus Quiritium; nam vulgarem libertatem non amittebant.* Vid. *Clav. Cicer. in v.* libertas. Civitas gravis 34, 17. *i. q. valida, potens opibus.* Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt 34, 16. *Civitas h. l. ut alibi sæpius, pro* populo *dicta est. Etiam nomina regionum sæpenumero pro incolis dicuntur, v. c.* 39, 48. Messene desciverat a concilio Achaico. *it.* 8, 11. Latium Capuaque agro mulctati. Multarum circa civitatum irritatis animis 1, 17. *Conf.* 24, 9. Nequaquam tamen ea nocte — — similis illi, quæ ad Alliam tam pavide fugerat, civitas fuit 5, 39. Cujus civitatis eam *(bovem)* civis Dianæ immolasset 1, 45. Spectaculo intenta civitas erit 2, 37. Neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma 21, 1.

Clades captæ urbis 5, 21. Binaque castra clade una deleta 30, 6. Plus populationibus, quam prœliis cladium fecit 8, 2. Magna clade eos castigavit iter asperius et exercitatior hostis 39, 1. Quod agri est inter — omni clade belli pervastat 22, 4. Multiplex clades, cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi 22, 54. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset *ibid.* Si sua temeritate contractæ cladi superesset 25, 19. Plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore, quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium Patres credebant 8, 12. Cujus repentinæ cladis ne caussa dubia esset 2, 36. *(mortuo filio.)* Quantam excitatura molem vera fuisset clades 28, 24. *(Mors Scipionis.)* Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt 22, 56. A clade dextræ manus 2, 13. Nullis occurrentibus tantæ cladis *(pestilentiæ)* caussis 6, 20.

Clades Sinopensium 40, 2. *Licet acceptatur a nonnullis pro ea, quam dederunt; Drakenborchio tamen placet Jac. Gronovii ad Pomp. Melam propositæ sententiæ subscribere, ut intelligatur accepta clades.* Illos repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta habuissent 5, 11. *Hic delendum videtur* accepta. *Contra omissa est vocula* itaque *a principio hujus periodi; idque de more Livii factum.* Vid. *Pernicies.*

Clam 5, 36. Nec id clam esse potuit. soli Ætoli id decretum clam mussantes carpebant 33, 31.

Clamare 29, 1. Per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum. *Videtur legendum cum Gronovio* clamata. *Sic dicitur Livio* clamari, *item* cieri triumphus. Vid. *Cieri.*

Clamitare 1, 9. Idemtidem — Talassio ferri clamitatum. Ad arma, et, pro vestram fidem, cives! clamitans 9, 24. Conclamare *usitatius in hoc genere.* Vid. *Infra in h. v.*

Clamor 10, 5. Concitatior accidens clamor ab increscente certamine. Aperti clamores 2, 27. Alacer clamor 6, 24. Ex pavido clamore fugientium 41, 11. His inter se vocibus concitati clamore renovato inferunt pedem 7, 8. Clamore et ab alia circumstantium turba multiplici adjecto 37, 41. Castra Gallorum — clamore invadunt 5, 45. *Sic et* provolare, *it.* procurrere *jungitur.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset. excitatior crebriorque ab hoste sublatus; ab Romanis dissonus, impar, segnius sæpe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum 4, 37.

Clandestinus 42, 18. Per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum. In æde Æsculapii clandestinum eos per aliquot noctes consilium principum habuisse 42, 24.

Clangor 1, 34. Super — carpentum cum magno clangore volitans, etc. (*de aquila.*) Clangore eorum (*anserum*) alarumque crepitu excitus M. Manlius 5, 47.

Clarigatio 8, 14. Ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset. *i. e. ut tanta pecunia mulctaretur. Alibi est denunciatio clara voce facta, v. c. in belli indictione, quum res repetitæ, nec redditæ essent. Alii aliter explicant hanc vocem. Nec mirum. Ipsi Quinctiliano obscurior et ignotior ea videbatur.* Vid. *Intt. ad illum locum.*

Clarus *proprie dicitur Latinis, qui gloria dignus est. Ea autem non venit, nisi a rebus præclare gestis. Sic* 9, 17. Nam ea quoque (*opera militaria*) haud minus clarum eum (*Alexandrum*) faciunt. *Conf.* 42, 8. Ut alios reges claros ducesque omittam 9, 17. *Itaque etiam consules* clarissimi *vocabantur.* Vid. *Cic. de Or.* 2, 87. *it.* gloria clariores. *Sed tamen subinde etiam in partem deteriorem* clari *dicuntur, v. c. apud nostrum* 7, 31. Luxuria superbisque clarus. (*populus Campanus.*) *Nisi vero cum Bauero Exc. Liv. p.* 260. *leg.* elatus. [*Præstat in illo contextu* clarus, *media vox significationis, ut Græcorum* περιβόητος.

Classicum apud eos cecinit 28, 27. *Est autem classicum omne signum tubis datum exercitui, sive ad concionem excitantur milites, sive vigiliæ indicantur, etc.* Vid. *Virgil. Georg.* 2, 539.

Classicus 21, 61. Classici milites navalesque socii.

Classis 1, 1. Ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse. *i. e. oram maritimam adiisse; nisi vero legendum cum Jac. Gronovio:* ab Sicilia errasse ac L. a. tenuisse. Et impari maritimis viribus haud facilis erat in insulam classi accessus 28, 7. Cetera classis fugerunt 35, 26. Multi voluntarii nomina in classem dederunt 28, 45. Ut eodem tempore exercitus ostenderetur et classis 26, 42. *Solet exercitus a Livio classi opponi, ut ille significet terrestres, hæc navales copias.* Ut classem — — duceret in Ligurum oram 40, 26. Cui classis provincia erat 42, 48. *Conf.* 44, 1. Quinqueremes ad navium classem — — additæ 22, 37. Vid. *Gronov.* Quum classis Rom. Cenchreis staret 41, 24. Ibi stetit classis 42, 48. Vid. *Stare.* Classis ornandæ reficiendæque caussa 9, 30. Classibus quoque ad Fidenas pugnatum 4, 34. *Non equites, ut nonnullis placet, intellexisse videtur Livius, sed classes, quæ vulgo dicuntur; id quod ex refutatione ejus patet. Conf. Virgil. Æn.* 2, 30. *ad q. l.* Vid. *Intt.* Vid. *Lembus.*

Claudere 28, 2. Claudam in curia vos. *Conf. cap. sequ. ubi est:* clausos omnes in curiam accipite. Clausæ hieme Alpes 27, 36. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 111. Rivus præaltis utrimque clausus ripis 21, 54. Clauderent Capuam operibus 25, 22. Clausi undique commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent 21, 57. Dextra lævaque duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus 21, 43. Forum porticibus tabernisque claudendum 41, 27. Horum ferocia vocem Evandri clausit 44, 45. Insula ea sinum ab alto claudit 30, 24.

Claudicare 22, 39. Si altera parte claudicet respublica *i. e. majus incommodum acceperit. Sic fere Cicero Epp. Div.* 12, 10. *si quid forte titubatum fuerit.* Vide *tamen, quæ Gronovius ad h. l. pro verbo* claudere *disputat.*

Claudus 37, 24. Hostes claudas mutilatasque naves apertis navibus remulco trahentes. *i. e. quibus remi detersi vel defracti ab altera parte erant, ut non nisi ab una parte agere possent.*

Claustra 9, 32. Ab oppugnando Sutrio, quæ urbs socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum. Apparebat, claustra Ægypti teneri, ut, quum vellet, rursus exercitum induceret 45, 11. Quum

ea loca *(Nepete ac Sutrium)* opposita Etruriæ, et velut claustra inde portæque essent 6, 9. *Conf.* 44, 7. Ante ipsa Tempe in faucibus situm Macedoniæ claustra tutissima præbet 42, 67. Primi omnium Thraces haud secus, quam diu claustris retentæ feræ, concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu — incurrerunt 42, 59.

CLAUSUS 42, 14. Nihil, præterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit : eo silentio clausa curia erat.

CLAVUS 7, 3. Ut, qui prætor maximus sit — clavum pangat. Fixa *(fixus)* fuit. — Eum clavum, etc. *Nempe* pangere *et* figere *clavum prorsus idem est ; quemadmodum hæc verba, etiam quum de aliis rerum generibus sermo est, commutari solent. Conf.* 9, 28. *et* 34.

CLEMENS 8, 31. Inclinaturum ad clementiorem sententiam animum. *Alii* mitiorem : *quod est utique usitatius, v. c. de pœnis* 1, 28. Clemens legis interpres 1, 26. Vid. *Cœlum.*

CLEMENTER 29, 2. Hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus.

CLEMENTIA 45, 4. Ut se suaque omnia in fidem et clementiam populi Rom. permitteret. *Henr. Steph. Schediasm.* 4, 8. *p.* 22. Clientelam *legendum putat.* Vid. *Dyker. ad h. l. conf.* 36, 27. Clementia concordiam ordinum stabiliri posse 3, 58.

CLIPEATI. Vid. *Aglaspides.*

CLIPEUM *pro* CLIPEUS 1, 43. *Conf.* 35, 41. *it.* 38, 35. Vid. *Æratus, et conf. Virgil. Æn.* 10, 271. Arma, clipeus sarissæque illis, Romano scutum, majus corpori tegumentum 9, 19. *Conf.* 8, 8. Clipeaque de columnis — demsit 40, 51. Clipea inaurata in fastigio Jovis ædis posuerunt 35, 10. *Conf.* 25, 39.

CLIVUS 21, 32. Erigentibus in primos agmen *clivos* apparuerunt imminentes *tumulos* insidentes montani.

COACERVARE 5, 39. Armorum cumulos coacervare. Ex hostium coacervatorum cumulis 22, 7. *Conf.* 20, 39. Vid. *Acervare,* item *Cumulus.*

COALESCERE 1, 8. Coalescit multitudo in unius populi corpus. Coalescit res concordia 1, 11. — Regio pace nova 26, 40. Brevique tanta concordia coaluerant omnium animi 23, 35.

COARGUERE 31, 25. Id quidem coarguere Cycliadas prætor Achæorum nihil attinere ratus. Quo *(decreto)* maxime et refelli et coargui potest 39, 28.

CŒCUS. Vid. *Cæcus.*

CŒLUM 22, 1. Faleriis cœlum findi velut magno hiatu visum. *i. e. discessisse, ut Cicero dicit Div.* 1, 43. Cœli intemperies 8, 18. *Sic* palustre cœlum 22, 2. Uberrimo agro, mitissimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta est feritas 38, 17. *Conf. Virgil. Georg.* 2, 36. Cœlum, sub quo natus educatusque essem 5, 54. Quid tandem est, cur cœlum ac terras misceant ? 4, 3. Portam et multis locis murum de cœlo tactum 29, 14. *Conf.* 26, 23. *Ubi vid. Drakenborch.* Fulmina jaci de cœlo 28, 27.

CŒLESTIS 9, 1. Quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. *Conf.* 2, 36. Nec cœlestes modo defuerunt aquæ 4, 30. Cœlestia prodigia 1, 34. Quem prope cœlestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem fecerint 6, 17.

CŒNACULUM super ædes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso 39, 14. *i. e. suprema contignatio ædium. Gr.* ὑπερῷον. Vide *B. Patruum ad Sueton. Aug.* 45.

CŒNUM 10, 15. Orare, ut ex cœno plebeio consulatum extraheret. *Conviciandi caussa sic dictum.*

CŒPISSE 28, 27. Tum *(imperator)* ita cœpit *scil. dicere.* Simul et cetera equestris pugna cœpit 2, 6.

CŒPTUS 24, 13. Cœpta maturare. *It.* enunciare 23, 35. *it.* impedire *ibid. cap.* 41. In cœpto perstare 42, 10. Ne audaci cœpto deessent 42, 59. Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit 1, 8. *De urbe ædificiis magis quam incolis abundante.* Conditores partium cœptæ urbis 2, 1. *Gronov. leg.* certe. *male.* Si — plebs — agitari cœpta esset etc. *Ib. Mox :* et in aliena urbe cum patribus serere certamina. *Hic* cœpisset *subintell. et ex* cœpta esset *repetendum. Ut hæc durities vitetur, pro* cœpta esset *leg.* cœpisset. Porta intus forisque pariter refringi cœpta 26, 46.

COERCERE 21, 31. Nullis coërcitus *(amnis)* ripis. Quibus *(operibus)* intra muros coërcetur hostis 5, 5. Sanctus et innocens *(Cato),* asperior tamen in fœnore coërcendo habitus 32, 27. Coërceri ab effuso studio nequiit 39, 32. *Ita* coërcitus miles *dicitur* 36, 24. *Pro retento a prædandi licentia.* Coërceri rabiem gentis non posse 41, 27. Per opportunas expeditiones coërcitis gentibus 31, 43.

CŒTUS 39, 14. Ne quid eæ conjurationes cœtusque nocturni fraudis importarent. Cœtus nocturni plebis suspecti patribus 5, 16. Cœtus indicere in domos tribunorum 4, 25. Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret 7, 25. Quantum a cœtu congressuque impotentium dominorum se amovissent 3, 38. Quod maximo cœtu Græciæ *(ludicrum)* celebraretur 27, 35. *Conf.* 9, 10. Quem *(Pythagoran)* juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat 1, 18. Qui rure et procul cœtu hominum juventam egisset 7, 5. Se — ab ludis — cœtu quodammodo hominum deorumque abactos esse 2, 37. Si cœtus et concilia et secretas consultationes esse sinas 34, 2.

COGERE 45, 41. Neque cogi pugnare poterat. *Ibid. paullo post ;* ad pugnam rege coacto. Caussam inaugurari coacti

flaminis libens reticuissem 28, 8. Cogendum — fungi officiis 21, 63. Cogendis redire in colonias — consumsit 32, 26. Vos id cogendi estis 6, 15. *conf.* 4, 26. Ad cogendum senatum in curiam redit (*Tarquinius, interfecto Servio*) 1, 48. Senatum cogere 3, 39. Jure cogere 3, 38. (*de magistratibus.*) Sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem 41, 22. Oppida vi atque armis coëgit in deditionem 43, 1. Ut castellum — aut auctoritate, aut armis cogeret jura antiqua pati 38, 13. Ne præfecti in oppida sua ad pecunias cogendas imponerentur 43, 2. *i. e. exigendas.* Cogere hostes in obsidionem justam 10, 45. In classem cogi 36, 3. *Oppos. vacatio rei navalis.* In provinciam cogere 45, 15. *i. e. ut ad exercitum irent. conf.* 43, 15. Vos in ordinem coactos esse, et rem ad seditionem spectare 25, 3. Vid. *Intt. ad h. l. conf.* 3, 51. Nimium in ordinem se ipsum cogere 3, 35. *i. q. humiliter petere decemviratum. De Appio.* Cogere numerum 32, 2. *i. q. supplere, novos colonos adscribere.* Ingens coacta vis navium est 21, 26. Coacto agmine procedebat 38, 18. *i. e. densatis ordinibus.* Agmine hominum coacto 42, 10. Substitit ad agmen cogendum 42, 64. *i. q. claudendum, tegendum. conf.* 44, 4. Feminæ ex propinquis urbibus coactæ cibaria in castra afferebant 44, 32. *Nisi potius, volente Drakenborchio, legendum* cocta. Potestatem — intra sex mensium et anni coëgisset spatium 9, 33. *i. q. coarctasset.* Saltus in arctas coactus fauces 22, 15.

Cogitatio 1, 6. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido. *i. e. institutis.* Averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos 3, 58. His curis cogitationibusque ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio esset 35, 28. *Int. exercitationes in usu rerum bellicarum comparando, meditando quidem, commentando, etc.* Inter multas magnasque res, quæ — occupabant cogitationes hominum 27, 3. Totus in Persea versus cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes agitabat 40, 5. *i. e. deliberatio, consultatio.*

Cognatio 26, 33. Affinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus ex connubio vetusto junctos.

Cognitio vacantium militiæ munere post bellum differtur 4, 26. *i. e. de his, qui parum legitimam caussam habuerant militiæ se subducendi. conf.* 42, 32. Cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat 1, 49. Cognitio inter patrem et filium 1, 50. Vis hanc formulam cognitionis esse? 40, 12.

Cognitor 39, 5. Alienarum simultatum cognitorem fieri. *i. e. mandatas simultates tamquam procuratorem exercere. Alias* cognitoris *esse dicitur, ut præsentium mandata, non absentium, accipiat.*

Cognoscere 2, 40. Dein familiarium quidam, qui insignem mœstitia inter ceteras cognoverat Veturiam. *i. q. agnoverat.* Quod (*pecus*) domini cognovissent 24, 16. Cognoscendi, conquirendi, repetendique jus esto 38, 38. *Scilicet cognosci dicuntur, quæ in propatulo sunt, quæque domini sua esse probant. Similiter* 10, 20. Accitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque. *conf.* 26, 30. Vid. *Etiam infra in v.* noscere. Gallos, novam gentem, pace potius cognosci, quam armis 5, 35. Cognito ei extemplo haud minor ab adversariis verecundia, quam ab suis silentium datum 7, 40. Cognito, vivere Ptolemæum 33, 41. (*absolute.*) *conf.* 44, 28.

Cohibere hostem ab effusa prædandi licentia 22, 3. Vid. *Coërcere.* In comparando cohibendoque bello 9, 29.

Cohonestare 25, 16. Quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. Quod consilium dispensandæ cohonestandæque victoriæ imperatoribus majores dederunt 38, 47.

Cohors extraordinaria 34, 47. *It.* 40, 27. *i. e. alaris. Certe in posteriori loco* alaris *est intelligenda. Vide Gronovium ad h. l.* Cohors 27, 14. *Scil. sociorum. Opponitur enim* manipulo, *qui est legionis.* Vid. *ad Tacit. Annal.* 1, 8.

Coire 9, 26. Qui usquam coissent conjurassentque adversus rempublicam. *conf.* 39, 41. *Quamquam in posteriori loco de candidatis se invicem dejicientibus sermo est.* Neque se conglobandi coëundique in unum datur spatium 6, 3. Coëuntibusque Etruscis 2, 50. *i. q. in orbem euntibus ad includendos hostes.* Quo signo coirent inter se 7, 37. (*scilic. dissipati.*)

Coitio 7, 32. Non factionibus modo, nec per coitiones usitatas nobilibus. Vid. *Drakenborch. ad* 2, 28. *Ubi pro* in mille curias concionesque *legi vult* in m. c. coitionesque; *sane admodum eleganter.* Absterrendo singulos a coitionibus conciliisque 2, 35. *conf.* 3, 65. Coitiones honorum adipiscendorum caussa factas 9, 26. Dejectisque honore per coitionem duobus Quinctiis 3, 35.

Colere 21, 26. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani. *i. e. habitant.* Quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca colebant 1, 7. Agrum non coluit, et culta (*f.* arva) evastata sunt bello 5, 5. [*Vulgata bene habet.*] Antrona voluntate colentium recepit 42, 67. [Colere *absolute pro* habitare. *Gifanius in Observat. L. L. p.* 68. *Altenb. laudat Liv.* 24, 49. Extremi prope Oceanum adversus Gades colunt.] Colebanturque religiones pie magis quam magnifice 3, 57. Quam — aram — maximam vocet tuoque ritu colat 1, 7. Apud quos juxta divinas religiones humana fides colitur 9, 9. Dii, qui hanc urbem, qui hos sacratos lacus colitis 24, 38. Vid. *Incolere.* Divi divæque, qui maria terrasque colitis

29, 27. Incertum, cuia gentis, an ut adversaretur Scopæ, parum donis cultus 31, 43. Donis colere 40, 57. Sociis cum fide cultis 44, 1. Coli honoribus muneribusque 45, 20. Beneficium acceptum colamus oportet 7, 30. *i. e. agnoscere, tueri.* Incertum, qua fide culturus, si perinde cetera processissent, pacem cum Romanis fecit 8, 17.

Collabi 29, 18. Quum subito (*mœnia*) collapsa ruina sunt.

Collatio 4, 60. Æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem faciebant. *conf.* 6, 14.

Collaudare 1, 52. Collaudatisque, qui Turnum novantem res pro manifesto parricidio merita pœna affecissent, etc.

Collegium 10, 26. Quonam modo se oblivisci P. Decii per tot collegia experti posse? *h. e. quem toties collegam habuisset. Est ergo collegium pro collegarum vinculo ac necessitudine dictum. Sic* 4, 17. ex collegio prioris anni *accipiendum. conf.* 5, 18. 10, 24. Decium, expertum mihi concordi collegio virum—mecum consulem faciatis 10, 13. *Conf. cap.* 22. *et* 24. Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus; collegiumque ad id novum—condidimus 5, 52. Pro collegio pronunciant 4, 26. *i. q. ex decreto collegii; cap.* 53. *dicitur;* ex collegii sententia. Mercatorum collegium instituere 2, 27. Collegium prætorum 22, 10. *Nisi leg.* pontificum. Vid. *Intt. ad h. l.*

Colligare 1, 26. i, lictor, colliga manus.

Colligere 2, 50. Cogebantur breviore spatio et ipsi orbem colligere. Ut fama clementiæ—colligeretur 21, 48. Priusquam colligerentur animi 10, 41. Collecta juvenum manu 1, 5. Paucitatem inde hostium colligentes 7, 37.

Collis 22, 4. Deinde paullo latior patescit campus, inde colles assurgunt. Saluberrimi colles 5, 54. (*de urbe Roma*) Sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit 1, 33. Quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi est 1, 12. In sacrum *montem aliosque colles* 2, 34.

Collocare 44, 37. Paullus, postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit, etc. Vid. *Constituere.*

Collucere 38, 6. Tota collucente flammis acie. *Similiter Virgil. Æn.* 4, 567. *Sævasque videbis Collucere faces, Jam fervere littora flammis.*

Collum 4, 53. Quum paucis appellantibus tribunum collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere.

Colluvio 26, 40. Mixti ex omni colluvione exsules. *cf.* 3, 6. Colluvio omnium gentium 22, 43. Colluvionem gentium—(*Canuleium*) afferre, ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit 4, 2. Ne cui in colluvione rerum (*consules*) majestatem suam contumeliæ offerrent 3, 11.

Colonia 10, 1. Soram atque Albam coloniæ deductæ *cf.* 9, 28. *Ubi vid. Intt. it.* 9, 46. Antium nova colonia missa 8, 14. Illud agitabant, uti colonia Aquileia deduceretur; nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum, deduci placeret 39, 55. Si coloniæ abducerentur 9, 4.

Colonus 27, 38. Maritimi coloni. Militibusque colonis imperatis 41, 5. Coloniis *legi vult cum Dujatio Drakenborchius.* Ut—coloni eo præsidii caussa scriberentur 4, 11. Si et ipsi ascribi coloni vellent 1, 14. Vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni 9, 26. Ut qui (*Fidenates*) coloni additi Romanis essent 1, 27. *Nimirum, qui beneficio victorum non expelluntur sedibus suis, hi sunt eorumdem coloni. Hoc sensu Fidenates paullo ante colonia Romana vocati sunt.*

Columen 6, 37. Consulatum superesse plebeiis: eam esse arcem libertatis, id columen. Unum hominem caput columenque imperii Romani esse 38, 51.

Coma. Vid. *Rutilatus.*

Comes 22, 60. Si nemo tantæ virtutis exstitisset comes. *i. e. si nemo melius consuluisset tam bene meritis iisque prospexisset.*

Cominus 27, 18. Ad cominus conferendas manus. Collatis cominus viribus 42, 47. Undique ex insidiis barbari a fronte ab tergo coorti, cominus, eminus petunt 21, 34. Aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat 1, 33.

Comissari 40, 7. Quin comissatum ad fratrem imus? *cf. cap.* 9. Per quam (*Indiam*) temulento agmine comissabundus incessit 9, 17. Epulantesque cum carmine triumphali ac sollemnibus jocis, comissantium modo currum sequuti sunt 3, 29.

Comissatio 1, 57. Regii juvenes interdum otium conviviis comissationibusque inter se terebant.

Comissator 40, 9. Aperienda nimirum nocte janua fuit et armati commissatores accipiendi.

Comitas 9, 42. Benignitatem per se gratam comitate adjuvabat. *cf. cap.* 6.

Comitatus 28, 22. Magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines—interfecerunt (*de majori numero militum.*)

Comiter 9, 43. Legatis eorum comiter munera missa. Sociis et amicis et alia comiter atque hospitaliter præstare Romanos 45, 19. Munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata 42, 24. *cf. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 196. Privata hospitia habebant; ea benigne comiterque colebant 42, 1. Eliciut comiter sciscitando 6, 34. Vid. *Elicere.* Victor maritus comiter invitat regios juvenes 1, 57. Qui (*ludi*) quotannis comiter Apollini fiant 25, 12. *Nisi* communiter *legendum videatur cum Sigonio;*

Gravi explicatio valebit accipientis pro magna benignitate, secunda omnium voluntate lubenter, non gravate, liberaliter. Excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant 1, 22.

COMITIA interim in foro sunt 8, 17. Comitia pontifici maximo creando 25, 5.— ferendæ legis 45, 35.—consuli surrogando 8, 19.—tribunicia 6, 39.—prætoria Bœotorum 42, 43. Comitiis prætorum perfectis 24, 9.—habitis 31, 7. *i. e. dum habentur comitia.* Comitia falsi testis *scil. caussa* 3, 29. *h. e. quibus judicatur falsus testis.* Omniumque earum rogationum comitia—differunt 6, 37. Tantumque Flavii comitia (*quibus Fl. electus est*) indignitatis habuerunt, ut etc. 9, 46. Comitiorum sors 3, 64. *i. q. munus sorte datum.*—disceptatio 3, 24. *i. e. de comitiis.*—militarium prærogativa 3, 51. Vid. *Gronov. Obs.* 4, 1. *p.* 17. Vid. *Auspicatus.*

COMITIUM 10, 24. Fabius nihil aliud precatus populum, quam ut—litteras audirent, comitio abiit.

COMMEATUS 1, 57. In iis stativis—satis liberi commeatus erant. Secum eum tum frequentem ad signa sine ullo commeatu fuisse 3, 24. Commeatus frumenti 28, 4. —maritimi 5, 54.—subvehebantur 9, 15. *cf. cap.* 43. *It.* 22, 16. Commeatus ex montibus invecti erant 9, 13.—advectus 22, 22. *it.* advecti 9, 32. Convecto commeatu 2, 14. Multitudo sua commeatibus gravis 7, 37. Commeatibus vulgo datis per ambitionem 43, 11. In commeatus mittebantur 7, 39.

COMMEMORARE 27, 4. Ad commemorandam renovandamque amicitiam missi.

COMMENDABILIS 42, 5. Nec ullo commendabilem merito præferebant.

COMMENTARIUM 42, 6. Eumenes rex, commentarium ferens secum, quod de apparatibus belli omnia inquirens fecerat.

COMMENTARIUS 1, 60. Duo consules—ex commentariis Tullii creati sunt. *i. e. ex formula imperii regundi, descripta fortasse, quum ei in animo esset imperio se abdicare.* Missisque Larissam ad commentarios regios comburendos 33, 11. *h. e. libros acta publica continentes.* Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur 4, 3. Quod ex aliis gentibus principum literas deprehensas in commentariis regiis habebant, in Achæis cæcum erat crimen 45, 31.

COMMENTUM 1, 19. Sine aliquo commento miraculi. Sicut pleraque commenta mortalium, etc. 44, 41.

COMMERCIUM 5, 15. Jam per longinquitatem belli commercio sermonum facto. Commercium linguæ 9, 36. *cf.* 1, 18. Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis 5, 3. Commercium—juris præbendi repetendique sit 41, 24. Neque connubium neque commercium agrorum ædificiorumque inter se placere cuiquam extra fines regionis suæ esse 45, 29. Ut denorum equorum iis commercium esset 43, 5. *i. e. jus emendi.* Neque Thraces commercio faciles erant 40, 58.

COMMIGRARE 41, 8. Cives suos, Romæ censos, plerosque Romam commigrasse. Lucumo—Romam commigravit 1, 34. *Cf.* 5, 53.

COMMINARI 10, 39. Comminandoque magis quam inferendo pugnam. *cf.* 42, 7. Comminatique inter se 44, 9.

COMMINATIO 26, 8. Abscedi a Capua terrerique et circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis, flagitiosum ducebat.

COMMINISCI 26, 27. Per iram hac levitatem ex re fortuita crimen commentum. Vectigal (*ex salaria annona*) commentum—credebant 29, 37.

COMMITTERE 30, 14. Te existimo—in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse. Rem in casum ancipitis eventus committunt 4, 27. In aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, committi res 3, 2. Segnitia Græcorum non committentium se in aciem 7, 26. *cf.* 33, 11. Duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus 40, 21. Utrum respublica in discrimen committenda fuerit 8, 32. Nec se tamen æquo loco hosti commisit 5, 18. *cf.* 27, 25. Persequuntis hostibus nusquam se æquo certamine committentes 8, 42. Bellum prospere commissum 8, 25. *i. e. inchoatum.* Nos (*decuit*) commissum ac profligatum (*bellum*) conficere 21, 40. Supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes 44, 6. Commisso spectaculo 2, 36. Commissis operibus 38, 7. *i. e. conjunctis. Sic supra cap.* 4. per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Quo minus in civitatem obligatam sponsione commissa—redeant 9, 11. *h. e. cui necessario satisfaciendum erat, quoniam alter conditionem expleverat.* Cædicius negare, se commissurum, cur sibi aut Deorum aut hominum quisquam imperium finiret, etc. 5, 46. Nisi quod commisimus, ut quisquam—superesset 25, 6. Quæ Philippi — — bello adversus populum Romanum commisissent 42, 38.

COMMODARE 40, 57. In omnem eventum consilia commodabantur. *Haud dubie i. q. accommodabantur.* Ut reipublicæ, ex qua erevissent, ad tempus commodarent 23, 48.

COMMODE 10, 19. Ab neutra parte satis commode (*exercitus*) instructi fuerunt. Si satis commode valeret 42, 38. Quæ (*vehicula*) eum Brundisium commode pervehe-rent 43, 8. Commodius — et ex propinquo dicamus invicem audiamusque 32, 32.

COMMODITAS itineris 1, 33. Mare vicinum ad commoditates, nec expositum, etc. 5, 54. Quum commoditas juvaret 4, 60. *i. e. partim utilitas, opportunitas, ple-*

bem delectabat, partim, etc. Vid. *Gronov. ab h. l.*

Commodum 10, 25. Si per commodum reipublicæ posset, Romam venisset. Ubi copias per commodum exponere posset 42, 18.

Commodus 30, 19. Sperans leniorem in navigatione, quam in via, jactationem vulneris fore, et curationi omnia commodiora. Quod commodum est populo accipere 6, 40. Ut hiberna commoda omnes haberent 42, 67.

Commotius ad omnia turbanda consilium 6, 14. *i. q. vehementius, atque adeo efficacius ad turbas movendas. Præter caussam, opinor, hæsit in h. l. Cel. Strothius. Non succurrebat ei, verborum passivorum participia, quæ sint eadem adjectiva, præsertim, ubi per gradus incrementa ceperint, sensu activo sæpissime dici. Sunt enim instar deponentium, et vicem sustinent adjectivorum nominum in* bilis *exeuntium; quemadmodum exemplis multis probat Jac. Frider. Heusingerus ad Ciceronem de Off.* 1, 17. 9. *Unum hunc locum adscribamus:* nihil autem est amabilius, nec *copulatius*, quam morum similitudo bonorum. Vid. *Intt. ad* 5, 48. *it. ad* 26, 22. Vid. *Cortius ad Sallust. Bell. Cat.* 10, 5. [*Add. Bauer. ad Sanct. Minerv. T.* 1. *p.* 142. *Perizon. p.* 159.]

Commovere 9, 40. Junius commovit hostem—quum intulisset signa, turbavit ordines et haud dubie impulit aciem. Pudor deinde commovit aciem 2, 10. Clamore renovato commovent aciem, tum rursus impetu capto enituntur atque exsuperant iniquitatem loci 10, 29. *it.* 9, 27.

Communicare 4, 56. Si quando promiscui honores, communicata respublica esset, tum se animadversuros, etc. 4, 56. *i. e. administratio reipublicæ cum plebeiis communicata.* Cum quibus spem integram communicati non sint 4, 24. Pro *communicaverint*. Vid. *Lips. ad Tac. Annal.* 1, 5.

Communire 4, 1. Volscos Æquosque ob communitam Verruginem fremere. Communitis castris 2, 32. Is opportunus visus locus communiendo præsidio 2, 49. Quum eodem quo constiterant loco castra communissent etc. 21, 32. Castra propius hostem movit rex, et a quinque millibus passuum communiit 42, 58.

Communis 6, 40. Hoccine est, in commune honores vocare, ut duos plebeios consules fieri liceat, duos patricios non liceat?

Communiter omnia amplectar 29, 17. *i. q. hactenus dictorum summa hæc est.* Ex duodecim populis communiter creato rege 1, 8. Communiter bellum parant 1, 10. Ex ea (*pecunia*) communiter locarunt aquam adducendam, fornicesque faciendos 40, 51. Communiter ambo exercitus lustraverunt 41, 18. Communiter ab utrisque petiit, abstinerent bello 42, 5.

Compacto 5, 11. Compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam *h. e. ex composito.*

Compar connubium 1, 9. — Latinorum postulatio 23, 6. Milites militibus — tribuni tribunis compares collegæque 8, 6. Compari Marte concurrere 36, 44. Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa 28, 42.

Comparare 8, 6. Comparant inter se, ut etc. *i. e. convenit inter eos, pacti sunt.* Consules inter se comparaverunt, ut Claudius comitia perficeret etc. 25, 41. Proprætores ita comparaverunt inter se, ut etc. 40, 47. Inter se comparaverunt — utri obsidenda Capua, utri etc. 26, 8. *cf.* 3, 41. 41, 6. Cum tribunis plebis actum est, ut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent 29, 20. Comparare provincias inter se, aut sortiri 33, 43. Senatusconsultum inde factum est, ut consules inter se provincias Italiam et Macedoniam compararent, sortirenturve 42, 31. Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset etc. 2, 32. *i. e. comparatione demonstrando.* Numitori — comparando (*comparanti*) — tetigerat animum memoria nepotum 1, 5. priore consulatu inter se comparati (*consules*) 10, 15. *i. e. qui una consules fuerant.* Ne male comparati sitis 40, 46. *i. q. collegæ facti.* Erexerant omnium animos Scipio et Hannibal, velut ad supremum certamen comparati duces 30, 28. *i. e. destinati, creati.* [*immo compositi.*] In comparando cohibendoque bello 9, 29. *cf.* 32, 28. Ad iter se comparare in diem posterum jubet 28, 33. Sex tribunos ad intercessionem comparavere 5, 6. Adversus veterem — imperatorem comparabitur 24, 8. Adversus quam (*familiam*) tribunicium auxilium vobis comparastis 9, 34. Utrum exercitus exercitui, an duces ducibus — comparari 28, 28. Ita comparatum est 4, 46. *i. e. compositum per legatos arbitros.* Judicia apud sese more majorum comparata de iis, qui etc. 45, 5. Quum ita comparatum (*institutum*) a majoribus sit 9, 34. Arma, milites, classem ejus rei caussa comparasset 42, 30. Ut Romani tempus ad comparandum habeant 35, 45. *scil. copias. Dicitur autem hac significatione comparandi verbum absolute, v. c.* 42, 52. *Vid. Gronov. ad* 38, 12. Legati Romani in Bœotiam comparati sunt 42, 43. *Comparare legatos quin eodem jure dici possit, quo, comparare consules etc. dubitari nequit. Sed tum necesse etiam fuerit, ut electio pariter locum habeat. Hoc autem loco iidem, qui apud Persea fuerant, comparati dicuntur. Quid? si ergo legatur;* comparaverunt *scil.* iter. *Sic Cicero pro Mur.* 9. quo intendit *scil.* iter.

Comparatio 6, 30. Provincia sine sorte, sine comparatione, extraordinem data. Comparatio veneni 4, 17.

Comparere 6, 1. Conquiri, quæ com-

parerent, jussit. *i. q. quæ superessent.* Si quid (*sui*) non compareret, repeteret 29, 21. *i. e. reperiretur.* Ut, si nequeant omnia, saltem, quæ compareant cegnoscique possint, restitui dominis jubeant 26, 30. *cf.* 27, 24. In secunda omnia comparuisse 27, 26.

Compedes Græciæ 32, 37. *de urbibus quibusdam, quæ omnem Græciam in officio retinerent.*

Compellare 10, 28. Patrem nomine compellans. Fama erat, prohiberi a patronis, nobiles ac potentes compellare 43, 2. *i. e. accusare.* Pro cunctatore segnem, pro cauto timidum — compellabat 22, 12. *i. q. vituperabat, increpabat. cf.* 9, 40. Ne compellatæ a consule viderentur 34, 2.

Compellere 1, 33. Omni bello Latino Medulliam compulso. Cujus vi atque injuriis compulsi — sacrum montem cepistis 9, 34. Hostem prœlio uno fugatum compulit in naves 10, 2. Victique Dardani compelluntur in urbem 41, 19. Si agendo armentum in speluncam compulisset 1, 7. Pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse 9, 31. Si qua res te ad pacem compellet 35, 19.

Compendium 8, 36. Nec ira magis publica, quam privatum compendium in hostem acuebat.

Comperire 31, 39. Nondum comperto, quam regionem hostes petissent etc. (*absolute.*) Hanc gentem Clusium, Romamque inde, venisse comperio 5, 35. Non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam 5, 46. Sed certis quoque indiciis compertum se habere 3, 48. *cf.* 29, 18. Quæ se absente acta essent, se quoque, ut illos, famâ comperta habere 41, 7. Comperta oculis 29, 21. *cf. cap.* 18. Comperta et explorata 42, 13. Quos sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset 32, 1. Vid. *egerere.* Filium juvenem nullius probri compertum etc. 7, 4. *it.* stupri 22, 57.

Competere 22, 5. Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.

Competitor 6, 41. Qui certos sibi uni honores inter dimicantes competitores æquum censeat esse.

Compilare 43, 7. Templa omnibus ornamentis compilata.

Complecti 44, 1. Vires populi R. jam terrarum orbem complectentis. Permixtos dextras jungere ac complecti (*scil.* sc.) inter se lacrimantes milites cœpisse 7, 42.

Complere 9, 24. Fuga cuncta complentur. Omnia fuga et terrore complet 34, 9. Maria terrasque inani sonitu verborum complevit 35, 48. Qui (*Hannibal*) senex vincendo factus, Hispanias — monumentis ingentium rerum complesset 30, 28. Ut classis Romana sociis navalibus — compleretur 24, 11. Completis ripis obviam effusa multitudine 45, 35. Metu, ne complerentur (*nimis onerarentur*) navigia 41, 3. Quæ (*legiones*) — naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleverunt 42, 61. Bestiis omnium gentium circum complere 44, 9. Ut dodrantem ex Privernati complerent 8, 11. Vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat 44, 9. Nocturnum erat sacrum, ita, ut ante mediam noctem compleretur 23, 35.

Complexus 2, 40. Quum ferret matri obviæ complexum.

Complorare 22, 53. Desperatam comploratamque esse rempublicam. Complorare vivos mortuosque 5, 39. *cf.* 37, 7.

Comploratio 3, 47. Quum — lamentabilisque eum (*Claudium*) mulierum comploratio excepisset. *cf.* 26, 29. *it.* 40, 9. 41, 11. Fletusque ab omni turba mulierum et comploratio sui patriæque etc. 2, 40. Movet feroci juveni animum comploratio sororis in victoria sua 1, 26.

Comploratus 22, 55. Ut comploratus familiarium coërceant. Justoque comploratu prosequerentur mortuos 25, 26. Comploratum prope conjugum ac liberorum nostrorum exaudire 23, 42.

Complura 40, 51. Complura sacella publica. Eadem tempestas — fulminibusque complura loca deformavit 40, 45.

Componere 10, 41. Dira exsecratio ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum. Oratio ad conciliandos plebis animos composita 1, 35. Fuit autem Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus 26, 19. Turbatus seditione res — composuit 4, 10. Donec — statum alium ejus regni formando composuisset 45, 16. Si pax componi nequisset 30, 40. Dies composita gerendæ rei est 25, 16. *i. e. de qua convenerat.* Cum summa concordia (*duces*), quos dimitterent, quoque retinerent milites, composuerunt 40, 40. Composito jam ante — consilio 3, 53. Quæ composita erant 25, 9. — ex composito *ibid. item* 1, 9. 40, 48. *cf. Virgil. Æn.* 2, 129. Ut domi compositum cum Marcio fuerat 2, 37. *i. q. ex composito.* Pugna composita 28, 22. *i. e. quæ fit confertim, densatis ordinibus. vid.* incompositus. Stabant compositi suis quisque ordinibus 44, 38. (*ante pugnam.*)

Comportare 36, 2. eidem prætori mandatum, ut — id (*frumentum*) ad mare comportandum devehendumque in Græciam curaret.

Compos 4, 40. Simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes. Tum patriæ compotem me numquam siris esse 1, 32. Bellicæ quoque laudis consulatus compotem fecerat 30, 1. Juberentque — spei conceptæ — compotem populum Rom. facere (*effective*) 29, 22. Præda ingenti compotem exercitum — reducunt 3, 70. Nec multitudine compotum (*scil. talium spoliorum*) ejus doni (*scil. Jovi oblati*) vulgari laudem 1, 10.

Comprecatio 39, 15. Quum *sollemne carmen precationis*, quod præfari — magis-

tratus solent, peregisset consul ita cœpit: nulli umquam concioni — non solum apta, sed etiam necessaria *hæc sollemnis deorum comprecatio* fuit. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 301.

Comprehendere 26, 27. Argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arsere. Comprehensa postea privata ædificia etc. *inf.* igni. Comprehendi Virginium jubet (*Appius*.) 3, 48. Vid. *Intt. ad* 29, 20. Ut naves onerariæ comprehensæ Lilybæum omnes traherentur 29, 24. Illos (*interfectores*) fugientes lictores comprehendunt 1, 41. *cf.* 21, 2. Comprehensis servis 1, 51.

Comprendere 30, 10. Easque ipsas (*naves*) — malis antennisque de nave in navem trajectis, ac validis funibus, velut uno inter se vinculo illigatis, comprendit. Ut — ne compenso indicium emanaret, occiderint comitem 42, 16.

Comprimere 7, 13. compressis, quod aiunt, manibus sedere. Triarii consurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus etc. 8, 8. Vi compressa Vestalis 1, 4. Quum — rex pergeret Romam ad comprimendos motus 1, 60. Ad comprimendam seditionem 2, 23. *cf.* 3, 38. 41, 27. Ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos etus Romani nominis comprimeret 10, 18. *cf.* 29. 3. Comprimi et sedari exasperatos Ligures 42, 26. Quam (*multitudinem*) corpora conjuratorum eo metu compresserunt etc. 34, 24. *conf. cap.* 31. Eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, compressam credebant 7, 15. Famam captæ Karthaginis compresserunt 26, 51. Vid. *supprimere*. Vix temperavere animis, quin extemplo impetum facerent: compressique a Cædicio etc. 5, 45. *i. q. repressi, retenti.*

Comprobare 24, 48. Si imperatores sui non comprobassent factum. Omnium assensu comprobata oratio 5, 9. Tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit fœdus, ut ne mortuo quidem etc. 21, 19. Ut comprobaretur prior legatio Marcii 42, 47. Vox nimis vero eventu comprobata 40, 37.

Conari 45, 23. Celerem et supra vires audacem esse ad conandum. Fluctuante rege inter spem metumque tantæ rei conandæ 42, 59.

Conatum 21, 50. Statum deinde insulæ et Karthaginiensium conata exposuit. Ut Persei conatis obviam iret 42, 11.

Conatus 2, 5. Multis sæpe frustra conatibus captis. *conf.* 9, 4. *it.* 21, 29. Forte ita tulit casus, ut Genucius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias præcipitaret 7, 6. Conatu tam audaci, trajiciendarum Alpium, et effectu 21, 39.

Concedere 2, 60. Postquam concessum propemodum de victoria credebant. *conf.* 4, 6. Increpans quidem, victos tandem quoque Martios animos Romanis, debellatumque, et concessum propalam de virtute ac gloria esse 22, 12. Quod majestati ejus viri concessissent 6, 6, *i. q. cessissent.* Quo jam tamquam trans Iberum agro concessum sit 22, 25. Cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum 28, 12. *conf.* 5, 39. Mox in deditionem concesserunt 39, 2. *conf.* 42, 53. *it.* in ditionem 38, 16. Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam 21, 1. Metuque concessum barbarus ratus 23, 18. *i. e. urbe ab hostibus cessum esse.* Concessumque in conditiones 2, 32. In hanc sententiam — concesserunt 32, 36. Se collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus majestatisque 10, 24. Edessa quoque et Beroea eodem concesserunt 45, 29. *i. e. eidem regioni annumeratæ sunt.* Quia in Africam sequuturos abnuentes concesserant (*confugerant*) in Junonis Laciniæ delubrum 30, 20.

Concelebrare 1, 9. Indici deinde finitimis spectaculum jubet: quantoque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrant, ut rem claram exspectatamque facerent. Quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest 8, 7.

Concentus, tubarum ac cornuum 9, 41.

Concidere 10, 29. Ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. Accesserat ad religionem, quod — consul, ex monte Albano rediens, concidit: et, parte membrorum captus etc. 41, 16. Non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas 24, 8.

Concire 1, 59. Concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines. *conf.* 4, 55. *it.* 29, 1. Obscuram atque humilem conciendo (*concientes*) multitudinem 1, 8.

Conciliabula 7, 15. Qui nundinas et conciliabula obire soliti erant. Qui — in pagis forisque et conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent 25, 5. *conf.* 39, 14. Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis etc. 43, 14.

Conciliare, 29, 11. Ut ex dignitate populi R. adirent eas terras, ad quas conciliandæ majestas nomini R. esset. Et ipsa deformitas Pleminii memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat 29, 22. Nunc misericordia vestra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet 7, 30. Conciliata clementiæ fama 21, 60. Flore ætatis — Hamilcari conciliatus 21, 2.

Concilium *proprie de cœtu audientium dicitur, quemadmodum contra consilium est consultantium. Sæpenumero autem hæc vocabula confusa sunt a librariis.* Vid. *Gronov. ad* 44, 2. [Clau-

Ciceron. in v. consilium. *Aliter Gifan. in Observ. L. L.* p. 86. *Altenb. quem vid. et in Collect. Lucret. in* v. concilium.] De concilio *autem Livius modo ut de* loco, *modo velut de* societate *loquitur. Illuc pertinent hæc:* concilium relinquere; *item* concilio excedere 32, 22. *Huc illud:* concilium inclinavemt ad jubendam societatem]Romanam *ibid. it.* concilium legatis dederunt 43, 17. Vocata ad concilium multitudine 1, 8. Concilium magno cum tumultu advocatur, 1, 51. Frustra sæpe concilio advocato 6, 35. Concilia populi 1, 36. Publicum concilium 2, 28. Antiates colonos passim concilia facere 3, 10. Concilio plebis dimisso 38, 53. Concilio Argis agitato 43, 17. Nisi cum vexillo, in arce posito, comitiorum caussa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, 39, 15. *Hæc sunt* comitia tributa, *illa centuriata. Et concionis diserta mentio facta est. conf.* 6, 20. 43, 16. Diophanem concilium Achæorum extemplo sibi præbere jussit 36, 31. *i. e. convocare, ut adire et verba facere posset.* Argis præbitum est iis concilium 42, 44. Permixtum senatui populi concilium 31, 14. Bœotico concilio discusso 42, 44. Bœotorum quoque se concilium arte distraxisse 42, 47. Concilia privata principum 4, 48. Absterrendo singulos a coitionibus conciliisque 2, 35. Vid. *cœtus.* Dum hostes, operati superstitionibus, concilia secreta agunt 10, 39. Adagninis — concilia connubiaque ademta 9, 43. Ideo nos ab sede piorum cœtu concilioque abigi 3, 38. Quod earum (*Camenarum*) ibi concilia cum conjuge sua Egeria essent 1, 21.

CONCINERE 9, 32. Concinuntque tubæ, ac signa inferuntur. Ubi signa concinuissent, 30, 5. Faxo, ne juvet vox ista *veto,* qua nunc concinentes collegas nostros læti auditis 6, 35.

CONCIO 8, 33. Ex curia in concionem itur. Vid. *prosilire.* Plebem Brutus ad concionem vocat 2, 2. In concionem quoque (*consulem*) produxerunt (*tribb. pl.*) 41, 7. Locrensium deinde concionem habuit 29, 21. Concione extemplo advocata 8, 31. *De castris. conf.* 7, 7. Populus in concionem advocatus 42, 33. *conf.* 4, 1. *ult.* Quum dies alicui nobilium dicta, novis semper certaminibus conciones turbaret 3, 66. Supplicatio pro concione populi indicta 45, 2. *conf.* 7, 10. Nunc in mille curias concionesque dispersam et dissipatam esse rempublicam 2, 28. *Nisi cum Drakenborchio legas* coitionesque. (*conf.* 2, 35. *ubi hæc :* absterrendo singulos a coitionibus conciliisque.) *Enimvero, quemadmodum* curiæ *improprie dictæ sunt; ita alterum substantivum, illi junctum, et ipsum ex eo genere placuerit Livio necesse est. Hæ autem non sunt* coitiones, *sed* conciones. *Et alibi etiam noster,* conciones *improprie dixit.* v. c. 4, 13. tela in domum Mælii conferri, eumque *conciones domi habere. Quamquam hic quoque, ut Gronovium audias,* coitiones *legendum. Sed nullo exemplo probavit, a Livio usquam dictum esse* coitiones haberi. *conf.* 2, 32. *ubi sunt :* cœtus nocturni conjurationesque. Concionem adeo sævam atque acerbam apud milites habuit etc. 27, 13. Concionem liberam et moderatam habuit 24, 22. In concionem vestram processi 3, 67. Vid. *ascendere.* Quum circumfusa turba esset, prope in concionis modum 2, 23. *conf. cap.* 28. Concio togata et urbana 45, 37.

CONCIONALIS senex 3, 72. *i. e. Qui assiduus est in concionibus et rumores captat, ut habeat, unde, circumforaneus, plebem agitare possit.* [Vid. *Stroth. ad h. l.*]

CONCIONARI 39, 16. Jam huic diurnæ legitime ab consule vocatæ, par nocturna concio esse poterit, nunc illi vos singuli universos concionantes timent. *i. e. in concione stantes.* Ut regem Rom. concionantem audirent 1, 28. Hæc prope concionabundus circumibat homines 3, 47. *conf.* 14, 14. Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur etc. 22, 14.

CONCIPERE 5, 17. Magistratus — Latinas sacrumque in Albano monte non rite concepisse. Nova atque integra concipere auspicia 22, 1. Concipere mente 1, 36. Animo 9, 18. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse: ad effectum adducere virtutis et fortunæ ingentis 23, 33. Conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret 21. 8. Concipere jusjurandum 1, 32. Nisi in quæ ipse concepisset verba, juraret 7, 5. *pro* in ea v. q. i. e. j. Populus in foro votum concepit 41, 21.

CONCIRE 25, 19. Ipse aliquantum voluntariorum in itinere concivit. Tumultuosius, quam allatum erat, cursus hominum, affingentium vana auditis, totam urbem conciverat 28, 9. Ne cui fraudi esset, concisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem 3, 53. Per legatos conciret homines ad arma 31, 3. Qui in his provinciis bellum concivissent 41. 3. Etruria concita in arma 10, 21. Non miseriis, sed licentia, tantum concitum turbarum 3, 29. Quas (*simultates*) sibi ipse — conciverat 1, 60.

CONCITARE se in fugam 22, 17. *Plane Græcum* ὁρμᾶσθαι. His inter se vocibus concitati — clamore renovato inferunt pedem 7, 8. Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt 5, 4. Etruscum bellum pro Veiente concitatum 5, 5. Domi plus belli concitari, quam foris, 4, 2. Ad concitandum inde adversus regem exercitum 1, 59. Crescebat tumultu concitato turba 38, 33. Multitudinem fallaci spe concitari 6, 15. In diversum iter equi concitati 1, 28. Adversos concitant equos 8, 7. Concitant equos permittuntque in

hostem 3, 61. Quanta maxima celeritate potest, concitat naves 36, 44. *conf.* 30, 25. Ad emittenda (*tela*) cum procursu, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant 34, 39.

CONCITATIO 9, 7. Concitationem animorum (*iram*) fregit adventus exercitus, etiam iratis miserabilis.

CONCITATIOR accidens clamor 10, 5.

CONCITATORES turbæ ac tumultus 25, 4. *conf. Cæsar Bell. Gall.* 8. 38.

CONCITOR belli 37, 45. *conf.* 29. 3. Concitores vulgi 45, 10.

CONCLAMARE mortuos 4, 40. Et ex mœstis paullo ante domibus, quæ conclamaverant suos, procurreretur in vias 4, 40. Conclamant vir paterque 1, 58. Ad quorum casum quum conclamasset gaudio Albanus exercitus 1, 25. Id modo a multitudine conclamatum est 3, 50. Quum vidissent procul venientem hostem, ad arma conclamaverunt 41. 26. Conclamatum tamen celeriter ad arma est etc. 7, 12. Conclamatum inde ad arma 10, 32. *conf.* 3, 50. *Virgil. Æn.* 7, 460.

CONCLAVE 39, 14. Ut comprehensos libero conclavi ad quæstionem servarent.

CONCOQUERE 4, 15. Ut, quem senatorem concoquere civitas vix posset, regem ferret. Concocta consilia sunt, 40, 11. *i. q. cocta.* Vid. *Clav. Cicer. in h. v.*

CONCORDIA 4, 48. Mediis concordiam copulare. Inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant: quæ novo facinore discussa res veteres etiam iras excitavit 41, 25. Interpres concordiæ 2, 33. *h. e. quo interprete concordia restituta est.* Censores fideli concordia senatum legerunt 40, 51. Quorum perpetuam vitæ concordiam mors quoque miscuit 40, 8.

CONCORS 4, 2. Ne secum quidem ipse concors. *Sic Cicero Off.* 1, 1. Si sibi ipse consentiat. Vid. *Cel. Ruhnken. ad Vellei.* 2, 63. Non modo commune, sed concors etiam regnum duobus regibus fuit 1, 13. Concors et e republica censura fuit 42, 10. [*conf.* condere.]

CONCREMARE 3, 53. Vivosque igni (*se*) concrematuros. *conf.* 8, 30. 9, 12. Non omnia concremari tecta 5, 42. Qui domos super se ipsos concremaverunt 21, 14. Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas esse 41, 9.

CONCREPARE 28, 8. Ubi hostium arma concrepuissent. *conf.* 6, 24. Exercitus gladiis ad scuta concrepuit 28, 29.

CONCUBITUS 4, 2. Ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque.

CONCUBIUS 25, 9. Hannibal concubia nocte movit.

CONCUPISCERE 1, 56. Neque in animo suo quidquam regi timendum neque in fortuna concupiscendum relinquere statuit. Tribunos plebis concupistis 3, 67.

CONCURRERE 24, 15. Quibus quum Numidæ impigre concurrissent. Herminius concurrit ex insidiis 2, 11. *i. e. quum procurrisset ex ins. concurrit.* Priusquam — concurreretur 10, 40. (*de prœlio*) *conf.* 8, 8. 44, 38. Quum infestis cuspidibus concurrissent 8, 7. Alquoties jam inter se signis collatis concurrunt 29, 18. Metu ignis adversi regiæ naves, ne prora concurrerunt, quum declinassent etc. 37, 30. Rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt 26, 11. Vid. *decurrere.* Concursum — ad curiam esse, prensatasque exeuntium manus 4, 60. Vid. *scapha.*

CONCURSARE 4, 6. Concursare toto foro candidati cœpere.

CONCURSATIO incerta nunc hos, nunc illos sequentium 5, 40. *conf.* 9, 24. Concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat, an etc. 41, 2.

CONCURSATOR pedes 31, 35. Levis et concursator hostis 27, 18. *Oppos.* Statarius, *qui in ordinibus stat certo loco.*

CONCURSUS 32, 30. Ferre concursum. *Sane duriuscule dictum. Forte igitur legend.* occursum. Primus concursus *Livio dicitur. Sed,* concursum primum non ferre, *id vero insolentius.* Concursus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret 2, 56. *Hic aut tollenda prorsus* concitatæ multitudinis *videntur, aut ad* tempestatem *rejicienda. Sequuntur enim hæc:* sustinebat tamen Appius pertinacia tantam tempestatem. Equitatus, qui a lævo cornu brevi spatio disjunctus in subsidiis fuerat, extra concursum, primo spectator certaminis etc. 42, 59. Ita ut vix concursus navium inter se vitarent 29, 27.

CONCUTERE 33, 19. Ab contemtu concussi tum regni. *Ita enim, non* concessi *cum textu vulgato legendum videtur. Est autem* concutere *i. q. profligare, labefactare, gravibus damnis afficere.* Vid. *Gronov. ad h. l.* Concusso jam et pæne fracto Hannibale 28, 44.

CONDENSUS 26, 5. Minore conatu, quam condensam aciem irrupissent, in castra irrupturos. Condensa arboribus (*vallis*) 25, 39. *i. e. condensis* [*Sic plene. Alibi simpliciter* densus. *Tibull.* 4, 3, 7. Quis furor est, quæ mens, *densos* indagine *colles* Claudentem, teneras lædere velle manus. *Quem locum Huschkius in Epist. Crit. ad Santen.* p. 96. *Laudans bene comparat Græcorum* δασύς. *Id et ipsum nunc simpliciter dicitur, nunc adjuncto dativo,* δασὺς ὕλῃ, *Τλῃσι, πίτυσι* etc.]

CONDERE jura 3, 33. Carmen 31, 12. Insidias 10, 4. Ara condita atque dicata 1, 7. Aram condidit dedicavitque 28, 46. Condere in custodiam 3, 23. In carcerem 26, 16. *conf.* 29, 22, 30, 21. 45, 42. In vincula 26, 34. *conf.* 23, 38. Idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est 1, 44. Uno animo, uno consilio legatis senatum, equites recenseatis agatis censum, lustrum condatis 40. 46. Collegiumque ad id novum condidimus 5,

52. Inter principia condendi hujus operis 1, 55. *Int. de iis, quæ antecedunt ædificationem.* *Similiter* condenda urbs *Præf. int. de tempore ante originem urbis.* Condita *autem ibid. i. q. antequam condi cœpta esset.* Vid. *Cuperi Obs.* 2, 9. Urbem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat 1. 19.

CONDICERE 1, 32. *i. q. denunciare cum rerum repetitione.* Vid. *Gronov. Obs.* 1, 1.

CONDITIO 37, 45. Quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc victores victis ferimus. Pacemque cum eo conditionibus fecerunt 23, 7. *i. e. sub his, s. sequentibus, conditionibus.* *conf.* 9, 15. Conditionibus sedatæ discordiæ 6, 42. Conditionem filiæ quærendam esse 3, 45. *i. e. sponsum.* Cujus conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis etc. 42, 41.

CONDITOR 5, 24. Sicinium — conditorem Veios sequantur, *i. e. auctorem consilii Veios transmigrandi. Nisi malis de instauratione Veiorum intelligere, quum quidem, migratione facta, velut Roma Nova fieret. Sic Græci κτίστην dicunt.* Vid. *Sueton. Aug.* 98. Casa conditoris nostri 5, 53. Conditores partium cœptæ urbis 2, 1. Conditorem Romanæ libertatis 8, 34. Conditorum (*conservatorum*), parentum, deorum — numero nobis eritis 7, 30. Conditor omnis in civitate discriminis ordinisque 1, 42. Legum latorem conditoremque Romani juris 3, 58. Maximi sacerdotes conditoresque ejus sacri 39, 17.

CONDONARE 3, 12. Pater — sibi ut condonarent filium, orabat *i. e. sua caussa absolverent.* Potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quam etc. 3, 58.

CONDUCERE auxilia 30, 21. *conf. cap.* 7. Ad conducenda viginti millia peditum 23, 13. Publicani se conducturos præbenda professi erant 34, 6. *i. q. redemerunt.* Conducerent ea lege præbenda, quæ ad exercitum — opus essent 23, 48.

CONDUCTIO. Vid. *affinis.*

CONFERRE 4, 4. Cur enim non confertis, ne sit connubium divitibus et pauperibus *i. e. una, vel insuper, fertis hanc legem etc.* Quos eodem audita Cannensis clades contulerat 23, 17. *i. e. simul eumdem in locum detulerat.* Quo se fusa acies contulerat 9, 16. Utrum castra castris conferrent 23, 28. *conf.* 8, 23. Conferendo cum hoste castra 26, 12. Ad conferenda propius castra 2, 30. Primus omnium consul invadit hostem; et, cum quo forte contulit gradum, obtruncat 7, 33. *Alibi, v. c.* 10, 43. Manum conferre. Neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma 21, 1. Pes cum pede collatus 28, 2. *conf.* 10, 29. Ubi hærere jam aciem collato pede videris 6, 12. *conf.* 7, 33. Aliquoties jam inter se signis collatis concurrunt 29, 18. Romanus conserere pugnam et ex propinquo vires conferre velle 21, 50. Nec, quum quæreretur gener Tarquinio, quisquam Romanæ juventutis ulla arte conferri potuit 1, 39. Haud ignotas belli artes inter se conferebant 21, 1. Conferebant Patres animum Scipionis præsagientem in ejusdem spei summam 29, 10. *i. e. idem sperabant de bello propter animum Scipionis etc.* Ut eo minus tributi plebes conferret 5, 20. Karthaginis expugnationem in hunc annum contuli 27, 7.

CONFERTIM 21, 8. Quo acrius et confertim magis utrimque pugnabant etc. [*Sic in editt. Gronov. et Crever. Sed Drakenb.* conferti. Confertim *Livio de hac re non insolens.* 31, 43. Confertim et pugnant et cedunt.]

CONFERTUS 10, 29. Quum Galli structis ante se scutis conferti starent. Conferta tota urbe deorum immortalium templa 45, 2. Naves confertæ 37, 11.

CONFESSIO 1, 45. Ea erat confessio caput rerum Romam esse. Confessio culpæ 21, 18. *conf.* 36, 27. Confessionemque factam, populi, quam consulis, majestatem vimque majorem esse 2, 7. *conf.* 9, 2. *it.* 28, 40. 42, 47. Confessionem cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui 21, 40.

CONFESTIM 1, 12. Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Confestim rex his ferme verbis Patres consulebat 1, 32. Confestim Turno (*Tarquinius*) necem machinatur 1, 51. *it. eod. cap. ult.* Delata confestim materia omnis infra Veliam 2, 7. Victores confestim circumsidunt urbem 41, 19. Confestim et universæ copiæ sequebantur 44, 3.

CONFICERE 1, 25. Alterum Curiatium conficit. *conf.* 42, 16. Conficere saucium. Confecta provincia 28, 28. *conf.* 27, 5, 40, 28. 41, 12. Provinciam ingenio ferocem, rebellatricem confecisse 40, 35. Ne deessent officio, confecisse 43, 6. Commissum ac profligatum (*bellum*) conficere 21, 40. Comitia confecta 41, 17. Unde eam pecuniam confici posse? 4, 60. Conficere delectum 25, 5, *it.* milites 29, 35. Ut ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret 30, 14. Proximis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque confectos esse 22, 61. Prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt *Præfat.* Ut fessos confectosque aggrediantur 1, 23. Confectaque paucitas oppidanorum opere, vigiliis, vulneribus 5, 3. *conf. cap.* 10. Conficere legitima suffragia 9, 34. *i. e. explere.*

CONFIDERE 2, 45. Consules magis non confidere, quam non credere suis militibus. *Vid.* credere. Neque milites alio duce plus confidere 21, 4. Fidei regum nihil sane confisus 39, 58. *conf.* 40, 12. Hispanis populis — documentum Saganti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut societati confidat 21, 19. Minucium confidere brevi — meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse 36, 40. *i. e. certo postu-*

latorum.] Agros etiam confiderunt se a populationibus tueri posse 44, 18. *Sic ap. Quinctilianum in Declam. est* diffidisset [*p.* 556. *Burm.*]: *ubi vide tamen Int.*

Confieri 5, 50. Ex quo (*auro*) summa pactæ mercedis Gallis confieret. Vide *Oudendorpium ad Sueton. Jul.* 20. [*It. Clav. Cicer. in h. v.*]

Confingere 40, 42. Ne crederent confictis criminibus in se.

Conflagrare 24, 26. Ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare sinerent. Ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse 7, 30.

Conflare 3, 36. Judicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Incendium conflatum 26, 27.

Conflictari 40, 22. Multis — difficultatibus conflictatus.

Confligere. *Vid.* acies.

Confodere 24, 7. Ut (*rex*) confoderetur aliquot — vulneribus.

Confossus 5, 11. Et tamen eos, tot judiciis confossos prædamnatosque, venire ad populi judicium.

Confragosus 5, 26. Asperis confragosisque circa, et partim arctis, partim arduis viis. *conf.* 21, 32. Ardua et aspera et confragosa via 44, 3.

Confringere 26, 46. Cædendo confractis foribus.

Confundere 7, 12. Nec in circulis modo fremere, sed jam — in unum sermones confundi. *conf.* 40, 46. Confundi jura gentium rebantur 4, 1. [*Græce* συγχεῖσθαι.] Signaque et ordines peditum atque equitum confundit 9, 27.

Confusus atque incertus animi 1, 7. *conf.* 6, 6. Vide *Drakenborch. ad* 26, 18. Confusa ex recenti morsu animi 6, 34. Fremitus — universorum voces — confusæ in unum orationem interpellarunt 40, 46. Quum, in quæ (*templa*) referri (*aurum*) oporteret, confusa memoria esset 5, 50. Confusum suffragium 26, 18. Confuso vultu 41, 15.

Congerere 1, 11. Eo scuta illi (*in illam*) pro aureis donis congesta. Beneficiis etiam suis, ingentia quæ in eum congesta erant etc. 42, 11. Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis 30, 1. Omnes vastati agri periculorumque imminentium caussas in se congesturos 3, 38.

Congiaria 37, 57. In hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, — favor populi se inclinabat.

Conglobare 10, 5. In ultimam castrorum partem conglobantur. In forum ac propinqua foro loca conglobati redibant 5, 41. Pulsi — et fugâ conglobati 44, 31. Eos ex variis caussis fortuna similis conglobaverat Agathyrnam 26, 40. Circa se conglobatos erumpere jubet 29, 33. *conf.* 9, 23. *it.* 27, 14.

Congratulari 3, 54. Congratulantur libertatem concordiamque civitati restitutam.

Congredi 1, 7. Cum altercatione congressi. Neque hostem acriorem bellicosioremque secum congressum 21, 16. Ducem Lucanorum cominus congressum obtruncat 8, 24. Nusquam acie congresso hoste 7, 22.

Congregare 7, 1. Palatos Gallos per Apuliam congregari.

Congressus 7, 40. Jam duces, jam milites utrimque congressus quærere ad colloquia.

Congruere 9, 2. Sermo inter omnes congruit. Congruentia ad consulem afferentes 9, 31. Congruentia — omnia criminibus ab Eumene allatis referebat 42, 17. Omnium sententiæ congruebant 26, 2. Tempus ad id ipsum congruere 1, 5. Ad metam eamdem solis — congruerent 1, 19. Ubi responsa aruspicum insidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt 8, 6. Latinos — lingua, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus, congruentes *ibid.* Motus congruens 7, 2.

Conjectare eventu rem 5, 21. Conjectando rem vetustate obrutam 29, 14. Conjectare iter 21, 35. *i. e. iter facere ex conjectura.* Si ex eo — — quid sentiant, conjectandum sit etc. 40, 36.

Conjectura est mentis divinæ 10, 39. *i. e. conjectura assequi licet, quid dii sentiant.*

Conjectus 7, 6. Conjectu terræ, quam pro se quisque gereret, expleri potuisse. Priusquam ad conjectum teli veniretur 2, 31. Quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset 25, 16.

Conjicere 1, 12. Mettus in paludem sese conjecit. *i. q. conjectus est; neque enim ipse conjecerat sese in paludem, sed,* strepitu sequentium trepidante equo, *ablatus eo fuerat.* Qui Q. Pleminium in catenas conjicerent 29, 21. Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis 4, 4. Omnem forensem turbam in quatuor tribus conjecit 9, 46. Eo descensum est, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam — sortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent 45, 15. In eam legationem Mnesilochus, et qui ejus factionis erant, de industria conjecti 36, 12. Conjicere in tempus aliquod crimina 3, 24, *i. e. dicere, quo tempore facta sint.* Militum, in unum vigilem conjicientium culpam 5, 47. Vid. *Sors.*

Conjunctim 6, 40. Ut rogationes — omnes conjunctim accipiatis.

Conjungere 8, 16. Finitimis arma conjunxerant. Tecta conjuncta muro portisque 22, 20. Ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt 1, 44. Ne conjungi amplius ullo consensu Macedonibus possent 42, 47.

CONJURARE 22, 38. Sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. i. e. *una jurabant. conf.* 26, 25. Ut consul, quos præter milites sociosque navales conjuratos haberet, dimitteret 45, 2. *Non convenit adhuc inter interpretes, quinam illi, præter milites*, conjurati *fuerint; nam si vel maxime de* voluntariis *capiantur, sunt tamen, quæ contra dici possint.* Vid. *Duker. ad h. l.* Conjurati in proditionem 9, 25. *conf. cap.* 26.

CONJURATIO de bello 6, 2. Conjurationes circa Campaniam passim factæ 9, 25. *conf.* 32, 26.

CONNITI 10, 33. Clamore sublato conniai primo resistunt. Undique omnes connisi hostem avertunt 3, 63. *conf.* 31, 21. Connisusque — primus omnium portam intravit 41, 4. Ad ultimum omnibus copiis connisus Ancus acie primum vincit 1, 33. Conniterentur modo uno animo omnes invadere hostem 9, 31.

CONNUBIUM *it.* CONUBIUM 4, 5. Connubii societas. *Conf. cap.* 6. Ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt 8, 14. Vid. *Spanh. Orb. Rom. p.* 360. *conf.* 9, 43. *ult.*

CONQUERI 8, 33. Quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoriam. Filius — transfugit ex composito Gabios, patris in se sævitiam intolerabilem conquerens 1, 52. Crudelitatem patris conquerens 40, 24.

CONQUESTU libero coortæ voces sunt 8, 7.

CONQUIESCERE 1, 47. Nec nocte, nec interdiu virum conquiescere pati. Non manes, non stirpem ejus conquiescere viri 21, 10.

CONQUIRERE 22, 52. Consulem — conquisitum sepultumque quidam auctores sunt. *conf.* 25, 22. *it.* 39, 16. Triumviri bini; uni sacris conquirendis — alteri, etc. 25, 7. Pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit 29, 18. Pontifex maximus piacula iræ Deûm conquirere jussus 40, 37. Vid. *Conquisitio.*

CONQUISITIO piaculorum 7, 3. Vid. *Conquirere.* — Militum 23, 32. *It.* ingenuorum 25, 5. Conquisitio intentissima 39, 35. *(etiam de delectu) conf.* 29, 34.

CONQUISITOR 21, 11. Qui duo populi — retentis conquisitoribus —, oppressi celeritate Hannibalis omiserunt mota arma. i. e. *qui milites imperatos exigunt et contrahunt. conf.* 20, 7.

CONSALUTARE 1, 7. Utrumque regem sua multitudo consalutaverat. *Cap. præc. est :* salutare.

CONSCELERARE 40, 8. Conscelerare aures paternas. i. e. *inquinare narrationibus improbis.* Se, ut conscaleratos contaminatosque ab ludis — abactos esse 2, 37. *conf.* 8, 18.

CONSCENDERE 31, 29. In Siciliam conscenderunt. i. e. *naves, quibus pergatur in Siciliam.* Postquam conscendisse suos vidit 37, 11. *Simpliciter dictum pro conscendisse naves, classem. Sic* 22, 19. 44, 25. Qui Rhodum irent — Thessalonicæ conscendere jussi 44, 22.

CONSCIENTIA virium 8, 4. Conscientiâ periculi culpa contracti 3, 2. — Sibimetipsi exsilium consciscentes 29, 36. — Quid abesset virium 3, 60. — Quid se meritos scirent 18, 19. Conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ amicitiæ 35, 12. *conf.* 21, 62. Cum conscientia egregia sæpe repetiti regni paterni 29, 33. Consilia seducta a plurimorum conscientia habere 2, 54.

CONSCISCERE 1, 32. Senatus consensit, conscivit. i. *q. decrevit.* Tusci — consciverant bellum 10, 18. *i. e. una, eodem tempore, decreverant. it.* 41, 8. *Ubi quidem Drakenborchius legi vult* concivissent. Vid. *Gronov. ad* 21, 8. *conf.* 38, 49. *Pro* consciturum leg. conciturum *probante Dukero et Creverio. Sed vide B. Patruum ad Sueton. Claud.* 38. *cf.* 9, 26. *Ubi hæc sunt :* mors haud dubie ab ipsis conscita. Consciscere sibi exsilium 10, 17. *conf.* 24, 26. Conscientia sibimetipsi exsilium consciscentes 29, 36. Ut desereremus penates nostros exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus, etc. 5, 53. Communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam 10, 34. Facinus in suos fœdum ac ferum consciscunt 28, 22. Appius sibi mortem conscivit 3, 58. Corrupto pecunia Theonda, — ut renunciaret populo, Evandrum sibi ipsum mortem conscisse 45, 5.

CONSCIUS 9, 26. Et omnes anteactæ vitæ vos conscios habeo.

CONSCRIBERE 26, 24. Conscriptæ conditiones. Nemo novæ societatis aut novi fœderis, quo nos temere illigemus, conscribendi est auctor 41, 24. Vid. *Fœdus.* Eodem tempore et centuriæ tres equitum conscriptæ sunt 1, 13. Conscripta consignataque 29, 12. Conscriptos, videlicet, in novum senatum appellabant lectos 2, 1. *conf.* 1, 35.

CONSECRARE 23, 10. Diem adventus ejus *(Hannibalis)* consecrate. Tuumque caput *(Appi)* sanguine hoc consecro 3, 48. Vid. *Sanguis. et conf. Virgil. Æn.* 12, 949. Consecrare origines suas et ad Deos auctores referre *Præfat.* Circa murum locus, quem incondendis urbibus quondam Etrusci — certis circa terminis inaugurato consecrabant 1, 44. In urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur *ibid.* Gracchi bona consecravit, quod — se in ordinem coëgisset 43, 16.

CONSECTARI 21, 43. Pecora consectando nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis. Lupus — magno consectantium tumultu evasit 41, 9. Quo longius iter in castra erat, eo

plures fessos consectandi hostibus copia fuit 43, 10.

CONSENESCERE 35, 34. Ne insontem indemnatum consenescere in exsilio sinerent. *i. e. Gronovio explicante, se cum tædio et senio sustentare. conf.* 9, 19. Se — circa Casilinum, Cumasque, et Nolam consenuisse 30, 20. Adde, quod — Alexandro — alieno in agro bellanti exercitus consenuisset 9, 19. Jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore 9, 3. Consenuisse jam secum et rogationes promulgatas et vim omnem tribuniciæ potestatis 6, 29. Vid. *Senescere*. Quæ (*lex*) promulgata consenuerat 3, 31. Cum mortali corpore uno, civitatis, quam immortalem esse deceat, pati consenescere vires 6, 23.

CONSENSUS 8, 35. Tribunos — liberavit onore *consensus* populi Romani, ad preces et obtestationem *versus etc. i. q. populus consentiens*. Consensu in posterum diem concio edicitur 24, 37. *Nisi legendum cum Gronovio:* consensa — concio. Vide *ipsum ad* 9, 7. *Fortasse* consensu *dictum est hoc loco pro* omnibus, communi suffragio. *Sic* 3, 38. Quum et ipsi *consensu* invisum imperium — interpretarentur. *conf. cap.* 35, 36. Quem consensus attentatæ defectionis — ad transfugiendum stimulabat 23, 15. *i. e. quod ipse consenserat in etc.* Haud dubio consensu civitatis 9, 7. Bellum erat consensu fieri solitum 1, 32. Ne conjungi — consensu Macedonibus possent 42, 47.

CONSENTIRE 8, 6. Consensit et senatus bellum. *Nisi vero cum Drakenborchio* fieri *suppleamus. conf.* 1, 32. Extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem forum luctus est 9, 7. Adversus consentientes nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum fore 34, 49. Nulla re, quam celeritate tutior, quod undique abierat, antequam consentirent 23, 29. *i. e. in se conspirarent*. Consentio consciscoque 1, 32.

CONSEPTUM 10, 38. Ea legio linteata ab integumento consepti — appellata est (*substantive dictum.*)

CONSEPTUS locus cratibus pluteisque 10, 38. In locum saxo conseptum 22, 57.

CONSEQUI 41, 10. Claudius prope consequutus est litteras suas. *i. e. prope eodem tempore, quo litteræ redditæ essent, advenit.* Qui missi ab Tarquinio fugientum consequuti erant 1, 48. Prius — quam alter — consequi posset 1, 25. (*absolute.*) Medium se consequuturum consilii viam 24, 45.

CONSERERE 10, 24. Quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum. Conserta (*exodia*) fabellis Atellanis 7, 2. Sicubi conserta navis esset 21, 50. *sc. ad pugnam*. Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello 21, 1. Levis armatura etiam per amfractus jugi procurrere, et ab lateribus cum levi armatura conserere, per iniqua atque æqua loca pugnam petere 44, 4. *Pro conserere* manus *vel* pugnam, *cujusmodi quid excidisse putant Dukerus et Creverius. Equidem nihil abesse putem; quum* manus *aut simile quid ex sequenti* pugnam *commode repeti possit. conf.* 26, 39. *Quamquam hoc loco* conferebat *cum Gronovio Creverius legit. Omnino de verbo* conserendi *vide Init. ad* 21, 8. Consertis manibus 1, 25. Qua parte copiarum (*equestri*) conserendi manum fortuna data est 21, 41. Quam impias inter nos conseramus manus 7, 40. Ultimus conserto prœlio excedebat 21, 4. *f.* confecto. *conf. Virgil. Æn.* 2, 398.

CONSERVARE 38, 11. Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato sine dolo malo. *i. e. pareto, fidem servato. Ex formula fœderis dictum.* Vid. *Duker. ad h. l. it. Clav. Ciceron. in v.* conservare.

CONSESSOR 34, 54. Cur dives pauperem consessorem (*in ludis spectandis*) fasti diret?

CONSIDERATIUS 4, 45. Bellum utinam, qui appetunt, consideratius concordiusque, quam cupiunt, gerant.

CONSIDERATUS 22, 39. Tardum pro considerato vocent.

CONSIDERE 30, 2. Terra campestri agro in ingentem sinum consedit. Quum Sufetes ad jus dicendum consedissent 34, 61. *Omnino de judicibus proprium verbum, v. c.* 26, 48. *Ubi quidem recuperatores intelligendi sunt.* Examen apum in arbore prætorio imminente consederat 21, 46. Ad eos, qui consederant in insidiis, perlatâ 10, 4. Dictator Rom. haud procul inde ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis 4, 17. *i. e. castra posuit.* Positisque sedibus consederunt 42, 39. In sede considere mea? (*regia*) 1, 48. Vid. *Sedes*. Quum Tarquiniis forte consedisset 1, 34. Introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere (*Persea*) jussit 45, 7. Triarii sub vexillis considebant 8, 8. Quum jam consedisset ferocia ab re bene gesta 42, 62. *conf. cap.* 61.

CONSIGNARE *vid.* Conscribere. *conf.* 23, 38.

CONSILIUM 2, 44. Diu sustentarum id malum, partim Patrum consiliis, partim patientia plebis etc. Tum ex consilio Patrum Romulus legatos etc. 1, 9. Id erat sanctius apud illos consilium, maximaque ad ipsum senatum regendum vis 30, 16. Consules consilia principum domi habere 4, 6. *conf.* 9, 15. 41. 1. Dimissa concione consilium habitum 9, 15. Solitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum consilium respexerunt 23, 22. *i. e. Senatum. Alibi:* consilium orbis terrarum. Consilium militare 8, 6. *Constabat illud legatis tribunisque militum et centurionibus primi pili.* Vid. *Gronov. ad* 44, 2. Consilium castrense 44, 35. In

caput consilii, in ducem incurrere 8, 31. Cum eo consilio prætorem cognoscere 29, 20, (*de legatis*) *conf. cap.* 21. Consilio advocato 43, 22. Consilio propinquorum adhibito 2, 36. Publicum consilium — nulla de re neque convocati, neque consulti fuerant 24, 22. Fortunam in consilio habere 36, 8. Non suæ fortunæ consilium 25, 38. Consilium cepit, transfosso pariete iter in urbem patefacere 44, 11. Prius Locros ire, quam Messanam, consilium erat 29, 20. Quamquam ad bellum consilia erant destinata 42, 48. Impetu magis, quam consilio 42, 29. Consilio tali animum adjecerunt 35, 38. Consilium spei non audacis modo, sed etiam impudentis 35, 34. Ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium 30, 12. *conf.* 24, 5. Impotentibus instructi consiliis 3, 36. *Vid.* struere. Consilia calidiora 22, 24. Si tua, re subita, consilia torpent 1, 41. Commotius ad omnia turbanda consilium 6, 14. Consilium de iis Karthagini erat 28, 26. Absentis collegæ consilia omnibus gerendis intererant rebus 10, 39. Cognitiones capitalium rerum serie consiliis per se solus exercebat 1, 49. Quot res, quam inutiles sequantur illam viam consilii 5, 5.

Consimilis 33, 28. Consimili animo avertendi ab se criminis caussa in concionem progressus.

Consipere 5, 42. Non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem atque oculis constare poterant. *Vulg.* concipere, *scil. mali magnitudinem.* Vid. *Bauer. p.* 201, *qui emendat* consistere.

Consistere 21, 49. Constitit terrestre bellum ad Trebiam. *i. q. substitit.* Hannibal consistere signa jubet 21, 32. Consistere signa in radicibus collium, ac revocare in ordinis militem cœperant 28, 15. Constitit utrumque agmen, et prœlio sese expediebant 21, 46. Sic regii constiterant 42, 58. *De acie instructa. Paullo ante:* proximi cornibus constiterant regii equites. Qui circa cum constiterant 41, 2. Ut, unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret 28, 26.

Consociare 1, 45. Quum consensum deosque consociatos laudaret mire Servius. Vos cum Mandonio — consilia communicastis, et arma consociaturi fuistis 28, 28. *cf.* 8, 14. Patria quid de vobis meruerat, quam cum Mandonio et Indibili consociando consilia prodebatis? 28, 27. In omnia belli pacisque se consociaverat consilia 42, 29. Regnum consociant, imperium omne conferunt Romam 1, 13. Itaque rem inter se centum Patres — — consociant 1, 17. Caritasque ipsius soli — animos eorum consociasset 2, 1. Cum iis, qui ad se tuendos convenissent, omnia sibi et esse consociata, et ad ultimum fore 23, 44. Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti cum hoste 25, 18. Nec erat aut civis aut externus, cum quo furorem suum consociarent 28, 25. Rem consociatam Aristoni incaute aperit 24, 24. *i. q. compositam.*

Consolari 45, 41. Hanc cladem domus meæ vestra felicitas et secunda fortuna publica consoletur.

Consors etiam censoris fuerat 41, 27. *i. e. qui communi adhuc patrimonio fruebantur.* Vid. *Cel. Ruhnkenium ad Vellei.* 1, 10.

Consortio 40, 8. Sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges. *cf.* 6, 42. *Vocabulum rarius. Ipse tamen Cicero Off.* 3, 6. *Eo usus est.* [*Ad. q. l.* Vid. *Heusingeros. Usi sunt et alii. Cf. Laurenberg. Antiquar. in h. v.*]

Consortium 4, 5. Si in consortio, si in societate reipublicæ esse — licet.

Conspectus 27, 27. In collem aperta undique et conspecta ferebat via. *cf.* 10, 40. *it. de statione* 34, 30. Conspecta mora ejus fuit, quia publico funere est elatus 30, 45. Supplicium conspectius eo, quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis consulatus imposuit 2, 5. Conspectior — plebes — turba, quam dignitate conspectior 22, 40. *cf.* 6, 15. Nec ipsius tantum, patris avique, quos sanguine ac genere contingebat, fama conspectum eum efficiebat, sed etc. 45, 7. Extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior virtus esset 7, 7.

Conspectus 25, 16. Locus a conspectu amotus. *cf.* 9, 28. Unde conspectus in Capitolium non esset 6, 20. *cf. Virgil. Æn.* 2, 461. Sex pulvinaria in conspectu fuere 22, 10. Quum in conspectu locorum consultaret 40, 21. *cf.* 29, 27. Quia bellum ei majus in conspectu erat, quam quantum esse famæ crediderat 10, 25. Uti me a conspectu malorum, quæ nostra tot per annos vidit ætas — avertam *Præfat.* Hieronymus — primo statim conspectu, (*i. e. quum primum prodiret, conspiceretur*) omnia quam disparia essent, ostendit 24, 5. Quo longissime conspectum oculi ferebant 1, 18.

Conspicari 2, 20. Conspicatus ferocem juvenem.

Conspicere 21, 4. Equi conspiciebantur. *i. e. insignes erant. cf.* 39, 6. Quum inter se conspecti essent 33, 6. Pro *quum a se invicem etc. cf.* 22, 4. Quem paullo ante cum egregia stirpe conspexissent 1, 26. Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu 8, 9. Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus 5, 23. *i. e. in oculos incurrit, oculos in se convertit. cf.* 10, 7. Conspici se pugnantem egregium ducebat 31, 24. Quid te ut regium juvenem conspici sinis? 1, 47. Quos quum et a Patribus collaudari, et a militari ætate tamquam bonos cives conspici vulgus hominum vidit 4, 60. Factum, quod — in Fabio non minore ostium admiratione,

quam vestra, conspectum est 5, 52. Opus, vel in hac magnificentia urbis conspiciendum 6, 4. *i. q. visu dignum.* Tumulus hosti conspectus 22, 24. Relictis ibi in statione conspecta utrimque cohortibus 34, 30. Conspectus elatusque supra modum hominis privati 4, 13. *i. e. ingerens et venditans se oculis hominum. cf.* 5, 23.

CONSPICUUS 1, 34. Romanis conspicuum eum novitas divitiæque faciebant.

CONSPIRARE 3, 36. Non in præsentis modo temporis eos injuriam conspirasse. Si tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis causa, in quam conspirasse decemviros criminati sint 3, 56.

CONSTANS 10, 37. Hujus anni parum constans memoria est. Constanti vultu graduque 6, 48. [*Vid.* constare.] Constans pax 6, 26. *i. e. vera, in qua nihil reperitur, quod belli speciem habeat.*

CONSTANTIA 42, 62. Quum consultarent, Romana constantia vicit in consilio.

CONSTARE 1, 30. Non constat pugna hostibus. *i. e. non possunt prælium continuare ob turbatos ordines.* Prius quam totis viribus fulta constaret hostium acies 3, 60. *i. q. consisteret.* Constare res incipit ab eo tempore 10, 36. *i. e. certa esse.* Non mentibus solum consistere (*al.* concipere), sed ne auribus quidem atque oculis satis constare (*Romani*) poterant 5, 42. Vitruvio nec, ut vallo se teneret — sana constare mens, nec, ut longius a castris dimicaret, animus suppetere 8, 19. Nec animum ejus regis constare satis visum 44, 20. Constat idem omnibus sermo 9, 2. *i. e. non discrepant a se invicem, nec alio tempore aliud dicunt.* Non color, non vultus ei constaret 39, 34. [*Vid.* constans.] In omnibus, quæ ipsius potestatis fuerunt, fides constitit prætoris 37, 32.

CONSTERNARE 37, 41. Hæc velut procella — ita consternavit equos etc. *i. e. feroces reddidit. Sic proprie dicitur. Itaque* 34, 2. *post consternationis vocabulum adhibet Livius* concitare. Pecorum in modum consternati 38, 17. Repente in fugam consternantur 10, 43. *cf.* 38, 46. *Sic Tacitus Hist.* 3, 79. Fœda fuga consternari *dixit.* Ubi vero corruit obrutus (*Decius*) telis, inde jam haud dubie consternatæ cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt 8, 9. Multitudinem conjuratorum ad arma consternatam esse 7, 42. *i. e. erectam, incitatam. cf.* 10, 44. *it.* 21, 24. Consternati delectus acerbitate 21, 11. Tumultu sanos etiam consternante animos 8, 27. Coriolanus, prope ut amens, *consternatus ab sede sua,* quum ferret matri obviæ complexum 2, 40. *Sic interpungendum putem. Vulgo* ab sede sua *referuntur ad* ferret; *neque sensu id ferente, neque natura rei. Idem enim est, ac si dixisset Livius: motu* quippe impatiens.

CONSTERNATIO muliebris 34, 2. (*De furore, seditione.*)

CONSTERNERE mare classibus 35, 49. Tempestas aliquot signa constravit 40, 45. *i. e. dejecit.* Constratæ naves 35, 46. Ratem, pontis in modum, humo injecta, constraverunt 21, 28.

CONSTITUERE 38, 25. Tempus in posterum diem constituitur. Constituit agmen *ibid. i. e. sistere gradum jussit.* Paullisper novitate rei constituit signa 33, 10. *cf.* 34, 20. Metarentur frontem castrorum, et impedimenta constituerent 44, 36. *cap. sequ.* collocare. Ubi quum constituisset Romanos 9, 24. (*De transfuga Romanos in arcem opprimendam ducente.*) Fortunâ — populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores possent 1, 46.

CONSTRINGERE 34, 3. Quibus omnibus constrictas (*mulieres*) vix tamen continere potestis.

CONSTRUERE 1, 26. Horatiæ sepulchrum — constructum est saxo quadrato.

CONSTUPRARE 29, 17. Constuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos e complexu parentum. *Cf. Virgil. Æn.* 2, 403. *sq.*

CONSTUPRATOR 39, 15. Simillimi feminis mares, stuprati et constupratores.

CONSUL declaratus 28, 39. *it.* 40. Consul 38, 35. Dicitur, qui ante aliquot annos consul fuerat. Vid. *Periz. Animadvers. hist. p.* 307. Consul 31, 49. *Proconsul intell.* Consules centuriæ dixerunt 24, 9. *it.* 27, 6. Potestas consules faciendi 4, 1. Consules 5, 2. *Pro si consules essent:* quidnam illi *consules* dictatoresve facturi essent. Consules, regia potestas 8, 32. *cf.* 4, 2. Consules — respondit 4, 6. *i. e. unus de consulibus.* Exercitus consulis 43, 11. *cf. cap.* 14. *ubi hæc sunt:* incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abesse. *Drakenborchius igitur supra legi vult* imperatoris. Utrius exercitus sit consul 21, 43. Utrius mentis, utrius fortunæ consulem ad bellum mittant 42, 49.

CONSULARIS 4, 8. Rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu egere. Cum exercitu justo consulari 10, 25. Vid. *Justus.* [3, 29.] Consulares fasces 2, 54. — leges 3, 55. Vid. *Intt. ad h. l.* Auspiciis ementiendis — et consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe 21, 63. Donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris 3, 29.

CONSULARITER 4, 10. Vitaque omnis consulariter acta.

CONSULERE 2, 28. Delatam (*rem*) consulere ordine non licuit. *cf.* cap. 26. Vid. *consultare.* Ignorare videmini mihi, Quirites, non, utrum bellum an pacem habea-

tis, vos consuli 31, 7. Motique ira *numinis* caussam nullam aliam vates canebant, publice privatimque, *nunc extis, nunc per aves consulti* 2, 42. Deumque consuluit auguriis 1, 20. Ut trepidarent magis, quam consulerent 21, 16. *i. e. bene rem gererent, consulto agerent.* Cogor, vestram omnium vicem — unus consulere 25, 38. Se in omnia simul consulere plebem 6, 39. Nihil salutare in medium consulebatur 26, 12. *cf.* 24, 22. In humiliores libidinose crudeliterque consulebatur 3, 36. Consulere crudeliter in deditos victosque 8, 13. In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet 45, 8. Ut quidquam de se gravius consulerent 26, 33. De nullis enim, quam de vobis, infestius aut inimicius (*al.* iniquius) consuluerunt 28, 29. Multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum auctores fuissent 3, 59. *Nisi vero* consultum *pro SCto accipiatur.* Perinde ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura (*civitas*) 7, 6.

Consultare 5, 5. Ad eam rem consultandam. *cf.* 1, 21. *it. cap.* 55. Dum senes ab domo ad consultandum arcessunt 9, 9. Omnes, quid opus facto sit, consultant 6, 19.

Consultatio 36, 7. Circa hanc consultationem disceptatio omnis verteretur. Utra societas sit utilior, eam longe minorem, ac levioris momenti consultationem esse 24, 28. Ea modo, qua irent, consultatio fuit 9, 2. Per aliquot dies ea consultatio tenuit, ne non reddita (*bona*), belli caussa, reddita, belli materia et adjumentum essent 2, 3. *Egregia breviloquentia.* Vid. *cœtus.*

Consulte 22, 38. Quæ caute atque consulte gesta essent.

Consultum 10, 39. Approbare collegam consulta referens (*nuncius*) *i. e. consilium confligendi cum hoste.*

Consultus 25, 16. Ab occultis cavendum hominibus consultisque. *Possis etiam* consulta occulta *intelligere.* Callidos sollertesque juris atque eloquentiæ consultos — urbi ac foro præsides habendos 10, 22. Consultissimus vir — omnis divini et humani juris 1, 18.

Consultus collegæ 3, 62. *Ad eumdem modum Ciceroni dicitur* plebiscitus *Epp. Att.* 4, 2. *it.* peccatus *Verr.* 2, 78. *Drakenborchio tamen magis arridet* consulto, *quod ponitur pro* consilio. Vid. *Gronov. Obs.* 1, 21.

Consumere 25, 7. Quæ (*ædes*) incendio consumtæ fuerant.

Consummare 28, 17. Jam Africam magnamque Karthaginem, et in suum decus nomenque, velut *consummatam* ejus belli gloriam, spectabat. *cf.* 29, 23. *Cel. Ruhnkenius ad Vellei.* 2, 29. *legi vult* consummandam: *quam correctionem nemo improbaverit. Ceterum hoc vocabulum est* *ex iis, quæ Livii auctoritatem primam habent. Sequentis ævi auctores tanto sæpius illud usurparunt.*

Consurgere 8, 7. Quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset. Subito ex insidiis consurgitur 2, 50. Consurrexit consul, et jussis sedere aliis, progressusque etc. 45, 7. Senatum, eo die forte cœnantem in Capitolio, *consurrexisse et petisse*, ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet 38, 57. Suis sociorumque viribus consurgere hostes ad bellum 10, 13. Ubi triarii consurrexerunt integri 8, 10. *cf. cap.* 8. Ad suam gloriam consurgentes alios lætum (*se*) adspicere *ibid. i. q. paullatim accedere.*

Contactus præda alicujus 2, 5. *i. e. particeps prædæ, impio quidem modo.* Bonaque (*Sp. Mælii*) contacta pretiis regni mercandi publicarentur 4, 15. *i. e. polluta, infecta.* Contacti sacrilegio 29, 8. *it. cap.* 18. societate belli 31, 8. Rabie 4, 9. *it.* dies contactus religione 6, 28. *Vid.* Contingere.

Contactus ægrorum vulgabat morbos 25, 26. *cf.* 4, 30. Vid. *Virgil. Georg.* 3, 566. Procul terræ contactu 27, 35.

Contagio 28, 34. Quum, velut contagione quadam pestifera, — castra quoque Romana insanierint. Ut seditionibus primum urbs Romana, deinde, velut ex contagione, castra impleantur 5, 6. *cf. cap.* 12. Tusci — consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos 10, 18. Contagione quadam rapto gaudentes 29, 6. Ne cujus facti dictive contagione præsens violer 2, 37. Ne quid ex contagione noxæ remaneat penes nos 9, 1. *i. e. societas. cf. cap.* 34. Contagio criminis. Vos contagione insanistis 28, 27. Ea contagione, velut tabes, in Perrhæbiam quoque id pervaserat malum 42, 5.

Contaminare, 29, 18. Nefanda præda se ipsos ac domos contaminare suas. Qua (*lege*) contaminari sanguinem suum Patres confundique jura gentium rebantur 4, 1. Vid. *inquinare.*

Contaminatus 2, 37. Se ut consceleratos contaminatosque ab ludis — abactos esse. *cf.* 4, 4. partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque, tulisse ad penates suos virique sui (*fertur*) 1, 48. contaminata omni scelere mens 40, 13.

Contegere 26, 25. Eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum etc. Contectus locus linteis 10, 38. Spoliisque contectum juvenis corpus 8, 7. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 79. Omnia contecta nebula 40, 22.

Contemnere multitudinem 44, 27. *i. e. non requirere.* Neminem se plebeium contemturum, ubi contemni desiissent, 4, 35. *Contemnere se, Dukero explicante, hoc loco est: abjecte et humiliter de se sentire, animum demittere, indignum se ho-*

noribus judicare, cf. 22, 34. Omnia audentem contemnet Hannibal 22, 39. Nondum adeo hiberno contemto mari 38, 41. *i. e. quod non timetur, suspectum habetur.* Parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt 6, 41. *cf. Virgil. Æn.* 10, 737. Vid. *præfulgere.*

CONTEMTIM 9, 41. Magnifice de se ac contemtim de Romanis loquentes. Contemtim primo Marcius audiebat minas tribunicias 2, 35. Adversus ea quum contemtim tribuni pl. rem nihilo segnius peragerent 6, 38. *i. e. cum contemtu Camilli. Hanc Drakenborchii explicationem probavit ad h. l. Cel. Strothius, quem vide.*

CONTEMTIO 6, 41. Quæ propria deorum immortalium contemtio atque injuria est.

CONTEMTOR 44, 22. Nemo tam famæ contemtor est, cujus non debilitari animus possit. Vid. *Virgil. Æn.* 7, 648.

CONTEMPLARI 30, 36. Ab contemplato situ Karthaginis — Uticam — rediit.

CONTENDERE 32, 5. Eleis Alipheram contendentibus numquam eam urbem fuisse ex Triphylia. *i. e. affirmantibus, asseverantibus.* Illud alterum pro me majoribusque meis contendere ausim 6, 40. Contendantque, et animis et corporibus suis virilem patientiam inesse 5, 6.

CONTENTIO 39, 39. Maxima ex omnibus contentione. *i. e. præ omnibus competitoribus.* Ex rei privatæ contentione 43, 16, *i. q. de re privata.* Contentio libertatis dignitatisque 4, 6. (*de libertate etc.*) Magnisque contentionibus obtinuit, ne (*rogatio*) perferretur 41, 6.

CONTENTUS 5, 4. Adversariorum certe orationibus contentus essem. *i. e. ipsæ adversariorum objectiones satis multa mihi contra eosdem disputandi argumenta suppeditarent.* Loquacitatem suam contineat: nos castrensibus consiliis contentos futuros esse sciat 44, 22.

CONTERRERE, 24, 12. Major solito apparatus præcipue conterruit Campanos. *cf.* 3, 11. *it.* 10, 28. Conterritus periculo 2, 12. Eos — multitudo ingens pacem poscentium primum seditioso clamore conterruit 2, 39. Qua re irritavit magis, quam conterruit, animos barbarorum, 40, 39.

CONTICESCERE 22, 55. Ubi conticuerit tumultus. *cf.* 2, 55. Jam hic, quo nunc omnia *ardent, conticescet* furor 2, 29. Ut inter strepitum tot bellorum conticescerent actiones tribuniciæ 4, 1.

CONTINENS 45, 29. Quod (*Pæonia*) continens esset finibus suis. Continens agmen 27, 51. *cf.* 2, 50. *it.* 8, 8. 24, 16. jam continens agmen migrantium impleverat vias 1, 29. Continens labor (*oppidanos*) conficiebat 42, 54. Donec continenti velut ponte (*ratibus junctis*) agerentur 21, 28. Continentes ruinæ 21, 8. Continens imperium usque ad nos habebitis 7, 30. Continentia itinera 38, 15. Timorique perpetuo ipsum malum continens fuit 5, 39. *i. e. sine mora malum sequutum est illum timorem.* Quod quidem continens memoria sit 5, 34. *i. q. memoria contineat.* Primum continentis 35, 43. *i. e. prima continens terra.* Qui propiores continenti littori erant 44, 28. *Sic Horatius Carm.* 2, 18, 22. Continentem ripam *dixit.* [*cf. Bauer. ad Sanct. Min. T. II. p.* 108.] Continens regio 33, 18. *i. q. continentis regio, et sic legi volebat Dukerus. cf.* 32, 33.

CONTINENTER 25, 7. Biduum continenter lapidibus pluit.

CONTINERE 44, 33. Quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes, undæ miscerentur. *Dukero et Drakenborchio legendum videtur* contineri. Ad continendos proprio bello Tiburtes consulari exercitu jusso manere 7, 11. Consul, non tam armis, quam judiciorum terrore, Etruriam continet, 29, 36. Oppida — magis metu quam fide, continebantur 30, 20. *cf.* 39, 28. Quos (*animos*) metus hostium disciplinaque militaris continuerat 1, 19. Nauticos — in navibus — continuit 29, 25. (*scil.* disciplina.) Continuit ceteros in armis 9, 41. Comitia curiata, quæ rem militarem continent 5, 52. Jactandis gravius in continendo ungulis 21, 36. Romanum fœdus, quo nostra omnia continentur 41, 23. Ut omni ope a seditione milites contineant 3, 50.

CONTINGERE 24, 22. Quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent. Ut quisque tam fœde interemtos aut propinquitate, aut amicitia contingebat 25, 8. Quos sanguine ac genere contingebat, 45, 7. Quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque contingebat cura 22, 10. Quæ (*auspicia*) ut primum contacta sint ab eo, a quo nec jus, nec fas fuerit 7, 6. Contacturum funebribus diris signa hostium 10, 28. (*Decium*) *vid.* admovere. *it.* tangere. *cf. Virgil. Æn.* 2, 239. In saltu Vescino Falernum contingente agrum 10, 21. Romanos nihil (*consultatio*) contingit 34, 22. Quæ (*caussa*) nihil eo facto contingitur 40, 14. Quos aliqua parte suspicio favoris in regem contigerat 45, 31. Terram osculo contigit 1, 56. Ut contacta regia præda spem in perpetuum cum his pacis (*plebs*) amitteret 2, 5. Vid. *contactus.*

CONTINUARE mœnibus ædificia, 1, 44, *i. e. ad muros usque exstruere.* Ingens cupido agros continuandi 34, 4. *i. e. coëmendi* [*non simpliciter, sed proximos quosque agros.*] Nec per honorum gradus — nobiles homines tendere ad consulatum, sed, transcendendo media, summa imis

continuare 39, 7. *int. de extremis honoribus, quam per saltum ascenditur.* Transcendere festinat ordinem ætatis *Livius alibi, quamquam de Demetrio, Philippi filio, dicit* 40, 11. Ei sicut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum prorogavit imperium 9, 42. Nec ante continuando abstitit magistratu, quam obruerent eum male parta — imperia 9, 34. continuata funera, 1, 46. *i. e. plura deinde consequuta.* nocte ac die continuatum incendium fuit 26, 27. Aliis somno mors continuata est 41, 4. Continuatur paci externæ discordia domi 2, 54. *i. e. statim sequuta est.*

CONTINUATIO 41, 15. In quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset. Vid. *tenor.*

CONTINUUS 10, 31. Quæ continua (*bella*) per quartum jam volumen agimus. Continua regna 1, 47. Triumphi — ex Hispania duo continui acti 41, 7. Prioribus continuis diebus 42, 58. Ut proximis casis injectus ignis haesit, extemplo proxima quæque et deinceps continua amplexus, totis se passim dissipavit castris 30, 5.

CONTRA 1, 16. Petens precibus, ut contra intueri fas esset. *cf.* 9, 6. Ni venire *contra* exercitum dictatoremque *adversus se* M. Valerium Corvum dictum audissent 7, 39. Mænio contra vociferante 4, 53. *i. e. vicissim.* Patricii contra vi resistunt 3, 13. *al. vi contra vim. Sed Livianum hoc esse, dubitant Intt. ad h. l.* Contra quam in navali certamine solet 30, 10. *cf. cap.* 19. Contra ea pro *contra* 2, 60. *cf.* 3, 57. *it.* 21, 20. 41, 24. 44, 43. Omnia contra circaque hostium plena erant 5, 37. *i. q. e regione.* Contraque castra Romana trans fluvium omnes consedere 24, 41. *i. e. ex adverso. cf.* 3, 26. 37, 15. Albanos contra legionem Fidenatium collocat 1, 27. Qui Parthorum quoque, contra nomen Romanum, gloriæ favent 9, 18.

CONTRAHERE ad colloquium dirimendarum simultatium caussa est conatus 28, 18. Qui contraxerent eis cum Karthaginiensibus bellum 24, 42. *cf.* 5, 52. Pauci admodum patrum contracti ad consules 2, 23. Contrahit (*scil.* plurimos) non modo officii cura, sed etiam studium spectaculi 42, 49. Captivos contrahebant 37, 44. Contrahere caussam certaminis 22, 28. *cf.* 28, 26. *it.* 25, 34. Contracto certamine 40, 48. Fortuna, quæ plus consiliis humanis pollet, contraxit certamen 44, 40. contrahere necessitatem ad bellum 44, 27. Ut naves onerariæ comprehensæ Lilybæum omnes contraherentur 29, 24. Incerti, morando, an veniendo, plus periculi contraherent, tandem in senatum veniunt 2, 28. Adjuvit in hoc eum res, seu casu contracta, seu consilio 45, 5. Vid. *infirmus.*

CONTRIBUERE 39, 26. Oppidum sibi eos contribuisse *i. q. attribuisse.* Vid. *supra in h. v.* Quæ tum contribuerat se Ætolis 38, 3. Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium 32, 19. *cf.* 42, 37. Contribui in unam urbem 31, 30. Quia una (*urbs*) esset ex iis, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent 32, 5.

CONTROVERSIA 3, 40. Nemo, justine magistratus summæ rerum præessent, controversiam fecerit. Agrum, qui in controversia erat, obtinuit 40, 34.

CONTROVERSIOSUS 3, 72. Ut sibi controversiosam adjudicaret rem.

CONTROVERSUS ager 29, 31. *i. e. finitimus, extremus. Opponitur enim* medio regno. Quum veluti in controverso jure esset, tenerenturne Patres plebiscitis 3, 55. Controversum auspicium 10, 42.

CONTUBERNIUM, 42, 11. Jam inde a puero, patris contubernio, Romanis quoque bellis, non finitimis tantum, adsuetum etc.

CONTUMACIA adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit 9, 46.

CONTUMELIA 4, 4. In contumeliam ignominiamque nostram certare juvat. Morte amitti, melius ratum, quam contumelia, liberos 3, 50.

CONTUMELIOSUS 24, 5. Contemtus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta, rari aditus etc.

CONTUNDERE 27, 2. Qui post Cannensem pugnam ferocem victoria Hannibalem contudisset. Contusi ac debilitati inter saxa rupesque 21, 40. Classis contusa 40, 52.

CONVALLIS 1, 13. In media convalle duorum montium.

CONVEHERE 24, 39. Frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis. *Cf.* 25, 13. *et* 20. *al.* convectare. *Vid. Drakenborch. ad* 24, 36. Convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu 2, 14. Gladiorum ingentem numerum esse ad eum convectum 1, 51.

CONVENA 2, 1. Convenarum plebs. Majores nostri, convenæ pastoresque 5, 53.

CONVENIENS 45, 19. Gratulatio conveniens in ea victoria, quam ipse adjuvisset. Hunc tam superbum apparatum habitumque convenientes sequebantur contemtus omnium hominum, superbæ aures etc. 24, 5.

CONVENIRE 1, 3. Pax convenerat. *i. q. de pace. it.* 29, 12. Pax conventuræ. *cf.* 30, 3. *Sic Cicero Cluent.* 43. Judex nisi *qui* inter litigantes *convenisset.* Tempus et locus convenit 1, 24. Convenit pacto 24, 6. Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet 3, 31. Quod cum consule convenerat 38, 11. Quæque, ut agerentur, convenerat 27, 15. Ut, in quam cuique feminæ convenisset domum, nuberet 4, 4. Convenit, jam inde per con-

sules reliqua belli perfecta 9, 16. *i. e. convenit inter auctores.* Ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent 22, 38. *Explicant hæc vulgo sic, ut præfecturas eas dicant decuriarum et centuriarum. Sed id non sufficere Dukero videtur ad hunc locum satis intelligendum. Itaque emendando tollit ad et ita interpretatur: ubi convenissent, ut decuriarentur equites, aut centuriarentur pedites.* Cum quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris erat conventus 1, 58. *It.* 42, 17. Convento C. Valerio legato, 45, 28. Convento Octavio 7, 5. Opus esse sibi domino ejus convento. Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur 42, 5. Vid. *qui.*

CONVENTIO 27, 30. Quædam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta.

CONVENTUM 22, 24. Dii testes atque arbitri conventorum.

CONVENTUS 31, 29. Prætor Rom. conventus agit. Scodræ — evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit 45, 26. *Scil. formandi status provincialis caussa.*

CONVERTERE 45, 20. Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. *Simpliciter positum pro in se converterunt.* Reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit 1, 7. Convertit omnes substratus Numida 22, 51. Multitudine omni a vi et armis conversa 1, 21. Liberare animum et convertere ad publicam privatâ curam 24, 4. *i. e. Avertere a privata cura et convertere ad publicam.* [*Gronovius eique tacite assentiens Drakenb.* privata *habent pro neutro, explicantque sic*: ita statuere de domo sua, ut præcipue reipublicæ consuleret, et illius statum hujus commodo attemperaret. *Sin Ernestii ratio præstat, cum Strothio legam* a privata. *Ellipsis præpositionis durior.*] Scipio dux — converterat animos 29, 26. *i. e. ceperat.* Ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterent etc. 26, 29. *i. q. vincerent.* Deponendoque tutelam ipse, quæ cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit 24, 4. Quum conversis signis retro in urbem rediretur 8, 11. Facile ubiubi essent, se, qui equitatu et levi armatura plus possent, conversuros aciem 42, 57.

CONVICIARI 42, 41. Ut accusare potius vere, quam conviciari, videantur.

CONVICIUM 3, 48. Negat hesterno tantum convicio Icilii violentiaque Virginii etc.

CONVINCERE 26, 12. Ignorare se mulierem simulabat: paullatim dein convictus veris etc. Decretum igitur extemplo, ut, qui pro Perseo adversus Romanos dixisse quid, aut fecisse, convincerentur, capitis condemnarentur 45, 10.

CONVIVALIA ludionum oblectamenta addita epulis 39, 6.

CONVIVIUM 1, 57. Quas in convivio luxuque viderant tempus terentes. *Vid.* Circulus, *it.* comissatio.

CONVOCARE 7, 36. Ubi ad prætorium ventum est, consul classico ad concionem convocat. Collegarum quoque lictores convoca 3, 45.

CONVOLARE 3, 28. Tum vero ad selles consulum propere convolavere minimus quisque natu Patrum.

COOPERIRE 4, 50. Ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. Pomptinum omne velut nubibus locustarum coopertum esse 42, 2. Hi, cooperti stupris suis alienisque pro pudicitia conjugum ac liberorum vestrorum ferro decernent 39, 15.

COOPTARE 6, 40. Inter patricios cooptatus. Ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet 3, 64. *cf.* 5, 10. *Vid. Duker. ad* 2, 33. De tribunis plebis cooptandis contentio fuit 5, 10. *cf.* 4, 16. Triumvir epulo cooptatus 40, 42. Camillus magistrum equitum cooptat 6, 38. Ut et veterem senatum tollatis et novum cooptetis 23, 3.

COÖPTATIO 4, 4. Quam (*nobilitatem*) — non genere nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis.

COORIRI 21, 32. Coorti in pugnam repente. *cf.* 7, 3. Velut tum primum signo dato, coorti pugnam integram ediderunt 8, 9. Fama affertur, summa vi ad bellum coortos 4, 56. *cf.* 9, 37. Adversus quos infestior coorta optimatium acies — fit prœlium atrox, 4, 9. Omnibus in eum tribunis plebis coortis 7, 3. Ferociores — coorti — vociferari 3, 41. Fœdum certamen coortum a satis miti principio 1, 6. Adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt 4, 3. Quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset 6, 18. Adeo erat infensa coorta plebs 2, 35. Seditio intestina majore mole coorta 5, 12. *it.* coorta vis 3, 11. Subito coorta tempestas 1, 16. *Pleonasmus; nam vis celeritatis ipsi verbo* cooriri *inest; præterquam quod vehementiæ significationem habet. cf.* 26, 27. [*Nec pleonasmum video, nec vehementiæ significationem.*] Populo epoto, extemplo senait. et mox, coortis doloribus, relicto convivio etc. 40, 24. Tum libero conquestu coortæ voces sunt 8, 7.

COPIA 28, 21. Ludi funebres additi pro copia, et provinciali et castrensi apparatu. *Creverio e glossa insertum videtur* apparatu. *Dukerus autem legi vult*: pro copia provinciali et castrensi apparatu. *cf.* 26, 11. *it.* 27, 6. Omnium rerum parata expositaque copia 41, 2. Ut somni quoque Romanis copia esset 2, 64. Dimicandi cum hoste copia 9, 4. Ut quantæ maximæ possent peditum equitumque copiæ in Siciliam trajicerentur 24, 35. Consulibus — pari numero copiæ peditum, equitum, civium, sociorum, decretæ 40, 44.

COPIOSUS, 9, 44. Ut stativa tota copiosaque petisse videretur. *i. e. quæ omnibus necessitatibus abundarent.* Non inseram simulacrum viri copiosi, quæ dixerit, referendo 45, 25. *i. q. eloquentis.*

COQUERE cibaria 3, 27. *cf.* 45, 35. *it.* 29, 25. Impotentibus instructi consiliis, quæ secreto ab aliis coquebant 3, 36. Omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum 8, 3, *cf.* 40, 11.

COQUUS 39, 6. Coquus, vilissimum antiquis mancipium et æstimatione et usu, in pretio esse.

COR 30, 44. Non læti, sed prope amentis malis cordis — risum esse. Adeo vestigia quoque urbis exstinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordi est 28, 20. Hic quoque efficiemus profecto, ne nimis acies vobis, et collata signa nobiscum cordi sint 8, 7. Quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissæ 30, 17. Eam *(sponsam tuam)* tibi cordi esse 26, 50. Evenit facile, quod diis cordi est 1, 39. Quibuscumque diis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res, quæ a nobis ex fœdere repetitæ fuerant, iis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis fœderis expiationem spretam 9, 1. Id votum Diis cordi fuit 10, 42. *cf.* 22, 1. *Omnino, quæ* diis placere, videri, *dicenda erant, ea Livius per hanc formam exprimit, et contra. Vide Drakenborch. ad* 8, 9. *Et Cel. Strothium ad* 6, 20. *cf.* 9, 8. *Et Virgil. Æn.* 2, 660.

CORNICULARII 10, 44. *i. e. Milites corniculo insigniti, quod quale fuerit, non constat.* [*Nulla ibi mentio* corniculariorum. *Livii verba hæc sunt:* Equites omnes, ob insignem multis locis operam, *corniculis* armillisque argenteis donat.]

CORNU 22, 16. Accensis cornibus. *Int. arida sarmenta, quæ cornibus præligata erant.* Nunc senescente exiguo cornu fulgere lunam 44, 37. [*Præstat* senescentem, *quod et aliis in mentem venisse video. Luna* senescens *exiguo cornu fulget.*] Ad eminentem ramum cornu alterum galeæ præfregit 27, 33. *i. e. altera pars extrema.* Promontoria, quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt. *Similiter Virgil. Æn.* 1, 163. Insula portum efficit *objectu laterum etc. Dicitur autem* cornu *de extremitatibus multarum rerum, v. c. de tribunali, de subselliis etc. Vid. Drakenborch. ad* 25, 3. Equites in cornibus positi 9, 40. In dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt 42, 59. Dextrum cornu dictatoris acies 9, 40. In eo cornu *(dextro)* — ab sinistra parte 9, 27. His dextrum cornu datum, illi in sinistro consistunt 9, 40. Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa 4, 18. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt. Adversus Samnites Q. Fabius primum ac tertiam legiones pro dextro cornu; adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruxit 10, 27. Lævo cornu *(cornui)* Cotys rex præerat 42, 58. [*Quid sibi voluerit vir doct., non expedio.* Cornui *qui legat codex, nondum, opinor, repertus est. Vid. Voss. de Analog. L.* 2. *p.* 766.] Neutrum iis cornu committere ausi 32, 30. *h. e. non patiebantur, ut alterutrum cornu constituerent.* (*Francice* former *dicunt.*) *Itaque de loco videtur hic quidem* cornu *accipiendum esse. Vide supra in v.* ala.

CORONA 10, 7. Quos corona triumphali laureaque honorantis. Legiones graminεam coronam obsidionalem — Decio imponunt, altera corona, ejusdem honoris index, a præsidio suo imposita est 7, 37. Corona modici circuli 38, 29. *i. e. non nimis ampla, magna.* Sicut coronatus laurea corona et oraculum adisset, et rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam *(coronam)* etc. 23, 11. *mox:* se — coronam Romæ in aram Apollinis deposuisse. Corona muralis 26, 48. Corona media est aggressus 37, 4. *cf.* 28, 44. *It.* 10, 43. Cinxit urbem. Corona eam *(urbem)* capere conatus est 43, 18. Oppidum corona circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggrederentur 28, 48. Sub corona omnes venierunt 38, 29. *cf.* 9, 42. 41, 11. 49, 63.

CORONATUS 10, 47. Coronati primum, ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt. [Vid. *Corona.*]

CORPUS 21, 13. Conjugum vestraque corpora ac liberorum vestrorum servat inviolata. *cf.* 9, 8. Transfugam — nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus 22, 22. Corpora tantum atque arma eadem sunt. an, si eosdem animos habuissetis, terga vestra vidisset hostis? 27, 13. Corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse; animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli 27, 17. Invicti ad laborem corporis (*Papirius*) 9, 16. Quæ (*mulier*) quondam quæstum corpore fecisset 26, 33. Lineamenta corporis 26, 41. *Vid. Cic. Fin.* 3, 75. Captiva corpora Romanis cessere 31, 46. Qui liberum corpus (*Virginiam*) in servitutem addixisset 3, 56. *cf.* 5, 22. 6. 13. 25, 25. 26, 34. 29, 21. Hostium corpora, *scil. cæsorum, et mortuorum* 33, 8. Tot millia armorum detracta corporibus hostium. *it.* 32, 13. Corpora sociorum. *Virgil. Æn.* 1, 70. Disjice corpora ponto. *i. e. naufragos.* Devotis corporibus in hostem ruentes 9, 17. Quam (*multitudinem*) corpora conjuratorum eo metu compresserunt, ut etc. 24, 24. Corporibus subtractis 29, 36. *De voluntario exilio.*] Coalescere in populi unius corpus 1, 8. Sui corporis creari regem volebant 1, 17. *cf.* 4, 9. 6, 24. 26, 48. *it.* 6, 34. Sui corporis homines. Corpori valido caput deerat 5, 46. *i. q. dux exercitui collecto.*

Vid. *truncus.* Corpus nullum civitatis 26, 16. Ita unius eos corporis fore 38, 34. In corpus unum confusi omnes 34. 8. *de incolis diversarum regionum.* Corpus omnis Romani juris 3, 34. Vid. *egenus.*

Corrector 45, 32. Quos ne usus quidem longo tempore, (qui unus est legum corrector) experiendo argueret.

Corrigere 48, 21. Acceptam in Illyrico ignominiam corrigere cupiens. *cf.* 5, 28. Quum priores decemviri appellatione collegæ corrigi reddita ab se jura tulissent 3, 36. Ægre correctus cursus 29, 27. *de navigatione.*

Corripere 2, 28. Correpti consules etc. *i. q. reprehensi carpti.*

Corrogare 43, 9. Auxilia ab sociis corrogando ad octo milia hominum vario genere armavit. *cf.* 38, 48. *it.* 39, 22.

Corruere 1, 25. Exspirantes corruerunt. Quo loco corruerat icta 1, 26.

Corrumpere 9, 46. Humilibus per omnes tribus divisis forum et campum corrupit. Vid. *inquinare.* Virginem auro corrumpit Tatius 1, 11. Vid. *emere.* Invidia vulgi — vanum ingenium dictatoris corrupit 1, 27.

Corruptela 39, 10. Scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse. *cf. cap.* 8. *it.* 39, 9.

Corruptor 24, 32. Ne proderent patriam tyranni ante satellitibus, et tum corruptoribus exercitus.

Cortex 5, 46. Impiger juvenis—incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur.

Crapula 33, 48. Crapulæ pleni. *cf.* 29, 30.

Crassitudo 44, 11. Fornices, non ad eamdem crassitudinem — structos esse.

Crateram auream fieri placuit, quæ donum Apollini Delphos portaretur 5, 25. al. *crater.* al. *craterra.* Vid. *Intt. ad h. l.*

Crates 1, 51. Ut indicta caussa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta saxisque congestis, mergeretur. *cf.* 4, 50. *Fuit supplicium apud Pœnos institutum.* Vid. *Ferrar. Elect.* 2, 7.

Creare *de dictatore dicto* 2, 18. 4, 57. 6, 6. *Vid.* facere. *it. de magistro equitum* 4, 57. *it. de auguribus cooptatis* 4, 4. *cf.* 6, 41. 25, 2. *it. de interrege prodito* 4, 7. 5, 31. *it. de tribb. plebis* 2, 33. 5, 2. Quia soli centum erant, qui creari patres possent 1, 8. Collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium 2, 2.

Creber 28, 39. Tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo in propinquantem terræ classem effusa est. *cf.* 1, 31.

Credere 2, 45. Consules magis non confidere, quam non credere suis militibus. *i. e. consules in alienis a se, ut putabant, aversisque militibus, magis nullam confidentiam ponebant, quam quod de viribus eorum desperassent. cf. cap. eod.* Non credi militi arma. *Credimus illis,* inquit Nannius ad h. l., *quos solvendo putamus: confidimus his, quorum benevolentia nos securos facit.* Quibus credidisse malis 42, 11. *i. q.* credere. Nec præsenti credere fortunæ 45, 8. Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris 1, 7. Scipionem Hannibal — præstantem virum credebat 21, 39. Quod *(imperium)* si sui bene crediderint cives etc. 1, 50. Vid. *cupidius.*

Creditum 6, 36. Quam sorte creditum solvat. Justi crediti solutionem in * annorum pensiones distribuit 42, 5.

Cremare 28, 19. Cremata et diruta urbe. Sacrumque id Vulcano cremavit 41, 12.

Crepido 27, 18. Eam quoque *(planiciem)* altera crepido haud facilior in ascensum ambibat *i. q. ripa.*

Crepitus alarum 5, 47. *it.* armorum 25, 6. Quatientium scuta in patrium quemdam modum horrendus armorum crepitus 38, 17. Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes 25, 6. Ululantes mulieres, cum crepitu undique æris 43, 10. Crepitus æris, qualis in defectu lunæ silenti nocte cieri solet 26, 5. Vid. *Sched. de diis Germ.* 1, 9, 170.

Crescere 32, 27. Crescentibus provinciis et latius patescente imperio. *cf.* 2, 14. Veiis interim non animi tantum in dies, sed etiam vires crescebant 5, 46. In tantas brevi creverant opes 21, 7. (*Saguntinorum.*) Crescit inopia omnium 21, 11. Cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere 4, 2. Crescendique in curia sibi occasionem datam ratus est 1, 46. In invidia censores quum essent, crescendi ex his ratus esse occasionem 29, 37. Vid. *Crimen.*

Crimen 6, 14. Sermones pleni criminum in Patres. *i. e. criminationum. cf.* 40, 15. *et* 23. Regia criminibus *(criminationibus, regi factis criminibus)* omnibus locis crescere 1, 47. Criminique ei tribunus dabat 7, 4. Crimini subjecti 6, 21. Cæcum crimen 45, 31. Vid. *Cæcus.*

Criminari 1, 54. Criminando alios apud populum. Non tamen admissum quidquam ab iis criminatum venio, sed etc. 2, 37.

Criminatio 9, 26. Ut appareat, innocentia nostra nos, non majestate honoris, tutos a criminationibus istis esse. In quibus minus speciosa criminatio erat futura 1, 54.

Criminose agere tamquam accusatorem 40, 9. Interrogando criminose 38, 43. *i. e. ut crimen probabile fiat.*

Criminosus 8, 12. Criminosæ orationes.

Crines passi 1, 13. *i. e. parum compositi, qui quidem lugentium ac supplicum sunt; sparsi autem vaticinantium et furibundorum.* Matronæ crinibus passis aras verrentes 26, 9. *cf.* 7, 40. 3, 7. *Virgil. Æn.* 1, 480. *it.* 7, 403. Solvit crines, et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat 1, 26.

Cruciatus 29, 18. Servilibusque om-

nibus suppliciis cruciatos trucidando occidit.

Crudelitas 3, 53. Crudelitatis odio in crudelitatem ruitis. Deditos in fidem populi Romani omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse 42, 8.

Crudelius 31, 29. Relicta (*Capua*) crudelius habitanda. *i. e. acerbior pœna hæc est, quod etc.*

Cruentare 23, 9. Ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine.

Cruentus 8, 38. Cruentam illis prædam redde. *i. e. prædantes interfice.* Partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque, tulisse ad penates suos virique sui 1, 48. *cf. cap. sq. ubi est* nefandum vehiculum.

Cubiculum 3, 57. Virginem ingenuam — ministro cubiculi sui clienti dono dederit *i. q. perductori.*

Cubile 30, 5. Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma. *Cubilia sunt lecti, cubicula autem loca, ubi sunt cubilia.* Inter — inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur 25, 38. *de tentoriis.* Cubilia ferarum 26, 13. *al.* lustra.

Cubitale 24, 34. Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit. *Cava sunt foramina : cubitalia i. q. cubiti magnitudinem habentia.*

Culmen 1, 34. Circa summum culmen hominis (*caput*) auspicium fecisse. Detractum culmen templo 42, 3. A summo culmine fortunæ ad ultimum finem — stetit 45, 9.

Culter 7, 5. Procul inde omnibus abire jussis, cultrum stringit. *Mox :* ferro intento.

Cultor 24, 10. Præter assuetos collis ejus (*Janiculi*) cultores. Ac si insulis cultorum egentibus prædarentur 22, 31. Liberis cultoribus bello absumtis 28, 11. *i. e. agricolis ; nam sic absolute hoc vocabulum dicitur. Sed tamen* 26, 35. *sunt* agri cultores. *it.* 2, 34. 40, 29. Inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent 7, 38. Frequens cultoribus populus 21, 34. incolas quoque permultos, Gallos et Illyrios, impigros cultores, 45, 30. Vid. *Drackenborch. ad* 28, 28. Diligentissimus religionum cultor 5, 49. Fautor et cultor bonorum 9, 46. Fidissimus imperii Romani cultor (*Hiero*) 26, 32. *cf.* 25, 28.

Cultus 10, 4. Sonum linguæ et corporum habitum et nitorem, cultiora, quam pastoralia, esse. Vid. *Intt. ad* 9, 13. Agrum non coluit, et culta evastata sunt bello 5, 5.

Cultus 1, 39. Quibus (*artibus*) ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. *Intelligenda sunt de his, quæ principibus viris dignitatem et auctoritatem conciliant.* Quem tam humili cultu educamus *ibid.* Filiam — — omni liberali cultu habuit 45, 28. Sumtus in cultum prætorum facti 32, 27. Id (*ingenium*) exstinguere vita agresti et rustico cultu, inter pecudes habendo 7, 4. Ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur : cum pallio crepidisque inambulare etc. 29, 19. Punicus cultus habitusque suspectos fecit legatos Hannibalis 23, 34. Incinctus Gabino cultu 10, 7. Cultus justo mundior 8, 15. — amœnior 44. *de virgine Vestali. Nam colere se i. q. ornare, vestire.* Ut — extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli 1, 44. *de pomœrio.* Duraque *cultu* et aspera plaga est 45, 30. *Si tamen est substantivum* [*Adscripsit Ernestius : " pr.* cultui. *Sic in eod. cap.* facilis divisui."]

Cum 1, 32. Cum his. Gr. ἅμα τούτοις. *Livius alias :* simul hæc. *Similiter* 36, 5. Gratiam initam volebant cum eo, ut etc. 8, 14. Antium nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur etc. *i. e. addito hoc, sub hac lege atque conditione.* Castraque in campo locat, cum gravi edicto, si etc. 29, 21. Cum dono designavit 1, 10. *i. e. præterquam quod ea arma Jovi donabat, etiam fines designavit ; s. post donum.* Cum quibus (*rebus suis*) periclitari nolebant 38, 25. *cf.* 27, 13. 42, 21. Cum hac, quæ nunc sollemnis est, licentia 9, 30. Fœdissimo cum eventu 8, 33. Cum qua (*feritate*) venerant 38, 17. *cf.* 6, 41. Cum quanta cærimonia — colatis deos 29, 18. Cum silentio auditi sunt 38, 10. *i. e. benigne.* Inde cum silentio in forum ducti 25, 9. *i. e. tacite, clanculum.* Qui te captum victori, cum qua potes fide, restituis 9, 11. *i. e. fideliter. cf.* 39, 39. Ad mille hominum, cum his Sempronio Blæso quæstore, amissum 22, 31. Porcus cum humano capite 32, 9. Ad pacem cum precibus petendam 9, 16. Cum bona pace 1, 24. Vid. *Drakenborch. ad* 28, 37. Dux cum aliquot principibus capiuntur 21, 60. Pro *dux et principes capiuntur.* [*Sic et Græci. Suidas T.* 1. *p.* 525. : Δίχας. τὸ χρυσόμαλλον δέρας, ὅπερ ὁ Ἰάσων διὰ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης σὺν τοῖς Ἀργοναύταις εἰς τὴν Κολχίδα παραγενόμενοι ἔλαβον. Vid. *Ruhnken. ad Hymn. in Cerer. v.* 499. *et Stroth. ad Liv.* 22, 21.] Negaretis hoc mihi cum diis immortalibus 7, 6. pro *mihi et diis. Ita enim Livius solet copulam vitare.* Quodsi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi 9, 1. *i. e. aversus potentiorem.* Explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat 38, 18. *i. q. diligenter. Sic* 42, 20. ea omnia (*sacra*) cum cura facta 44, 1. quum — — equos cum cura inspexisset. *ibid.* sociis cum fide cultis. [*i. e. fideliter. vid. de his omnino Otho in Gifan. Obs. L. L. p.* 112. *sq. add infra in v.* cura.] 24. 31. Cum studio pro *studiose. it.* 29, 17. Cum bona venia pro *benigne. Sed propemodum non minus sæpe desideratur illud* cum *apud Livium, v. c.* 25, 22. Descendere in aciem copiis. *it.* 1, 14. Egressus omnibus copiis. (*al.* cum copiis 26, 41.) [*De hac ellipsi vid. Perizon. ad Sanct. Minerv.*

4. 6. 16.] In terras cum multis fortibus factis a vobis peragratas 26, 41. Vano cum incepto mœnibus pepulissent Romanos 44, 31. *i. q. ita ut inceptum vanum, irritum redderetur.* Quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit, id cum uno homine esse 6, 14. Agnum cum ubere lactenti natum 27, 4. Cum clamore in forum curritur 2, 28. Naves cum commeatu in Africam transmiserunt 30, 24. Eo majore cum gaudio 1, 25. *Similia multa vide ap. Drakenborch. ad h. l.*

Cum maxime. Vid. *Quum m.*

Cumulare 44, 19. In quam (*fossam*) compulsos ruina cumulant. *i. e. obruunt.* Locus strage semiruti muri cumulatus 32, 17. Arma cumulata in ingentem acervum 45, 33. Vid. *Acervus.* Aræ — honore, donis, cumulentur 8, 33. Accesserunt, quæ cumularent religiones animis 42, 20. *cf.* 3, 37. Ut aliud super aliud cumularetur familiæ nostræ funus 26, 41.

Cumulatus 4, 60. Efficiebat multiplex gaudium cumulatioremque gratiam rei.

Cumulus 22, 7. Ex hostium coacervatorum cumulis. Cumulus repente terræ eminens index operis oppidanis fuit 38, 7. (*effectus cuniculi*) *cf.* 44, 11. *alii legunt :* tumulus. Quia nusquam cumuli apparebant, quo regesta e fossa terra foret 44, 11. Armorum cumulos coacervare 5, 39. *cf. cap.* 48. Ut minus clarum (*triumphum*) de Samnitibus, ita cumulo Etrusci belli æquatum 10, 46. In hoc immenso aliarum super alias coacervatarum legum cumulo 3, 34.

Cunctari 22, 24. Sedendo et cunctando bellum gerere.

Cunctatio 5, 41. Major prope cunctatio tenebat, aperta, quam clausa, invadendi.

Cunctus senatus populusque 9, 6. Admiratione paventibus cunctis quum omnium in se vertisset oculos 7, 34. *Differunt autem* cuncti *ab* omnibus *sic, ut illic una omnes ac simul intelligantur, hic autem successionis aliqua significatio admixta sit.* Cuncta militaris disciplina 44, 1. Ingens assensus alacritasque cuncta approbantium fuit 3, 54. Cuncta ingentia, et quæ sine certamine maximo obtineri non possent 6, 35.

Cuneatus 44, 4. Jugum montis in angustum dorsum cuneatum. Forma scuti — ad imum cuneatior, mobilitatis caussa 9, 40.

Cuneus is hostium, qui — fecerat alacres gaudio — nunciantes discurrunt 25, 34. Quibus (*pilis*) plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus 10, 29. Eo nisi corporibus armisque rupêre cuneo viam 2, 50. *Similiter* 25, 3. Cuneo irrumpere 40, 40. Cuneo impressionem facere, *cf.* 22, 47. *ubi cunei descriptio legitur.*

Cuniculus 38, 7. Agere cuniculum occultum, *cf.* 5, 19. *et* 21.

Cupere 26, 7. Cujus rei semper cupitæ etc. Quum fortuna, qua quidquid cupitum foret, potentioris esset 3, 37

Cupide 42, 13. Incertis jactata rumoribus, et cupidius credita.

Cupiditas 24, 28. Quo minus cupiditatis ac studii visa est oratio habere. *i. e. partium studii.* Quanto modestior illius cupiditas fuit 9, 34.

Cupido 21, 19. Populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt. Quarum (*rerum*) immodica cupido inter mortales est 6, 35.

Cur 21, 43. Quid est, cur illi vobis comparandi sint? Quam quidquam incidisse, cur non satis esset Etruriæ unus consularis exercitus 10, 18.

Cura *Præf.* omnis expers curæ. *i. e. metus, ne offendatur quisquam; ita interpretante Creverio : nisi forte melius de amore patriæ capiatur, cui temporum injuria non satisfiebat.* Positis omnium aliarum rerum curis 7, 32. Cura impensarum populi Romani 45, 3. *i. e. ad cavendum, ne Romanis nimiæ impensæ faciendæ sint.* Defungi cura 5, 5. *de obsidione longinqua.* Tradamus — deos deorumque curam, quibus nefas est 6, 41. Obsidione delegata in curam collegæ 9, 13. Priusquam ea cura decederet Patribus 9, 29. Romanis — arcis Tarentinæ — cura esse 25, 15. Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem etc. 42, 39. Ne fames quidem curam stimulare 25, 13. Ut eæ res divinæ — cum cura fierent 23, 11. [*Vid. supra* cum.] Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat 30, 3. Curam acuebat, quod etc. 8, 6. Custodiæ vigiliæque et ordo stationum intentioris ubique curæ erant 8, 8. Vid. *intentus.* Præda — vasorum ex auro — — factorum ingenti cura in ea regia 45, 33. Anguis — regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis 1, 56. Cura de eventu rerum domesticarum 2, 31. Pro *cura eventus rerum. Voluit haud dubie Livius vitare Genitivos, immemor alias ipse hujus diligentiæ suæ.* Vid. *supra in* ad. Suum sororisque filios in eadem habebat cura 40, 4. Cura de minore filio 44, 43. Quid ita solus ego civium curam ago? 6, 15. Tamquam de Samnitibus, non de se, curam agerent 8, 3.

Curare 2, 17. Interjecto deinde haud magno spatio, quo vulneribus curandis — satis esset. Si quis ægro, qui, curari se fortiter passus, cibi gratia præsentis aut potionis longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat 5, 5. Jumentum e manibus curantium elapsum 44. 40. Curare corpora 3, 2. *Scilicet* curare *est et verbum mensæ et convivii. cf.* 34, 16. Curati vino et cibo (*legati*) *i. e. excepti hospicio benigno. it.* 9, 37. Curati cibo corpora quieti dant. Prodigia curare 1, 20. *i. e. expiare.* Vid. *procurare.* Ut pro eo frumento pecunia Romæ legatis curaretur 44, 16. Jussus ab senatu bellum maritimum curare 7, 26. Quo quæque accuratius curantur, eo facilius loquacitare regiorum ministrorum emanant 44, 35.

CURATIO 2, 27. Cui curatio altior fastigio suo data esset. *de aedis Mercurii dedicatione*. vid. *procuratio*. Eamdem publice curationem agens 4, 13. Reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumtum 25, 38. Quum victor — inter primam curationem expiraverit 2, 20. *Est enim hoc verbum medicis proprium, it.* curare *et* cura. Vid. *Drakenborch. ad* 2, 17. Eumenes, aliquamdiu Æginæ retentus periculosa et difficili curatione, quum primum tuto potuit etc. 42, 18.

CURIA 2, 24. Curia mœsta ac trepida metu — consulem orare, ut etc. Frequentique tandem curia, non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos, satis conveniebat 2, 23. Vid. *concio*.

CURRERE *luperci dicuntur* 1, 5. *Nempe post caesas hostias a Lupercali*. Vid. *de hoc sacro Plutarch. Romul. pag.* 31.

CURRICULUM 44, 9. Vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat. *i. e. cursum. Eodem sensu* curricula equorum 45, 33. *dicuntur*. vid. *Intt. ad locum superiorem*.

CURRUS 1, 28. Duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Mettum.

CURSIM agmine acto, quum festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset 27, 16.

CURSUS 9, 13. Strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. Eo cursu hostes in prœlium venerunt 31, 21. Quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent 2, 50. *i. e. cursim progrediendo*. Eo cursu se ex sacrario proripuerunt etc. 24, 26. Par numerus peditum, et ipsorum jungentium cursum equis etc. 44, 26. Nec adiri usquam ad justi cursum poterat amnis 1, 4. vid. *amnis*. Vagosque per vias omnes cursus (*Gallorum*) 5, 42. Ægre correctum (*classis*) cursum 29, 27.

CURULES equi 24, 18. *i. e. circenses in ludis circensibus votivis ab aerario praebendi*.

CUSPIS 4, 38. Sequimini pro vexillo cuspidem meam — vadit alte cuspidem gerens. Quum infestis cuspidibus concurrissent 8, 7. Cuspide uti et cominus gladio 30, 18.

CUSTODIA 5, 10. Custodiam urbis agere. Custodiæque et tabularum cura 4, 8. *i. e. aerarii custodiendi cura*. Quo quum — nimis soluta custodia processisset 45, 28. Libera custodia 24, 45. *Sc. quum interdiu prodeunti captivo custos addebatur*. [φυλακὴ ἐλευθέρα, ἐλευθερία, ἄδεσμος· ἀσφαλής ἐλευθέρων. Vid. *Wessel. ad Diod. Sic. Exc. de Virt. et Vit. p.* 571. *eundemque cum Valesio p.* 581.] Loco potius quam homini cuiquam credendam custodiam (*Philopœmenis*) rati 39, 50. Nec — mittere nuncios ad Hannibalem per custodias tam arctas 26, 4. Interior custodia 23, 19. *i. e. arctior*. Ut intentiore eum custodia asservarent 39, 19. Romanis — in custodiam civitatium divisis 43, 19. *mox :* conjuges liberosque eorum in custodiam dedit. Traditi in custodiam Rheginis 29, 21. Ubi primum degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias 21, 32 Ut eum non sub hospitum modo privatorum custodia, sed publicæ etiam curæ ac velut tutelæ esse vellent 42, 19. Signoque, quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur 5, 52. Maximam ejus (*libertatis*) custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent 4, 24. Una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum (*litterae*) 6. 1.

CUSTODIRE 25, 23. Qui ob id ipsum intentius custodiebantur. Ad custodiendum iter eorum (*legatorum Italia excedere jussorum*) missus 37, 49. Circumsessa castra et nocte custodita, ne quis elabi posset 9, 42. Per Latinos populos custodiendi dantur *ibid*. Regnum, quod a patruo tuo forti, non solum fideli, tutela ejus custoditum et auctum etiam accepi 4, 56. Maritimam oram L. Valerius viginti navibus longis custodiret 36, 2.

CUSTOS 44, 26. Pecuniæ, quam regni, melior custos. Custos corporis 24, 7. [σωματοφύλαξ.]

DAMNARE 7, 16. Stolo a — Lænate sua lege decem millibus æris est damnatus. Vid. *Cic. Verr.* 5, 69. *Tacit. Annal.* 4, 69. *Scilicet* damnare *et* condemnare *est etiam efficere, ut aliquis damnetur*. vide *Intt. ad* 7, 16. *it. B. Patruum ad Sueton. Tib.* 8. Respublica voti damnata 10, 37. *i. e. quae templum ex voto exstrui jusserat*. vid. *votum*. Damnati proditionis 23, 17. Frusinates tertia parte agri damnati 10, 1. *al. mulctati, v. c.* 10, 8. Temeritatem (*deos immortales*) consulum ipsorum capitibus damnasse 27, 33. Capitalis pœnæ absentes eos decreto damnat 42, 43.

DAMNOSUS 45, 3. Bellum sumtuosum et damnosum Romanis. Omnibus malis artibus et reipublicæ et societatibus infidus damnosusque 25, 1. Damnosa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum 27, 33. Et erat æris alieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta 6, 11.

DAMNUM *pertinet ad rem familiarem, quum pignora capiuntur, mulcta exigitur etc.* 7, 4. Acerbitas in delectu non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata etc. *conf. Cic. Or. Phil.* 1, 5. Quis autem umquam senatorem tanto damno coëgit? aut quid est ultra pignus et mulctam? Quid est tandem domi, unde ea (*damna*) expleatis 3, 68. Nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? 9, 18. Carpi parvis quotidie damnis 9, 27. Damnum naturæ 7, 4. *int. de vitio naturali in filio Manlii*. Si non id, quod amittitur, in damno, quum omnia victoris sint, sed, quid-

quid relinquitur, pro munere habituri estis 21, 13.

Dapes 1, 7. Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem. *int. de carnibus victimalibus.*

Dare pro *facere* 1, 25. Alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant. *Sic fere* obvium se dare *dicitur* — motus dare 7, 2. —impetus 2, 51. 3, 5, 4, 28. 9, 43. — daturos, quod Lars Tolumnius dedisset 4, 58. — dare sinum in medio 22, 47. — per arma, per viros late stragem dedere 8, 30. — dataque inter turbam via 3, 45. *Sic Virgilius Æn.* 1, 241.: Quem das finem, rex magne, laborum? posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat 1, 4. Spiritus dabat, quod etc. 6, 18. Eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit 2, 5. Ingentem fugam stragemque dedissent 21, 32. Ad rem divinam et duas hostias majores dandas 25, 12. *i. e. faciendam.* Hæc loquutum exsequentemque dicta — sequuti dant impressionem 4, 28. *Non absimilis locus* 39, 2. Pacem dedit finitimis. *i. e. effecit, ut pax esset, ne a Liguribus infestarentur.* Pro *offerre, dare velle* 9, 40. uti pace, quum daretur, noluerant. — 31, 19. equites mille Numidæ, quum duo millia daret, accepti. — 28, 5. Prout tempus ac res se daret. — 37, 53. Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat. *i. e. dare volebat, collocaturus erat. Sic Virgilius* [*Æn.* 12, 393. *sq.*]: *Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo Augurium citharamque* dabat. — *Similiter* 25, 12. Ad duas hostias majores dandas. [*Sic et Græci διδόναι, pro offerre.* vid. *Diodor. Sic.* 18, 60.] Ipsum (*Postumium*) se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculaque pro populo R. dare 9, 10. Pro *edere* 8, 24. Dictionem dare. *i. e. oraculum* (λόγιον). — 3, 61. Hæc ubi inter signa peditum dicta dedit. *cf.* 22, 50. — 31, 50. Munus gladiatorium dare. — 7, 11. Motus haud indecoros. — 25, 3. Testes dare. — 21, 43. Sæpe et contemtus hostis cruentum certamen edidit; *ubi quidem Drakenborchius* dedit *legi vult.* Pro *tradere* 1, 3. Dare ad posteros celebre nomen. — 2, 2. Datur sermo per civitatem. — 2, 25. Datur prædæ oppidum. *i. e. deprædandum traditur.* — 1, 29. Dare urbem excidio et ruinis. — 5, 52. Quid alia — cui oblivioni aut cui negligentiæ damus? — 41, 8. liberos suos — Romanis — mancipio dabant. — 6, 24. Temeritati me omnium potius socium, quam unius (*Camilli*) prudentiæ dedi. Pro *concedere* 40, 57. Iter dare. *i. e. transitus per fines suos concedere. conf.* 21. 20. — 8, 5. *it.* 21, 12. Iter per regnum nostrum dedi. — 39, 28. Senatum dare legato. *i. e. aditum concedere. conf.* 41, 22. (εἰσάγειν). — 7, 20. Dare aliquem alicui. *i. e. precibus ejus aut gratiæ.* — 8, 33. Optione a senatu data. *Etiam simpliciter positum* dare pro *concedere, indulgere, dicitur* 9, 30. *ult.* Quod nostræ ætati dii dederunt, ut videremus 1, 19. Quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei dii dedissent 1, 54. *cf.* 30, 12. Lex sociis — dabat, ut cives R. fierent 41, 8. [Vid. *paullo post.*] Pro *dicere* 6, 26. Is datus erat locus colloquio. *Usitatius erat* dictus. *Itaque etiam sic legi volebat Gronovius. Sed dicitur tamen etiam* dare *hoc sensu.* vid. *Duker. ad Flor.* 3, 3. Pro *utcumque dare* 6, 26. Eventum precibus dare. *Non proprie accipiendum, ut sit idem, quod satisfacere, locum plane relinquere; sed est potius: decernere aliquid ad preces auditas, qualecumque tandem sit; ipse enim Livius addit,* quem videbitur. Pro *tribuere* 8, 26. Auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est. *i. e. tantum fidei, quantum merebantur, tribui.* cf. 3, 46. — 25, 12. Prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum. *i. e. tribuet, reddet.* Pro *imponere* 22, 38. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non prӕcepturum. *i. e. res earumque necessitas imponant hominibus* etc. Pro *præmio dare* 41, 8. Lex — qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. *scil. ut præmium* ὑποθετικῶς. [Vid. *supra.*] Pro *interponere* 8, 32. Ne id se gratiæ dare crederet, se jusjurandum *dare* paratos esse. — 30, 12. Obligandæ fidei dextram dare. Pro *destinare* 26, 41. Ea fato quodam data nobis sors est. *Sic Virgilius* [*Æn.* 4, 225.]: *fatisque datas non respicit urbes.* — 7, 3. Ludorum primum initium procurandis religionibus datum. Pro *donare* 27, 6. Signa ænea ad Cereris dedere. — 40, 37. Dona vovere, et dare signa inaurata; quæ vovit deditque. — 6, 41. Quia pecunias alienas, quia agros dono dant. — 3, 1. Triumviri agro dando. Pro *exhibere* 23, 30. Gladiatorum patria duo et viginti — in foro dederunt. Pro *occasionem suppeditare* 5, 26. Ni fortuna imperatori Romano simul, et cognitæ rebus bellicis virtutis specimen, et maturam victoriam dedisset. *i. e. virtutis specimen edendi occasionem dedisset, suppeditasset.* — 29, 24. Quæ prima dies cursum navibus daret. Pro *indulgere* 24, 45. Ut iræ magis, quam avaritiæ datum crederent homines. Pro *mandare, conferre* 9, 30. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum etc. — 7, 1. Plebes consulatum L. Sextio dedit. Pro *mittere* 9, 15. Quos (*equites*) pignora pacis custodiendos Luceriam dederant. Pro *impendere* 3, 69. Caussis eorum — bello perfecto se daturos tempus. Ruente saucio equo præceps ad terram datus haud multum abfuit, quin arcens opprimeretur 31, 37. Quam spe vana evectus in casum irrevocabilem se daret 42, 62. Tertium caussæ belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo 1, 25. *cf.* 22, 6. Flamen dialis, quod exta perperam

dederat, flaminio abiit 26, 23. Date frenos impotenti naturæ et indomito animali 34, 2. — dare vela (*scil.* ventis) 29, 27. Regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturos 8, 24. *Etiam* in potestate *dici posse nonnulli contendunt; certe et* in conspectu dare *supra observavimus.* In opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum dederit (*filium*) 7, 4. In belluas strinximus ferrum. hauriendus aut dandus est sanguis 7, 24. Vindicias dare secundum libertatem 3, 44. *Verbum prætorium* pro *decernere. cf. cap.* 56. Prout tempus ac res se darent 28, 5. Vid. *Gronov. ad h. l.* Uni se ex Sabinis fors dare visa est privato consilio imperii recuperandi 1, 45. an locum, lautia, senatumque darent 45, 20. *i. e. dandum censerent. cf.* 26, 21. criminique ei tribunus inter cetera dabat 7, 4. *de accusatione.* Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri 1, 5. Cui imperio videretur dato 28, 46. pro *imperio, cui videretur, dato.* [*Turbatus verborum ordo in editionibus. Legendum e codd. aut,* imperio, cui videretur, dato, *aut,* cui videretur, imperio dato. *Tales synchyses concoquere stomachi est durissimi.*]

Datio, *simpliciter dicitur* 39, 19. *De potestate in rem familiarem. Nam* dare *in genere jurisconsultis est, per traditionem dominium transferre. Additur enim a Livio dationi* diminutio, *velut illustrandi caussa, quum sit hæc illius necessaria comes; ut mirum sit, hic difficultates ab interpretibus tot ac tantas motas esse.* Vid. *Gronov. ad h. l.*

Datum pro *dono, licet* donum *additum sit per appositionem* 22, 10. Datum donum duit populus Romanus Quiritium etc. Vid. *Clav. Cicer. in h. v.*

De tertia vigilia 9, 44. *it.* 40, 4. *h. e. simul ac duo quadrentes noctis exissent.* De die epulati 25, 23. [*Vid. ad v.* dies.] Dictator — primus de plebe dictus est 7, 17. Concessumque *ab* nobilitate plebi *de* consule plebeio; *a* plebe nobilitati *de* prætore uno, qui jus *in* urbe diceret, *ex* Patribus creando 6, 42. Oppidum de Samnitibus vi cepit 10, 39. *cf.* 27, 1. De vestro impendatis 6, 15. De lucro tibi vivere me scito 40, 8. Legatis — de ea re trans Alpes missis 39, 22. De altero Masinissæ filio — literæ allatæ sunt 45, 14. Tamquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis 10, 8. *pro* quoad. Qui de ceteris Maximo assensus, de Scipionis causa dissensit 29, 20. De se ingentia polliceri 1, 47. (*a sua parte.*) Qui de quacumque caussa tum aspernati nostra auxilia estis 45, 23.

Dearmatus 4, 10. Prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat.

Debellare 9, 16. Aulius cum Ferentanis uno secundo prœlio debellavit. *cf.* 2, 26. *it.* 4, 58. 9, 4. 41, 26. Eum, quasi debellato, triumphare 26, 21. *Absolute dictum. Sic sæpissime, v. c.* 29, 32. *it.* 30, 8. Inde debellatum, veramque pacem — Celtiberos fecisse 40, 50. Ne absente se debellaretur 41, 18. Neque prius, quam debellavero, absistam 44, 39.

Debere *omissum* 27, 20. Eundum Asdrubali fuisse in Italiam — exercitum ejus — imminutum Hispanis repleri militibus *sc. debuisse.* Vide *B. Patruum ad Xenoph. Mem. Socr.* 1, 5, 5.

Debilitare 21, 40. Contusi ac debilitati inter saxa rubesque.

Debilitas 2, 36. cunctantem — ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita.

Debitus 24, 25. At illos debitos jam morti destinatosque. *Sic Horatius: debemur nos nostraque morti.* Quum ut jus fasque erat, lacrimis non. minus, quam laudibus debitis, prosequutus tam memorabilem mortem esset 8, 10.

Decedere 26, 2. Prius — quam hostis ex Italia decesserit. Decedentem (*ex curia redeuntem*) domum — prosequuti sunt 2, 31. [*modo fuerat:* ita, curia egressus, dictatura se abdicavit.] Decedere provincia prætor jussus 39, 3. *cf.* 41, 10. Quod de provincia decessisset injussu senatus ~~30, 29~~. Romam ad destinatum omnium consensu triumphum decessere 8, 13, *cf.* 9, 16. *it.* 10, 46. Decedere officio 27, 10. *it.* de officio 8, 25. Decedere jure suo, 3, 33. — fide ~~31, 40~~. *it.* 45, 19. — instituto 37, 54. — præsidio 4, 29. *cf.* 5, 6. *it.* 38, 39. *it.* de præsidio 36, 14. *it.* pugna 34, 47. Ex matutina statione ad meridiem decedi — jussit 44, 33. Nobis prius decedat timor, quam ultro aliis inferatur 28, 41. *cf.* 23, 26. Priusquam ea cura decederet Patribus 9, 29. De domesticarum rerum eventu nec Patribus nec plebi cura decesserat 2, 31. *Horatiana forma: neque decedit ærata triremi, et post equitem sedet atra cura.* Quantumcumque Antiocho virium decessisset, suo id accessurum regno 34, 16. *cf.* 3, 55. 26, 51. Quæstioni Campanæ materia decessit 9, 26. *Eleganter admodum; etenim ante mentio facta erat conjuratorum, qui se ipsi interfecerant adeoque decesserant. Et dicitur alibi* decedere *simpliciter pro* mori. *v. c.* 1, 34. 9, 17. *it. cap.* 32. 40, 42. 42, 28. Ut ei nunciatum est, æstum decedere 26, 45.

Decere 34, 58. Sic ut aut sola, aut prima certe, pensari decet principi terrarum populo et tanto regi. *Drakenborchius* principi *non ad* decet, *sed ad* pensari *refert, hac sententia:* decet pensari a principe. *Ac profecto negari nequit,* decere alicui aliquid, *hanc constructionem apud Livium non reperiri.*

Decernere 1, 23. Ineamus aliquam viam, qua, utri utris imperent — sine multo sanguine utriusque populi decerni

possit. Lacessere ac trahere (*hostem*) ad decernendum 21, 41. Quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus jussisset? 41, 7. Bellum et senatus decresset, et populus jussisset 42, 36. Haud facile decerneres, utrum imperatori an exercitui carior esset 21, 4. Rem dubiam decrevit opportune vox emissa 5, 55. Primus clamor atque impetus rem decrevit 25, 41. Neque præ imbri satis decernere possent, qua suis opem ferrent 21, 56. Pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt 28, 21. *cf.* 39, 15. Acie decernere 2, 14. *it.* 36, 17. Decernite criminibus, mox ferro decreturi 40, 8. Ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat 5, 36. pro *in tantæ nobilitatis viros. cf.* 28, 48. *it.* 26, 2. Vid. *Cel. Ruhnken. ad Vellei.* 2, 43. Decernere vindicias secundum servitutem 3, 47. *i. e. possessionem ejus, de cujus statu disceptatur, dare.* Certum (*mihi*) atque decretum est 2, 45. Ad purganda ea, quæ inimici decernerent 7, 18. *i. e. quæ pro certis ipsi affirmarent, et ab aliis credi vellent. Sæpius autem, et apud alios scriptores,* decernere *idem est, quod decernendum censere, decerni velle. Sic est* 4, 50. tribunis plebis — decernentibus *intelligendum.* Vid. *Int. ad* 27, 20. Ligures (*Liguria provincia*) ambobus consulibus decernuntur 42, 10. Decresset 2, 27. [42, 36. *conf.* 41, 7.] — decresse 3, 45.

Decertare 6, 3. Quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant. *i. e. ad mortem usque certare, nec prius desistere velle, quam vel victoria reportata sit, vel omnes occubuerint. Vid. infra in v.* obstinatus. *Eodem sensu* depugnare *de gladiatoribus dicitur. Alias autem* decertare *sæpius pro* certare *dici solet.*

Decidere 37, 26. Antiochus posteaquam a spe societatis Prusiæ decidit.

Decidere 29, 18. Naso — auribusque decisis exsanguis est relictus. Vid. *mulitare.*

Decipere 22, 4. Ab tergo et super caput decepere insidiæ. *cf.* 1, 9. Qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum, reponeret 24, 37. *i. e. in providentia plus præsidii etc.* Per fas ac fidem decepti 1, 9. Jam semel in prima spe deceptos 36, 40. Me quidem quum ingenita caritas liberûm, tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet 8, 7. *pro* deceptæ: *ac sic fortasse legendum.* Vid. *specimen.* [*Vulgata bene habet. Virtus si vanâ decoris imagine decepta dici potest, quidni et virtutis specimen?*]

Declarare 9, 40. Quos populus — consulem alterum, alterum prætorem declaravit. *cf.* 24, 9. 28, 39. 40, 37. Declaratus rex Numa 1, 18.

Declinare 28, 1. Quantum in Italiam declinaverat belli. Ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros declinant 21, 52. Si quo ego inde agmen declinare voluissem 1, 28. Obliquo monte ad se declinare et suo agmini conjungi 38, 20.

Decoquere 32, 2. Experientibusque pars quarta (*argenti*) decocta erat. Vid. *coquere.*

Decorare 10, 7. Jovis O. M. ornatu decoratus. Rhodias parte prædæ et spoliis navalibus decoratas domum redire jubet 37, 31. Quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis 1, 26. Nostris (*regiis*) decoratus insignibus 2, 6.

Decorus 1, 42. Hunc ordinem ex censu descripsit vel paci decorum vel bello. Poëticis decora fabulis *Præfat.* Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus 2, 6. Quod et virginitati decorum — erat 2, 18.

Decretum 33, 16. Ut privatum decretum Romanæ societatis fieret. *Scil. quærendæ.* Jus eo die se non dicturum neque decretum interpositurum 3, 46. *cf. cap. præc.* In tanta fœditate decreti 3, 47. Quod gentis Manliæ decreto cautum est, ne etc. 6, 20. Vid. *tenere.*

Decumus ordo hastatus 42, 34.

Decuriatus. *Vid.* convenire *ult.*

Decurrere 6, 33. Impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent. *cf.* 9, 4. Mettus Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat 1, 12, *conf.* 2, 10. Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens 38, 13. Naves — in magnum portum Syracusas ex alto decurrere 24, 36. *conf.* 29, 27. Amnis in mare decurrit 21, 26. Ad mare decurrunt 41, 2. Decurritur ad leniorem verbis sententiam 6, 19. Omnium eo sententiæ decurrerunt 38, 8. (*de unanimi submissione.*) decurrebatur eo, ut etc. 31, 20. *al. descendebatur. dicitur de facilitate in concedendo. cf.* 26, 18. Eo decursum esse, ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset 22, 31. Trepidi patres ad duo ultima auxilia, summum imperium, summumque ad civem, decurrunt 6, 38. Ordinatosque proxime morem Romanum, instruendo et decurrendo signa sequi, et servare ordines docuit 24, 48. Armatum exercitum decucurrisse, cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suæ cuique genti assuetis 25, 17. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 186. *it.* 188. Terrestrem navalemque exercitus non instructos modo, sed hos decurrentes, classem in portu, simulacrum et ipsam edentem navalis pugnæ, ostendit 29, 22. Simulacrum decurrentis exercitus 44, 9. *De ludis circensibus.* In armis decursum est 26, 51. *Omnino tum in hoc et superioribus locis, tum alibi* decurrere *curiose distinguitur a* concurrendo, *vel* rudibus, *ut est illic, vel simpliciter, ut tamen aciei mentio fiat.*

v. c. 40, 6. Mos erat lustrationis sacro peracto exercitum *decurrere*, et divisas bifariam duas acies *concurrere* ad simulacrum pugnæ. *cf. cap. sequ. it.* 23, 35. *et* 25, 35. *Scilicet hic quoque verbi* decurrere *e stadio petiti significatio intelligenda est, quippe præter exercitationem in armis movendis, tractandis; præcipue agitatio corporum, in incedendo, in gradu militari, multiplici illo, exercendo declaratur; ut comparari talis decursio cum pyrrhicha apud Suetonium sæpius commemorata* (*v. c. Claud.* 1.) *possit.* Vid. *Decursus.* Concurrere *autem, vel simpliciter positum* (*s. g.* 10, 40.) *dicitur de contentione et dimicatione, ipsoque conflictu, vel vere bellico, vel simulato. Ita Horatius:* Concurritur, horæ momento aut cita mors venit aut victoria læta. *Nec vero proprius hic mos decurrendi Romanis fuit; quemadmodum e locis supra laudatis plane intelligi potuit.*

Decursus 44, 9. Quum alios decursus edidissent motus etc. *conf.* 42, 52. Et decursu et simulacro ludicro pugnæ 40, 9. *Nonnumquam addit Livius, intra quantum spatium decursum fuerit* 40, 7. Legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt. *Vere autem exercitum fuisse militem decursu fatigatumque, intelligetur ex* 42, 52. Mota parumper acies, non justo decursu tamen, ne statisse tantum in armis viderentur. *Eadem Suetonio dicitur* (*Ner. cap.* 7.) decursio. Vid. *Lips. ad Tacit. Annal.* 2, 55. Ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido 1, 27. Oppidum — — in Thessaliam opportunum Macedonibus decursum (*præbet*) 42, 67.

Decus 9, 22. Fratri præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt. Ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset 9, 42, *i. e. imperium bellicum.* Decus muliebre 1, 58. *pudicitia.* Ubi non sua decora eum a tanta fœditate supplicii vindicent 1, 26. Publica decora 2, 13. — militiæ 2, 28. Levasse humano superpositum capiti decus 1, 34. (*pileum.*)

Decutere 25, 7. Turres non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ. In æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decussaque 26, 23. Summa papaverum capita dicitur baculo decussisse 1, 54. Pinnas mœnium decussas reponit 44, 8. Vid. *discutere. conf.* 40, 45.

Dedecus 3, 51. Dedecora militiæ objiciebantur *i. q. res in bello parum prospere gestæ. cf.* 9, 31.

Dedere se ad aliquem 27, 15. — ad necem 9, 4. qui se dediderant in arbitrium ditionemque populi Rom. Fulvio Proconsuli 26, 33. *cf.* 7, 31. 42, 8. Patrum auctoritati se (*tribuni pl.*) dediderunt 9, 19. Victa — Messene bello exposcentibus Achæis noxios dedidit 39, 50. A quibus mox ipsi trucidandi populo Rom. dederentur 24, 30. Auctores belli — — dedidimus 9, 1. Dederi 1, 32. Vid. *Deditus.*

Dedicare ædem dei 2, 27. *it.* deo 2, 21. *conf.* 28, 46. Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis — dedicavit 1, 21. *i. e. constituit, instituit. Tiberius quidem apud Suetonium obscœnam tabulam dicitur in cubiculo* dedicasse, *i. e. de sententia Gronovii ad Livii* 7, 3. Statuisse, suspendisse. *Sed ad illum superiorem Livii locum quod attinet, videri possit etiam σύλληψιν statuenda esse, ut ne referri quidem ad se invicem* sacra dedicare *debeant. Juncta enim sunt* loca sacris faciendis; *et* loca *potissimum* dedicari *dicuntur i. e. destinari.* Juno — quam insigni — celebrique dedicata est die 5, 52.

Dediticii, *qui sponte sua ditionis alienæ facti sunt* 7, 31. Itaque populum Campanum urbemque Capuam, agros, delubra deûm, divina humanaque omnia in vestram P. C. populique R. ditionem dedimus, quidquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri. *conf. cap.* 38.

Deditio ad Romanos 8, 25. Quia nec deditio tuta ad tam infestos videbatur 28, 22. Viso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent 28, 7. Vid. *Drakenborch. ad* 39, 2. *conf.* 42, 53. In deditionem venerunt 9, 20. *conf.* 40, 33. In deditionem accepit 23, 30. *conf.* 33, 20. 42, 53. — In ditionem accipere *non item dicitur. Sed tamen* in jus ditionemque recipere 21, 61. Opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem 43, 1. Hispanos — in deditionem compulit 34, 16. Oppugnando ad deditionem subegit 9, 41. Pecuniam imperat populis omnibus suæ deditionis 28, 28. *rectius* ditionis *legitur, etiam a Drakenborchio.*

Deditus 1, 9. Quum — deditæ eo (*ad spectaculum*) mentes cum oculis erant. Deditam lanæ — inveniunt 1, 57. Dedita opera 2, 29.

Deducere *proprie i. q. e loco superiori in inferiorem ducere; sed est etiam, ubi contrarium significatum habet. Sic* 1, 18. Deduci in arcem *legitur. — Consules porro* deduci *dicuntur ab his, qui domum eos, honoris caussa, comitabantur, aut inde foras prodeuntes. In collibus autem et editioribus urbis partibus habitabant principes civitatis. Atque etiam pompa triumphalis in Capitolium* deduci *dicitur. Nam de eo quidem, qui viam alicui monstrat in locum superiorem* 32, 11. *Est etiam* deducere; *nisi cum Gronovio legas* educturum. *Sed debebant ab eo exempla Liviana afferri, quibus doceretur, ita legi posse. Enimvero, quæ rude posuit exempla, quibusque inductus emendavit, ea Virgiliana sunt; quibus addi ex eodem genere potuisset;* aram cœlo educere. *Et ad hanc notulam quatuor versiculorum Drakenborchius ad* 12, 50. *et ipse similiter emendans, provocat, tamquam ibi ex consuetudine Livii demonstratum esset,* educere *de* mole, turri

etc. dici. In subjectum viæ campum deduxit 2, 38. Duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit 9, 24. (*de transfuga.*) Ab Argis ceterisque oppidis præsidia omnia deducerentur 34, 35. Quod — finibus Attali exercitum deduxisset 32, 27. Macedonas in societatem belli — censeo deducendos esse 36, 7. Quasdam civitates dissentientes in causam deductas 42, 38. Gesturum se illis morem posteroque die in aciem deducturum 3, 62. *Usitatius* educere *in a: vid. Intt. ad h. l.* Instruunt aciem deductam in cornua 5, 38. Vid. *Diducere.* Sollemne ab ipso, cui fit, institutem Deo, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad servorum ministerium — deduxisti 9, 34. Ipsa vestigia quærentem dominum eo deductura erant 1, 7. Exercitus — deductus in campos 1, 28. Exercitu mature in hiberna — deducto 43, 9. Inter ceteros, quos virtutis causa secum ex provincia ad triumphum deducebat, deductus sum 42, 34. Quum — in hospitale cubiculum deductus esset 1, 58. Naves — deducere ex navalibus 41, 9. Non in loca iniqua incaute (*se*) deductum 26, 3. Suessa et Pontiæ — coloniæ deductæ sunt 9, 28. Aquileia colonia Latina eo anno in agro Gallorum est deducta 40, 34. Ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur 34, 53. Vid. *Drakenborch. ad* 39, 44. *Omnino* deducere *verbum proprium est in hoc genere; id quod vel ex* 34, 45. *Intelligi potest, ubi sexies, parvis intervallis, idem vocabulum repetitum legitur. conf.* 9, 46. De capite deducite, quod usuris pernumeratum est 6, 5. *i. e. detrahite.* Deducere candidatum (35, 10.) *quid sit, doceat Clavis Cicer. in h. v.* Celebratas esse utrasque nuptias gratulatione donisque innumerabilium legationum, et velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse 42, 12. Uni nuptam, ad quem virgo deducta sit 10, 23. *Sic proprie dicitur; sed et in deteriorem partem, quemadmodum* perducere. Vid. *Drakenborch. ad* 26, 50. Deducti in comitio virgisque — cæsi de saxo dejiciuntur 25, 7. Vix deducta summa arena erat 44, 33. *scil. a scrutantibus aquam in monte.*

Deesse 3, 50. Nec illius (*Virginii*) dolori, nec suæ libertati se defuturos. *h. e. se non neglecturos esse illius dolorem, sed ulturos; suam autem libertatem se adjuturos et asserturos.* Quod ubi accepit Hannibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum 21, 27. Pro *ne tempus opportunum præterlabi pateretur.* Armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis 22, 39. Immolanti caput jecinoris defuit 30, 2. *i. e. non apparuit.* Neque legi suæ latorem — — defore 3, 46. Ibi numquam causas seditionum et certaminis defore 45, 18.

Defectio 28, 26. An plurium supplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis, quam seditio, esset. Adparet, haud parvas vires defectionem habuisse 7, 42. In defectione totam Italiam esse 23, 12.

Defendere 39, 24. Quia libertatis caussam defendissent ab regio præsidio. Quam vi se defendisset 1, 5. Quod me armis adversus — socium — defenderim 42, 41.

Defensare 26, 45. Mœnia ipsa sese defensabant. *Drakenborchius malebat* defendebant.

Deferre 5, 25. Aurum et omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt. Vid. *Drakenborch. ad* 29, 39. *alias* deferre ad ærarium *de singulis proprie dicitur.* Vid. *Referre.* In ærarium ad quæstores delaturus 40, 41. Conjunctis exercitibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt; qua Hannibal ducturus erat 22, 15. Fuga regem eo defert 36, 20. *tropo sumto a tempestate, qua* delati *navigantes dicuntur v. c. ad scopulos.* In campos delata acies 9, 37. Delata confestim materia omnis infra Veliam 2, 7. *Deferuntur* (*in lembum*) quæ ad usum necessaria erant. *Defertur* et pecunia, quanta clam *deferri* poterat 45, 6. Ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri 5, 47. *conf.* 44, 5. Ad unum omnes Numæ — regnum deferendum decernunt 1, 18. *conf.* 28, 27. Literæque ei datæ sunt — in Hispaniam — deferendæ 40, 41. Soli non habebant super capita delata scuta 44, 9. *f.* elata. [*Sic Drakenborchius, nulla notata lectionis varietate; ut nesciam, quid Ernestius sibi voluerit.*] Quasdam forma excellente — domos deferebant 1, 9. Qui captus omnibus membris delatus in curiam esset 2, 36. Eadem fortunæ pignora in discrimen detulisset 9, 18. Tibi lauream insignem deferre cupimus milites 7, 13. Deferre judicium conjurationis ad magistratus 24, 24. Delata res ad senatum 21, 6. *Nisi vero cum nonnullis* relata *malis, rectius quidem, nam* referre ad senatum *de consulto senatu dicitur; deferre autem, quum quid, ut innotescat senatui, commemoratur. Ceterum hæc duo sæpius a librariis confusa sunt.* Vide *Drakenborchium ad illum locum.* Consules quum ad Patres rem dubiam sub auctore certo detulissent 2, 37. Ad deferenda de Perseo crimina 42, 11. Pacem deferre hostibus 23, 18.

Deficere 31, 7. Numquam isti populi, nisi quum deerit, ad quem desciscant, non deficient. *Hæc non est defectio proprie dicta, sed societas inita cum hostibus, a qua nullo fœdere arcebantur.* Ad spem amicitiæ Romanorum deficere 32, 5. Illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit etc. 1, 24. Quod primus a patribus ad plebem defecisset 6, 20. Lunam defecturam esse 44, 37.

Defieri 9, 11. Numquamne caussa desiet, cur victi pacto non stetis?

Defigere 21, 33. Utraque simul objecta res oculis animisque immobiles parumper eos defixit. *i. e. ut fierent immobiles.* Tacita mœstitia ita defixit omnium animos 1, 29. Quum stupor silentiumque inde ceteros Patrum defixisset 6, 40. *conf.* 3, 47. *Ubi vid. Drakenborch.* Defigi torpidum stupore ac miraculo 22, 53. Defixerat pavor cum admiratione Gallos 7, 10. Quum silentio defixi stetissent 8, 7. Vid. *Admiratio, Silentium, Superne.*

Deflagrare 10, 44. Eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere. *conf.* 5, 53. Si decemviri finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? 3, 52.

Deflectere 39, 27. Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbes agrosque amplectatur. *Scil. muniendo.*

Deflere 29, 4. In hæc deflenda prolapsos ab recenti nuncio animos.

Deflorescere 6, 23. Cum corporibus vigere et deflorescere animos.

Defluere 41, 15. Bovis sescenaris, quem immolavisset, jecur defluxisse. *h. e. in liquorem abiisse, secundum Gutherii interpretationem; quæ* defluendi *verbum, de sententia Perizonii, cum* diffluendi *voce confundit; quamobrem* diffluxisse *legi vult. Sed commodissime explicatur per* evanescere, perire, *quo sensu hoc verbum apud Ciceronem passim dicitur.* Vide *Clav. Cicer. Sic in victima Cæsaris, auctore Suetonio, idibus Martiis, cor non repertum est; nempe defluxerat.* Nec quidquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit 2, 20.

Defodere 3, 33. Defosso cadavere domi apud P. Sestium.

Defore. Vid. *Deesse.*

Deformare 9, 30. Deformatum ordinem prava lectione senatus. Tempestas — fulminibusque complura loca deformavit 40, 45.

Deformatio 9, 5. A consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta — ut — ab illa deformatione tantæ majestatis — averteret oculos.

Deformis 38, 52. Ut sub rostris reum (*Scipionem*) stare — populo Rom. magis deforme, quam ipsi, sit. Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent 1, 26. Solum patriæ deforme belli malis 5, 49. Aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem, habuisse 45, 44. *cf.* 34, 2. Deforme agmen 9, 6. *de inermibus et sub jugum missis.* Deformis turba, velut lixarum calonumque 41, 3. *Similiter Tacitus Annal.* 4, 20. Deforme obsequium *dixit pro servili, humili.*

Deformitas 2, 23. Noscitabatur tamen in tanta deformitate. Ipsa deformitas Pleminii, memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat 29, 22.

Defugere 5, 38. Circa ripam Tiberis, quo armis abjectis totum sinistrum cornu defugit. *i. e. fuga declinavit. Gronovius legi volebat* diffugit. *Illud melius, opinor.*

Defungi 5, 5. Quanto est minus opera tueri facta, et instare et perseverare, defungique cura. *Eleganter hoc verbum subinde dicitur de incommodo levi vel jactura. Sic et* 29, 1. Defungi pœna levi. *it.* 2, 35. Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus. Vicisse Romanos defunctos consulis fato 10, 29. Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus etc. 4, 52. Quonam modo enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello, sine certamine adducere exercitum potuisse 25, 35. *Sic* 1, 25. Defungi prœlio.

Degener 25, 40. Mutinem sibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Karthaginiensi, misso ab senatu populoque.

Degeneratum 1, 53. *Substantive i. q. animus degener:* Quin ea arte æquasset superiores reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori offecisset.

Degravare 3, 62. Degravabant prope circumventum cornu. *i. q. opprimebant. cf.* 4, 33. Consul non ultra castra insequutus, quia et vulnus degravabat etc. 7, 24. *i. e. molestum erat et impediebat.*

Degredi ad pedes 29, 2. *De equitibus dicitur, quum descendunt equis, ut pugnam pedestrem capessant.* Alia in campum degressis supererat moles 7, 24. Degressus ex arce 5, 52. Degressum eum templo (*tribunali*) lætus senatus — circumfusi — prosequuti sunt 8, 35.

Degressus sociorum 1, 27. [*Sed ibi legitur* digressus: *quod non erat cur Ernestius mutandum censeret.*]

Dehinc 1, 59. Quacumque dehinc vi possum.

Dehiscere 29, 2. Dehiscens intervallis hostium acies.

Dehonestare 41, 6. Famam, quod indignum sit, maculari dehonestarique.

Dejectus 9, 2. Angustias — septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacentem molem invenere.

Dejicere 23, 47. Equum in viam Claudius dejecit. *i. e. demisit e superiori loco.* Reum — de saxo dejecit 5, 47. Tribuni de saxo. Tarpeio dejecerunt 6, 20. Virgisque cæsi de saxo dejiciuntur 25, 7. Quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit 7, 10. *Ex* tot castellis aliquanto altioribus et munitioribus — priore anno *dejectos* 44, 35. Cum vento tempestas coorta signa ænea in Capitolio dejecit 40, 2. Dejiciunt se venti a montibus 28, 6. Prohibuit fœda tempestas cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta 2, 62. Classis — fœda tempestate vexata ad Baliares insulas dejicitur 28, 34. *i. e. vi ventorum a cursu depellitur. cf. cap.* 40. Vide *Intt. ad* 44, 19. Gallus — in advenientis arma hostis

vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit 7, 10. Elatam securim in caput (*regis*) dejecit 1, 40. Prætorio dejecto, direptis, quæ ibi fuerunt etc. 41, 2. Dejectis qui in præsidio erant 4, 53. Dejectis hostium præsidiis novum iter aperui 44, 39. *cf. cap.* 35. Dejectis hostium castris — prædamque ibi — vendiderunt 25, 14. De possessione imperii vos dejicere conatus 45, 22. Quum — inimicum, eo quoque anno petentem, dejecisset 38, 35. *conf.* 3, 35. Coïerantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum 39, 41. *i. e. petito honore.* Se certo consulatu dejectum 40, 46. Quum dejecta in id sors esset 21, 42. *Dejectus* ad caput aquæ Ferentinæ crate superne *injecta* saxisque congestis mergeretur 1, 51.

Dein *non præcedente* primum, *aut simili quo* 34, 9.

Deinde paullo latior patescit campus, inde colles assurgunt 22, 4. In Æquis nihil deinde memorabile actum 3, 3. *cf.* 39, 22. Deinde postea 41, 24. Deinde postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero—accessere 3, 66. Incipite deinde mirari 4, 49. *i. e. post talia, his factis; cum vi aliqua.* Funera deinde duo deinceps collegæ fratrisque ducit 2, 47. Ne quis deinde (*posthæc*) Manlius vocaretur 6, 20.

Deinceps 5, 51. Horum deinceps annorum vel secundas res vel etc. *i. e. hujus annorum seriei.* Deinceps interreges 6, 5. *i. q. ordine sequuti, non,* postea, *cf.* 6, 29. *it.* 27, 39. Deinceps omnis exercitus jurat 2, 45. Populari omnem deinceps agrum jussit 21, 52. Deinceps et urbes regionis ejus idem faciebant 44, 31. Postea deinceps 45, 14. — inde deinceps 1, 44. — Deinceps inde 5, 37. Ut duo continua regna viro ac deinceps genero dedisset 1, 47. *de duobus tantum.*

Delabi 37, 34. Quum reciperet sese, in eo delapsum tumultu ex equo etc.

Delectus 38, 1. Cum delectis Ætolorum, quod concilium esset gentis. *Alibi* 35, 34. *Vocantur* apocleti. *Ibidem Livius addit:* ita vocant sanctius concilium; ex delectis constat viris. *Drakenborch. h. l.* consilium *legi vult.* Cum delectis equitibus extraordinariis 42, 58. *Dukero* delectis *suspectum videtur; nam extraordinarii omnes sunt delecti. Forte de glossa est. Creverius legit:* cum delectis equitibus ex extraordinariis, *intelligitque* ἐπιλέκτων ἀπολέκτων *Polybii, i. e. ex extraordinariis delectos, qui semper in castris, in agmine consulibus præsto fuissent.*

Delectus 43, 14. Prodire ad delectum. *it.* in delectù prodire *ibid.* In civitate ira odioque ardente delectus prope omnium voluntariorum fuit 9, 10. *cf.* 9, 42. *Ubi voluntariorum nullus delectus fuisse dicitur. Vid. infra in v.* voluntarius. Præter delectum eorum, quos in supplementum mitti oportebat — quatuor scriptæ legiones sunt, intraque undecim dies delectus est perfectus 43, 15. *it.* conficere 25, 5. *Vid.* edicere. *it.* indicere. Ut delectum quam acerrimum habeant 2, 28. Neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare 41, 8. Delectusque et justitium indictum 7, 6.

Delegare 29, 22. Patefacto dein scelere (*Pleminium* delegatum in Tullianum etc. *sc. carcerem i. e. missum amandatum e. i. g. a.* Delegata primoribus pugna 7, 8. Samniti — delegata pugna 10, 27. *Nempe quum plures populi unis castris continerentur.* Delegata obsidione in curam collegæ 9, 13. *cf.* 5, 20. Ut omne rei bene aut secus gestæ in Etruria decus dedecusque ad Volumnium sit delegatum 10, 19. *i. e. delatum, rejectum, ei assignatum. cf.* 21, 46. *Vide B. Patruum in Excurs. ad Sueton. Tib. cap.* 16. Ipsum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque. Eo delegasse ad senatum 5, 20. *i. e. ideo dictatorem permisisse rem senatui.* Fortunæ loci delegaverant spes suas 6, 23. Adversæ casibus incertis belli et fortunæ delegare 28, 42. Vid. *Intt. ad h. l.* Ministerii delegandi caussa 9, 29. *de sacrificio. Omnino delectantur, præter Livium, alii latinitatis auctores usu hujus verbi tropico e re pecuniaria petiti, quum quidem a debitoribus non repræsentatur pecunia h. e. ex arca tollitur, sed per delegationem, h. e. per alios, ipsorum nomine.* Vid. *Clav. Cicer. in h. v.*

Delenimentum 4, 51. Aptissimum tempus erat — delenimentum animis Bolani agri divisionem objici. Vid. *delinimentum.*

Delenire *eleganter habet significationem capiendi animi et corrumpendi suavitate aliqua, ut philtra.* 7, 38. Capua instrumenta omnium voluptatum delenitos militum animos avertit a memoria patriæ. *Vid.* delinimentum. *it.* delinire.

Delere 9, 45. Nomen Æquorum prope ad internecionem deletum. Ubi satis placuere vires, et jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hostem poscebat 39, 30.

Delibare 4, 12. Cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus.

Deliberatio 1, 23. Fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum suscepit (*decisio.*)

Delictum 8, 7. Nos potius nostro delicto plectimur, quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat.

Deligare 8, 7. Deliga ad palum. Stabant deligati ad palum nobilissimi juvenes 2, 5.

Deligere 9, 26. Dictator deligendus exercendis quæstionibus fuit. *i. q. eligendus, dicendus, quod proprium in eo negotio verbum est. conf.* 3, 56. 29, 20. Quem ex collegis, optione a senatu data, socium sibi imperii delegerit 8, 33, *conf.* 24, 8. Centurionum robora ex toto exercitu delegit 24, 46. Vid. *Drakenborch, ad.* 9, 17. Quemcunque alium generum delegisset 1, 40.

Delinimentum *prorsus idem sibi vult, quod* delenimentum; *eademque ratio est verborum* delinire *et* delenire. *Somnia sunt Drakenborchii, discrimen inter hæc verba statuentis, adversante quidem linguæ natura. Nempe* delenimentum *placandi, mitigandi, significatum habere dicit ad* 7, 38. *Contra* delinimentum *oblinendi atque imbuendi sensum dare. cf. ad* 5, 31. *Parumque abhorruisse videtur ab hac opinione, ut a* delinere (*unde scilicet est* delitus) delinimentum *derivaret. Itaque quum id fieri non posse, dum animadversionem ad* 39, 11. *Daret, in mentem ei venisset, a verbo* linire delinimentum *derivat; sed ipse agnoscit,* linire *esse verbum recentius. Nihilo tamen secius confirmat illud horum vocabulorum discrimen. Recte. Nam sic scilicet* intelligere *et* intellegere *differunt. Sed satis de argutiis. Unus Horatii locus refutet Drak. Carm.* 3, 1, 41. sqq. Quodsi dolentem nec *Phrygius lapis*. Nec *purpurarum* sidere clarior *delinit* usus etc. *Rectius paullo de delinimentis sensit Dukerus ad* 39, 11. *quem vide. cf. B. Patruus ad Tacit. Agric. cap.* 21. *ubi diserte* porticus et balnea et conviviorum elegantia, *tamquam delinimenta vitiorum commemorantur*. Hispala concubitu carere eum decem noctes non posse, illius excetræ delinimentis et venenis imbutum 39, 11. Illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse 30, 13.

Delinire 4, 13. Largitiones frumenti facere instituit: plebemque hoc munere delinitam etc. Præda delinire popularium animos studebat 1, 57.

Delinquere 1, 32. Latini adversus populum Romanum deliquerunt.

Delubrum 30, 20. Multis Italici generis (quia in Africam sequuturos abnuentes concesserant in Junonis Laciniæ *delubrum*, inviolatum ad eam diem) in *templo* ipso fœde interfectis. *conf.* 29, 18.

Demandare 8, 36. Curam eorum — legatis demandavit.

Demere 34, 54. Demtum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum esset. *conf.* 3, 33. Ut de stipendio equitum — æra demerentur 7, 41. *cf.* 3, 33. Clipeaque de columnis — demsit 40, 51. Vinctis quoque demta in eos dies vincula 5, 13. Deme terrorem Romanis 1, 12. Moderatio tribuni metum Patribus demsit 3, 59. Et prætori et consilio haud mediocre onus demtum erat de Scipione cognoscendi 29, 21. Ut — omnia invitis (*sibi*) jura imposita (*a plebe*) Patres demerent sibi 9, 34. Plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est — quam virium aut plebi additum est, aut demtum Patribus 2, 60. Eam se contumeliam injuriamque, ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur etc. 8, 33. Et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum est, 41, 3. *conf.* 2, 6.

Demereri 3, 18. Demerendi beneficio tam potentem — civitatem.

Demergere 2, 29. Totam plebem ære alieno demersam esse. Demersam partem a parte civitatis 6, 27. (*per æs alienum.*) Plebis, in fossas cloacasque exhauriendas demersæ 1, 59.

Demigrare 2, 10. Pro se quisque in urbem ex agris demigrant. Tardius ex agris demigrantes oppressi — perierunt 41, 18. Ocius demigrare Pydnam cogit 44, 6.

Deminuere 4, 24. Quamquam deminutum censuræ jus noluissent. Papirium nihil de ejus jure deminuturum 8, 34. Cædibus regis deminutum Patrum numerum ad trecentorum summam explevit 2, 1. Quam quod deminutum quidquam sit ex regia potestate 2, 1. Vid. *diminuere*.

Demissior 4, 44. Nihilo demissiore animo — caussa ipse pro se dicta —damnatur.

Demittere agmen 9, 2. *scil. de monte. Sic et cap.* 27. *Oppos.* erigere. Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen demittere 32,13. *Nisi legendum cum Gronovio* demitteret. Principio levem armaturam *demittit*; deinde conferto agmine *mittit* equites; postremo, quum hostibus quoque subsidia *mitti* videret etc. 32, 28. Navem eamdem secundo amni Scodram demisit 44, 31. Aquila suspensis demissa leniter alis 1, 34. De cœlo demissus 10, 8. Ancilia cœlo demissa 5, 54. Demissa jam in discrimen dignitas 3, 35. *i. e. vacua, iterum aliis conferenda.* Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque 34, 44. Præsenti vultus demittere, tacite prætereuntes exsecrari 2, 58. Consul, demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit 9, 38. *Vid. Virgil. Æn.* 7, 249. *it.* defigere.

Demoliri 42, 3. Quod, si in privatis sociorum ædificiis faceret, indignum videri posset, id Deûm immortalium templa demolientem facere.

Demonstrare 22, 33. Dat, qui itinera cum cura demonstrent.

Demori 40, 19. Tantum hominum demortuum esse.

Demovere 6, 32. Hostes gradu demoti. Quod demovendis statu suo sacris religionem facere posset 9, 29.

Denique 5, 6. Ut *non* obsidionis tædio, *non denique* regni quidquam apud eos novatum sit, *non* negata auxilia ab Etruscis irritaverint animos. *Non plane inusitatum est, ne apud Ciceronem quidem,* denique *in enumerando poni secundo loco, quod rectius non nisi tertio membro præfigi solet; nisi vero plura tribus enumerentur. Hoc autem loco magis offendit* denique *alteri* non *adjectum, quod sequitur tertium* non. *Huc igitur* denique *illud rejiciendum videri possit. Forte librariorum vitio transpositio facta est.* Qui non civium, non denique hominum numero essent 4, 56. An credi posse, ullum populum, aut hominem denique etc. 8, 21.

DENOTARE 4, 55. Haud dubie Icilios denotante senatu.

DENSARE 44, 9. Sentis super capita densatis. *conf. Tacit. Annal.* 2, 14.

DENUDARE judicium suum 42, 43. *i. e. non obscure significare, quibus faveas.* Denudavit mihi consilium suum 44, 38.

DENUNCIARE terrorem 24, 37. *scil. factis.* Denunciare se Icilio similibusque Icilii, neque legi suæ latorem, neque decemviro constantiam defore 3, 46. Si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samnitibus, ut Capua — abstinerent 7, 31. Dictator — magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneret 8, 30. Denunciare per vico urbesque, quæ viæ propinquæ sunt, cœpit, ut commeatus expedirent 44, 26. Legati — venerant, denunciatum Fabio, — ne saltum — transiret 9, 36. Denunciavit populo — Macedonum exercitum cæsum fusumque etc. 45, 1. *Rarius in bonam partem dicitur, ut* 45, 32. Ludicrum, quod ex multo ante præparato, et in Asiæ civitates, et ad reges missis, qui denunciarent etc.

DENUNCIATIO 3, 36. Primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere. Hæc directa percunctatio ac denunciatio belli, 21, 19. Cum Perseus — Græcas urbes, alias obsideret, alias denunciatione armorum terreret 45, 3.

DEPELLERE 23, 8. Nec eum — patria majestas sententiâ depulerat. Qui a singulis vobis vincula depuleram 6, 18. Depulsus magna spe 31, 25. *i. q. dejectus, destitutus.* Ea spe depulsus 41, 23.

DEPENDERE 42, 28. Mane ingressi cubiculum servi laqueo dependentem invenere.

DEPERIRE 27, 15. Ejus præsidii præfectus deperibat amore muliérculæ.

DEPLORARE 29, 31. Deplorabant ea apud Syphacem Karthaginienses. Deplorata spes est 26, 12. Quum — deploratum pæne Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset 9, 7. Jam enim agros deploratos esse 41, 6. *Forte legendum* depopulatos. [*Temeraria novandi lubido! Vulgata longe efficacior.*] Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes 5, 40. Quum sibi nihil vivi reliquum præterquam, linguam, a deplorandas patriæ suæ calamitates, præfatus esset 43, 7.

DEPONERE 5, 2. Militem Romanum — ne hiemis quidem spatio — arma deponentem. Cœptum bellum — triennio prius depositum erat 31, 1. *cf. cap.* 31. Contentionem — tribunos — totam deposituros 4, 6. Secundum deposita certamina *ibid.* Causas certaminum deponere 32, 35. Corinthum, ubi deponerentur obsides, convenitur 42, 5. Ubi pecunia (*Persei*) deposita erat 44, 6. Eam pecuniam perfecta re daturum; interea Samothracæ in templo depositurum 44, 25. Ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent 9. 46. *Vid. Virgil. Æn.* 11, 89. Coronam Romæ in aram Apollinis deposuisse 23, 11. Vid. *Corona.* Deposito suo magistratu, modo aliorum magistratui imposito 4, 24. Deponere imperium 2, 28. (*De consulatu; quamquam Coss. delectum habebant.*)

DEPOPULARI 5, 4. Agros nostros millies depopulati sunt. *cf.* 10, 12. *it.* 22, 13. Veientes depopulatos extrema agri Romani 4, 1. Privernates — Norbam atque Setiam — incursione subita depopulati sunt 7, 42. Late depopulato agro 9, 36. Ex regno ejus omnes naves esse, quæ superi-maris oram depopulatæ essent 40, 42. Questus, Alpinorum populorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cassium esse 43, 5.

DEPOPULATIO 43, 23. Macedones ad depopulationem profecti.

DEPORTARE 43, 6. Se ad mare devecta habere (*frumenta,*) ut, quo senatus censuisset, deportarent. Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere 29, 19. Et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare 30, 40. *Scil. eum juberent. cf.* 39, 38. *Vid. Clav. Cicer. in h. v.* Ut Q. Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum — liceret 40, 35. Ut — ipsique decedenti de provincia exercitum secum deportare liceret 41, 17. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt 45, 38.

DEPOSCERE 21, 6. Ad ducem ipsum, in pœnam fœderis rupti, deposcendum. Auctorem culpæ et reum criminis deposcunt 21, 10. Ad Clœliam obsidem deposcendam 2, 13. Asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus 25, 6. Si sint duæ roboris ejusdem in urbe gentes, deposcant, hæc Volscos sibi, illa Æquos 2, 49. *i. e. desumant sibi bello petendos. Delectari videtur Livius hac voce, quæ in re gladiatoria proprie dicitur.*

DEPRAVARE 45, 23. Qui plebem nostram consiliis depravarent.

DEPRECARI 6, 21. Eaque cunctatio colonis spatium dederat deprecandi senatum. Quum ad pericula ejus deprecanda redisset 8, 58. Si quid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam 40, 15.

DEPRECATOR 44, 14. Iis pollicitum deprecatorem apud senatum futurum.

DEPREHENDERE 38, 21. Et erant deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt. Pro speculatore deprehensus 37, 11. Nisi gladiis deprehensis, cetera vana existimaturi 1, 51. Ut literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent 2, 4. Ne forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga etc. 2, 12. Ratus ad juvandas sociorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse 42, 56.

DEPRENDERE 42, 17. Se daturum, quod nec in dando nec datum ullo signo deprendi

posset (*de veneno.*) Quinqueremem satis credens deprensam rapido in freto, in adversum æstum reciprocari non posse 28, 30. Litteris ad Persea deprensis 42, 51. *i. e. interceptis.*

Deprimere 3, 65. Æquari velle simulando ita se quisque extollat, ut deprimat alium. *cf.* 30, 36. *it.* 37, 53.

Depugnare 9, 39. Acie depugnatum est. Depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est 7, 26. *et ibid.:* duorum militum eventum, inter quos pugnatum est. *cf.* 10, 37.

Derepente 21, 41. Experiri juvat, utrum alios derepente Karthaginienses per viginti annos terra ediderit. [*Editiones pleræque omnes, etiam Drakenborchiana,* repente: *idque præstat.* Derepente *in Livio alibi frustra quæras.*]

Deridiculum 39, 26. Alterum deridiculum esse, se reddere rationem etc. *i. q. valde ridiculum. Vox Tacito etiam aliquoties usurpata, v. c. Annal.* 12, 49. Pelignus ignavi animi, et deridiculo corporis juxta conspiciendus. *Sic* deparcus *etiam dictum est pro* admodum parcus. *Similiter* detegere, deamare (*quod occurrit etiam apud Terentium,*) adamare, *pro accurate, impense tegere, amare, dicitur. Virgil. Æn.* 1, 157. Defessi Æneadæ. *it. ibid.* 106. Unda dehiscens, *Servio explicante* valde hiscens. *Sic* defatiscor *Plin. H. N.* 17, 2. *Vid. Gesner. in* defetiscor.

Derivatio 5, 15. Exsequebatur inde, quæ sollemnis derivatio esset. (*De lacu Albano rite emittendo.*)

Derogare 7, 6. Ubi certam derogat vetustas fidem.

Deruptus 21, 33. Deruptæ angustiæ. *it.* ripæ 37, 39. In derupta præcipitati 38, 2.

Descendere 23, 29. Omnibus copiis in campum descensum est. Ad Alexandriam modicis itineribus descendit 45, 12. Qua descendere ad forum rex solebat 24, 7. *cf.* 34, 1. Arcem regium tenebat præsidium; neque ut descenderent inde — perpelli potuerunt 32, 32. Samnites Tifata, imminentes Capuæ colles, quum præsidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planiciem, quæ Capuam Tifataque interjacet 7, 29. *Hinc, naturæ rei accommodate, sæpissime dicitur* in aciem descendere, *v. c.* 9, 14. *Plerumque certe ante pugnat tutiora, h. e. altiora, loca occupata et insessa fuere.* In ultimo etiam certamine, quum descensum in aciem est, 8, 8. In aciem armati descenditis 24, 8. Cui, (*Philippo*) si semel in caussam descenderit, nihil integri futurum sit 36, 7. Vid. *Deducere.* Non prius, quam deseri urbem videant, curam *in* animos Patrum descensuram 3, 52. Qui (*metus deorum*) quum descendere *ad* animos — non posset 1, 19. Descendere *ab* Janiculo 2, 14. Numquam propter me *de* cœlo descendent 6, 18. Perseus — in concionem processit — sed aliquoties dicere incipientem quum lacrimæ præpedissent; quia ipse dicere nequiit—— *de* templo descendit 44, 45. Locum, qui nunc septus descendentibus inter duos lucos est, asylum aperit 1, 8. Quum plebs in foro erecta exspectatione staret, mirari primo, quod non descenderet tribunus 2, 54. *Scil. in forum. Sic sæpissime, v. c.* 3, 48. Descendit ferrum in corpus 1, 41.

Desciscere 9, 16. Quibus invitis descitum ad Samnites erat. Quum Fidenæ aperte descissent etc. 1, 27. Qui a suis descissunt 6, 35. Ne Karthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscentes reciperentur 21, 19. Ad eos Murgantinæ desciverunt terræ 26, 21.

Describere 1, 32. Jus ab — Æquicolis descripsit. Descripto ad tibicinem cantu 7, 2. Frumentum ædiles curules quaternis æris vicatim populo descripserunt 30, 26. *i. e. diviserunt. Vid. Drakenborch. ad* 31, 34. Ad cursum lunæ in duodecim menses describit annum 1, 19. [Classes centuriasque et hunc ordinem ex censu descripsit 1, 42.] Regionatimque generibus hominum, caussisque et quæstibus, tribus descripserunt 40, 51. In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini 45, 15. Legiones conscriptæ — legiones urbanas scripturum — Iis quindecim millia peditum et quingentos equites, pro numero cujusque juniorum, descripsit 34, 56. Quum eas legiones quatuor descripsissent 39, 38. *Vel potius de sententia Gronovii, Drakenborchio et Creverio probata:* in eas legiones. *Est autem* describere in legiones *i. q. tirones dispertiri per legiones easque supplere.*

Descriptio 4, 4. Census in civitate et descriptio centuriarum classiumque non erat.

Desecare 42, 64. Spicas fascibus desecare. *i. e. de fascibus stramenti desecare spicas.* Desectam cum stramento segetem — fudere in Tiberim 2, 5.

Deserere 5, 2. Hæc omnia in profano deseri placet sacra? *Perquam aspere dictum pro* relinqui. Auctores signa relinquendi et deserendi castra 5, 6. *f.* signa deserendi et relinquendi castra. *Sed tamen præcedunt hæc:* qui signa relinquit, aut præsidio decedit. Quos vires sanguisque desereret 25, 14. Qui aut citati non affuerant, aut vades deseruerant 39, 41. *i. e. sponsoribus suis in re capitali defuerant, nec ad caussam dicendam præsto fuerant, ut vadum fidem liberarent. Vid. Intt. ad h. l.* Ne sacra regiæ vicis desererentur 1, 20. Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat 1, 25. Ut non deûm aut belli deseramus curam 24, 8.

Desertio 41, 24. Cur exsecrabilis ista nobis solis velut desertio juris humani est. *Scilicet Achæi finibus suis interdixerant*

Macedonibus. Hoc decretum eorum, humanitati contrarium, eleganter dicitur desertio etc.

Deses 3, 68. Sedemus desides domi. *cf. cap.* 7. Nec rem Romanam umquam tam desidem fuisse atque imbellem 21, 16.

Desiderabilis 24, 5. Velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum.

Desidere *Præf.* Labente deinde paullatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo; deinde ut magis magisque lapsi sint; tum ire cœperint præcipites. *Tribus gradibus hæc tria differunt. Sunt autem desidentes mores paullatim labi incipientes.* Terra — caverna ingenti desederat 32, 9. *Sic dicitur proprie de labe terræ. Vid. Drakenborch. ad h. l.*

Desiderium 2, 2. Ne ubiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant. *i. e. ne qua plebi occasio relinqueretur ministerii regis requirendi, quum deesset, qui vice ejus fungeretur.* Ut tædio præsentium consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium veniant 3, 37. Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus 21, 4. Desiderium parentum ac patriæ explere 1, 9. *h. e. efficere, ne quis eos desideret, eorumque operam suscipere.* Quæ vos, quum reliqueritis, macerent desiderio 5, 54.

Designare 1, 10. Designavit templo Jovis fines. *cf. cap.* 35. Quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, decuma designetur 5, 25. Nulla ignaviæ nota leviore vos designari potuisse 24, 16, *i. e. insigniri, conspicuos reddi.*

Desinere 42, 49. Ipsius Persei numquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli exspectatione celebrari nomen.

Desistere 7, 40. Vos Romanus exercitus ne destiteritis impio bello?

Desperare 10, 14. Samnites, desperato improviso tumultu, quando in apertum semel discrimen evasura res esset, etc. Quia non desperabat voluntariam deditionem 28, 14. Desperato jam colloquio 42, 25.

Desperatio futuræ sibi postea fidei 3, 2. Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam 21, 1. A primis desperationis notis 40, 56. (*De moribundo Philippo.*) Desperatio rerum suarum 42, 30.

Despicere 44, 6. Ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit.

Despoliare. Vid. *Dispoliare.*

Despondere 1, 26. Quæ desponsa uni ex Curiatiis fuerat. Filiamque ei suam rex despondit 1, 39. Nec jam ipsi solum desponderant animos 3, 38. *cf.* 26, 7. *it.* 31, 22. Plebem secum trahere haud dubium consulatum spe et favore despondentem 4, 13. *i. e. spondentem, sibi destinantem.* Jam velut despondente fortuna Romanis imperium Orientis 26, 37.

Despui religio est 5, 40.

Destinare 9, 16. Parem destinant animis Magno Alexandro ducem (*Papirium.*) *cf.* 28, 24. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est 21, 44. Præter opinionem destinatam suorum hostiumque 28, 14. *Sic, monente Dukero, apud Ciceronem Tuscul.* 2, 2. *Dicitur* destinata sententia. Quem (*Scipionem*) modo civitas — ad imponendum Punico bello finem creavérit consulem, spe destinaverit Hannibalem ex Italia detracturum etc. 29, 20. Quia Fabius omnium consensu destinaretur (*consul*) 10, 22. Subsidiaque destinata impedimentis data, ne — in ea impetus fieret 23, 16. *Jac. Gronovio videtur* destinatus *pro* assuetus *dici* ; *verum Creverio adjungendum aut* destinata *aut* data. Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium consensu destinabantur et infandæ colonorum cædis, et defectionis auctores, vinctos Romam deducunt 9, 24. *i. e. credebant omnes, utriusque facinoris reos illos esse. cf.* 8, 13. Animis auctorem destinabant cædis 33, 28. *cf.* 7, 33. Cui sortito provinciam, cui proficiscenti præsagientibus animis victoriam triumphumque destinavimus 45, 39. Si Cretenses bene ac graviter destinarent, potiorem populi Romani, quam regis Persei amicitiam habere etc. 43, 7. *i. e. statuerent.* Quas urbes direpturos se destinaverant 24, 2. *i. e. constituerant.* Et stantes (*Galli*) quo densiores erant, hoc plura, velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant 38, 26. *Scil. corpus petentibus Romanis, veluti scopus feriendus esset.* Ad destinatum jam ante consilio 21, 34. *Vid. Intt. ad* 38, 26. Quamquam ad bellum consilia erant destinata 42, 48.

Destinatio 32, 35. Nulli omnium placere, partium, quibus cessurus, aut non cessurus esset, (*Philippus*) destinatio. *i. e. attributio civitatum et regionum Græciæ.*

Destinatus 8, 8. Qui tueretur eum ab uno destinato hoste.

Destituere 1, 4. Quum fluitantem alveum — tenuis in sicco aqua destituisset. Ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum 21, 28. In conspectum ferme Africæ prospero cursu vectum primo destituit ventus 30, 24. Ante tribunal regis destitutus 2, 12. Ante pedes destitutum caussam dicere jussit 23, 5. Duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur 7, 10. Cohortes extra vallum sine tentoriis destitutæ 10, 4. *Scil. contumeliæ causa. Vid. Clav. Cicer. in h. v.* Destituti ab unica spe auxilii in deditionem venerunt 40, 47. Quod morando spem destituerit 1, 51. *Vid. Intt. ad h. l.* Si destituat spes 1, 41. Quod defensores suos — in ipso discrimine periculi destituat 6, 17.

Destrictus 8, 7. Destricta securis. *Al.* districta. *male. Minus proprie tamen et* destrictus *de securi dicitur. cf. Bauer. ad h. l. Vid. Duker. ad Flor.* 2, 2. *it. Drakenborch. ad* 27, 13.

Desuetudo armorum 1, 19.

Desuetus 3, 38. Cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent.

Desultor 23, 29. Quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat. Nec, semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat 44, 9.

Desumere 38, 45. Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumseras. *i. e. bello petendos depoposceras.* Duo, singuli singulos, sibi consules asservandos assidua opera desumunt 4, 55.

Detegere 42, 3. Magnum ornamentum se templo ratus adjecturum, si tegulæ marmoreæ essent, profectus in Bruttios, ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit etc. Nimis detegendo cladem nudandoque 23, 5.

Detendere 41, 3. Nautici tabernacula detendunt.

Detergere 28, 30. Unius (*triremis*) prælata (*quinqueremis Romana*) impetu lateris alterius remos detersit. Asseribus falcatis detergebat pinnas 38, 5. *i. e. defringebat.*

Deterior 7, 12. Quem (*hostem*) tempus deteriorem indies et locus alienus faceret. optimum quemque — inhonoratos et deterioribus obnoxios silere 39, 27. Plebs ubique omnis ferme, ut solet, deterioribus erat ob regem Macedonasque inclinata 42, 30.

Determinare 1, 18. Deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinavit.

Deterrere 22, 42. Quæ ad deterrendos a cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt. Deterritis tribunis 10, 9. *Absol. Intell. ut intercessione absisterent.*

Deterrimi mortalium 4, 3.

Detestabilis 23, 3. Ut supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset.

Detestari 10, 41. Feriale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum. In caput eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent 39, 10. Quam (*orbitatem*) alii detestantur parentes 40, 56.

Detestatio 10, 38. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis. Vid. *exsecratio.*

Detinere 27, 12. Ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem. *i. e. moraretur et impediret, quo minus alio bellum transferre posset.* Uni concionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs 4, 55.

Detorquere 42, 42. Qui calumniando omnia detorquendoque suspecta et invisa efficeret etc.

Detractator. Vid. *detrectator.*

Detrahere 22, 18. Irritat etiam de industria ducem, si forte ascensum tot indignitatibus cladibusque sociorum detrahere ad æquum certamen possit. *i. e. ad prœlium in planicie locorum ineundum cogere.* Hannibalem ex Italia detractarum 29, 20. *paullo post*: ad Hannibalem detrahendum ex Italia. *al.* retrahendum. *it.* 30, 20. Hæc accusans querensque (*Hannibal,*) ex diutina possessione Italiæ est detractus. Regum majestatem facilius ab summo fastigio ad medium detrahi etc. 37, 45. Frenos ut detrahant equis, imperat 4, 33. Nihil vulgatæ opinioni, degressi inde, detraxerunt 40, 22.

Detrectare 38, 49. Nec quidquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. *i. e. deterere, de quo ita detrahere. Vide B. Petrum ad Cic. Phil.* 10, 3. Eumenes summæ rei discrimen haud dubie detrectante 37, 18. Sciscitandumque, num consules detrectarent 3, 38. *Scil. imperium, s. venire in senatum.*

Detrectatio 44, 37. Quum sine detrectatione paratus pugnare eo die fuisset.

Detrectator 34, 15. Cato ipse, haud sane detrectator laudum suarum etc. (*Detractator Drakenb.*)

Detrudere 2, 10. Jam impetu conabantur detrudere virum.

Detruncata corpora brachiis abscisis 31, 34. Arboribus — dejectis detruncatisque 21, 37.

Deturbare 10, 41. Deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. Alia multitudo peditum equitumque, deturbatis hostibus, montes sine duce cepere 41, 18. Deturbant nitentes per ardua hostes 25, 13. *cf.* 5, 47. Umbone ictum deturbat 5, 47.

Devastare 22, 9. Marsos inde Marrucinosque et Pelignos devastat.

Devehere 5, 54. Quo ex mediterraneis locis fruges devehantur. *cf.* 4, 52. *it.* 43, 6. *et* 45, 29. Sed, si nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras 21, 10. Mandatum, ut — id (*frumentum*) ad mare comportandum devehendumque in Græciam curaret 36, 2. Sauciis — in oppidum — devectis 40, 32. Eosdem decem lembos, quos ante miserat, Antenor devehere Thessalonicam jussit 44, 28.

Devenire 9, 31. Se nullam suam gloriam inde — quærentem in eum locum devenisse. *i. e. in locum undique montibus clausum.*

Deversari 44, 9. Ubi deversari portantes commeatus possent.

Deversorium 21, 63. Magis pro majestate videlicet imperii Arimini, quam Romæ, magistratum initurum, et in deversorio hospitali, quam apud penates suos prætextam sumturum. Servum Turni auro corrupit, ut in deversorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret 1, 51. Ex sordido deversorio — in hoc squalore venimus in atrium Romanum Rhodii 45, 22.

DEVERTERE 44, 43. Simul in silvam ventum est, ubi plures diversæ semitæ erant — cum perpaucis maxime fidis via devertit. *Drakenborchius dedit* divertit. *male. Vid. Clav. Cicer. in h. v. it. Duker. ad* 45, 10.

DEVERTICULUM 9, 17. Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere, et legentibus velut deverticula amœna, et requiem animo meo quærerem. Quum gladii abditi ex omnibus locis deverticuli protraherentur 1, 57.

DEVEXUS. Vid. *brachium*.

DEVINCERE 1, 28. Mettus Tullo devictos hostes gratulatur. *cf.* 8, 31. Consul alter Fabius prœliis primum parvis, postremo una insigni pugna — — Hernicos devincit 7, 11. Quem (*Darium*) — nihil aliud, quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit 9, 17. *cf. cap.* 40. Devictum et captum ingentis nominis regem 30, 17.

DEVINCIRE 40, 29. Arcæ — inventæ sunt, operculis plumbo devinctis.

DEVIUS 4, 19. Pars (*copiarum*) devio saltu circumducta ab tergo aggrederetur. *cf.* 35, 30. *it.* 44, 36. Nos hic pecorum modo per æstivos saltus deviasque calles exercitum ducimus 22, 14.

DEVOCARE 4, 39. Ab tumulo suos devocat, et in castra Romana penetrat. *cf.* 33, 18. Identidem Capitolium spectans Jovem deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum 6, 20.

DEVOLARE 2, 29. Devolant de tribunali.

DEVOLVERE 1, 47. Devolvere retro ad stirpem fratri similior, quam patri. Velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur 28, 6.

DEVOVERE 8, 9. Agedum — præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. *cf.* 9, 4. Pro republica Quiritium — legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo *ibid.* Utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset, ejus populi partisque victoriam fore 8, 6. Devotis corporibus in hostem ruentes 9, 17. Ancipiti Deûm iræ devotus 10, 39.

DEURERE 10, 4. Tecta semiruta vici — deusti. *cf.* 39, 2. Hiems arbores deusserat 40, 45. Frumentaque deusta 40, 41.

DEUS Jupiter 31, 10. Si deos esse censes 9, 10. Vid. *Esse*. Mortale corpus Dei (*Herculis*) 36, 30. Per quidquid Deorum est 23, 9. Quidquid Deorum oculis, quidquid animo occurrit, precantur, ut etc. 2, 49. Dii patrii — publici penates 3, 17. *Quamquam Drakenborchius legit* dii vestri. Deos, inquit, immortales, milites, vestros publicos, meosque, ab urbe proficiscens ita adorari etc. 7, 40. Dii hospitales 39, 51. *it.* sociales 3, 18. *h. e. initæ societatis testes ac vindices dii.* Diique et homines Romani 5, 51. Dii publici privatique 5, 52. Dii cœlestes — terrestres — inferni 1, 32. Nequidquam deos fidemque invocantes 9, 12. Contemtus deorum hominumque 9, 34. Dii hominesque *dicuntur pro omnibus omnino, etiamsi res non magnopere ad deos pertineat. Hac ratione Dukerus* 3, 17. *Explicat, ubi* dii hominesque armati opem ferre *dicuntur. Gronovius autem emendatione medetur huic loco, quem parum sanum putabat. Ipse Cicero Epp Div.* 1, 9. diis hominibusque approbantibus *dixit pro nemine dissentiente, reprehendente. Vid. Manut. ad h. l. Idem Livius noster* 40, 12. *ita exprimit:* pene omnium deorum hominumque consensum collegit. Vid. *Visere*. Nullus locus in ea (*urbe*) non religionum deorumque est plenus 5, 52.

DEXTER 27, 48. Dextra acies *pro dextro cornu.* Media acies *paullo ante memoratur.* Dextra ala 31, 21. *Dicitur in comparatione cum absente alia, quæ* sinistra *intelligenda est. cf. cap.* 11. Rem per se popularem ita dexter egit 8, 36. *Adverbialiter dictum, ut alia adjectiva. Vid. Drakenborch. ad* 22, 12. Dextras fidemque dedere, mitte vere ac finire odium 40, 46. Vid. *Fides*. [*Fides κατ' ἐξοχὴν de dextris junctis. Sic et Græci. Homerus Il.* II. 341. *Et alibi : δεξιαὶ, ᾗς ἐπέπιθμεν. Euripides Med.* 21. sq. : *ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς Πίστιν μεγίστην. ad q. l. Vid. Porsonus.*] Vid. *Nudus*.

DEXTERITAS 28, 18. Tanta Scipioni ad omnia naturalis ingenii dexteritas.

DEXTRE 1, 34. Liberaliter dextreque obeunda officia.

DEXTRORSUS 6, 31. Sp. Furius, M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius læva ad montes Ecetram pergunt.

DICARE 1, 20. Ad ea elicienda ex mentibus divinis Jovi Elicio aram dicavit. Tibique aram hic dicatum iri 1, 7. Sedemque ei se Divæ dare, dicare Capitolium, templum Jovis O. M. 22, 37. Id enim illi loco dicandum vates canebant 7, 6. (*de Curtii devotione.*) Vid. *Condere*.

DICERE 1, 1. Cui Ascanium parentes dixere nomen. Ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum 42, 28. Locum se consciis dixisse 25, 16. *i. e. edixisse, indicasse.* Majora jam hinc bella — — dicentur 7, 29. *i. q. describentur.* Fulvius consul unus creatur — isque — Manlium — collegam dixit 37, 47. *i. e. renunciavit in comitiis a se habitis, ut recte explicat Gruchius, cf.* 7, 24. Iterum prærogativa suffragium init, creatique in ea consules Fabius—Marcellus. Eosdem consules ceteræ centuriæ sine variatione ulla dixerunt 24, 9. *cf.* 27, 6. Quum primo vocatæ Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriæ 10, 15. Marcellum et Vale-

rium absentes consules dixerant 26, 22. Nihil se mutare sententiæ, eosdemque consules dicturos esse *ibid.* Velle se cum majoribus natu colloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere *ibid. Conferantur denique, quæ cap. eod. init. leguntur.* Fulvius, Romam comitiorum caussa arcessitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, prærogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium etc. Jussusque dictatorem dicere rei gerendæ caussa — dixit Papirium, a quo Fabius — magister equitum est dictus 8, 29. Magistro equitum dicto 6, 39. *cf.* 7, 26. Flavium dixerat ædilem forensis factio 9, 46. Quas leges pacis placeret dici 33, 12. Si quam noxam suam reus dicere posset 3, 58. *i. e. si, quamvis reus, culpæ se arguere posset.* Orationem dicitur habuisse — quum se non rem novam petere: quippe etc. 1, 35. pro *petere diceret. cf.* 1, 47. *extr. it.* 48. *init.* Perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta, dimisit 9, 16. *cf.* 42, 9. *it.* 43, 16. Consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent 41, 10. Si prætori dicto audiens non esset 29, 20. Quibus *(ducibus)* sacramento liberi vestri *(milites)* dicant 24, 8. Exauctorati, qui sacramento dixerant 41, 5. Dictu, quam re, facilius sit etc. 40, 35. Vid. *Dictum.*

Dictator, 6, 6. Qui se dictatorem jam quartum creasset. *Cel. Strothius ad h. l. aut legendum* imperatorem *aut certe intelligendum putat. Ac profecto, si* dictator *proprie intelligatur, parum constare sibi Livius videtur, qui sub finem ejusdem capitis dixerit* Furium sibi *pro dictatore,* seque *(Valerium)* ei *pro magistro equitum* futurum; *id quod, sane speciose, Vir doctissimus pro confirmanda sua vel emendatione vel explicatione dixit. Addi et illud poterat, quod ipse Camillus sibi repugnare videatur, qui, quum dictatorem se creatum l. l. dixisset, cap. sequ. hæc pronunciaverit;* an me, quod *non dictator* vobis, sed *tribunus* signum dedi, non agnoscitis ducem? *Sed salva res est. Livius cum Camillo suo sibi constat; nec est nobis ad emendandi negotium confugiendum. Nimirum paullo ante locum superius exscriptum hæc leguntur:* Senatus diis agere gratias, quod Camillus in magistratu esset: *dictatorem* quippe *dicendum eum fuisse,* si privatus esset. *Non igitur* dictus est, *sed, uti cap.* 7. *Diserte Camillus fatetur,* tribunus *mansit. Pronum itaque fuerit, illud* creasset *accipere pro* creandum censuisset, creare voluisset. *Ita, non adversante usu loquendi, omnia sibi constare mihi quidem videantur. Et illius usus loquendi exemplum luculentum statim subsequitur cap.* 8. *Ult. Ubi* victoriam exspectaret *nemo aliter interpretabitur, quam* exspectare consentaneum esset, exspectandam censeret *e. i. g. a.* [*Non persuadet Ernestius.* Creasset *non potest esse i. q.* creare voluisset. *Melius Strothius:* — Alias *(nisi legas* imperatorem) vocabulum *dictatorem* non sensu proprio sumendum, sed ita, ut denotet eum, qui dictatoris pæne potestate utitur.] Dictator — moderator et magister consulibus appositus 2, 18. Hoc — neque triste dictatoris imperium — injunxisse servitutis 5, 2. *i. q. munus dictatoris.* Neu populus in se potissimum dictatorem et jus dictaturæ exstinguat 8, 34. *Nisi cum Drakenborchio legas* dictatore. Jovis Solisque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant 5, 24. *Scil. quoad currum equis albis junctum.* Donec ab novis consulibus — nominatus dictator C. Pœtelius 9, 29. Dictatorem quæstionibus exercendis dici placuit 9, 26. Dictator Karthaginiensis 23, 13. In municipiis 3, 18. Dictatorem facere 2, 21. Creare 2, 18. 6, 6. *it. cap.* 11. Legere 2, 18.

Dictatorius 7, 4. Summo loco natus dictatorius juvenis. *i. e. filius dictatoris.* Dictatoria majestas 8, 30. *cf.* 4, 14. *it.* invidia 22, 26. Dictatorium fulmen in se intentatum 6, 39.

Dictatura popularis, et orationibus in Patres criminosis, fuit 8, 12. *i. q. dictator.*

Dictio 8, 24. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam etc. (*sortes Jovis Dodonæi.*) *Sic etiam* dicere *et* dictum *de oraculis proprie dicuntur.* Vid. *Intt. ad h. l. conf. Virgil. Æn.* 7, 373. [*Græcorum* λόγιον.] Patri — remissa caussæ dictio est 7, 5.

Dictitare 3, 20. Quod sæpius Quinctius dictitabat. *cf.* 9, 18. *Admodum delectari Livium frequentativis sine vi, vel hic locus, additumque* sæpius *docet.* Vid. *Drakenborch. ad* 8, 31. Sollicitant plebis animos, hoc illud esse dictitantes etc. 5, 2.

Dictum 7, 33. Hæc dicta dederat, quum equites consulis jussu discurrunt in cornua. *cf.* 8, 61. Dicto paruit consul 9, 41. Contra dictum suum 22, 25. *i. e. edictum. cf.* 8, 34. Nec bene nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos 23, 46, *i. e. exhortationes — probra.* Vid. *dicere.*

Diducere 6, 15. Quin eam (*turbam*) diducitis a me singulis vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros etc. *Nisi legendum cum aliis* deducitis *aut* seducitis, *quod utique* separare *significat.* Ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit 31, 21. Vid. *Intt. ad* 5, 38. Diduxerunt exercitus 26, 41. *Paullo ante*: tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere.

Dies certandæ mulctæ 25, 3. *i. e. terminus, quem nos dicimus.* Exiit induciarum dies 4, 30. *cf. cap.* 58. *init. it.* 42, 47. pro *tempore.* Vid. 9, 34. Quum quidam pacis petitæ, alii induciarum (necdum enim dies exierat) fidem opponerent 30, 24,

Paullo ante: per induciarum tempus. Ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum 22, 38. Initio igitur magistratus primum honoris diem — fecere 3, 36. Adparebatque (*a tribubus*) accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus 10, 9. Constantiores nos tempus diesque facit 22, 39. Multa diem tempusque adferre posse, quibus non amissa modo recuperare, sed timendus ultro iis esse, quos nunc timeret, posset 42, 50. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 425. Brevisque dies ad conveniendum edicta 41, 10. Quam insigni celebrique dedicata est die 5, 52. Regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem 39, 59. Pro *dierum itineribus*. *Sic Cicero Epp. Att.* 5, 16. Castra, quæ aberant bidui. Quotidie bis in die fœderis icti cum Romanis perlegendi 44, 16. *Drakenborchius deleto* quotidie *legit* bis in diem. *Eum vide ad* 5, 14. *It. Oudendorp. ad Sueton. Octav. cap.* 31. Post diem tertium ejus diei 27, 35. Vicit sententia, quæ diem non proferebat 41, 1. Quum is diem de die differret 25, 25. Diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret 5, 48. In diem rapto vivit 22, 39. Mutabiles in diem caussæ 31, 29. Dies pecuniæ 34, 6. *i. e. dies solutionis ex ærario facienda*. Die aliquot horis superante 29, 7. Hora diei jam ad meridiem vergebat 44, 36. Quia serum erat diei 7, 8. Diemque præstituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet 45, 11. Supplicationem unum diem habere (*jussi*) 28, 11. Jamque aderat judicio dies 3, 37. Quem diem patrando facinori statuerat 35, 35. Diem finiri placuit 35, 7. Hic dies et Romanis refecit animos et Persea perculit 42, 67. *i. e. acta hujus diei. cf.* 9, 39. *it.* 28, 28. Vid. *Drakenborch.* Quorum nec virtutis nec fortunæ ullo die populum Rom. pœnituit 9, 18. Ubi id temporis visum, quo de die epulatis jam vini satias principiumque somni esset 25, 23. *cf.* 23. 8. [*Scriptor de Bello Hispaniensi cap.* 33. *pag.* 975. *ed. Oudendorp.*: Ipse de tempore cœnavit. *Longe frequentius hoc sensu* de die, *quod Latini videntur a Græcis sumsisse. Sic enim illi* ἀφ' ἡμέρας *dicunt*. Vid. *Vales. ad Diod. Sic. Excerpta p.* 577. *ed. Wessel.*] Insignemque (*diem*) rei nulli publice privatimque agendæ fecerunt 6, 1. (*Alliensem*). Diem festum per triduum agi 25, 23. *i. e. Dukero explicante, sollemnia plurium dierum*. Quum Patres clandestina denunciatione revocati ad diem certam essent 4, 36. Certus dies *non dicitur*. Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Diem ad proficiscendum nuncius habuit, nocte rediit 10, 39. Diem ac noctem ire 27, 45. Quibus dies noctesque fugientibus per hos dies institistis 27, 13. Supplicatio pro concione populi indicta est, ex ante diem quintum Idus Octobres cum eo *die* in quinque *dies* 45, 2. Vid. *extrahere, serus, tempus*.

Differre 34, 49. Qui male commissam libertatem populo Rom. sermonibus distulerint. *i. e. vulgaverint*. Vid. *Tacit. Ann.* 1, 4. Passim eos simul pavor terrorque distulerant 6, 42. Vid. *Gronov. ad* 4, 33. Differri non posse adeo concitatos animos, 7, 14. Dilatus per frustrationem 25, 25. Et ii repulsi, in spem impetrandi tandem aliquando honoris dilati 39, 32. *i. e. rejecti s. aliam petitionem jussi exspectare. Sic et* 41, 8. Legatique ad novos magistratus dilati erant. *cf.* 26, 33. *it.* 31. Quum dilatum tempus injuriæ esset 3, 46. Differentque (*absol.*) et tempore suo se indicaturum dicente 6, 14. Utrum præsens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur 9, 9. Nec ultra ad arma ire dilaturum 42, 2.

Difficilis 10, 34. Relicta, quæ migratu difficilis essent. Colloquentibus difficiles 3, 36. Hæsere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu 27, 14. Difficile ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnaverint etc. 3, 5. Adeo moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est 3, 65.

Difficulter 42, 54. Haud difficulter. *pr. lubenter, alacriter*.

Diffidere 24, 8. Cur Valerio non diffideretur.

Diffindere 9, 38. Triste omen diem diffidit. *Alias* diremit. *Sunt etiam qui* diffudit *legant*.

Diffugere 21, 28. Trepidique in vicos passim suos diffugiunt.

Diffundere 5, 54. Ventoque — diffusa flamma magnam partem urbis absumat.

Dignatio, 2, 16. Appius inter Patres lectus haud ita multo post in principum dignationem pervenit. *i. e. par illis dignitate factus est*. Vid. *Drakenb. ad h. l.* Eos nos jam populi Rom. beneficio esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus 10, 7. *Sic fere Tacitus Mor. Germ.* 13. Magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant.

Dignitas 6, 41. De indignitate satis dictum est, (etenim dignitas ad homines pertinet); quid de religionibus atque auspiciis, quæ propria deorum immortalium contemtio atque injuria est, loquar? An dignitatibus suis virorumve 1, 13. *De mulieribus Sabinis*. Ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat 1, 44. (*habitavit*.) Vid. *dignus*.

Dignus 23, 42. Si modo, quos ut socios haberes, dignos duxisti. Digni indignique *pro* omnibus *dicuntur* 24, 16. Vid. *Intt. ad h. l.* Digna res visa, ut simulacrum celebrati ejus diei — pingi juberet 24, 16. Ut ex eo donum aureum, dignum ampli-

tudine templi ac numine dei ex dignitate populi Rom. fieret 5, 23. Dignam agro (*Campano*) urbem etc. 7, 38. Impetrataque pax, magis ut fessa tam diutino bello acquiesceret civitas, quam quod digni peterent 5, 23. Quibus si videretur digna causa, et Hannibali denunciarent etc. 21, 6. Vid. *Gronov. Obs.* 3, 8. Eam rem minus ægre, quam dignum erat, tulisse Romulum ferunt 1, 14. *i. q. æquum. Sic et* verum *pro* æquo *dicitur*. Vid. *infra in h. v.* Auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est 8, 26. Si quid ante admisissem piaculo dignum 40, 13. Celerius, quam dignum concordia fraterna erat, credidit 42, 16.

DIGREDI ex colloquio 35, 38. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut læta aut tristia nunciabantur 22, 7. Priusquam inde digrederentur (*exercitus*) 1, 26. Priusquam digrederentur a Corcyra 42, 37. Ita digreditur Demetrius, cum infestioribus, quam si solus esset, præsidiis 40, 21. Et legati a Philippi colloquio ita digressi sunt, ut præ se ferrent etc. 39, 35.

DIJUNGERE 42, 46. Quod veterem amicitiam dijungeret sibi ab Romanis. Vide *B. Patruum ad Plin. Paneg. cap.* 93.

DILABI ab signis 23, 18. A stationibus 24, 46. *cf.* 6, 17. Dilapsi ab ordinibus hostes 37, 20. Turba ex eo loco dilabebatur, 6, 17. Dilapsa esse robora corporum animorumque 23, 45. Dilapsis ad prædam militibus 4, 55. Dilaberentur in oppida, situ urbium mœnibusque se defensuri 8, 29. *cf.* 9, 45. Nocte in sua quemque dilabi tecta 21, 32. Extemplo in vicos castellaque sua omnes dilapsi 40, 33. Istri — passim in civitates dilapsi sunt 41, 5. Qui superfuere prœlio, in oppida sua dilapsi sunt 41, 26. Alii alià in civitates suas dilapsi sunt 44, 43. Ædes Jovis dilapsa 4, 20. Qua dilabente (*nebula*) 41, 2. *it.* 21, 36. *de nive*.

DILATIO belli 9, 43. *it. cap.* 45. Propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam sexcenti equites imperati 9, 5. Nec recipiente dilationem re 7, 14. Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet 5, 5. *In eod. cap. est:* per intermissiones has intervallaque. *Et paullo post:* si laxamentum dederis. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem et ad vires bello contrahendas 40, 57. De obsidibus accipiendis sine dilatione agebat 44, 25.

DILUCESCERE fraus cœpit 8, 27. Dilucere, id quod erat, cœpit 25, 29. *cf.* 3, 16.

DILUERE 4, 14. Crimenque a Minucio delatum ad senatum diluendum. *Nisi legatur* deluendum *i. e. solvendum*. Non postulamus, ut extemplo nobis, ut de absente (*Pleminio*), ut indicta caussa credatis. Veniat, coram ipse audiat, ipse diluat 29, 18. Qui, quæ Popillius objecerat, diluere utcumque conati sunt 45, 10.

DIMETARI locum castris 8, 38.

DIMICARE 6, 41. Dimicantes competitores. Ut pro sua quisque patria dimicent ferro 1, 24. Se, foris pro libertate et imperio dimicantes, domi a civibus captos et oppressos esse 2, 23. Absentem (*patrem*) de liberis dimicare 8, 44. *it.* de vita 24, 26. Ut in singulas horas capite dimices tuo 2, 12. Camillum de repulsa dimicare 6, 40. *i. e. repulsæ periculum adire*. Seditione inter ipsos dimicatum, quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent 39, 34. Sine ulla sede vagi dimicassemus, ut quo victores nos reciperemus 44, 39. *Sane impeditius dicta, nec tamen sine exemplis. Sensus hic est: dicite quæso, quo nos victores recepissemus, si sine ulla sede vagi dimicassemus.* Vid. *acies*.

DIMICATIO 1, 38. Dimicatio universæ rei. *i. e. de universa re.* Nisi hæc quoque pro patria dimicatio esset 3, 51. In casum universæ dimicationis non veniebant 22, 32. Non tulere igitur dimicationem, nec alia re, quam velocitate, tutantes se in castra refugerunt 31, 36. Quum dimicatio (*scil. de honoribus*) proposita sit 10, 24. Bellum — ingenti dimicatione geritur 25, 3.

DIMIDIUM militum, quam quod acceperat 35, 1. *Alii interpretes quam tollunt alii, hoc sublato, quos legi volunt. Eos vide ad h. l. it. ad* 45, 18.

DIMINUERE. Vid. *deminuere. Quod verbum Livio, in locis ibi laudatis, ex auctoritate codicum, ab interpretibus restitutum est.*

DIMITTERE *simpliciter dicitur sine mentione missorum* 29, 37. Per provincias dimiserunt censores, ut — referretur numerus. *Idem observare licet in verbo* mittendi *et* præmittendi. Vid. *Duker. ad h. l.* Ita mille equitibus Magoni — dimissis 21, 54. *i. e. a Magone dimissis*. Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimisit 22, 13. *Scil. quum in omnibus ejus agri partibus prædatum mitteretur.* Vid. *Drakenborchius ad* 4, 52. Ludi dimissi 33, 33. *it.* convivium dimissum 36, 29. Dimissus deinde auxiliorum apparatus, 9, 7. Aut eam (*quæstionem*) sibi esse deserendam, aut provinciam (*Sardiniam*) dimittendam 40, 43. Nec hæc tantum Perseo per avaritiam dimissa res — sed etiam Gentii regis parata societas, et tum Gallorum, effusorum per Illyricum ingens agmen oblatum avaritia dimissum est 44, 26. *Eleganter de occasione et opportunitate, quam quis e manibus elabi sinit, de quo etiam* amittere *dicitur*. Novem tribunorum auxilio vetiti caussam in magistratu dicere, dimissique fuerant 24, 43.

DIMOVERE 9, 29. Quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset. *Secundum ea, quæ Burmannus ad Quinctilian. I. O.* 7, 3. *de discrimine verborum* demovere *et* dimovere *disputavit, rectius h. l.* demovendis *legeretur*. Multitudo ip-

sa se sua sponte dimovit 3, 48. Nec tamen is terror — fide socios dimovit 22, 13.

DIRECTO (*adverb.*) 1, 11. Sunt, qui eam — directo arma petisse dicant. *i. e. disertis verbis; quum quidem acceptis in arcem Sabinis mercedem proditionis reposceret. Oppos.* per ambages, circuitione. *Cic. Div.* 2, 61. Vid. *in v. sq.* [*it. Clav. Ciceron.*]

DIRECTUS 21, 19. Directa percunctatio ac denunciatio belli. In conspectu hostium acie directa 21, 47. *i. e. explicata, ordinata.*

DIREPTIO 44, 1. Direptiones sociarum urbium contra fœdus.

DIRIGERE 41, 23. Donec ad certum dirigatur, vanusne hic timor noster, an verus fuerit. *Nisi cum Creverio legendum* redigatur. Dirigere in pugnam naves 22, 19. *it.* equum 2, 6. *it.* in frontem 37, 23. Tullus adversus Veientem hostem dirigit suos 1, 27. Concitat calcaribus equum atque in ipsum infestus consulem dirigit 2, 6.

DIRIMERE infestas acies, dirimere iras 1, 13. *De mulieribus Sabinis.* Dirimere pugnam 27, 13. Urbs Vulturno amne diremta 22, 15. Postquam in conspectu steterunt, dirimente amne etc. 42, 39. Quod vir talis etiam præcipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremtæ pacis 9, 8. *it. de prœlio* 37, 32. *De victoria* 7, 33. Duello magno regibus dirimendo 40, 52. Decemviros connubium diremisse, ne, incerta prole, auspicia turbarentur 4, 6. Si parum publicis fœderibus ruptis diremta simul et privata jura esse putet 25, 18. Publilius — loco opportune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui 8, 23. *i. e. eripuerat iis facultatem sibi invicem laborantibus succurrendi.* Qui se vidisse aut audisse quid dicat, quod auspicium dirimeret. *Ibid. i. e. irritum redderet. Sane rarius dictum.* Comitia tempestas diremit 40, 59.

DIRIPERE 37, 21. Et, quibus ante abstinuerant templis signisque — quum hostiliter diripuissent etc. *Sic et* 2, 14. Ea deinde, ne populo immisso diriperentur hostiliter, venisse. *Videri possit pleonastice dictum. cf. cap.* 17. *ubi est:* hostiliter depopulari. *Similiter* 26, 13. *Livius dixit:* inimice erumpere. *Enimvero* diripere *leniorem etiam significatum habet. Eleganter v. c. denotat* cupide emere. Vid. *Intt. ad Sueton. Jul.* 17. *et Octav.* 98. Diripi tecta 5, 41. Pergunt ad castra diripienda 37, 43.

DIRUERE 42, 15. Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. *Forte cum Dukero legendum* derupta, *quem vide.*

DIRUS 40, 56. Cum diris exsecrationibus alterius (*Persei.*)

DISCEDERE de colloquio 32, 13. Discedere ab armis 9, 14. Ab signis 25, 20. Cum Volscis æquo Marte discessum est 2, 40. Initium erat rixæ, quum discedere populum jussissent tribuni, quod patres se submoveri haud sinebant 3, 11. *Int. tributim discedere.* Ubi hæ sollicitudines discessere 4, 52. Discessisse se a Perseo — quum sub ditione Persei et ante Philippi fuissent 43, 6. *i. q. descivisse, defecisse. it.* ab sua parte belli discedere 37, 26.

DISCEPTARE 5, 4. Quam orationem non apud vos solum, sed etiam in castris, si habeatur, ipso exercitu disceptante, æquam arbitror videri posse. Ubi apud consulem inter Achæos Lacedæmoniosque disceptatum est 38, 35. *i. e. litigatum. cf.* 26, 33. *Alii legunt* ad consulem: *quæ et ipsa forma Liviana est.* Vid. *Drakenb. ad* 7, 7. Sella eburnea posita jus dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum 41, 20.

DISCEPTATIO 38, 32. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. Quæ præsentis disceptationis essent 37, 56. *i. e. quæ facile et celeriter judicari et componi possent, in ipso loco, in re præsenti, atque adeo tantum in loco.* Disceptationem ab rege (*Perseo*) ad Romanos revocabant 41, 22.

DISCEPTATOR 8, 23. Nostra certamina — non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus — et arma et communis Mars belli decernet. Disceptatorem ait se sumtum inter patrem et filium 1, 50. Ubi (*in senatu*) aliquos ego disceptatores, non tam æquos, quam te — habebam 42, 42.

DISCERE 10, 25. Donec vel ipse (*Fabius*) — Romam venisset, vel aliquem ex legatis misisset, a quo disceret senatus, quantum in Etruria belli esset. Ubi — quotidianâ miseriâ disceret etc. 7, 4.

DISCERNERE 23, 33. Quo propior Italiæ (*Philippus*) ac mari tantum Ionio discretus. Nec, qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat 7, 9. *Sed Gronovius et Drakenborchius legi volunt* decerni. Discerne et dispice insidiatorem et petitum insidiis 40, 10.

DISCERPERE 45, 38. Eum non iisdem manibus discerpitis, quibus Macedonas vicistis?

DISCIDIUM 25, 18. Manente memoria, etiam in discidio publicorum fœderum, privati juris. Vid. *Intt. ad h. l. inprimis Gronov. Nempe omnia huc redeunt, ut in* dissidio *sejunctionem, distractionem, in* dissidio *dissensionem agnoscamus.* [Vid. *Ruhnken. ad Muret. Orat. p.* 33.]

DISCIPLINA sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit 40, 29. Tetrica ac tristis disciplina veterum Sabinorum 1, 18. Juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent, disciplinæque, in qua edoctus esset 24, 4. *scil. disciplina ad mores et instituta, non ad doctrinam, pertinet;*

nec obest huic explicationi edoctus; *nam* doceri *etiam dicuntur* equo *et* armis. Vid. *docere*.

DISCORDIA 40, 8. Neque vos illorum scelus, similisque sceleri eventus, deterrere a vecordi discordia potuit. *conf.* 4, 26. Adeo duas ex una civitate discordia fecerat 2, 24.

DISCORS 4, 26. Ad alia discordes in uno adversus putrum voluntatem consensisse. *conf.* 9, 3. Civitas secum ipsa discors 2, 23.

DISCREPARE 8, 40. Nec discrepat, quin dictator eo anno Cornelius fuerit. *conf.* 25, 28. Id quod haud discrepat 9, 46. (*non in dubium vocatur.*) Discrepat inter auctores 22, 61. *it.* inter scriptores 38, 56. Non parvo numero inter auctores discrepat, 29, 25. Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet 3, 31. Vid. *convenire*. Tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere 26. 41.

DISCREPATIO 10, 18. Piget tamen incertum ponere, quum ea ipsa inter consules populi Romani, jam iterum eodem honore fungentes, discrepatio fuerit.

DISCRIMEN *Præf.* Haud in magno equidem ponam discrimine. Dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant, 5, 55. Discrimine recte an perperam facti confuso, 1, 33. Omisso discrimine, vera an falsa jaceret, 6, 14. Salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum 5, 40. Sine discrimine, Pœnus an Hispanus esset 28, 3. Mediocre discrimen opinionis 5, 6. Servius conditor omnis in civitate discriminis ordinumque 1, 42. Quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent, 8, 35. Omnium igitur simul rerum — discrimine proposito 6, 35. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum vos, an Karthaginienses, principes terrarum videat 29, 17. Utrum respublica in discrimen committenda fuerit 8, 32. *conf.* 10, 27. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 70. In discrimen magnæ rei pugnare 26, 39. Adesse discrimen ultimum belli animadvertit 44, 23. Necdum discrimen fortuna fecerat 10, 28. Consilia magni discriminis 31, 32. Demissa jam in discrimen dignitas 3, 35. Quod defensores suos — — in ipso discrimine periculi destituat 6, 17. Quid in tanto discrimine periculi cunctaretur 8, 24. Vid. *detrectare*.

DISCRIMINARE 21, 4. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

DISCURRERE 25, 9. Equitibus præcepit, ut discurrerent circa vias perlustrarentque omnia oculis, ne etc. Ad rapiendas virgines (*juventus Romana*) discurrit 1, 9. Circa deûm delubra discurrunt 26, 9. Discurrere ad arma: ac velut accensi rabie discurrunt ad portas, et in hostem — incurrunt 25, 37. Ad suffragium ferendum in tribus discursum est 25, 2.

DISCURSUS 25, 25. Stationes præsidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in castra fieri posset. *Int. prædæ caussa facto.*

DISCUTERE 21, 12. Tribus arietibus aliquantulum muri discussit. *Drakenborchio placet* decussit, *ut alibi Livius, v. c.* 32, 17. Columna tota ad imum fulmine discussa 42, 20. Discussa ea quoque (*disceptatio*) est constantiâ consulis 38, 13. Quæ novo facinore discussa res veteres etiam iras excitavit 41, 25. Nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentantes esset 42, 12. Periculum audacia discussit 2, 52. Ut eam rem quocumque discuteret modo 39, 10. Discusso Bœotico consilio (*s. consilio*) 42, 44. Tentatum — ut rogationem ferret — per intercessionem collegarum discussum est 4, 49. Unum — momento temporis discussurum illos cœtus fuisse 2, 28. Sole orto est discussa (*caligo, nebula*) 29, 27. Vid. *concordia*.

DISERTE, 42, 23. Quo (*fœderis capite*) diserte vetentur cum sociis populi Romani bella gerere.

DISJICERE 25, 14. Hæc consilia ducis — clamor militum aspernantium tam segne imperium, disjecit. *Conf.* 3, 35. Ventus — nebula disjecta, aperuit omnia Africæ littora 29, 27. Disjecta tempestate statua 38, 56. *Forte* dejecta *scil. de basi. Ciceroni quidem dicitur* statua turbine dejecta. *Nisi vero membra statuæ diffracta dispersaque intelliguntur. Sic enim* classis tempestate disjecta *dicitur* 21, 49. Africus — passim naves disjecit 30, 24. Multo et sævior et infestoribus locis tempestas adorta, disjecit classem 30, 39. In vasta urbe (*Crotone*) lateque omnibus disjectis mœnibus raras et stationes custodiasque senatorum esse 24, 2. *i. e. in varias partes huc illuc procurrentia mœnia. Quamquam ipse Livius explicat* 24, 33. Non diffidebant vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros; *unde et patet, mœnia esse ipsas ædes, non muros.* Vid. *disponere*.

DISJUNGERE 42, 46. Quod veterem amicitiam — disjungeret sibi ab Romanis.

DISPAR 1, 46. Ipsæ longe dispares moribus. Primo statim conspectu, omnia quam disparia essent, ostendit 24, 5. Haud dispar habitus animorum Karthaginiensibus erat 30, 28.

DISPELLERE 4, 33. Equitem passim liberi frenis dispulissent equi. *Vid. Gronov. ad h. l.*

DISPENSARE 27, 50. Dispensari lætitia inter impotentes ejus animos non potuit. Quem (*annum*) — intercalaribus mensibus interponendis ita dispensavit, ut etc. 1, 19.

DISPENSATIO 4, 12. Revolutus ad dis-

penuriationem inopiæ (*de angustiis rei frumentariæ*) *Conf.* 10, 11.

DISPERTITUS 22, 7. Tot in curas dispertiti eorum animi erant. Inde exercitum per oppida dispertit 29, 1.

DISPERSUS 2, 28. Dispersam et dissipatam esse rempublicam. Ala equitum dispersa toto campo 29, 32.

DISPICERE 40, 10. Sed, ne sint cæcæ, pater exsecrationes tuæ, discerne et dispice insidiatorem et petitum insidiis. Quorum nihil quum dispexisset cæcata mens 44, 6. *Verbum proprium de cæcis. Vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

DISPOLIARE 45, 36. Paullum tanti belli victorem dispoliari triumpho.

DISPONERE 42, 46. Quæ audisset quæque dixisset, ita disposita, ut superior fuisse in disceptatione videri posset. Dum captivos obsidesque et prædam ex consilio ejus disponeret 26, 51. Gracchus per dispositos equos die tertio Pellam pervenit 37, 7. Si, dispositis clientibus — — disjicere rem possent 6, 35. Consilia in omnem fortunam ita disposita habebat 42, 29.

DISQUISITIO 8, 23. Quia, vitione creatus esset, in disquisitionem venit. *Conf.* 26, 21.

DISSERENARE 39, 46. Quum undique disserenasset. *Opponitur* tempestati.

DISSERERE 41, 6. Ad disserendas res, quas gessissent. *cf.* 5, 4. Quum de rebus ab se gestis disseruisset 36, 39. Canuleius pro legibus suis et adversus consules ita disseruit 4, 3. Vid. *edisserere.*

DISSIDIUM. Vid. *discidium.*

DISSIMILIS 5, 5. Hæc sunt, tribuni, consilia vestra, non, hercule, dissimilia, ac si quis ægro etc.

DISSIMILITER 27, 48. Velut incerti (*elephanti*), quorum essent: haud dissimiliter navibus sine gubernatione vagis.

DISSIPARE 2, 1. Dissipantur discordia res nondum adultæ. In mille curias concionesque — dispersam et dissipatam esse rempublicam 2, 28. Collectis ex dissipato cursu militibus 2, 59. Dissipata passim fuga 38, 20. *cf.* 38, 27. In fugam dissipati sunt 6, 39. In medio secunda legio immissa dissipavit phalangem 44, 41. Incompositi longo agmine effusi, infrequentes, quum nocturnus terror dissiparet, ad urbem pervenerunt 43, 10.

DISSOLVERE 5, 6. Adeo quidquid tribunus plebi loquitur, etsi prodendæ patriæ dissolvendæque reipublicæ est, adsuestis æqui audire. *i. e. corrumpendæ.*

DISSONUS 30, 34. Dissonæ illis, ut gentium multarum discrepantibus linguis, voces. *Oppos.* Congruens clamor a Romanis. Per tot gentes, dissonas sermone moribusque 1, 18. Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat 8, 8.

DISTARE 33, 1. Sequi se, mille passuum intervallo distantes. Vid. *Cort. ad Sallust. Jugurth.* 23, 2. Distantes inter se modicum spatium 8, 8. Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierem ab universa Græcia: quam procul ab domo? Quot terras, quot maria distans? 5, 4.

DISTENDERE 3, 28. Ut distenderent hostium copias. Ut distenderent ab apertiore loco hostes 34, 29. Distendit ea res Samnitium animos 9, 12. Consules — velut in duo pariter bella distenderent curas hominum 27, 40. In currus earum distentum illigat Mettium 1, 28.

DISTINCTUS 9, 19. Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: facilis partienti, quacumque opus esset, facilis jungenti.

DISTINERE 9, 16. Duæ factiones senatum distinebant. Duæ senatum distinebant sententiæ 5, 20. Quæ (*res*) distinere unanimos videbatur 7, 21. Potuisse ancipiti bello distinere regem 44, 20. Ut distineret regem a circumspectu rerum aliarum 44, 35. Ne quid meam vobiscum pacem distineat 2, 15. *i. q. impediat.* Ad omnia tuenda atque obeunda distineri cœpti sunt 21, 8. *i. e. impediti, quo minus omnia tueri atque obire possent.*

DISTINGUERE 9, 17. Ut — varietatibus distinguendo opere — legentibus velut deverticula amœna — quærerem. Equitum ordines levis armatura interposita distinguebat 42, 58. Non distinguimus voluntatem a facto, omnes plectamur 45, 24.

DISTRACTUS 2, 57. Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahunt, nihil relictum esse virium in medio, distractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu sit, quam, ut incolumis sit, quæri.

DISTRAHERE 1, 28. Ita jam corpus passim distrahendum dabis. Bœotorum quoque se concilium arte distraxisse 42, 47.

DISTRIBUERE 2, 39. Aliaque, in quibus stationes vigiliasque esse placuerat, loca distribuentes. Misagenem Numidasque in hiberna in proximis Thessaliæ urbibus distribuit 42, 67.

DISTRINGERE 35, 18. [Hannibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse, ad distringendos Romanos. Aliis placebat — —] populatione maritimæ oræ distringere copias regias 44, 35.

DITARE 1, 57. Eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus tum ipse ditari — — tum præda delinire popularium animos studebat. Præmiis belli ditare socios 37, 54.

DITIO 33, 19. In ditione Ptolemæi esse dicuntur urbes, *quæ cap.* 20. Civitates sociæ appellantur. *conf.* 21, 60. 22, 20. *Contra* 21, 5. Ea gens *in parte* magis, quam *in ditione* Karthaginiensium erat. Vid. *Æquus.* it. fœdus. Civitates omnes, quæ defecerant, in ditionem redegit 26, 21. Vid. *Intt. ad. h. l.* Omnibusque in ditionem redactis arma ademit 41, 19. In ditionem populi Romani dedimus 7, 31. Vid. *supra in v.* dedere. it. *in v.* deditio. In jus ditionem-

quæ recipere 21, 61. Voluntate concesserunt in ditionem 30, 7. Ea quoque gens in ditionem venit 38, 31. Ligurum Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditionem venit 40, 28. Ut decoris dedecorisque discrimen sub ditione ejus magistratus (*censoris*) esset 4, 8.

DIVA. Vid. *divare*, *divus*.

DIVENDERE prædam 1, 53. Vid. *Intt. ad h. l.*

DIVERBIUM 7, 2. Inde ad manum cantari histrionibus cœptum diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.

DIVERSARI. Vid. *deversari*.

DIVERSUS 42, 7. Ex diversa fuga in unum collecti. Diversi in omnes partes fugerunt *ibid*. Ad castra, ad silvas diversi tendebant 9, 37. Diversis ex Alpibus 30, 31. *i. q. alia atque alia ex parte Alpium.* Diversi Romani et rex Attalus oppugnabant 31, 46. *i. e. ab diversis partibus.* Periculosum esse, sive *juncti* unum premant, sive id *diversi* gerant bellum 10, 25. Auctores in diversum trahunt 25, 11. Hannibalem diversum Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ 26, 5. Diversi consules ad vastandos agros discedunt 10, 33. Tria diversa agmina discessere *ibid. i. e. in contrarias partes.* Diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos, cursum deflexit 10, 27. Diversa statuit signa 9, 21. *i. e. alia adversus urbem, alia in eos, qui liberare illam obsidione volebant.* Quum patres diversi ad sedandos tumultus secessissent 22, 56. Diversa montium 9, 3. Diversa inter se maria 40, 22.

DIVERTERE 38, 15. Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. Ut sibi magistratus — locum publice pararet, ubi diverteretur 42, 1. Vix divertit 44, 43.

DIVES 9, 40. Ditem hostem quamvis pauperis victoris præmium esse. Opulenta ac ditia stipendia 21, 43. Fœcunditatem, quanta vel in diti domo satis esset 42, 34. Templum — nunc vestigiis revulsorum donorum, tum donis dives 45, 28.

DIVIDERE 25, 30. Quo intentius custodiæ serventur, opportuna loca dividenda præfectis esse, ut suæ quisque partis tutandæ reus sit. Exercitum omnem passim in civitates divisit 28, 2. *it.* in hiberna 37, 45. Magna multitudo in custodias divisa 6, 3. Exiguo divisa freto Asia 38, 16. *conf.* 39, 17. Divisis bifariam copiis — ita inter se diviserunt, ut etc. 25, 32. Qui (*amnis*) ferme insulam *dividit* 24, 6. *i. e. in æquales partes.* Divisit — *in* singulos — tricenos æris 40, 59. Et quoniam in dividendo (*pecuniam*) plus offensionum, quam gratiæ erat, 50 talenta iis posita sunt in ripa diripienda 44, 45. Ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique divisisse 1, 47. Romanis in custodiam civitatium divisis 43, 19. Vid. *forma*.

DIVINARE 8, 23. Neque augures divinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Certum habere, majores quoque, si divinassent, — non mitiorem in se plebem — — futuram, primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam etc. 4, 2. Ut nihil boni divinet animus 3, 67. Quod mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio haud fallax 26, 41. Neque se, neque quemquam alium divinare posse, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri essent 40, 36. Divinat etiam, quæ futura fuerant, si Philippus vixisset, 41, 24.

DIVINATIO quædam futuri 26, 14. Tacita divinatio, qualis jam præsagientibus animis imminentis mali esse solet 25, 35.

DIVINITUS 1, 4. Forte quadam an divinitus.

DIVINUS pro *vate* 1, 36. Agedum, divine tu, inaugura etc. Ut ea res divinæ supplicationesque — cum cura fierent 22, 11. Agentibus divina humanaque quæ assolent, quum acie dimicandum est 9, 14. Vid. *supra in v.* deus. Divinæ humanæque spei pleni 10, 40. Vid. *spes*. Divinis humanisque obruti sceleribus 8, 19. *i. e. adversus deos etc. conf.* 29, 18. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur 9, 9. Neque suum, neque publicum divinum pure faciet, qui sese devoverit 8, 10.

DIVISUI 45, 30. Quam divisui facilis (*Macedonia*.) Absentiumque bona juxta atque interemtorum divisui fuere 1, 54. Prædæ ac divisui principum quibusdam et magistratibus erant (*vectigalia*) 33, 46.

DIVITIÆ 1, 34. Divitiis potens. Vid. *potens*. Qui omnia præ divitiis humana spernunt 3, 26.

DIVORTIUM itinerum 44, 2. Ad divortia aquarum 38, 45. Vid. *Intt. ad* 21, 31. *conf. Virgil. Æn.* 9, 379.

DIURNUS cibus 4, 12. *i. e. quotidianus. Sic* acta diurna *dicuntur*.

DIUTINUS 6, 33. Ex diutina pace. *it.* diutina militia 5, 11. *it.* diutinum otium 25, 7. Vid. *Drak. ad* 26, 24. Vid. *inveteratus*.

DIVUS 23, 11. Se — his omnibus divis rem divinam fecisse. *Divi autem pro diis non tam poëtice dicuntur, quam potius ex more formularum antiquiorum. conf.* 8, 10. *Vid.* egredi *ult.* Roma — Diva 43, 6. Divi Novensiles, dii Indigetes, divi, quorum est — diique Manes 8, 9. Divi Divæque — maria terrasque qui colitis, vos precor quæsoque 29, 27.

DOCERE 5, 15. Quod de lacu Albano docuisset *i. e. vaticinatus esset. conf.* 29, 1. Docendum cures (*vicarium militiæ*) equo armisque *ibid.* Ipse Romulus circuibat, docebatque (*sc. Sabinos*) 1, 9.

DOCILE equorum genus 23, 29.

DOCTRINA 10, 40. Juvenis ante doctrinam deos spernentem natus. Auctorem doctrinæ ejus (*Numæ*)— Pythagoram edunt 1, 18.

Documentum *Præf.* Omnia te exempli documenta, in illustri posita monimento, intueri. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedero 1, 28. *conf.* 28, 39. Si hic tibi dies satis documenti dederit 8, 35. *conf.* 24, 8. Documentum — statui oportere 24, 45. Ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esset *ibid.* Documentum fidei 22, 39. Documentum humanorum casuum (*Perseus*) 45, 40. Satis ego documenti in omnes casus sum 30, 30. Turnus sui cuique periculi — recens erat documentum 1, 52. 10, 40. Nisi documentum sit adversus superbiam nobilium plebeiæ libertatis 9, 46. Tirocinium ponere et documentum eloquentiæ dare 45, 37. Aliena calamitate documentum datum illis cavendæ similis injuriæ 3, 50. Haud sane, cur ad majora tibi fidamus, documenti quidquam dedisti 24, 8. Hispanis populis — insigne documentum Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut societati confidat 21, 19. Dejectum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur 7, 6. Se documento futurum, utrum — — an etc. 3, 56. Ut terrarum orbi documento essemus 5, 51. Ad præcavendum simile utili documento sunt 24, 8. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus Romanus, documento Ptolemæum Ægypti regem esse 45, 44.

Dolere 5, 11. Qui accepta clade ad Veios doleant. *al.* cladem. Vid. *Drakenb. ab h. l.* Scipionem, quamquam parum injuriis civitatis suæ doluerit 29, 21.

Dolor 3, 48. Muliebris dolor, quo est mœstior imbecillo animo. Injuriæ dolor — in Tarquinium eos stimulabat 1, 40. Nec satis quidquam justi doloris est, quod nos ad perseverandum stimulet 5, 4.

Dolus 1, 5. Ita undique regi dolus nectitur. Consilio etiam additus dolus 1, 11. Sine dolo malo 1, 24. Fraude ac dolo 1, 53. [*Sic Græci jungunt ἀπάτη et δόλος.* Vid. *Herodot. p.* 687. 693. *conf. Dorvill. ad Chariton. p.* 392. *sq. ed. Amstel. Lennep. ad Phalar. p.* 222.] Per dolum ac proditionem 2, 3. Vid. *astus.*

Domare 7, 32. Qui omnia circa se — domita armis habeat. Domita ipsius fluminis vi 21, 30.

Domesticus 9, 17. Vestigia recentia domesticæ cladis, ubi avunculus ejus — absumtus erat. Quin invidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret 1, 42.

Domicilium 3, 57. Et illi carcerem ædificatum esse, quod domicilium plebis Rom. vocare sit solitus.

Dominari 8, 31. Victorem velut in capto exercitu dominantem (*Papirium.*) Dominari jam in adversarios vultis 3, 53. Dominans longinquitate potestas 9, 33. *de censura quinquennali, quæ justo major, non civilis videbatur, sed regia.*

Dominatio 3, 39. Quanto ferocior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominatione, esset. Regibus exactis, utrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est? 4, 5. Acrius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione, certaturos 6, 18.

Dominus 31, 29. Quum dominum Romanum habebitis. *Sic Virgil. Æn.* 4, 214. Dominum Æneam in regna recepit. Dominorum invitatio 23, 8. *de convivio, cujus exhibiter dominus dicitur, etiam* rex. Se dominum vitæ necisque inimici factum 2, 35. Quid si domini milites imperatoribus imponantur 45, 36.

Domus 3, 5. Domos remissæ cohortes. Domos circumlatæ querelæ 26, 29. Invitati hospitaliter per domos 1, 9. Gregatim quotidie de foro addictos duci, et repleri vinctis nobiles domos 6, 36. Multæ et claræ lugubres domus 3, 32. In domos atque in tecta refugiebant 26, 10. Quos hieme saltem in domos ac tecta reduci oporteat 5, 2. Tantus terror — incessit, ut — — suas quisque abirent domos 2, 7. Dilabi domos 44, 45. *it.* discurrere 39, 16. *it.* reduces domos 27, 53. Vid. *Drakenborch. ad* 29, 27. Aditus in domum familiarior 24, 5. *Paullo ante:* regia. Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebantur 26, 9. Abesse ab domo 5, 6. *conf.* 8, 32. *it.* 9, 9. Sic enim domo mandatum (*legati Campani*) attulerant 7, 31. Nec ab domo quidquam mittebatur, de Hispania retinenda sollicitis 28, 12. *Domo pro* civibus *h. l. dictum est; refertur enim eo* sollicitis. In senatu quoque agitata est summa consiliorum, ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperatores possent 45, 16. Ver primum ex domo excivit 45, 34. Domo profugus 1, 34. Rex in domum se recepit 44, 45. Duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis, sacrorum, familiæque heredes retinuerat domi 45, 40. Publicis pariter privatisque consiliis bello domique interesset 1, 34.

Donare 24, 30. Bona locupletium donata *scil. militi.* Si innocentem absolvere nollent, pro nocente (*scil. sibi*) donarent 2, 35. *conf.* 3, 12. Noxæ damnatus donatur populo Rom. donatur tribuniciæ potestati 8, 35. *i. e. in populi gratiam absolutus est.* Vid. *dare* et *condonare. conf. Gronov. Obs.* 3, 12.

Donarium 42, 28. Donaque circa omnia pulvinaria dari, si resp. decem annos in eodem statu fuisset. Ita, ut censuerant, in Capitolio vovit consul ludos fieri, donariaque dari.

Donatio 3, 37. Bonorum donatio sequi domini supplicium. Secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum adprobantes, Decio imponunt 7, 37.

DONEC pro *quamdiu* 4, 2. Donec honorati seditionum auctores essent, non futurum finem. *conf.* 21, 10. 25, 11. 27, 38. Vid. *Drakenborch.* *ad* 1, 7. Donec in castris esset 2, 24. *pr. quamdiu.* Donec perventum est *Præfat.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1. *pag.* 5. Moveri vetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset 1, 39. *ad q. l.* Vid. *Bauer. p.* 54.

DONUM 42, 61. Dona — dono dabat. *Aut* dona *videtur delendum aut pro* dono dabat *legendum* donabat. Vid. *Donarium. conf.* 3, 57. *Ceterum* dona dare *usitatius est Livio, quam* donum dare. Vid. *Drakenborch. ad* 5, 28. Quia pecunias alienas, quia agros dono dant 6, 41. Virginem — ministro cubiculi sui clienti dono dederit 3, 57. Magnis proficiscentem donis prosequitur 42, 67. Præfectos — insignibus donis donat 29, 35. Laudatusque ibi magnifice et donis donatus 38, 23. *conf.* 25, 18. Regionum principes donis coluerat 40, 57. Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt 2, 23. *alibi, v. c.* 7, 38. Coronæ aureæ donum. Quæ (*cratera*) donum Apollini Delphos portaretur 5, 25. Patricium magistratum plebi donum fieri vidimus 3, 67. [Vid. *Bauer. ind. ad Exc. Liv. in v.* donum.] Octies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conspectu populi etc. 3, 58. Donum veneno illitum 5, 2. Spolia in æde Jovis — cum sollemni dedicatione dono fixit 4, 20. Dictator coronam — in Capitolio Jovi donum posuit *ibid. conf.* 7, 38. Tabulam donum Jovi dedit 41, 28. Donumque — Jovi — coronam — tulere parvi ponderis 3, 57. *i. q. attulere, obtulere.* In urbium donis 41, 20. *i. e. quæ urbibus dedit.* [*Usus genitivi, ex more Græcorum, compendiarius. Similiter* 35, 48. Maledicta — Romanorum — Quintii. *i. e. m. in Romanos, in Quintium conjecta.*] Vid. *Amplus. Traducere.*

DORSUM 1, 3. Quæ (*urbs*) ab situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata. *de monte, ut omnia, quæ de corpore humano dicuntur, ad montem translata sunt, caput, latera, viscera, pedes etc.* [*Sic et Græci:* ῥάχις *etc.*] Petillius adversus Balistæ et Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se jungit, castra habuit 41, 18. Jugum montis, in angustum dorsum cuneatum 44, 4.

DOS 26, 50. Super dotem, quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent. Gloriam belli, qua velut dote Hannibal concilietur 35, 42.

DROMADES 37, 40. Cameli, quos appellant dromadas. Vid. *Bochart. Hieroz. P. I. L. II. cap.* 4. *Diodorus Sic. tradit Lib. XIX. p.* 683. *eos uno die MD. stadia emetiri.* [κάμηλοι δρομάδες, ἱππάσιμοι. Vid. *Wesseling. ad Diod. Sic. T.* 2. *p.* 347.]

DUBIE 1, 9. Haud dubie ad vim spectare res cœpit *i. q. aperte, manifeste.* Turbavit ordines et haud dubie impulit aciem 9, 40. In Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciuntur 24, 7. Quum haud dubie fortuna hostium esset 27, 49. Eumene summæ rei discrimen haud dubie detrectante 37, 18. *Nostri: schlechterdings.* Tum demum haud dubie victos Celtiberos 40, 50.

DUBITARE 5, 3. Id — desisse dubitari certum habeo. Si fortuna dubitabit 21, 44. *Similiter Tacitus* (*Annal.* 2, 80.) *de prælio dicit:* non ultra dubitatum *i. e. haud dubius prælii exitus fuit. Quid si legatur* titubabit? [*Non necesse. Bene Bauerus:* Dubitat fortuna, incerta est victoria, immo vix obtinenda; inclinat ad hostes.]

DUBIUS 8, 32. An auspicia repetenda, ne quid dubiis diis agerem. *i. e. incerta eorum voluntate ac benevolentia.* Dubios sententiæ patres fecerat 33, 25. *Sic* dubius animi, consilii etc. *dicuntur.* Vid. *Drakenborch. ad h. l. it. ad* 34, 43. Quid ad deliberationem dubii superesse? 45, 19. Dubii socii suspensæque ex fortuna fidei 44, 18. Gens dubiæ ad id voluntatis 9, 15. Una sententia dubia est, ut gravior sit 45, 24. *i. e. magis dubia, quam ut gravior sit.* Bellum cum haud dubiis hostibus gerendum 37, 49. Haud dubii Galli 38, 17. *i. e. genuini, nondum degeneres.* Haud dubius rex 1, 42. Milites veteres, periti hostium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt 34, 17. *i. e. victoriam celerrimam dederunt.* Ut haud dubius prætor esset 39, 39. *h. e. ut haud dubie prætor futurus esset.* Sextium haud pro dubio consulem esse 6, 40. Sequitur annus haud dubiis consulibus 4, 8. *Opp. cap. eodem:* quorum de consulatu dubitatur. *Similiter* haud ambiguus rex *dicitur* 40, 8. Non dubius, quin exui castris potuissent 31, 42. Haud dubius, quin — — junxisset 42, 14. Haud dubium erat, expugnari potuisse 38, 6. Ut in dubio ponerent, utrum id matronæ sua sponte, an nobis auctoribus fecissent 34, 5. Quum haud cuiquam in dubio esset 2, 3. Haudquaquam dubius, opprimi Romanos posse 31, 24. *cf.* 6, 14.

DUCERE 1, 23. Ducit, quam proxime ad hostem potest. Fama ducentis ad Stratum Persei 43, 23. Consulique Fabio, imis montibus ducenti — — acies hostium instructa occurrit 9, 35. Fabius, medius inter hostium agmen urbemque Romam, jugis ducebat 22, 18. Tullus — contra hostes ducit 1, 27. Parabat ducere in Illyricum 44, 30. Ut classem — — duceret in Ligurum oram 40, 26. Protinus ad castra hostium ducere debuisse 31, 38. Qui in triumpho ducti erant 45, 42. Et vos Gentium, quam Persea, duci in triumphum mavultis 45, 39. Ducendo ex plebe 4, 4. *de connubio.* Virginem ego hanc sum ducturus, nuptam pudicamque habiturus 3, 45. Interea juris sui jacturam assertorem non facere, quin ducat puellam, sistendam-

que promittat 8, 46. Ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum et carnificinam esse 2, 23. Quum in jus duci debitorem vidissent, undique convolabant 2, 27. Eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci 6, 15. *Ibid. cap.* 14: centurionem — judicatum pecuniæ quum duci vidisset. Tutelæ deinde nostræ duximus, quum Africo bello urgerentur 21, 41. *i. e. ad tutelam nostram pertinere existimavimus, s. in tutela nostra (eos) esse.* Nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus 9, 18. Faceret, quod e republica fideque sua duceret 25, 7. Quod se magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris 8, 31. Ut civitatem — violari ducerent nefas 1, 21. Nullam profecto, nisi in concordia civium, spem reliquam ducere 2, 32. Is (*Brutus*) ab Tarquiniis ductus Delphos 1, 56. Pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam 21, 1. Qua murum ducturi erant 1, 44. *i. e. ædificaturi. Sic Virgil. Æn.* 1, 423. Pars ducere muros. Vallum fossamque, ingentis utramque rem operis, per tantum spatii duxerunt 5, 5. In tumulo — — vallum ducere cœpit 7, 23. Primum vexillum triarios ducebat 8, 8. Honesta loca ducere 42, 34. *de primariis centurionibus, alibi, v. c.* 3, 44. Honestum ordinem ducere. Vid. *Ordo.* Si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset 3, 41. *i. e. protracta.* Et in ducendo bello sedulo tempus terere 22, 25. Vid. *Bauer.* 2, *pag.* 55. *cf.* terere. Ad majora initia rerum ducentibus fatis 1, 1. Ad quam (*immortalitatem*) eum sua fata ducebant 1, 7. Agentem te ratio ducat, non fortuna 22, 39. Cicatrix ducta 29, 32. *De vulnere, quod viedum coire cœpit. al.* obducta.

Ductor itineris hujus 1, 28. Ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset 7, 41. Qui haud dubie primus omnium ductor habeatur 10, 21. *i. e. peritissimus dux bellicus.* Cui, si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret 22, 61.

Ductus auspiciumque 28, 38. *P. Scipioni tribuitur, qui auspicia non habuit.* Ut, qua virtute rempublicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cujus ductu auspicioque vicissent, ab impotenti crudelitate dictatoris tutarentur 8, 31. *Etiam hic* ductu auspicioque *improprie capiendum. Est enim oratio Fabii, magistri equitum. Similiter cap.* 33. *magister equitum vocatur* imperator. Feroces infelici consulis plebeii ductu fremunt 7, 6. *Paullo ante:* suis auspiciis. Auspicio, imperio, felicitate ductuque ejus 40, 52.

Duellum 22, 10. *Pro bello in formulis rogationum, aliusque generis, sæpius dicitur. cf.* 36, 2. Puro pioque duello quærendas (*res*) censeo 1, 32. Victoriaque duelli populi Romani erit 29, 11. Duello magno regibus dirimendo 40, 52.

Dulcedo 6, 41. Tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi. *i. q. cupiditas.* Dulcedo invasit — plebeios creandi 5, 13. Dulcedine potestatis ejus (*tribunum. pleb.*) capti 5, 6. *i. q. amore.* Ob interpellatam dulcedinem iræ 9, 14.

Dum *annexum particulis, adjectivis etc. v. c.* haud dum 10, 6. *it. cap.* 25. *cf.* 30, 11. — nelludum 7, 33. *cf.* 3, 50. 9, 12. — nihildum 24, 20. *it. cap.* 40. — agitedum 3, 68. Dum intentus in eum se rex totus averteret 1, 40. *ad q. l.* Vid. *Bauerus pag.* 57. Dum sic, aliquot spectatis patribus, affectos dimisisset 21, 48. *ubi cf. Bauer. pag.* 88. [*Verissime vir egregius:* Audacter reponendum, *cum.* Pœnitet, in contextum non recepisse.]

Dumne pro *dummodo non* 33, 24. Dum ne quis in eorum numero esset. Vid. *Drakenborch. ad* 28, 40.

Dumtaxat 10, 25. Quatuor millia — peditum et sexcentos equites dumtaxat scribere in animo est.

Duo 28, 25. Post duorum imperatorum, duorumque exercituum stragem. *Repetitione hac similibusque delectatus est Livius, v. c.* 29, 5. 28, 28. 43, 23. Ut duo (*duos*) viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret 6, 42. *cf.* 8, 3. Ubi duæ simul acies timendæ essent 2, 45. In Hispaniis duabus 40, 44.

Duplicare 27, 11. Græcus sermo facilior ad duplicanda verba. *i. e. componenda, v. c.* androgynus. *cf. cap.* 37. Novus veteri exercitus jungitur et copiæ duplicantur 7, 7. Quum consuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria animo esset 29, 36.

Duplicarii 9, 59. Ad hoc centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit. *Secundum Varronem duplicarii sunt, quibus ob virtutem duplicia dabantur cibaria. cf.* 24, 47. Vid. *Intt. ad supra l. l.*

Duplus 29, 19. Duplamque pecuniam in thesauros reponi.

Durare 1, 9. Hominis ætatem duratura magnitudo erat. Vix durate quisquam intus poterat 38, 7. *cf.* 10, 46. *it.* 5, 2. *et cap.* 6. Vid. *Infra in v.* pellis.

Durare 21, 11. Cæmenta non calce durata. Scutale, crebris suturis duratum 38, 29. Ab duratis usu armorum — pulsi 7, 29. Ipsi — tot subacti atque durati bellis 42, 52. Adversus omnia humana mala sæpe ac diu duratum 23, 18. Duratus (*exercitus*) omnium rerum patientia, quas vix fides fiat homines passos 30, 28. Duratos eos tot malis exasperatosque excepit terra 38, 17.

Durus 27, 48. Durum in armis genus. *i. e. bellicosum.* Dura ibi prœlia aliquot facta 40, 16. *Nisi malis cum Gronovio* dubia. Frigida hæc omnis, duraque cultu et aspera plaga est 45, 30.

Dux 21, 60. Dux cum aliquot principibus capiuntur. Illis non ducem loco-

rum, non exploratorem fuisse 9, 5. vid. *ductor.* Sub hoc sacramento — hoc duce — ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes 35, 19. Non suffecturum ducem unum et exercitum unum 10, 25. *Alterutrum commode poterat abesse. Sed vide ad duo paullo ante a nobis dicta; it. infra in v.* plebs. Quin duces, sicut belli, ita insatiabilis supplicii futuros fuisse 9, 14. Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri cœptæ sunt 10, 7. Qualescumque duces habuistis 6, 18. *de tribb. pl.* Meliorem pacis, quam belli, habetis ducem 7, 40. Dux semestris 21, 48.

Eccum autem aliud minus dubium 7, 35. *Ad transitum faciendum cum aliqua vi.*

Ecquis homo ex quinque et triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit 23, 12. pro *an vel unus homo etc.* Ecquemadmodum inde in apertum mare evasuras 25, 11. *cf.* 31, 40. Ecquod feminis quoque asylum aperuisset 1, 9. *cf.* 3, 11. Ecquid sentitis, Quirites, quantum —— paremus nefas 5, 52. Ecquid milites ex formula paratos haberant 27, 10. Ecquid auxilii in vobis est? 40, 40. Interrogat, ecquid ipsis quinque millibus, quod convenisset, numeraret 44, 27. Ecquid ita non adissent magistratum 42, 26. *i. q. quid ita, cur. Omnino* ecquid *simpliciter interrogat. cf.* 4, 3. *Plura exempla vide apud Drakenborchium ad* 27, 10.

Edere *comedere, devorare* 45, 39. Epulas senatus, quæ — in Capitolio eduntur, — turbaturi estis. Aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse 30, 2. Ad exta, sacrificio perpetrato, angues duo, ex oculto allapsi, edêre jecur 25, 16. vid. *adedere, esse.*

Edere 39, 54. Fluvius in amnem editur. Mæander in sinum maris editur 38, 13. Partum — edidisse 1, 39. Experiri juvat, utrum alios repente Karthaginienses per viginti annos terra ediderit 21, 41. Novam insulam e mari editam 39, 56. Cuniculus — armatos repente edidit 5, 21. Plura facinora in se victi ediderunt, quam infesti edidissent victores 31, 18. Velut tum primum signo dato coorti pugnam integram ediderunt 8, 9. Ut — Romani — novum de integro prœlium inclusi hostium vallo ediderint 24, 16. Memorabile illud edidit prœlium 25, 38. Ut — clara ipsorum ducum (*fortuna*) ederet funera 9, 22. Quum majorem in angustiis trepidantium edidissent cædem 31, 24. *cf.* 10, 45. *it.* 28, 33. Equites, bipartito in eos emissi, magnam cædem edidere 40, 32. Trepidationis aliquantum edebant 21, 28. *i. e. commovebant.* Tumultumque inter se majorem, quam in prœlio edentibus 36, 19. Sæpe et contemtus hostis cruentum certamen edidit 21, 43. Annua æra habes, annuam operam ede 5, 4. *i. e. præsta.* Quæque populus Karthaginiensis in civitatem nostram facere molitus est, ea ut mihi populoque Rom. in civitatem Karth. exempla edendi facultatem detis 29, 27. Decemviri jussi adire libros edidere 40, 45. *i. e. inde renunciavere.* Ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito 3, 34. *vid. Bauer. pag.* 130. *qui emendat* editos. *bene.* Ut decemviri scriptum ediderunt 42, 2. Quia ita ex fatalibus libris editum erat 22, 10. Quæ precationes editæ ex fatalibus libris essent 42, 2. *i. e. præscriptæ.* Ad votas olvenda diis, munusque gladiatorium — edendum 28, 21. Iis editis imperiis 29 25. (*jussis.*) Dona data Masinissæ mandataque edita 31, 19. Edita tribunis — quæ agerentur 45, 34. Quia ederet, quid fieri velit etc. 40, 40. Editis hostium consiliis 10, 27. *i. e. enunciatis, proditis* (*de transfugis*). Editi Dii, quibus sacrificaretur 7, 6. *cf.* 30, 2. 40, 45. *it.* 41, 13. Vox horrenda, edita templo cum tristibus minis 6, 33. *cf.* 2, 7. Editi testes 25, 3. vid. *testis.* Dies edita Flacco est, qua successor esset venturus 40, 39. Cœlius triplicem rei gestæ ordinem edit 27, 27. Pluribus tamen auctoribus filium ediderim 1, 46. *i. e. non pro depote, sed pro filio regis declaraverim.* Auctorem falso Pythagoram edunt 1, 18. *it.* 46. L. Tarquinium Priscum edidere nomen 1, 34. Eorum nomina ad se ederentur 43, 14.

Edicere exploratoribus jussis, quæ comperta afferrent 30, 5. *i. q. referre pronunciare.* Pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore 21, 11. Prædam omnem edixerat militibus 8, 36. Quo die ad conveniendum edixerat novis militibus 22, 12. *i. e. ut convenirent. vid. Virgil. Æn.* 10, 258. In Sedetanum agrum, quô edictum erat, convenerunt 27, 1. Supplicatio populo edicta est 32, 1. *it.* 21, 62. Novemdiale sacrum. Edicto, ne quis injussu pugnaret 5, 19. (*absolute*) edictoque, ut, quicumque ad vallum pergeret — pro hoste haberetur 10, 36. consules ex SCto edixerunt, ut, qui — nautam unum cum sex mensium stipendio daret 24, 11. Edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere 40, 38. *Sic* 37, 49. hortatur — petere. Comitiis deinde diem edixit 31, 49. *Sic legi vult auctoritate codicum Drakenborchius. Vide eumd. ad* 3, 37. *Sed dicit tamen Livius et* indicere consilio diem 27, 30. *it.* 36, 6. *Quamquam etiam* dies edicta, *sed simpliciter, occurrit* 33, 14. Omnibus ad diem edictam paratis. *Eadem ratio est* delectus, *qui et* edici 2, 55. *it.* 25, 57. *et* indici 5, 19. *dicitur.* Justitium *etiam* edicere *atque* indicere *occurrit* 3, 3. 4, 26. *vide Intt. ad. h. l. it. B. Patruum ad Cicer. Phil.* 5, 12. Jubent acciri omnes, senatumque in diem posterum edicunt 3, 38.

Edictum 1, 27. Ex edicto bellum gerere. *Forte legendum:* ex indicto. *vid. Bauer.* p. 42. Dictatoris edictum pro numine semper observatum 8, 34. Hodie

quoque consules creetis — — ad quorum edictum conveniant 24, 8. Edictum proconsulis ex SCto propositum 26, 12. *cf.* 24, 11. Profecti duo (*legati*), ut ipsi edicto evocarent 45, 31. *cf.* 8, 35. Oblitus itaque imperii patrii, consulumque edicti 8, 7. Cum gravi edicto, si quis miles — secum extulisset, quod suum non esset 29, 21. Ex itinere præmittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret 35, 24. Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit ne etc. 2, 24.

Ediscere 23, 28. Quum — edidicisset, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret.

Edisserere 27, 7. Productus in concionem Lælius eadem edisseruit. *cf.* 5,4. *ubi tamen Drakenborchius* disserere *exhibuit.* Quum agi, non, quemadmodum agantur, edisseri oportet 44, 41.

Edissertare 22, 54. Neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecero.

Editio 4, 23. In tam discrepanti editione. *i. q traditione, memoria. Præcedunt hæc verba:* Valerius Antias — consules in eum annum edunt.

Editus 2, 50. Duxit via in editum leniter collem.

Edocere 32, 26. Senatu vocato edoctoque etc. Quum omnia ordine edocuisset 24, 24. *cf.* 27, 39. *it.* 37, 25. Potitii, ab Evandro edocti, antistites sacri ejus — fuerunt 1, 7. Ut idem pontifex edoceret 1, 20. Juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent disciplinæque, in qua edoctus esset 24, 4. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 104. Edoctus tandem deos esse 29, 18. Ut, tot cladibus edocti, tandem deos et jusjurandum esse crederent 30, 37.

Educare 1, 39. Quem tam humili cultu educamus.

Educere 23, 6. Missumque lictorem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet. Educere (*ex urbe*) in castra 4, 5. *cf.* 3, 68. in aciem (*exercitum*) educit 1, 23. *cf.* 21, 60. *it.* 27,2. Romani consules prius; quam educerent in aciem,—immolaverunt 8,9. Prius, quam educeret in aciem, — talem orationem exorsus est 21, 39. Paucis adhortatus milites, tribus simul portis (*castrorum*) eduxit 41, 26. Educto exercitu ex hibernis 40, 39. Consules exercitum scribere, armare, educere, placet 9, 8. *vid. Drakenb. ad* 9, 12. Ingressum eum curiam quum prætor inde eduxisset 27, 8. Neque consules ab urbe exercitum educerent 3, 21. Ut denorum equorum iis commercium esset; educendique ex Italia potestas fieret 43, 5. *i. e. exportandi.* Vid. *commercium.* Ad id dati duces Galli, educunt inde — ferme supra parvæ insulæ circumfusum amnem 21, 27. *Vid. Bauer. pag.* 22. Ipse legiones e castris educit, et agmine quadrato ad hostem ducit 31, 37. Nisi quum, vexillo in arcem posito, comitiorum causa exercitus eductus esset 39, 15. In domo a parvo eductum 1, 39. Pro *educatum. Vid.* disciplina *ad* 24, 4. *Ubi pro* edoctus *sunt qui* eductus *legant.* [*Vid. Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 104.] Me, in prætorio patris — prope natum, certe eductum 21, 43.

Effatus 1, 24. Longo effata carmine. Et tacendo forsitan — haud minus, quam celanda effando, nefas contrahi 5, 15. Sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat 10, 37.

Effectus 44, 41. Sine ullo effectu evanescunt. Ne sine ullo effectu æstas extraheretur 32, 9. *cf.* 18, 1. Postquam ad effectum operis ventum est 21, 7. *i. e. quum opus efficere vellent.* Conatu tam audaci trajiciendarum Alpium et effectu 21, 39. Opera erant in effectu 31, 46. *De oppugnatione urbis.* Plurimum ad effectum spei 21, 57.

Efferare 1, 19. Efferatos militia animos. *Vid. Bauer. pag.* 28. Inter tot tam efferatarum gentium arma 21, 9. *Al.* effrenatarum. Hunc (*militem*) natura et moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferavit 23, 5. Efferavit ea cædes — omnes ad exsecrabile odium Romanorum 33, 29. Promissa barba et capilli efferaverant speciem oris 2, 23. Naturâ immitis (*Appius*) et efferatus hinc plebis odio etc. 2, 29.

Efferre 30, 5. Signa efferri sunt cœpta. *cf.* 40, 25. Signa canere ac vexilla efferri e castris jussit 10, 29. *cf.* 27, 2. Prætor signa extra urbem efferre jubet 29, 21. Prohiberi — extra fines efferre arma 42, 23. In quo diserte prohiberi eum, extra fines arma efferre 42, 25. Quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violata elataque inde essent 29, 20. Si quis miles aut in urbe restitisset, aut secum extulisset, quod suum non esset 29, 21. Efferre ex hibernis frumentum 31, 33. Deam de nave accipere et in terram elatam tradere ferendam matronis 29, 14. *paullo post:* extulit in terram *scil. de navi.* Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita 2, 33. *i. e. efferendum sepeliendumque curavit, sumtibus suppeditatis.* Meo unius funere elata populi Rom. esset respublica 28, 28. Periculumque ingens manet — ne libera efferatur respublica 24, 22. *cf.* 31, 29. Ut funere ampliore efferretur 3, 18. Elato et extorri ejecto ipso populo 31, 29. Hoc me in pace patria mea extulit 35, 19. *Vid. Bauer. ad h. l. pag.* 240. Corvus e conspectu elatus 7, 26. *it.* pulvis elatus 4, 33. Efferri ad justam sui fiduciam 27, 8. Nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit 30, 30. Vid. *flatus.* Scuto super caput elato 10, 40. Messium impetus per stratos cæde hostis — extulit ad castra 4, 29. Legatum longius extulit cursus 3, 5. *Vid. Intt. ad* 4, 33.

EFFICAX ad eventum 10, 39. Quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt 1, 9. Rem ad multitudinem imperitam, et illis seculis rudem, efficacissimam, Deorum metum injiciendum ratus est 1, 19. Ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati, quum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces 9, 20.

EFFICERE 3, 62. Id consilii animique habiturus sum, quod vos, milites, mihi effeceritis. Quæ scribentis animum — sollicitum efficere possit *Præfat.* Secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi effecit 1, 6. Unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur 23, 25. *Vid. Intt. ad h. l.* Ad duo millia ferme boum effecta 22, 16. *i. q. collecta, confecta.*

EFFIGIES 26, 41. Quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam etc. [*v.* exemplum.] Per ambages effigiem ingenii sui (*baculum*) 1, 56. Effigies, immo umbræ hominum, etc. 21, 40.

EFFLAGITARE 3, 60. Efflagitatum ab ducibus signum pugnæ accepere. Quod — non a tribb. pl. umquam *agitatum*, non suis sermonibus *efflagitatum* (*esset*) 4, 60.

EFFODERE 22, 3. Signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorquerint.

EFFRENATUS 37, 41. Hæc velut procella — ita consternavit equos, ut repente velut effrenati, passim incerto cursu ferrentur. Id cum majore vi equorum facietis, si effrenatos in eos equos immittitis 40, 40. [Vid. *effrenus.*] Quo impunitior sit, eo effrenatiorem (*libidinem Appii*) fore 3, 50. Libertas effrenata et præceps 34, 49. *h. e. quæ effrenatos homines efficit, et ad perniciem præcipitat.* Vid. *efferare.*

EFFRINGERE 1, 29. Effractis portis, stratisve ariete muris, aut arce vi capta. Per effractam portam urbem ingreditur 24, 46. *Paullo ante est:* moliri portam.

EFFRENUS equus 4, 33. *Præcesserant hæc:* frenos ut detrahant equis, imperat. *paullo post:* liberi frenis equi. [Vid. *effrenatus.*]

EFFUGERE 22, 33. Adeo — nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. *h. e. a Romanis negligebatur, s. per oblivionem omittebatur.* Et propinquæ clade urbis ipsi, ne quid simile paterentur, effugerunt 36, 25. *i. e. et Lamiaci tum excidium effugerunt, quia urbs propinqua Heraclea excisa erat ante, quam in deditionem venissent.* Quum e carcere nocte effugisset 37, 46. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt 8, 26.

EFFUGIUM 28, 1. Ni — naves piscatoriæ pleræque conspectæ peritis nandi dedissent effugium. Nullam ne ad effugium quidem navem habentibus 21, 43.

EFFULGERE 28, 15. Qualis (*sol*) inter graves imbre nubes effulget. *Dicitur hoc verbum de iis, quæ subito fulgent.* Tres simul soles effulserunt 41, 21. Nec ipsius tantum, patris avique, quos sanguine ac genere contingebat, fama conspectum eum efficiebat (*Persea*), sed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander etc. 45, 7.

EFFUNDERE 31, 44. Atheniensium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilii præsentis spem effundit. *Non satis respondent sibi* moderari *et* effundere. Quantumcumque virium habuit, in certamine primo effundit 10, 28. Ut — portis omnibus sese effunderent 26, 5. *cf. cap.* 10. *et* 19. Certaminis studium effudit equitatum 30, 11. *i. e. effecit, ut prorumperet et impetum faceret.* Per caput equi effusus 27, 32. *cf.* 22, 3. Ab rapido cursu circumagendo equo effusus 10, 11. Supremo auxilio effuso 30, 32. Revocato ab effusa cæde equite 42, 65. In nocturno effuso tam late incendio 30, 5. Tiberis effusus lenibus stagnis 1, 4. Mantuæ stagnum effusum Mincio amni cruentum visum 24, 10. Quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent 2, 50. Effusos sequentes equites — revocatos circumdedit peditibus 21, 55. *Forte* effuse sequentes *legendum. it.* 31, 37. *ubi* effusi pugnantes *leguntur. Sed* effusi *simpliciter* 10, 19. *pro* fugientibus *dicuntur.* vid. *fuga.* Effusos egerat Romanos 1, 12. Equites hostium — effusi castris 38, 20. Gallorum, effusorum per Illyricum, ingens agmen 44, 26. Si qua licentia populando effusus exercitus 9, 31. *cf.* 22, 3. Ad preces lacrimasque effusus 44, 31. Præda impletos, in tantam licentiam socordiamque effusos etc. 25, 20. Effusus in Venerem 29, 23. Pars principum ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem immodico favore corrumperent 42, 30.

EFFUSE 40, 48. Ut — ad castra effuse fugerent. Effuse sequentes barbaros conspexit *ibid. it.* 43, 23. Effuse persequi. Effusius, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt 34, 6. Effuse populari 41, 10. Quum agros eorum effuse vastarent 44, 30. Nisi ubi effuse adfluant opes 3, 26.

EFFUSIO 44, 9. Nondum hac effusione inducta. (*de ludis circensibus apparatissimis.*)

EFFUSISSIMUS. Vid. *habena.*

EGENTISSIMUS 1, 47. Instituisse censum, ut insignis ad invidiam locupletiorum fortuna esset, et parata, unde, ubi vellet, egentissimis largiretur.

EGENUS 9, 6. Omnium egeni corpora humi prostraverunt, Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 281.

EGERE 3, 56. Rapique in vincula egen-

tem jure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset. Sanguinis se Æquorum non egere 3, 28. Ac si insulis cultorum egentibus prædarentur 22, 31.

EGERERE 5, 22. Humanæ opes egestæ a Veiis. Prædam ex hostium tectis egerentem (*victorem*) 6, 2. *cf.* 9, 31. *it.* 25, 25. Pecuniam ex ærario scribæ viatoresque ædilitii clam egessisse per indicem comperti 30, 39.

EGO 6, 7. Vos in me nihil, præter me ipsum, intueri decet. Cur ego — — video — ? Egone has indignitates — patiar — ? Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram? 2, 34. *Ubi* vid. *Bauer. pag.* 116. [*Bene docentem*, ego *illud non de uno eo, qui illic loquatur, sed, per schema vehementiorem, de omnibus civibus, quocumque tempore vixerint, intelligi; quod in omni lingua solemne sit.*] Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat. *Præf. Illud* mihi *eleganter abundat.* Vid. *mihi.*

EGREDI urbem 3, 57. *cf. cap.* 68. *it.* 25, 8. 29, 6. Egressus navem 45, 13. Egressis urbem Albanis 1, 29. Consul e curia egressus 2, 48. Magistratus eorum e curia egressi 7, 31. Per medias hostium stationes egressus 5, 46. Egredi inde in pacata sociorumque populi R. fines Samnitem prohiberent 10, 32. Quantum in altitudinem egrediebantur 40, 22. *cf.* 26, 44. In vadum egressum eminus veruto — transfigit 8, 24. Vestitu forensi ad portam est egressus 32, 47. *i. e. egressus domo perrexit.* Egredimini extra portam 3, 68. Qua noctis hora, quaque porta et quam in viam egressurus 9, 16. Venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi 9, 6. Se oraculo (*Delphico*) egressum extemplo his omnibus Divis rem divinam ture ac vino fecisse 23, 11.

EGREGIE 9, 26. Rei facti adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. Manlium egregie litasse 8, 9. Qui equitatum hostium egregie vicissent 21, 40.

EGREGIUS cetera 1, 32. Senatus 2, 49. Egregium par consulum 27, 34. Conspici se pugnantem egregium ducebat 31, 24. *i. e. non velut unum de grege, sed insignem.* Victoria egregia parta 2, 47. Vir bello egregius 5, 47. Juvenis bello egregius 7, 6.

EJICERE 7, 39. Nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes. *Non placent interpretationes τῶ* ejectos *ipsis earum auctoribus. Itaque videtur* exsectos *cum Puteano legendum, h. e. incisos. Ita etiam tropus continuatur: quamquam Livius non semper in troporum continuatione sui memor est; uti modo ad v.* effundere, *alibique passim observavimus.* Ambo se foras ejiciunt 1, 40. Si qua (*porta*) forte se in agros ejicere possent 6, 3. *cf. cap.* 9. Pars velis datis ad Chium naves ejecere 44, 28. (*De fuga navali.*) Naves ejectæ *scil. per tempestatem* 33, 41. Classis postero die fœdissima tempestate lacerata, omnesque naves — — in litora nostra ejectæ sunt 29, 18. Bis ex cursu Dyrrachium ejectos 44, 19. *Drakenborchius et Gronovius legi volunt* rejectos. *Illud proprie dicitur de iis, qui sunt tempestate ablati, eo quidem, ubi nondum fuerant, nec quo tetenderant. Sic Virgil. Æn.* 4, 373. Ejectum littore egentem Excepi etc. *Hoc autem loco sermo est de bis retro Dyrrachium, unde solverant, delatis.* E senatu ejecti sunt 44, 19. *alias* moti senatu, *quod proprie dicitur. it.* ejecti de senatu 40, 51. Septem e senatu ejecti sunt 43, 15. De senatu ejecerunt 41, 26. Patriæ meique (*memoriam*) ejeceritis ex animis vestris 28, 28.

ELABI 8, 7. Manlii cuspis super galeam hostis Metii trans cervicem equi elapsa est. Anguis ex columna lignea elapsus 1, 56. Avide ruendo ad libertatem in servitutem elapsos juvare nolle 3, 37.

ELANGUESCERE 1, 46. Ut elanguescendum aliena ignavia esset. Differendo elanguit res 5, 26.

ELEGANS 44, 9. Ex parte elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum.

ELEGANTER 35, 31. Ex principibus unus, magnæ tum ob eleganter actam vitam auctoritatis. *i. e. prudenter et cum dignitate.* Neminem elegantius loco cepisse (*de duce bellico*) 35, 14. *i. e. prudentius, magis scite. Similiter Tacitus Vit. Agric. cap.* 22. *non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse.* Elegantius facturos dixit, si judicio Patrum, quam si sorti etc. 37, 1. *Sic sæpe Cicero.*

ELEPHANTI 27, 49. *Eorum* rectores *et* magistri. Vid. *Indus.* Elephanti castellorum procul speciem præbebant 28, 14.

ELEPHAS 44, 5. Solido procedebat elephas in pontem. [*Ibidem et* elephanti.] In dextrum cornu — — elephantes inducti 44, 41. [Vid. *Drakenborch. ad* 31, 36, 4.]

ELEVARE 9, 37. Samnitium bella extollit, elevat Etruscos. *cf.* 43, 11. *it.* 44, 44. Multitudinis noxam elevabat 45, 10. Cujus (*Catonis*) auctoritatem, perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat 37, 57. *cf.* 6, 23. Elevabatur index indiciumque 26, 27. *i. e. minuitur ejus fides. cf.* 28, 43. *it. cap.* 44.

ELICERE 1, 20. Ad ea elicienda ex mentibus divinis Jovi Elicio aram in Aventino dicavit. Quæ ætas formaque misericordiam elicere poterat 8, 28. Elici posse ratus ad equestre certamen Romanos 42, 64. Ad colloquium vatem elicuit 5, 15. Neque illis sociorum comitas — — sermonem elicere etc. 9, 6. Elicuit comiter sciscitando, ut fateretur etc. 6, 34. Arcana ejus elicuit 40, 23.

ELIDERE 21, 45. Caput pecudis saxo elisit. *i. q. percussit.* Elephanti — — exeuntes obterebant elidebantque 44, 42.

ELIGERE 26, 19. Ab hac cohortatione

ducis incitati scalas electis per manipulos viris dividunt. *alibi*: delecta juventus. Loca pacata me ad hibernacula electurum 40, 35. *cf.* 35, 7.

ELINGUIS 10, 19. Quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent.

ELUCTARI 24, 26. Tenentibusque, quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt.

ELUDERE 2, 45. Adeo superbe insolenterque hostis eludebat. *i. e. irridebat. cf.* 9, 2. *it, cap.* 6. Jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare devectam prædam venderent mercatoribus 29, 31. Ex eo ira regi mota, eludensque artem etc. 1, 36. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est 42, 22. Laborem irritum eludentes 9, 2. Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare 2, 23. Eludant nunc licet religiones 6, 41. Quorum (*deorum*) eluditur numen 9, 11. *i. e. pace non servanda.* Satis illum diu per licentiam eludentem in sultasse dominis 1, 48. Elusamque suam legationem esse 5, 37. Ut consuli non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus esset 44, 36. Nec fas fuit, alium rerum exitum esse, quam ut illi, velut somnio lætiore, quam quod mentes eorum capere possent, nequidquam eluderentur 9, 9. Nos omnibus contumeliis eludunt 7, 13. Bellum quiete, quietem bello eludere 2, 48. *cf.* 44, 36. Quum velocitate corporum, tum armorum habitu, campestrem hostem, gravem armis statariumque pugnæ genere facile elusit 22, 18. Eludere miraculis fidem 26, 19. *i. e. miraculorum fidem irritam reddere, atque etiam tollere.* Si, quemadmodum Q. Fabius meas res gestas in Hispania elevavit, sic et ego contra gloriam ejus eludere etc. 28, 44. *paullo plus videtur, quam* elevare; *nimirum deprimere et ad contemtum adducere. Ceterum aut* et *aut* contra *delendum videatur.* Vid. *mœrere.*

EMANARE 29, 24. Periculum erat, ne vera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent. *cf.* 8, 3. *it.* 44, 35. Bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanavere 42, 14. Ne compresso indicium emanaret 42, 16. Multis emanabat indiciis, neque fratrem etc. 3, 24. *cf.* 7, 39. *it.* 40, 54. *ad q. l.* vid. *Bauer. p.* 312.

EMANCIPARE 7, 6. Quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.

EMENDABILIS 44, 10. In rem emendabilem visus lapsus esse.

EMENTIRI 1, 8. Qui — natam e terra sibi prolem ementiebantur. *cf.* 9, 18. *it.* 25, 3. Vanitas ementiendæ stirpis 9, 18. Auspiciis ementiendis 21, 63.

EMERE 36, 11. Princeps civitatis emtus donis. Neque Bastarnæ emto contenti esse poterant 40, 58. *i. q. præda promissa.* Arcem jam scelere emtam Sabini habent 1, 12. Cato atria duo — et quatuor tabernas in publicum emit 39, 44. *cf.* 44, 16.

EMERERE 25, 6. Nemini spes emerendi stipendia adempta.

EMERGERE 1, 13. Ubi ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit. *cf.* 22, 2. Ægre in apertos campos emersit 21, 25. *scil. e saltibus.* Sub exsistentibus glebis pisces emersisse 42. 2, donec luna in suam lucem emersit 44, 37. Cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse 25, 38. Emersisse civitatem ex obnoxia pace 9, 10. Quantum vixdum e naufragiis prioris culpæ cladisque emergentes paremus nefas! 5, 52. Velut emerso ab admiratione animo 8, 7.

EMERITUS 37, 4. Qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant. *cf.* 39, 28. *it.* 42, 34. Ut Æbutio emerita stipendia essent 39, 19. *h. e. ut vacationem militiæ haberet, velut emeruisset stipendia, præmii quidem loco.* Non juniores modo, sed emeritis etiam stipendiis — ad nomina danda præsto fuere 3, 57. *i. e. ii, qui stipendia, emeruerant. Sic* 9, 28. magno nata *i. q. senex. Similiter* circa prætorem, *ut supra notavimus, sunt* prætoris comites *e. i. g. a.*

EMETIRI *passive* 48, 21. Itinere ingenti emenso. *cf.* 21, 30. Pæoniam inde et Thraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus, emensi has terras ceperunt 38, 17.

EMICARE 44, 10. Saxis tormento emicantibus. *i. e. erumpentibus, prosilientibus.* Scaturigines turbidæ et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam cœperunt 44, 33. *i. e. cum vehementia propullulare.*

EMINERE 2, 5. Eminet patrius animus inter publicæ pœnæ ministerium. *i. e. conspicitur, quamvis oppressus.* Vid. *Virgil. Æn.* 6, 821. Eminet in omnium vultu pigritia ac desperatio 21, 35. Tantum eminebat peregrina virtus 5, 36. Eminent privata studia inter honores publicos 2, 10. Ita, ut per costas ferrum emineret 8, 7.

EMITTERE 1, 58. Moriere, si vocem emiseris. *ibid. cap.* 54. Nullam eum vocem emisisse. Vox cœlo emissa 5, 51. Ex lacu Albano aqua emissa *ibid. Verbum proprie in hoc genere usurpatum; nam et* emissarium *est canalis illi negotio destinatus.* Ut Ætolorum auxiliares sine fraude emitterent. *i. e. sine noxa exire paterentur. cf.* 24, 47. Et cohortes invicem sub signis, quæ cuneum Macedonum — vi perrumperent, emittebat 32, 17. *Et paullo post:* pilis emissis. *cf.* 33, 36. *It.* 34, 14. Equites in hostem emissit 4, 18. *it.* 6, 13. Equitum turmæ emissæ. Hastam in fines eorum emittebat 1, 32. Inde (*e jugis*) milites (*prædam facturos*) emisit 9, 36. Sub quo (*jugo*) emissi essent 9, 6. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 282. *cf. cap.* 42. *it.* 3, 29. Veniam

dedimus precantibus; emisimus ex obsidione 21, 41. *paullo ante*: ab Eryce duodevicenis denariis æstimatos emisistis. Emissus hostis de manibus 21, 48. *al. e manibus.* Libraque et ære liberatum (*Manlium*) emittit 6, 14. Quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat 24, 18.

EMOLLIRE 37, 41. Humor arcus fundasque — emolliera. *Sic Ovidio Heroid.* 4, 91. *dicitur* arcus mollis.

EMOLUMENTUM 5, 4. Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Nullo publico emolumento 6, 39. Nullum emolumentum tot laborum — vidistis 21, 43.

EMOVERE 6, 38. Plebem emovere de medio (*per lictores*) *it.* 25, 1. multitudinem e foro. Plures, quam a superioribus, et senatu emoti sunt, et equos vendere jussi 45, 15. Neque enim (*censorem*), si tribu movere posset — ideo omnibus quinque et triginta tribubus emovere posse *ibid. Paullo post* removere *dicitur.* Vid. *movere, removere.* Emotis curia legatis 30, 23. Pestilentia ex agro Romano emota 41, 21. Nequidquam emotus ultra juga Tauri montis 38, 12. *cf.* 26, 34. *Sic et* evolvere *dicitur, ut suo loco monuimus.*

EMPORIUM 41, 27. Emporium lapide straverunt, stipitibusque sepserunt. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra supportabantur 41, 1. [Vid. *Gifan. Observat. in L. L. pag.* 167. *ed. Altenb.*]

EMUNIRE 21, 7. Murus supra ceteræ modum altitudinis emunitus erat. *cf.* 26, 40. Locus, saxo quadrato septus atque arcis in modum emunitus 24, 21.

EN umquam 24, 14. Pro *ecquando, umquamne. cf.* 4, 3. 7, 10. 10, 8. 30, 21. Vid. *Virgil. Eclog.* 1, 68. En umquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? 9, 10.

ENARE 44, 28. Pars eorum, qui propiores continenti littori erant, in Erythræam enarunt.

ENARRARE 27, 50. Neuter animi habitus satis dici enarrarique potest.

ENASCI 43, 13. Palmam in area enatam. *cf.* 32, 1. *it.* 42, 2.

ENECARE 21, 40. Effigies, immo umbræ hominum, fame — squalore enecti etc. *i. e. enectis similes. Similiter* exanimes *dici solent.* Vid. *infra in h. v.*

ENERVARE 23, 18. Enervarunt corpora animosque. Ademtis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem 35, 12. Enervatum (*Darium*) fortunæ suæ apparatibus 9, 17.

ENIM 7, 32. Patricius enim eras *pro at enim vero. Sic etiam Græcis γὰρ objectionibus servit.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 231. Tum Metilius, id enim ferendum esse negat 22, 25. *pro autem, vero, sed cum vi aliqua.* Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 54. Diis quoque enim, non solum hominibus, debetur 45, 39. *Sic, tertio loco a principio periodi, rarius occurrit.* Eo quoque enim mittendos fore legatos 36, 27. Enim minor res est 23, 45. *vulg.* en nunc. Vid. *Intt. ad h. l. it. ad* 34, 32. *Rectissime Cel. Strothius illo in loco* enim *restituit.*

ENIMVERO tum Latini gaudere facto 2, 22. *Auget ea particula quocumque modo.* Enimvero manifesta res visa 1, 51. *Affirmandi caussa positum. cf.* 24, 31. Enimvero non ultra contumeliam Romanus pati posse 2, 45. *Indignationem h. l. indicat. cf.* 10, 35. Tum enimvero deorum ira admonuit 2, 36. Ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se comitia professus 3, 35. Quæ ubi objecta spes est, enimvero indignum facinus videri 6, 14. Id enimvero (*scilicet*) periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent 45, 23.

ENISE 26, 47. Si ad ministeria belli enise operam navassent. *cf.* 28, 35. *it.* 31, 11. *it.* enisius 29, 1. Enise adjuti a gente Thessalorum 42, 38.

ENISO studio 42, 3. Sensit ergo eventus virtutis enisæ opem 6, 24.

ENITERE 22, 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse! In eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii 1, 42. Dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus 4, 3.

ENITI 2, 65. Tum rursus impetu capto enituntur atque exsuperant iniquitatem loci. *Locus plane exhibens significationem propriam vocis* enitendi; *ascensu enim qui pervadunt aliquo, hi* enituntur. Vid. *obniti.* Nec stirpes circa, radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant 21, 36. Ipse cum rostratis, per adversos fluctus ingenti remigum labore enisus, Apollinis promontorium tenuit 30, 24. Apud eum (*maritum*) plures enisa partus 40, 4. Omni gratia, omni ope enitendum fore Rhodiis, ut etc. 42, 46. Vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros 29, 15.

ENIXE 4, 26. Utrimque enixe obeditum dictatori est. *cf. cap.* 41. Enixe operam dedisse, ut etc. 6, 40.

ENSIS. Vid. *dejicere.*

ENUBERE 4, 4. Neque vestras filias sororesque enubere sinendo e Patribus. *cf.* 10, 23. *it.* 39, 19.

ENUMERARE 3, 58. Qui, septem et viginti enumeratis stipendiis etc.

ENUNCIARE 39, 10. Coacta (*Fecenia*) caritate ejus silenda enunciasset. *Sermo est de secretis sacrorum Bacchanalium; tanto major est hujus loci proprietas.* Vid. *nunciare* et *obnunciare. cf.* 10, 38. 23, 35. 25, 13.

ENUPTIO gentis 39, 19. *i. q. e gente, cujus liberta esset. Paullo post:* utique ei ingenuo nubere liceret.

EO 1, 11. Eo scuta illi pro aureis donis congesta. *i. q. ideo. cf.* 2, 48. Hamilcarem eo perisse lætatus sum, quod etc. 21, 10. Ubi spectaculi tempus venit, deditæque eo mentes essent 1, 9. *Nisi cum Cel. Schellero*

ei *legatur*. Eo difficilior oratio erit, quod — futura sint 37, 53. Adderet eo triginta naves 27, 22. Eo impendi laborem, unde etc. 4, 35. Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt 7, 32. Quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens 44, 27. In haud magna oppida — eo et commeatus comportabant 25, 27. Eo *omissum v. c.* 25, 38. Quo audacius erat, magis placebat.

Eodem 1, 5. Sciscitandoque eodem pervenit. *Significatio propria locum non habet. Itaque legendum videtur cum Creverio* eo demum. Additi eodem haud ita multo' post novi cives 1, 33. Edessa quoque et Berœa eodem concesserunt 45, 29. *i. q. eidem regioni annumeratæ sunt.*

Epotum poculum 40, 24.

Epulæ 45, 39. Epulas senatus, quæ — in Capitolio eduntur, — turbaturi estis? Ut vino epulisque sopitos hostes aggrederetur 8, 16. *cf.* 28, 18.

Epulari 44, 31. Cum prætore eo die honorifice est epulatus. Prædam (*pecorum*) divisit ad epulandum militibus 42, 56.

Epulum 41, 28. Cum visceratione epuloque.

Eques 28, 9. Illum equitem sex dierum spatio transcurisse longitudinem Italiæ. *i.e. equo iter facientem. cf.* 26, 2. Equites virique 21, 27. *i. q. equites et pedites.* Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 22. Non plus triginta millibus hominum, et quatuor millibus equitum 9, 19. Vid. *homo*. Non pediti solum cedere, sed ne equitem quidem sustinere peditis præsidio audentem 30, 11. *cf.* 9, 13. Vid. *frenatus*. Prætor suos equites catellis ac fibulis donavit 39, 31. Equitem ad pedes deducere 4, 40. *i. e. pedestri militia fungi jubere.* Equites extraordinarii sinistræ alæ 40, 31. Vid. *alarius*. Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne 23, 12. Eques citato equo nunciat regi 1, 27. Equites enim illis (*Romanis*) principes juventutis, equites seminarium senatus 42, 61. Jubellio — summo equiti provocanti summus Romanus eques Asellus Claudius est oppositus 24, 8. Equites illustres 30, 18. *i. e. nobiles, sive genere, sive opibus, sive virtute, sive quacumque alia re, quæ præ ceteris claros illos et insignes fecerat.*

Equester terror 27, 42. *i. e. ab equite incussus.* Equestris a tergo tumultus 27, 1. *Quædam edd. veteres habent* equestres, *quod factum videtur ex* equester, *idque sane restituendum. Similiter* equestris terror *in vulgatis fuit cap.* 42. *Drakenborchius e vestigiis optimi codicis restituit* equester, *ut ante placuerat viris doctis. Ad eumdem fere modum peccatum est in voce* celebris. Vide *B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 88. Ubi primum fremitum equestrem audivit 40, 31. Equestris procella 10, 5. *cf.* 30, 18. Equestria arma 35, 23. — — scuta 43, 6.

Equidem *alii, quam primæ personæ jungi Livio Drakenborchius dicit ad* 5, 54. *Sed non affert exempla ; modo amandat lectorem ad alias animadversiones, ad* 8, 20. *It.* 34, 5. *Ubi non magis exemplorum quidquam aut aliarum auctoritatum reperitur.* Vid. *Clav. Ciceron. et qui ibi laudantur.* [Vid. *Baueri Ind. ad Exc. Liv. h. v.*]

Equitatus pro *ordine equestri* 39, 44. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni ademtus equus. *it.* 38, 28. In equitatu recensendo mitis admodum censura fuit.

Equus tenax 39, 25. *Sic Ovid. Amor.* 3, 4, 13. *Equum contra sua frena* tenacem *dixit.* Equis virisque — immensum obtinentes loci 5, 37. Ad alium virorum, equorum armorumque sonum disposita in muris Campanorum imbellis multitudo — tantum edidit clamorem etc. 26, 5. Vid. *arma*. Illa petentibus data, ut denorum equorum iis commercium esset, educendique ex Italia potestas fieret 43, 5. Vid. *commercium*. Curules equi 44, 18. *i. e. circenses, qui in votivis circensibus adhiberentur. Sic Dukerus ad h. l. explicat.* Nobiles equi 45, 32. *it. cap. sequ.* curricula equorum.

Ergastulum 2, 23. Ductum se ab creditore, non in servitium, sed in ergastulum ac carnificinam esse. In carcerem atque in ergastulum 7, 4.

Ergo 25, 12. Victoriæ, non valetudinis, ergo. *cf. cap.* 7. *it.* 2, 19. 22, 38. Honoris ergo 1, 18. Virtutis ergo 25, 7. Ejus rei ergo 40, 52. Cujus rei ergo 41, 28. Itaque ergo 1, 25. Vid. *itaque*.

Erigere 7, 29. Ut in hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur, erigi imperium posset. Erigendæ ex tam gravi casu reipublicæ 6, 2. Agrarii se in spem legis erexerant 3, 1. Multos — populos ad cupiditatem novæ fortunæ erexerunt 21, 19. Sensim ad montes succedit. inde, ubi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem 1, 27. Dolonibus erectis 36, 44. *i. e. sublatis, ut ibidem dicitur.* Ut hastas equites erigere jubeat 1, 27. Quum scalas ad mœnia erexisset 32, 14. *Virgil. Æn.* 11, 442. Hærent parietibus scalæ. Erigere agmen in adversum clivum 9, 31. In colle — aciem erexit 10, 26. *al.* in collem. Semitam angustam et arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset 9, 24. *cf. cap.* 43. Quum plebs in foro erecta exspectatione staret 2, 54. *alias* suspensa : *sed illud lætius. Interdum tamen utrumque junctim dicitur, v. c.* 1, 25. Erecti suspensique. Quum civitas in foro exspectatione erecta staret 3, 47. Erecta civitas in exspectationem belli 21, 20. Quum hæc exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret 23, 45.

Eripere 23, 45. Ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? *Locus obscurior.* Senatus — consulem — jussit — coloniam ex hostibus eripere 41, 14. *cf.* 5, 51. *it.* 8, 33. Per amfractus montis ignotos sequentibus

se eripuit 29, 32. Jure an injuria eripiendos esse reos 2, 54. *i. e. legibus solvendos, periculo subtrahendos.*

Erogare 1, 20. Unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 30. Argentumque pro eis debitum — tardius erogaretur 22, 23.

Errabundus 1, 29. Nunc errabundi domos suas, ultimum illas visuri, pervagarentur.

Errare 31, 12. Fœda omnia et deformia errantisque in alienos fœtus naturæ visa.

Error 31, 33. Parum gnarus *(Philippus)*, quam partem petisset consul, alam equitum ad explorandum — misit. Idem error apud consulem erat. *i. q. ignoratio, inscientia.* Qui nodum hujus erroris exsolvere possit 40, 55. Sequitur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius — an etc. 9, 15. *i. e. dubitatio, ut quod e particulis ne et an intelligitur. cf. cap.* 45. Vestigia in omnes æque ferentia partes primo errorem faciebant. *it.* 27, 47. Castra nihil aucta errorem faciebant. Per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens haud multum processit *ibid.* Et, mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat 22, 1. *i. e. fraude s. errore insidiantibus offuso.* Ne quo errore milites caperentur 8, 6. Quum nocturnus error dissiparet 43, 10.

Erubescere 10, 8. Noli erubescere — collegam in sacerdotio habere, quem etc. Cui ipsi quoque se comparare erubuissent 45, 35.

Erudire 42, 52. A pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atque durati bellis.

Erumpere 7, 21. Curæ erumpebant in certaminibus. *cf.* 36, 7. Cum erumpentibus a porta Lacedæmoniis prœlium commiserunt 34, 26. In palatos populatores quum erupissent — armati etc. 43, 23. Per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus 22, 50. Rem ad ultimum seditionis erupturam 2, 45. Quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus 26, 13. Circa se conglobatos erumpere jubet 29, 33. *i. q. adgredi, adoriri. Ita et* eruptio 38, 13. *De impetu facto dicitur. cf.* 9, 37.

Eruptio 25, 38. Si diem proferimus, et hesternæ eruptionis fama contemni desierimus etc. Oppidani depulsi muris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in hostes faciunt 42, 54. Eruptiones in opera crebro faciebant 42, 63. Ne sustinere primam eruptionis procellam — possent 43, 10. Vid. *erumpere.*

Escendere 8, 33. Ex curia in concionem itur. quo — magister equitum quum escendisset; deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere fas non esse 8, 10. *al.* descendere. Jussus e nauticis unus escendere in malum 30, 25. Consuli ad quadrigas mittendas escendenti. Vid. *Sueton. Ner.* 22. *Salmas. ad Solin. p.* 647. Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit 7, 30.

Esse 9, 4. Quum diu silentium fuisset. *i. q. obtinuisset.* Quum extra urbem triumphi caussa esset 40, 43. Edictum imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non fecisset 29, 1. Prætor in Hispania fuerat 41, 27. *i. e. sorte ei provincia hæc evenerat; quam non adiit.* A quo *(dictatore)* provocatio non est 2, 29. *i. q. non conceditur; a quo provocare non licet.* Transitum ea non esse 21, 32. *i. q. dari, fieri posse.* Ut tot cladibus edocti, tandem Deos et jusjurandum esse crederent 30, 37. *i. q. vim habere, validum esse.* Est cœleste numen! es, magne Jupiter! 8, 6. Si Deos esse censes 9, 11. Deos tandem esse, et non negligere humana 3, 56. Qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus rex etc. 29, 18. Vid. *deus.* Fides ea est, me vera loqui 21, 13. *h. e. id fidem facit, probat, me v. l.* Sunt, qui eo die magno prœlio pugnatum auctores sint 42, 66. *cf.* 6, 20. Quod quidem continens memoria sit 5, 34. pro *contineat.* Unus cum insignibus imperii et lictoribus *(interrex)* erat 1, 17. Quidnam se futurum esset 33, 27. *Pro* de se, *ut nonnulli legi volunt. Illud ἀρχαϊκῶς dicitur, ut apud Terentium sæpius.* Divi quoque in eo *(responso oraculi)* erant 23, 11. *Scil. nominati.* Quæ verbo objecta verbo negare sit 42, 41. *ex more Græcorum dictum. Sic* 44, 39. Quanto facilius abire fuit *pro* licuit. Famæ magnæ malle quam bonæ esse 6, 11. Perbrevis ævi Karthaginem esse 28, 35. Hominum, non caussarum toti erant 3, 36. Unius hominis esse 6, 14. Rari aditûs *(scil. decemviri)* erant 3, 36. Omnis senatus Hannibalis erat 21, 11. Quia Perseus magis auræ popularis erat 42, 30. *i. e. Perseo favebatur vulgo.* Plebs novarum rerum tota esse 23, 14. Quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ 22, 15. Quod adeo toti plebis fuissent *(consules)* 3, 59. Suarum rerum esse, amissa publica 3, 38. Qui Macedonum phalangis erant 42, 61. Esse legitimorum stipendiorum 23, 25. Nimium in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis, non tam properantis abire magistratu, quam viam ad continuandum magistratum quærentis, esse 3, 35. Non esse modestiæ populi Rom. id postulare 6, 39. Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ ejus 8, 32. Si Claudiæ familiæ non sim 6, 40. Cujus *(Æmilii)* tum fasces erant 8, 12. Prætor, cujus Sicilia provincia erat 24, 6. Tuæ potestatis semper tuaque omnia sint 22, 39. Ipsos — suæ potestatis fore 36, 27. Non esse potestatis suæ 31, 45. Me haud pœnitet eorum sententiæ esse 1, 8. Ea civita-

tis Rhodiorum essent 37, 55. *h. e. et parerent*. Qui Samnitium forent 9, 42. *Opp. socii Samnitium*. Dolopes numquam Ætolorum fuerant, Philippi erant 38, 3. Quæ partis Ætolorum maluerant esse 36, 42. Præter Capitolium atque arcem omnia hæc hostium erant 6, 40. Ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus 7, 30. Alterius (*consulis*) morientis prope totus exercitus fuit 22, 50. *i. e. favit ei, adhæsit, eum, imitatus est.* vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 70. Eorum hominum Attalus erat 45, 19. Alipheram — quod suorum fuisse finium satis probabant, restituit 28, 8. Quæ (*eruptio*) quum iræ magis inconsultæ, quam veræ fiduciæ virium esset 42, 54. Manliana que imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent 8, 7. Custodiæ vigiliæque et ordo stationum intentioris ubique curæ erant 8, 8. Pars altera regiæ adulationis erat 42, 30. Qui fideles nobis socii, qui dubii suspensæque ex fortuna fidei — viderentur 44, 18. Quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quæ se dediderant 32, 29. Æquandæ libertatis hoc est 3, 32. *i. e. valet; vim habet, ad æquandam libertatem. Forma Livio frequens. cf.* 38, 50. Vid. *Drakenborch. ad* 5, 3. Scipionem — et rempublicam esse gratiæ referendæ 28, 25. Et concordiæ et libertatis æque minuendæ esse 34, 54. *cf.* 27, 7. Quorum tutelæ ea loca essent 1, 6. Petere, ut eum non sub hospitum modo privatorum custodia, sed publicæ etiam curæ ac velut tutelæ vellent esse 42, 19. Quæ restinguendo igni forent 30, 6. Ut contra eo violentior potestas tribunicia impediendo delectui esset 6, 31. *Quamquam sunt, qui legant* delectu. *Eadem variatio est in forma dicendi:* ære solvendo esse 31, 13. *quum et melius et usitatius sit* æri solvendo esse. *Idem enim est, quod* sufficere æri solvendo. *Similiter* triumviri monetales *rectius dicuntur, uti convenit inter viros doctos*, æri flando feriundo, *quam* ære f. f. *Nam hæc quidem forma antiquior est. Comparetur cum loco superiori* 10, 5. Satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum etc. *cf.* 30, 9. Ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent 2, 9. Sitne aliquis plebeius ferendo magno honori 4, 35. *cf. cap.* 43. *i. q. sufficere.* Ne classi hostium prædæ ac præmio essent 31, 28. Vel hic dies argumento erit 39, 51. Quod etsi non jure fiat, tamen argumentum esse etc. 3, 55. *Sic et* documento *it.* documentum esse. vid. *Drakenb. ad* 7, 6. Neutra res mihi nec gloriæ nec crimini sit 40, 15. *it.* curæ 10, 25. — divisui 1, 54. — honori 4, 2. Ut ad omnes conatus regis impedimento esset 44, 46. *cf.* 35, 38. Quæ ne in potestatem quidem populi Rom. essent 2, 14. Portus in potestatem Locrensium esset 24, 1. Ad id fore altitudines — ut etc. 27, 18. Ut, quæ in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent 23, 49. Cognitis mox, quæ nosci prius in rem esset 44, 19. Prætores trahenda re esse 24, 27. *Sic* ære solvendo esse, *ut supra notavimus. Itaque non adstipulor Dukero* in trahenda r. e. *legenti*. In oculis exemplum erat Fabius Valerio 8, 35. Quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent *ibid*. In pace esse 23, 42. *cf.* 31, 29. *it.* in bello. Civitatem in lætitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse 8, 33. In invidia esse 29, 37. *it.* in rixa 40, 14. Quum, Publilium avocari ab spe capiendæ in dies urbis, haud e republica esset 8, 23. *cf. cap.* 33. *ad quem locum* vide *Drakenborchium*. Ut, si vita longior contigisset, magni justique regis in eo indolem fuisse appareret 35, 15. *Pro futuram fuisse.* Ut, si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint 38, 31. *i. q. fuisset. cf. cap.* 43. Qui sibi quum in pace essent, imperataque a prioribus consulibus fecissent, et eadem præstare obedienter M. Fulvio parati essent, bellum illatum questi etc. Et difficilior facta oppugnatio erat 34, 29. *Pro esset.* vid. *quos laudat Arntzen. ad Plin. Pan.* 8. *it. Cel. Ruhnken. ad Vellei* 2, 32. Opus esse sibi domino ejus convento, ait; nunciaret, T. Manlium, L. filium, esse 7, 5. *pro adesse* [*non puto.*] Apud Patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius erat 1, 40. Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse 38, 21. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 266. [*Prior Baueri ratio durissima; multo lenior altera.*] Est aliquis 6, 41. *Si cum interrogatione; ergo supplendum. Alias ironice accipiendum est.* Esse, quod eosdem reficerent tribunos plebis 6, 39. Hoc illud esse — quod æra militibus sint constituta 5, 2. Quid esse aliud, quam minari se proditurum patriam 4, 2. *Pro quid id esse aliud etc. cf. cap.* 4. *it.* 6, 4. Id est, civitatem libertatemque eripere 45, 15. *Legend.* esse. Ubi publicanus est *ibid*. cap. 18. *pr.* esset.

Esse *pro* edere 23, 9. Ut sacratis de mentis essemus.

Et 2, 18. Valerium, spectatæ virtutis et consularem virum. *Sæpius enim* et *jungit diversos casus atque etiam diversas constructiones, veluti* 36, 31. Quinctio occurrit; et, quum caussas oppugnationis exponeret, castigatum leniter — dimittere exercitum jussit etc. Manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere 3, 46. et *h. l. pro* id est *accipi debet.* Vid. *Drakenborch, ad h. l.* Pro cunctatore segnem *et* (*hoc est*) cauto timidum — compellabat 22, 12. *Sed* vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 51. Reliquorum sui moris et copia Græcorum artificum 41, 20. Pro *reliquorum spectaculorum Syriaci moris*, hoc est, *copia Græcorum artificum.* Sed et injuriæ dolor — et quia gravior — tum Servio occiso etc. 1, 40. *i. e. non solum — sed etiam — præterea.* Militares ho-

mines et stipendia justa, et corpora *et* ætate *et* assiduis laboribus confecta habere 42, 33. *Pr.* partim — partim — . Et *sæpius omissum.* Vid. *Drakenborchium ad* 3, 68. it. 6, 39. Et *sæpius, inter duo substantiva, omissum.* vide *eumdem ad* 1, 59. *it. Cel. Ruhnkenium ad Vellei* 1, 4. Res est præterea et immensi operis — et quæ ab exiguis profecta initiis — et legentium plerisque etc. *Præf. cf.* 6, 19. *ult. Contra, præsertim in formulis sollemnibus,* et *omittitur, v. c.* 1, 24. Ut illa palam prima postrema — recitata sunt. Quum hostis alienigena in Italia esset, et Hannibal hostis 26, 13. *pro* et quidem, *ut Livius ipse* 45, 39. *et quidem* non homines tantum, sed Deos etiam suo' honore fraudaturi. *cf.* 45, 25. *ult.* Splendidiore nunc eos catena et multo graviore vinctos esse 35, 38. *videtur* et *h. l. pro* sed *vel* at *positum, aut sic fortasse legendum.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 39. *Sic* 1, 37. montes Sabini petebant, et pauci tenuere. *Item* 44, 26. ipse (*Perseus*) equos — donum principibus ferre, et parum auri, quod inter paucos divideret, multitudinem credens trahi spe posse. Vide *B. Patruum ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 3. Et (*at*) a tergo fauces saltus occupatæ etc. 35, 11. Et Onesimum — in senatum introduxit 44, 16. pro *tum vero.* Quod et ita credebat futurum, jam etiam volebat 42, 15. Sed, ut et numero etiam, non animis modo valeatis 21, 54. Quod et juniores non responderent, 43, 14. Nam et, quia eumdem et suæ potestatis, quem libertatis omnium, finem cernebant, Patrum auctoritate se dediderant 6, 19. *Utrumque* et *hoc loco haud dubie pro* etiam *dictum.* Quum pridie, quam legati ad Tarquinios proficiscerentur, et cœnatum forte apud Vitellios esset, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa — egissent: sermonem eorum ex servis unus excepit etc. 6, 6. *pro* etiam. *Quamquam languidum hoc esse, omninoque illud* et *tollendum videtur Cel. Schellero.* Et quia — futurus erat, tum — facturus videbatur 1, 40. *pro* et — et *vel* tum — tum. Vide *Cel. Strothium ad* 21, 36. Repente strepitus ante curiam lictorum submoventium auditur, *et ipse* infensus aderat, postquam comperit profectum ex castris etc. 8, 33. Quia nimis compar Latinorum quondam postulatio erat, Cœlius*que et* alii id — prætermiserant scriptores etc. 23, 6. *Et* ex propinquo dicamus invicem audiamus*que* 32, 32. *pr.* et — et. Vixdum ad consulem se pervenisse, *et* audisse oppidum expugnatum 43, 4. *pr.* quum jam audissent etc. Adeo universos omnia *et* huic tribuere, *et* illi *vero* negare 45, 19.

Etenim *sæpe Livio omittitur, v. c.* 1, 7. Priusquam populus etc. *Reddunt enim rationem hæc verba. Eadem ratio est τῷ* enim, *quod post* adeo, tantum, ita *desiderari solet.*

Etiam 45, 38. Quid etiam dicitis militis? aliquis est Romæ etc. *pro enim, uti Gronovius legit, aut* tandem. Etiam atque etiam consideres, quo progrediare 3, 45. Quibus (*literis*) etiam atque etiam monet eum 29, 24. Etiam atque etiam videte — — ut etc. 36, 28. Moneri eum tantummodo jussit, ut etiam atque etiam curaret, ut etc. 41, 19. Ne Virginio commeatum dent, atque etiam (*adeo*) in custodia habeant 3, 46. Etiam tum 21, 36. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 33. Etiam nunc 3, 46. Vid. *adhuc.*

Evadere 10, 1. Dum evadere (*e specu*) tendunt. Ille quidem, adnuentibus ac vocantibus suis, favore multorum addito animo, evadit, 1, 12. Quod e tanto periculo evasisset 42, 18. *it.* periculo 21, 33. Raptim angustias evadit 21, 32. *cf.* 2, 65. *it.* 38, 2. Evaserunt extra vallum 41, 26. Qui terrores tamen eo evasere, ut etc. 2, 42. Inter præsidia ejus saltum ad Petram evasi 45, 41. *cf.* 2, 65. *it.* 7, 36. In Dinomenem — tela conjiciuntur, per quæ tamen, duobus acceptis vulneribus, evasit 24, 7. Super castra hostium cum suis turmalibus, ita evasit, ut vix teli jactu ab statione proxima abesset 8, 7. Scaphis (*e classe*) haud secus quam naufragos milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasisse 29, 27. Per præruptum — saxum in Capitolium evasit 5, 46. Ut in muros evaderet miles 2, 17. *it.* in mœnia 10, 17. Juvenis evasit vere indolis regiæ 1, 39. Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana evadat 23, 12.

Evanescere 2, 48. Nimia gloria luxuriare et evanescere vividum quondam illud Kæsonis ingenium. Qui postquam evanuit rumor 44, 31. Experiendo, — — — sine ullo effectu evanescunt 44, 41.

Evastare 5, 5. Agrum non coluit, et culta evastata sunt bello. *cf.* 37, 19. Evastatum Samnium 8, 37. *cf.* 10, 15. *it.* 28, 44. Vid. *Drakenborch. ad* 32, 33. Quosdam vicos etiam evastarunt 40, 22. Dolopes a te ipso evastati sunt 42, 40. Vid. *pervastare.* Simul ut Sinticen evastaret 44, 46.

Evehere 1, 48. Ut in collem Esquiliarium (*curru*) eveheretur. Resolutis oris in anchoras evehuntur 22, 19. Ubi in altum evecti sunt 21, 50. *cf.* 25, 27. *it.* 28, 30. Evecti Ægæo mari Delum trajecerunt 44, 28. Incaute se evehentes Masinissa excipiebat 29, 34. Pro *evectos, i. e. prorumpentes.* Spe vana evectus 42, 62. Inter dicendi contentionem inconsultius evectus projecit 35, 31.

Evellere 33, 5. Juvenes connisi arborem unam evellebant. Qua evulsa portæ instar extemplo patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur.

Evenire 7, 6. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. *Sic sæpissime. Etiam simpliciter* evenire *dicuntur* provinciæ, *v. c.* 9, 41. *it.* 26, 1. 40, 43. Legiones urbanæ 23, 25. Vid. *obvenire. it.*

obtingere. Si cetera prospera evenissent 21, 21. *it.* prosperi quidquam 29, 18. — prospere 9, 19. Forte ita evenit, ut etc. 1, 7. Si — adversa pugna evenisset 8, 31. Propter prodigia, quæ evenerant 40, 59.

Eventus, 28, 6. Ad spem eventus respondit. Incertus fortunæ eventus 42, 49. Sensit ergo eventus virtutis enisæ opem 6, 24. Tanto magis intentum in universum eventum belli curæ angunt 32, 5. Pari — periculo gloriæque eventu 9, 40. In eventu ejus urbis 36, 9. Pro *in eventu obsidionis ejus urbis.* Quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit 9, 17. Duorum militum eventus 7, 26. *in altero mortem denotat, in altero victoriam.* Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit 7, 8. Ut nostro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano præstet 8, 7. Decii eventus 10, 29. Impiorum fratrum eventus 45, 19. *it.* exitus Persei *cap. eod.*

Evergere 44, 33. Quia (*montes*) nullos apertos evergerent rivos.

Evertere 6, 14. Se militantem, se restituentem eversos penates — obrutum fœnore esse. Veniam civitati petebant, civium temeritate bis jam ante eversæ 30, 16. *i. e. ita fractæ, ut propemodum eversa videretur.* Exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri 30, 32.

Evidens numen — rebus affuit Romanis 5, 51. *pr.* evidenter. Vid. *præsens.* Rem evidentem pro dubia quærendam 39, 34. *cf.* 44, 41. Super tam evidentem tristis ominis eventum 41, 18. Neque vlla evidentior caussa victoriæ fuit 44, 41. Evidentissimum id fuit, quod etc. 8, 9.

Evidenter 42, 29. Cotys Thrax, Odrysarum rex, evidenter Macedonum partis erat.

Evincere 10, 17. Evicit omnia assuetus prædæ miles. Evicit miseratio superbiam 9, 6. Evicerunt (*Patres*), ut Camillus crearetur 9, 26. Evincuntque instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur 2, 4. In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant 3, 41. *Similiter Græcis μάχεσθαι de omni contentione animi ac vehementiore studio dicitur.*

Evocare 1, 55. Unumque eum deorum non evocatum sacratis sibi finibus. Alios (*deos*) votis ex urbe sua evocatos 5, 21. Multitudine opificum ad spem prædæ evocata 4, 9. *cf.* 8, 3. *it.* 23, 43. Evocati litteris imperatoris 45, 31. *it.* edicto *ibid. Hi opponuntur illis, quos* præsentes evocabant (*legati*) *ibid.* Evocavit virum e curia 1, 48. Evocatus a viatore 41, 15. Perseus evocato Evandro judicium subeundi nullo pacto auctor esse 45, 5. pro *sevocato; atque ita etiam Drakenborchius conjicit legendum esse.* Tanti regis ac ducis mentio (*Alexander M.*) quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium 9, 17.

Evolvere 44, 8. In mare evolvendo terram. (*de fluvio.*) Incubantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas 6, 15. *i. q. vi dejicias. Ita fere apud Tacitum. Annal.* 13, 15. *dicitur: evolutum eum sede patria rebusque summis.* Anguis immanis concubitu conceptum (*Alexandrum M.*) et in cubiculo matris ejus persæpe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam, atque ex oculis elapsam 26, 19.

Evulgare 9, 46. Civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit.

Ex 4, 2. Alia ex aliis bella serere. Alia ex eis edita etiam in vulgus 6, 1. *i. q. præter ea.* Ex ante convecto 4, 22. *it.* ante præparato 26, 20. Ex ante diem quintum idus Octobres cum eo die in quinque dies 45, 2. Si ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Rom. 45, 44. *i. q. cum nullius injuria.* Ex India elephanti 35, 32. *h. e. Indici.* Fons ex opaco specu 1, 21. Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabæ — data essent 45, 44. Munera mitti legatis ex binis millibus æris censuerunt — — vasa argentea quinque ex viginti pondo etc. 43, 5. Ver primum ex domo excivit 45, 34. Fidum e servis vocat 30, 15. Ex injuria insaniens exercitus 7, 39. *i. e. propter acceptam injuriam. cf.* 9. 24. Agro ex hostibus capto 3, 68. Ex hostibus eripere 41, 14.

Exacerbare 8, 33. Infestius Papirium exarsurum, agitatum contentione ipsa exacerbatumque. Ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi 2, 35. His simul inflatus exacerbatusque 6, 18.

Exactores regum Junii Valeriique, 9, 17. Exactor supplicii 2, 5. Operis plus, quam antea, fecisti, quum ipse imperator et exactor circumires 45, 37.

Exactus, 2, 40. Exacta ætate. *i. q. in senectute.* Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis 30, 26.

Exædificare 30, 1. Ut Genuam — a Magone dirutam exædificaret. *cf. cap.* 3. *it.* 1, 56.

Exæquare 23, 35. Vetus miles tironi, liber voloni sese exæquari sineret. *cf.* 37, 29. *it.* 45, 38. Quod unum exæquandæ sit libertatis 3, 39. Ut pandere aciem et exæquari cornibus hostium, quibus circumibantur, possent 41, 26.

Exæquatio 34, 4. Hanc — ipsam exæquationem non fero, illa locuples.

Examen 42, 10. Locustarum tantæ nubes a mari vento repente in Apuliam illatæ sunt, ut examinibus suis agros late operirent. Vid. *Virgil. Georg.* 4, 280. [Vid. *apis.*]

Exanimare 7, 36. Torpidos somno insuper pavore exanimat. Postremo lux adpropinquans exanimare 5, 39. Exanimati omnes tam atroci imperio 8, 7. De-

ditio exanimatorum corporum 9, 1. Tacta de cœlo multa — et duo vigiles exanimati 28, 7. Taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos 42, 20.

EXANIMIS 8, 39. Corpus Brutuli exanime. *it.* 25, 28. Jacerentque strata exanima corpora. *His confirmatur, quod vulgo dicunt; eum dici exanimem, qui sit vere mortuus; præsertim quum Livius vocabulum semianimis usurpare soleat; vid.* 3, 18. Pugno ictum a Kæsone cecidisse semianimem. *cf.* 9, 16. *Differt ab* exanimatus, *auctore Servio, quod idem sit cum* timens, pavens. *Enimvero ipse ille Servii Virgilius Æneid.* 4, 672. *Audiit exanimis, inquit, trepidoque exterrita cursu Unguibus ora soror fœdans, etc.* Exanimes vice unius 1, 25. *Gronov.* vicem.

EXARDERE et EXARDESCERE 10, 28. Exardet altercatio in contentionem animorum. Tanta exarsit ambitio, ut etc. 3, 35. In perniciosam — — seditionem exarsuri 40, 35. Quarum (*injuriarum*) incremento bellum exarsit 40, 58. Inde gravius de integro bellum exarsit 41, 25. Novum atque atrox prœlium ex tam segni repente exarsit 27, 2. Adeo exarserant animis 3, 30. *cf. Virgil. Æn.* 8, 219. Plebes ad id maxime indignatione exarsit 4, 6. *cf.* 8, 33.

EXASPERARE 38, 17. Duratos eos tot malis exasperatosque accepit terra. Exasperato fluctibus mari jactari cœperunt 37, 13. Vid. *Virgil. Æn.* 3, 285. Exasperavit animos ferocia animi Harpali 42, 14. *cf.* 28, 25. Exasperati Ligures 42, 26. *i. e. ad iram vindictamque incitati.*

EXAUCTORARE 8, 34. Immemores sacramenti, licentia sola se, ubi velint, exauctorent. *cf.* 29, 1. Omnes milites exauctorati domum dimitterentur 32, 1. Exauctoratus (*exercitus*) morte ducis 25, 20. Exauctorati, qui sacramento dixerant 41, 5.

EXAUDIRE 5, 52. Propter cœlestem vocem exauditam. *pro simplici* auditam. *cf. cap.* 50. *ubi est* audita. Non tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur 8, 33. *cf.* 9, 11. *it.* 10, 40. Vid. *Drakenborch. ad* 3, 56. Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebantur 26, 9. *cf. cap.* 13. Ut hostes exaudirent 1, 27. Vocesque etiam miserabiles exaudiebantur 1, 29. Neque decretum exaudiri consulis præ strepitu et clamore poterat 2, 27. Ubi omnibus simul pronunciaretur, quod fieret, neque omnes exaudirent, etc. 44, 33.

EXAUGURARE fana sacellaque statuit 1, 55. *i. e. religione liberare augurato.*

EXCEDERE 2, 37. Ut urbem excederent Volsci. *cf.* 23, 1. *it.* 24, 3. Curiam excessit 45, 20. Jussis excedere e templo 29, 19. Præsidio excessere 22, 17. Primi omnium Macedones, regium præsidium, metu excesserant 42, 67. Ultimus conserto prœlio excedebat 21, 4. Non — Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit 7, 32. Excedere paullulum ad enarrandum 29, 29. *i. q. digredi, digressionem facere.* Ad Patres etiam et ad publicam querimoniam excessit res 25, 1. *i. e. initium fuit publicæ quoque de ea conquerendi.* Quum libertas non ultra vocem excessisset 3, 41. Quo ultra iram — ejus excessuram fuisse, quam ut etc. 8, 33. Vid. *procedere.* Ne in altercationem excederet res 33, 35. Excedit pugna in annum sequentem 21, 15. *h. e. eo demum anno facta est. it.* 30, 26. insequentia excedunt in eum annum, quo etc. i. *e. facta sunt sub initium ejus anni.*

EXCELLENS 1, 9. Quasdam forma excellente — domos deferebant. Excellens matronarum studium 5, 52. Vestitus nihil inter æquales excellens 21, 4.

EXCELSUS 1, 34. Excelsa et alta sperare.

EXCERNERE 28, 39. Ex captorum numero excretos Saguntinos in patriam remisit. *Vid. Drakenborchius ad h. l.* Omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit 9, 46.

EXCERPERE 24, 18. Nomina omnium ex juniorum tabulis excerpserunt. *i. e. expunxerunt, deleverunt.*

EXCETRA 39, 11. Hispalæ concubitu carere eum decem noctes non posse, illius excetræ delinimentis et venenis imbutum. *Proprie idem est, quod hydra, eoque continuata allegoria spectat.*

EXCIDERE 21, 42. Ubi cujusque sors exciderat. *Vid. Drakenborch. ad h. l.* [*Sic Græci* ἐκπίπτειν *dicunt. Schol. ad Aristoph. Equit.* 1084. χρησμὸς γὰρ ἐξέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις ὡς ἄρα δεῖ *etc. Vid. Wessel. ad Diodor. Sic. T.* 1. *p.* 286. *T.* 2. *p.* 319.] Quod primum sorte nomen excidit 23, 3. *i. q. exiit, dictum est.* Excidere etiam sævientes quidam in flumen (*e ratibus*) 21, 28. Karthaginem atque Hannibalem excidisse de memoria 29, 19.

EXCIDERE 9, 16. Excide radicem hanc — incommodam ambulantibus. Ut senatum ad excidendum Antium hortaretur 6, 9.

EXCIDIUM 9, 45. Movet plerosque vastatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus præsidiis urbium relictarum excidia.

EXCIERE, 7, 11. Ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum exciere in hostium portis.

EXCIPERE 41, 12. Amnem, — multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. Navium agmen, ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens 21, 27. Ipse hasta innisus se in pedes excepit 4, 19. *Oppos. subjicere se in equum.* Hostibus deditos omnem iram hostium nostris capitibus excipientes 9, 8. Fabius — bellum ad Sutrium excepit 9, 33. *i. e. suscepit, accepit. Vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 73. Motis Patribus alter consul — Fulvii caussam excepit 38, 43. Sermonem eorum ex servis unus excepit

2, 4. Legem — quum ab tribunis parati consules, unius ex collegio proditione, excepissent 4, 30. Ni ex subsidiis tertia decima legio, in primam aciem inducta, prœlium dubium excepisset 30, 18. Integri pugnam excipiunt 38, 22. *quum quidem in locum repulsorum succedunt*. Exceptus clamor ab aliis 24, 31. *i. q. repetitus, continuatus*. Assensu populi excepta vox consulis, 8, 6. Ad excipiendas voces speculator ex convivis Persei missus quum incautior obversaretur, exceptus a juvenibus forte triclinio egressis male mulcatur 40, 7. Servitute excepti 33, 22. *i. q. liberati, exemti*. Id se tantum orare, ut in amicitiam populi Romani *reciperentur*, et, si pax cum Perseo fieret, *exciperentur, ne* in regiam potestatem *reciperentur* 43, 6. Hostium magna vis excipiebatur, nec jam egredi extra munimenta castellorum audebant 34, 18. *i. e. intercipiebantur*. *cf.* 9, 31. *it.* 10, 20. Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis 21, 61. Ne qua fraus hostilis vagos exciperet 5, 41. Perinde ac si omnes candidati essent, cuncta experientes, non homines modo, sed deos etiam excipiebant: in religionem vertentes comitia biennio habita 5, 14. *Videtur idem esse quod aggredi et quasi venari. Nam Græci quidem* θηρᾶν *sic dicunt*. Inopia — eum excipiebat 21, 48. *cf.* 23, 18. Villium, in Macedoniam quum venisset, atrox seditio militum — excepit 32, 3. Excepit — eum lentius spe bellum 1, 53. [*Bauerus in ind.*: ei oblatum est; secutum est alias ejus occupationes.] Quum — lamentabilis eum mulierum comploratio excepisset, 3, 47.

Excire 1, 18. Quæ fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio quemquam ad cupiditatem discendi *(Pythagoras)* excivisset. *i. e. excitasset et ad se allexisset*. Primos excivere Albanos 1, 28. *(præcones)* Homines, qui sequi possent, sedibus excibat 32, 13. Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur 7, 7. Principibus coloniæ Romam excitis 8, 4. *i. q. accitis*. Indignitas rei, magis quam periculum, consulum alterum ab urbe excivit 3, 2. Tumultum excivisse 3, 39. Nunciata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit 10, 4. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitos reges 1, 39. Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius 3, 48. Dii prope ipsi exciti sedibus suis 31, 14. Ad primam auroram somno excitus 1, 7.

Excitare 38, 3. Materia ad aggeres excitandos et cetera opera. Vid. *turris*. Ad aliquantum jam altitudinis excitata erant mœnia, quum subito collapsa ruina sunt, 29, 18. Trepido nuncio excitatus 1, 48. Ignominiæ, non honoris caussa me primum excitatum jussumque dicere etc. 9, 8. Per unam *(portam)* præsidium Romanum clamore excitatum irrumpit 9, 24. Accepta itaque res sæpiusque usurpando excitata 7, 2. [*Vid. Bauer. ad h. l. et in ind. h. v.*] Consul Romanos, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immisit 10, 36. *i. q. ut res ad prœlium veniret*.

Excitatior crebriorque *(clamor)* ab hoste sublatus 4, 37.

Exclamare 4, 38. Magna voce exclamasset, ut equites ex equis desilirent. *cf. cap.* 33. Vid. *personare*.

Excludere 10, 23. Ex parte ædium, quod satis esset loci modico sacello, exclusit. *i. e. secrevit*. Brachio objecto, flumine eos exclusit 22, 52. *i. e. fluminis copiam, usum, iis ademit*. Urbs contra exclusa maritimis commeatibus 25, 11.

Excruciare 40, 23. Extemplo diu excruciatus — in tormentis moritur.

Excurrere 1, 15. Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi — in fines Romanos excucurrerunt. *Haud dubie* ἀνακόλουθος *oratio*. Excurrentibus in publicum pavidis 9, 24. *i. e. festinanter domo prodeuntibus*. Ab intimo sinu peninsula excurrit 26, 42. Excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra 36, 15. *alias: procurrere, extendi. cf.* 44, 11. Vid. *eminere*.

Excursio 10, 1. Ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. *cf.* 29, 1. Per excursiones ab stationibus — multa levia commissa prœlia sunt 32, 10. Tumultuosæ excursiones 30, 8.

Excusare 26, 22. Oculorum valetudinem excusavit. *i. e. rogavit, ut nulla eam ob caussam ratio sui in comitiis haberetur*. Atilium ætatem excusantem Romam miserunt 22, 40. *cf.* 28, 8. Quum excusaretur, solum vertisse exsilii caussa 3, 13.

Excutere 8, 7. Equus — excussit equitem. Cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis 6, 15.

Exedere 37, 27. Exesæ fluctibus rupes.

Exemplar. *Vid. Interpr. ad* 24, 8.

Exemplum *Præfat.* Documenta omnis exempli. Exemplaque hæc pro documentis habenda 25, 33. Lacus Trasimenus et Cannæ tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum simile utili documento sunt 24, 8. In oculis exemplum erat Fabius Valerio legato 8, 35. Vir exempli recti 3, 44. Formant se homines in regis, velut unici exempli, mores 1, 21. Exemplum in rem aliquam 27, 6. Exemplo in perpetuum victa tribunicia potestas 2, 44. Pessimo exemplo publico 4, 4. In alienæ sortis exemplo 21, 43. Exemplo haud salubris sententiæ 2, 29. Exemplo eorum clades fuit 9, 45. Exemplum arcendis sceleribus 2, 5. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit 1, 28. Triste exemplum, sed in posterum salubre juventuti, erimus 8, 7. Huic

vestro' exemplo quantum debeatis 37, 54. *i. e. constantiæ vestræ.* [*Melius Bauerus in ind. h. v.:* quid facere vos oporteat, illo exemplo edito, a vobismet proposito, ne ab eo deficiatis, neve parum vobis constetis.] Virtutis exemplum expressam ad effigiem vobis reddam 26, 41. *Hic est exemplum ein Original, quod dicunt. Sed sic videtur legendum:* virtutis effigiem expressam ad exemplum etc. *uti præclare vidit Cel. Ruhnkenius ad Rutilium Lupum de Figuris p.* 108. Magna exempla, ut alios reges claros ducesque omittam, casuum humanorum 9, 17. Nobilia maxime sortis mortalium exempla spectemur 45, 41. Omnia exempla belli edita in se 38, 43. *i. e. genera malorum bellicorum, incommodorum etc. Vid. Gronov. ad* 29, 27. Deditos in fidem populi Rom. omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse 42, 8.

Exercere 28, 27. Non, quo verba potius, quam res, exercuerim. Vid. *Gronov. Obs.* 2, 3. Experiri animum et virtutem exercere 25, 6. Ad id maxime animum exercuerat 35, 27. Cognitiones capitalium rerum per se solus exercebat 1, 49. Monumentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis sollemni certamine navium, in flumine oppidi medio, exercetur, 10, 2. In minime pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes 9, 22. Nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos 45, 30. Fœdeque in captis exercuere victoriam 6, 22. *it.* iram *ibid.* Promulgata lex exercuit civitatem 3, 14. Vectigal exercentibus dimidium ejus impositum, quod pependissent regi 45, 29. *Hic* exercentes *simpliciter pro metalla exercentibus dicuntur.*

Exercitatus bello 27, 44. *cf.* 36, 17. Asperius paullo iter in Thracia et exercitatior hostis 39, 1.

Exercitium 44, 9. Ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum.

Exercitus præses provinciæ 23, 48. Mandata exercitus edit 5, 46. Exercitus tiro 21, 43. Exercitus justus consularis 10, 25. *cf.* 9, 43. Pars exercitus cum omni equitatu 30, 36. *it.* 40, 52. *Quemadmodum autem in his locis* exercitus *pedites significat; ita alibi, v. c.* 29, 22. *it.* 32, 21. classi *oppositus denotat exercitum terrestrem.* Exercitus navalis 42, 56. *alibi distinguitur* exercitus *a* classe, *v. c.* 26, 42. vide *supra in v.* classis. Exercitus integer intactusque 10, 14. Prœlium fuit, quale inter fidentes sibimet ambo exercitus, veteris perpetuæque alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum 3, 62. Exercitum salvum atque incolumem plenissimum prædâ domum reportavit 41, 28. Exercitu indicto 41, 14. Samnitium exercitus —— aciem instruit 7, 37. Propter quam duo exercitus Aventinum insedistis 9, 34. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse 26, 2. De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent 23, 25. Ita pedestri exercitu ornato distributoque, equitum ex primoribus civitatis duodecim scripsit centurias 1, 43. *de populo exercitus h. l. capiendus, qui stipendia facere debet. Sermo enim est de censu. cf.* 39, 15. *ubi etiam exercitus de comitiis centuriatis dicitur:* nisi quum — comitiorum caussa exercitus eductus esset. *Vid. Gronov. Obs.* 1, 1. Cum ingenti clientium exercitu 3, 14.

Exhaurire 31, 38. Quum paucis diebus hostes, exhausto circa omni agro, ad ultimum inopiæ venturos sciret. Diripi tecta, exhaustis injici ignes 5, 41. Exhaustis tectis ignem injecit 10, 44. Urbium opes exhaurire 34, 13. Quum tantum laboris exhaustum sit 5, 5. Multis terra marique exhaustis laboribus 26, 31. Quantum rursus sequendo eo —— exhauriendum laboris erat 44, 39.

Exhorrescere 8, 35. Ni tristia edicta *(dictatoris)* exhorruisset. *paullo ante:* trux dictatoris ira.

Exigere domo 39, 11. *it.* e campo 3, 61. Cerva — e montibus exacta 10, 27. Elephantos igni e castris exactos 26, 6. Medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ 37, 41. *i. e. abiguntur.* Exigere fructus agrorum 34, 9. *i. e. vendere.* — jusjurandum 38, 39. *Gr.* λαβεῖν ὅρκον — sarta tecta acriter et cum summa fide 29, 37. Censorem — cui sarta tecta exigere sacris publicis, et loca tuenda, more majorum traditum esset 42, 3. Ædilibus, velut publicum exigentibus opus 6, 4. Exacta acerbe munia militiæ 45, 36. Nolite ad vestras leges et instituta exigere, quæ Lacedæmoniorum sunt 34, 31. Difficile ad fidem est — quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero 3, 50. *Virgil. Æn.* 1, 309. Sociisque exacta referre. Mulctaticia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis 10, 23. Exactæ binæ tunicæ in militem 9, 41. Hæc exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere 22, 49. *h. e. agentes sermone, colloquentes.* (ἐξηγεῖσθαι) [*Vid. Bauer. in ind. h. v.*]

Exiguus 7, 4. Si quid exiguum in eo (*ingenio*) naturalis vigoris sit. Exigua initia *Præfat.* Exiguum spatii vallum a vallo aberat 22, 24.

Exilium. Vid. *exsilium.*

Eximere 1, 50. Quia ea res exemisset illum diem *scil. rei agendæ aut perficiendæ, ut nihil confici posset.* [*Vid. Clav. Ciceron. h. v.*] Adventus Marcelli — moram certaminis hosti exemit 9, 43. Biennio exemto 9, 44. *scil. seriei annalium.* Festinatio curam exemit vicos dirigendi 5, 55. Eximendo de nervo cives vestros 6, 15. Eximere religionem 4, 31. *simpliciter pro animis re-*

ligionem eximere. Non noxæ eximitur Fabius 8, 35. Quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint 28, 39. Dædala et quædam alia parva castella obsidione exemerunt 37, 22. *cf.* 6, 24. *it.* 9, 21. Ut se reum — crimine eximerent 6, 24. Ut Syracusas oppressas ab Karthaginiensibus in libertatem eximerent 31, 29.

Eximie legatis eorum pollicitus erat 42, 29.

Eximius 7, 37. Et præter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo, auratis cornibus donat. *Sacrificale verbum, ut et egregius. Græcorum* ἐξαίρετος. Vid. *Homer. Il.* 2, 227.] Bovem eximium Marti immolavit 7, 37. Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit 1, 7. Bove eximia capta de grege *ibid.* Vid. *Virgil. Æn.* 7, 783. Tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat 9, 34. *i. q. exemtus.* Quanta eximia celeritate poterat 42, 15. Eximia corporis magnitudine — Gallus 7, 9. Uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus 6, 11.

Exinanire 5, 20. Exhaustis atque exinanitis tributo tot annorum succurri.

Exinde 1, 28. Exinde, duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Mettum. *pr. deinde, posthæc.* Prætores exinde facti etc. 42, 9. [Vid. *Drakenborch. ad h. l. et Nolten. Lexic. Antibarb. col.* 526. *sq.*]

Exire 9, 34. Te, nec quod dies exit censuræ, nec, quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coërcet. Vid. *Drakenborch. ad* 7, 37. Si induciarum dies exisset 42, 47. Vid. *Induciæ.* Quod tardius ab urbe exisset 10, 37. Ut, qui eorum vellent, exirent ab Capua 25, 22. Extra vallum exire jussi 9, 5. Quibus redeuntibus — — obvius exierat 41, 25. Ut sibi magistratus obviam exiret 42, 1. Consul in aciem exibat 35, 4. An jam memoriâ exisse 6, 37. Opinio sine auctore exierat 3, 36. Esquilinæ sors exiit 45, 15. [Vid. *Drakenborch. ad* 21, 42.]

Existimare *Præfat.* utcumque animadversa aut existimata erunt. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 4. Tamen, nisi gladiis deprehensis, cetera vana existimaturi 1, 51.

Existimatio 4, 41. Non militis de imperatore existimationem esse, *i. e. judicium.* Existimatio communis omnibus est 4, 20. *cf.* 23, 47.

Exitiabilis tyrannus 29, 17. Exitiabile bellum 30, 7. Vid. *Intt. ad* 27, 23.

Exitialis 40, 54. Qui Romam legati fuerant, litterasque exitiales Demetrio sub nomine Flaminini adtulerant.

Exitium 5, 40. Qui captæ urbis non superesse statuerant exitio.

Exitus 9, 37. Ad portarum exitus. Obsistentibus ad exitum Celtiberis 41, 26. Quum exitus haud in facili essent 3, 8. Seræ spei exitum exspectare 5, 6. An exitum Cassii Mæliique exspectem? 6, 18. *in partem deteriorem dictum.* Vid. *Intt. ad* 5, 27. Vid. *Eventus.* Exitu rei imposito 43, 17. *it.* 33, 41. Ut nullus exitus imponeretur sermonibus. Disceptatio sine exitu fuit 32, 40. *alias:* sine effectu. Jam æstas in exitu erat 27, 4. Jam in exitu annus erat 44, 17. Ea omnia quam diis quoque invisa essent, sensurum (*Persea*) in exitu rerum suarum 44, 1. Qui Veientium exitum, quam Capenatium pacem mallent 5, 27. *i. q. exitium.* Vid. *Eventus.*

Exlex 9, 34. Te unum exlegem esse.

Exodia 7, 2. [Vid. *Stroth. ad h. l.*]

Exolescere 2, 52. Quum — patris — favor hauddum exolevisset.

Exoletus 2, 35. In exoleto jam vetustate odio. Res aut nova, aut, vetustate exemplorum, memoriæ jam exoletæ 37, 1.

Exonerare 10, 21. Parte curæ exonerarunt senatum — consulis litteræ. Exonera civitatem vano forsitan metu 2, 2. Liberata atque exonerata fide mea 42, 13. Exonerata plebs 10, 6. *scil. coloniis deductis.* Exonerare prægravante turba regnum cupiens 5, 34. Quæ legatio peropportuna visa ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam ducesque ejus ablegandos. *Per hypallagen dictum. Sic Virgilius: onerantque canistris ingens argentum.*

Exordiri 2, 56. Ipse in accusationem Appii, familiæque superbissimæ ac crudelissimæ in plebem Rom. exorsus, quum etc. Ibi in concionis modum orationem exorsus 2, 38. Talem orationem exorsus est 21, 39. Longiorem exorsis orationem (*legatis*) 32, 37.

Exordium 1, 38. Cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat. (*de muro.*)

Exoriri 9, 29. Belli fama exorta. Eum sibi carnificem novum exortum 2, 35. Urbis nostræ clades nova num ante exorta est etc. 5, 51. Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat, et — repente exortus — invadit 9, 31. *cf.* 27, 27. Tum insidiatores exorti saxa duo ingentia devolvunt 42, 15. Tot bella repente alia ex aliis locis exorta 31, 40.

Exornare 41, 20. Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit.

Exortus 21, 30. Quum ab occasu solis ad exortus intenderent iter.

Expedire comitia 4, 55. Delectum *ibid.* naves 42, 27. Commeatus 9, 17. 44, 26. Exercitum 6, 3. *scil. sarcinis depositis.* Reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumtum 25, 38. Arma expedirent milites animosque ad supremum certamen 30, 32. Virgæ securesque — expedirentur 3, 36. Expediri virgas et secures jube 3, 45. Classem expediri jussit 29, 22. Prœlio se expediebat (*agmen*) 21, 46. *it.* ad prœlium 2, 55. Denunciatque Gallis, ut se ad prœlium

expediant 5, 49. Multa, quæ impedita naturâ sunt, consilio expediuntur 25, 11. Nostrum exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret 9, 9. Ut tantis circumventam terroribus expediret rempublicam 2, 24. Vicarium tibi (*militi futuro*) expediam 29, 1. Quia — expediebat simulare 9, 14. Quoties patribus expediat 6, 15. Quia nec ipsis, nec civitati eorum fallere Romanos expediebat 25, 7. Appellati tribuni medio decreto jus auxilii sui expediunt: in vincula conjici vetant etc. 3, 13.

Expeditio 28, 32. Quod ad expeditionem attineat, quæ instet, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. *Contra pro justo prœlio dicitur* 27, 27. Ipse cum promtissimis juvenum prædatum atque in expeditiones iret 1, 54. Datur negotium militibus, quos miserant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent 3, 43.

Expeditus 9, 31. Expeditæ legiones. *paullo post:* sarcinas in medium conferunt. Tridui iter expeditis erat 9, 9. (*de legatis*.) Iter expeditum primo per Epirum habuit 42, 55. Expedita via 44, 43.

Expellere 41, 3. Ab littore naves in altum expellunt. Vid. *Efferre*. Qui nos extorres expulit patria 2, 6. Avidosque cædis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent 9, 14.

Expensus 6, 20. Quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset.

Expergisci 1, 41. Nunc expergiscere vere.

Experimentum 42, 17. Primus ipse veneni experimentum.

Experiri 1, 36. In augurio rem expertus. Cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri 7, 40. Experimini modo et vestram felicitatem, et me, ut spero, feliciter expertum 6, 18. Itaque servorum modo præter spem manumissorum licentiam vocis et linguæ experiri 39, 26. Suspicari de præterito quam re ipsa experiri est melius 3, 19. Quæ (malum) ratio est, expertis alia experiri 5, 54. [*Locus paullo impeditior varioque modo explicatus.* Vid. *Bauer. pag.* 221.] Experti a Gallica clade 9, 41. Quas (*insidias*) feliciter experti erant 10, 4. Servitudinis indignitatisque homines expertos adversus notum malum irritatos esse 24, 22. Vid. *Drakenborch. ad* 40, 8. Ulli viro acri experientique animus esset 6, 34. pro *experto*. Judicium populi experiri 3, 56. (*in caussa defendenda*.) Toties cum ipso Quinctio disceptando satis expertum esse 35, 45. Belli artes inter se — expertas conferebant 21, 1.

Expers regiæ prædæ 45, 34. Ne quis expers sceleris esset 2, 6. *it.* certaminis 4, 9. Expers legum 3, 56. *i. q. contemtor legum, exlex.* Periculi magis præsentis, quam curæ expertes 1, 25. Expertes artis ludicræ 7, 2.

Expetere 1, 22. Regem Romanum deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant hujusce clades belli. *i. e. immittant.* Vid. *Bauer. ad h. l. p.* 23. *it. cap. sq.* in omne nomen Albanum expetiturum pœnas ob bellum impium. *Atque etiam simpliciter* expetere pœnas *dixit Livius* 6, 29. Adeste dii testes fœderis, et expetite pœnas, debitos simul vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis. Quippe rempublicam, si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram 3, 40. Non Romanos habeo, ad quos confugiam; perisse expetunt, quia tuis injuriis doleo etc. 40, 10.

Expiare piaculo 37, 45. *cf.* 28, 27. Vid. *piaculum*. Prodigium expiatum 41, 13. Prodigia expiari — — placuit 42, 2. Expiatæ religiones 31, 13. Filium expiaret pecunia publica 1, 26. Fana omnia, quod ea hostes possedissent — expiarentur 5, 50. Expiandæ etiam vocis nocturnæ — mentio illata *ibid.* Expiatum est, quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit 9, 1. Ad collegium pontificum relatum de expiandis, quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violata, elataque inde essent 29, 20. Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi instaurarentur, actum est 40, 59. Ut tamen expiarentur legatorum injuriæ regisque cædes 1, 14. *Hæc est civilis expiatio, quæ fiebat fœdere ad compensandas injurias pertinente. cf.* 9, 1. *ubi est* fœderis expiatio. *cf. cap.* 15.

Expiatio 9, 1. Tam superbe ab Romanis fœderis expiationem spretam.

Expilare 31, 15. Quæstionem de expilatis thesauris haberi etc.

Explanare 25, 12. Ad id carmen explanandum (*erat enim perplexius scripturæ genere, ut paullo ante dictum erat*) diem unum sumserunt.

Explere 2, 1. Ad trecentorum (*Patrum*) summam explevit. Quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet 1, 19. Qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum 42, 51. Loricæ thoracesque mille amplius summam explebant 42, 61. Antea trina loca cum contentione summa explere solitos 5, 2. (*de tribunis militum consulari potestate*) Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non explessent 37, 47. *i. e. non justum numerum centuriarum in suffragiis tulissent, h. c. dimidio majorem. cf.* 3, 64. Legiones — eodem supplemento explevit 1, 30. Quid est tandem domi, unde ea (*damna*) expleatis? 3, 68. Parentum etiam patriæque expleat desiderium 1, 9. Factis simul dictisque odium explet 4, 32. Occasio cupiditatis explendæ 7, 30. — *de ira ibid.* Non se animosque tantum, sed etiam milites præda expleturum 43, 10.

Explicare 2, 59. Quum maxime agmen e castris explicaretur. *cf.* 10, 20.

Fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat 1, 27. Satis explicatis ordinibus 3, 60. *it.* de acie 7, 23. In aggere murisque explicat copias 4, 27.

Explorare consilia 9, 23. Per legatos idemtidem omnia explorabantur 35, 23. Ad liquidum explorare veritatem 35, 8, Explorato sequi 27. *absolute dictum. it.* ire 23, 43.

Exponere commeatus 26, 9. *i. e. ex urbibus destinatum in locum deportare ad usum iter facientium.* Exponere copias e navibus 32, 17. Tegulæ expositæ de navibus 42, 3. Dum expono exercitum in Africa 28, 44. *Contra* exponere in terram *dixit Livius* 34, 8. Nec expositum (*locum*) nimia propinquitate ad pericula classium externarum 5, 54. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 221. Libertatem expositam ad injurias Masinissæ 42, 23. Imperiis deûm propalam expositis 8, 6. Exposito, quid pararet 44, 35.

Exposcere 1, 16. Pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. Pacis deûm exposcendæ caussa 7, 2. Quum — concursusque matronarum in templum Dianæ — ad opem exposcendam fleret 44, 44. Finem pesti exposcunt 3, 7. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expoposci 7, 40. Opem ab ducibus exposcunt 9, 2. *cf.* 22, 43. *ubi est de militibus* exposcere stipendium. Precibus plebem exposcentes 2, 35. Si ego injuste impieque illos — — dedier — mihi exposco 1, 32.

Expostulare 22, 33. Missi — et alii (*legati*) in Ligures ad expostulandum, quod Pœnum opibus auxiliisque suis juvissent.

Expostulatio 42, 42. Quæ vix querela et expostulatione dignæ sint. *conf.* 35, 17. *ibique Bauerus pag.* 237.

Exprimere 3, 28. Ut exprimatur tandem confessio, subactam domitamque esse gentem etc. Vid. *Exemplum.* Nunc ab nobis et confessio culpæ exprimitur, et, ut a confessis, res extemplo repetuntur 21, 18. Expressaque necessitas obsides dandi Romanis 2, 13. Qua (*superbia*) sponsionem istam expresserunt nobis 9, 9. Quibus expressum invitis existimabatur, ut — Romanis adjungerentur 42, 46. *cf. cap. sq.*

Exprobrare 23, 45. Quum, hæc exprobrando in hostem, Marcellus suorum militum animos erigeret. *conf.* 9, 6. Neque enim exprobranda apud memores sunt 5, 44.

Exprobratio 23, 35. Ne qua exprobratio cuiquam (*scil. facta*) veteris fortunæ discordiam inter ordines sereret.

Expromere 45, 37. Cujus vitia vitæ tot horis expromi non possent (*ab accusatore.*)

Expugnare 1, 59. Brutum ad expugnandum regnum vocantem. *i. e. ejiciendos reges.* Ferox expugnato decore muliebri 1, 58. Summa vi expugnatum esse, ut — tribuni crearentur 4, 23. Expugnare fœnus 6, 18. *i. q. facere, ut fœnore liberentur etc.* Ipsas expugnare quæstiones omni ope annisi sunt 9, 26. *i. e. impedire, quo minus florent.* Quid enim, si hoc expugnaverint, non tentabunt? 34, 2. Fabii cæsi ad unum omnes, præsidiumque expugnatum 2, 50. Philippum et Nabin expugnatos, se tertium pati 37, 25. *i. q. de victos.*

Expugnator 6, 22. Ibi eum expugnatores coloniæ — fidentes militum numero — opperiebantur.

Exquirere 24, 9. Ne quis aut in exemplum exquireret (*i. e. ad quod tamquam exemplum rei provocaret*) aut suspectum cupiditatis imperii consulem haberet. Quum filius aliique principes percunetando exquirerent 9, 3. (*de Pontio.*) Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere 9, 11.

Exsævire 30, 39. Dum reliquum tempus exsæviret. *Similiter Virgilius: dum pelago desævit hiems.*

Exsanguis 29, 9. Ipsum — hostiliter lacerant, et prope exsanguem — relinquunt. *cf. cap.* 18. *it.* 32, 3. Ipse prope exsanguis, quum semianimi regio comitatu domum se reciperet — interficitur 1, 48. *cf. cap.* 41. *it.* 4, 19. 23, 15.

Exsatiare 9, 1. Quorum sævitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditionem exsatient. Exsatiati cibo vinoque 40, 28.

Exscensio 8, 17. Qui duo populi adversus regem, exscensionem a Pæsto facientem, signis collatis pugnaverunt. *i. e. e navi descendentem. Eodem modo* exscendere *dicitur. Vid. Gronov. ad* 8, 17. *cf.* 27, 5. 28, 8. 29, 28. 44, 10.

Exscindere 28, 44. An tuos (*fines*) uri, exscindi videas. *it. de urbibus* 44, 27.

Exscribere. Vid. *Exsignare.*

Exsecrabilis fortuna 26, 34. Odium 9, 26. *cf.* 26, 13. 27, 17. *it.* carmen 3, 17. *i. e. formula devotionis. cf.* 31, 17. *it.* dies exsecrabilis 22, 30. Exsecrabilis desertio juris humani 41, 24. Vid. *Desertio.*

Exsecrari 5, 11. Qui illo die non caput, domum, fortunasque Virginii — sit exsecratus detestatusque etc. Deos hominesque accusantem (*Hannibalem*) in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum 30, 20. *conf.* 9, 5. *it.* 10, 28. *ult.* Exsecrare nunc cupiditatem regni, et furias fraternas concita 40, 10.

Exsecratio 10, 38. Jurare cogebatur diro quodam carmine in exsecrationem capitis, familiæque et stirpis composito. *Paullo post*: detestatio. *Item cap.* 39. Jurisjurandi adversus fœdera suscepti exsecrationes horrens. Diram exsecrationem in populares, obtestationem, quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites, composuerunt 26, 25. *conf.* 28, 22. *it. infra in v.* obtestatio. Ut neque lamentis, neque

exsecrationibus parceretur 8, 7. Ne sint cæcæ — exsecrationes tuæ 40, 10. Curisque et vigiliis —— exstinctum esse cum diris exsecrationibus alterius 40, 56.

Exsequi 1, 59. Me — Tarquinium — ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsequuturum. *i. q. persequuturum, ulturum.* Iis publici privatique doloris exsequendi jus potestatemque ex duobus noxiis capitibus datam ab se 5, 11. Deorum hominumque simul violata jura exsequemur 3, 25. *cf. cap.* 13. Itaque exsequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur 6, 14. Exsequentes quærendo a consule legati 9, 16. *it.* sciscitando 25, 29. Exsequebantur deinde quærentes 41, 7. Quum filius aliique principes percunctando exsequerentur 9, 3. Exsequendo subtiliter numerum 3, 5. Neque ego exsequi possum, nec vobis operæ est audire singula, quæ passi sumus 29, 17. Suam spem, sua consilia — exsequentes 5, 40. Ad ministeria exsequenda 29, 25. *pr.* jussa. Non segniter imperium exsequuturos 40, 40. Nec sibi rem exsequi tam atrocem per consules superiorum annorum licuisse 3, 13. *i. q. judicio persequi.* Formulam juris exsequendi constituendam esse 39, 26.

Exsignare 1, 20. Eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit.

Exsilium 3, 10. Exsilio et relegatione civium ulciscentes tribunos. Quid est aliud, quam exsilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? 4, 4. Relegatus in exsilium 25, 6. Exsilii caussa solum verterunt 3, 58. Exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco consisceremus 5, 53. Revocatus de exsilio 5, 46. Quid attinet cuiquam exsilium patere, si nusquam exsuli futurus locus est? 42, 41. Qui exsilio multarentur 42, 43.

Exsistere 2, 32. Si quod — bellum exsistat. *i. e. subito oriatur.* Qui, signo dato, simul omnes e latebris exsisterent 25, 21. Si exsistat hodie ab inferis Lycurgus 39, 37. Ne quis tam dementis imperii conscius exsisteret 44, 10. Dictis captivorum fides exstitit 10, 34. *Al. constitit* Qua induceretur aratrum sub exsistentibus glebis pisces emersisse 42, 2. *Sic etiam Plinius* 17, 15. *Sed idem alibi* exstare *de hac re dixit. Itaque Dukero placet* exstantibus. *Sed vide Clav. Ciceron. in v.* exsistere. *Exsistentes glebæ sunt erigentes se sublatu aratri et eminentes. Ceterum vivunt sub terra pisces,* fossiles *dicti. Vid. Dausqu. de terra et aqua cap.* 9. *p.* 185. *sq.* [*Quid audio? Vivunt sub terra pisces fossiles? Immo diu est, cum vivere desierunt.*]

Exsolvere nodum erroris 40, 55. Fidemque publicam impendio privato exsolvit 22, 23. *cf.* 3, 19. Exsolvamus religione populum, si qua obligavimus 9, 8. *cf.* 29, 18. Nullam scelere religionem exsolvi 2, 32. Exsoluti religione animi 8, 9. Citati nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes 24, 17. *et paullo post:* solutum quod juraverant, rebantur. Quod fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset 22, 61. *it.* religione. *Vid. Drakenborch. ad* 7, 3. Exsolutus legum vinculis 4, 13. Exsolvi plebem ære alieno posse 6, 14. Non id tempus esse, ut merita tantummodo exsolverentur 2, 29.

Exsors Punicæ amicitiæ 23, 10. *it.* culpæ 22, 44.

Exspectare 5, 6. Pati tædium, et quamvis seræ spei exitum exspectare. Sua tempora exspectare 4, 7. Nihil minus, quam hostem aut prœlium eo die exspectantes 22, 19. *i. q. timentes.* Ut rem claram exspectatamque facerent 1, 9.

Exspectatio 42, 2. Quum bellum Macedonicum in exspectatione esset. Quum plebs in foro erecta exspectatione staret 2, 54. Quum civitas in foro exspectatione erecta staret 3, 47.

Exspirare Vid. *Anima.* Exspirantes corruerunt 1, 25.

Exstare 22, 2. Elephanto — quo altius ab aqua exstaret, vectus. *It. sine præpos. cap. eod.* Quod exstaret aqua. Maceria erat ab læva semitæ paullum exstans a fundamento 42, 15.

Exstinguere 23, 22. Vocem silentio omnium exstinguendam esse. Veritatem laborare nimis sæpe, aiunt, exstingui numquam 22, 39. *i. q. plane opprimi.* A stirpe exstincta gens 9, 34. *it.* 9, 29. Cum stirpe exstingui. Quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum 10, 24. *de bello.* Quum vinum animos, et nox, et mixti feminis mares, ætatis teneræ majoribus, discrimen omne pudoris exstinxissent 39, 8.

Exsudare 4, 13. Id unum dignum tanto apparatu consiliorum et certamine, quod ingens exsudandum esset, præmium fore. Ut ad æstatem rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor 5, 5.

Exsul 3, 15. Exsules servique ad quatuor millia hominum, *alias: transfugæ, fugitivi.* Exsule advena ortus 1, 34.

Exsultatio 7, 10. Non cantus, non exsultatio armorumque agitatio vana etc.

Exsuperare 44, 18. An jam omnes angustiæ exsuperatæ, et in æqua loca pervenissent. Omnes Tarquinios superbia exsuperat 3, 11. *cf.* 28, 43. *it.* 7, 24.

Exsurgere 6, 4. Roma quum frequentiâ crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis. Malebant — decemviros voluntate abire magistratu, quam invidiâ eorum exsurgere rursus plebem 3, 41. Quum — novam repente aciem exsurgentem, auctam numero, cernebant 8, 8.

Exsuscitare 21, 3. Ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet.

Exta adesa 1, 7 [*ad q. l. Bauer. in*

ind.: "Sunt carnes victimarum, quibus vescerentur convivæ; non, quod Diis offerretur et redderetur; sed tamen pars et reliquiæ victimarum. Ita Virg. Ge. 2, 396. *In verubus torrebimus exta:* nempe quibus vescamur, non, quæ Numini reddantur."] Vid. *apponere, edere. it.* trunca et turpia 27, 26. Si extis eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur 8, 6. Quum — intentius exta reserata servarentur 25, 16. Quod exta perperam dederat 26, 23. Cruda exta, cæsa victima, uti mos, in mare porricit 29, 27.

Extaris olla 25, 16. *Ubi exta coquuntur, ut ipse Livius alibi dixit. Sed hoc loco adhuc dubia lectio est. Vid. Gronov. ad h. l. Drakenborchius conjecit:* exta prosecta servarentur. [Extaris olla *ex Salmasii emendatione in textum immigravit: multum dubito, an jure. Vid. Stroth. ad h. l.*]

Extemplo a vestibulo curiæ — — inquit 1, 48. Se oraculo egressum extemplo his omnibus Divis rem divinam ture ac vino fecisse 23, 11.

Extendere se supra vires 34, 4. *De imitando sumtu.* Extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit 7, 25. Quum ad noctem pugnam extendissent 27, 2. In Asiam quoque cognitionem extendere 45, 31. In Africam quoque spem extenderunt (*duces bellici victores*) 24, 48.

Extentissimus 21, 32. Castra, inter confragosa omnia præruptaque, quam extentissima potest valle locat.

Extenuare 5, 37. Extenuantes famam belli. *it.* extenuatæ vires 22, 8. Sortes extenuatæ s. extæniatæ [*quod Lipsii commentum est, non probandum illud*] 21, 62. *i. e. attenuatæ, minores, exiliores factæ, quod male ominatum erat. Vid. Salmas. ad Solinum pag.* 487. [*Vid. Stroth. ad h. l.*]

Exterior pars castrorum 3, 28.

Externus 2, 45. Externa et domestica odia certare in animis. *i. e. hostium et civium. Sic* timor externus 2, 39. *est, quum timentur externi. Similiter* 3, 10. Terror externus. *it. cap.* 16. *ibid.* peregrinus. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit 3, 72.

Exterrere 2, 50. Clamor circumlatus exterruit. Periculo suo te exterret 40, 12. Hoc velut domestico exterritus visu 1, 56. Novo bello exterriti 5, 35. Exterritus subitæ rei miraculo 7, 39.

Extollere 28, 31. Defectionem sociorum in majus verbis extollentes. Vid. *fortuna.*

Extorris 5, 30. Ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem agerent. Ne se ortum, ejusdem sanguinis, extorrem, egentem etc. 2, 6. Qui nos extorres expulit patria *ibid.* Extorre hinc (*Hispania*) omne Punicum nomen 26, 41. Extorri ejecto ipso populo 31, 29. Hoc sedibus suis extorre agmen in præsidium incidit 32, 13. Extorres inopia agrorum profecti domo — has terras ceperunt 38, 17. Nudatus ad extremum opibus extorrisque regno 42, 50. Brevi extorres regno Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos 44, 19. Is tum, amisso exercitu, extorris regno, in parvam insulam compulsus etc. 45, 4. *Totum hunc locum Cerda ad Virgilium Æn.* 1, 384. *Comparat cum verbis:* ipse ignotus, egens etc. Cujus vi compulsi, extorres patria, sacrum montem cepistis 9, 34. Quod filium — extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitum in opus servile — dederit 7, 4.

Extorquere 32, 38. In servilem modum lacerati atque extorti. *i. q. torti.* Ut potius, quam extorti morerentur, arma secum caperent 34, 25. Quomodo extorqueant, (*lege*) non, quomodo petant honores, quærunt 6, 41.

Extra quam si 38, 38. *Nostri: ausgenommen wenn.* [*Græcorum* ἐκτὸς εἰ μὴ.] Extra quam qui eorum, aut ipsi aut parentes eorum, apud hostes essent 26, 34. Extra filias *ibid.* pro *exceptis filiabus.* Extra ea cave vocem mittas 8, 32. Quum extra (*ad*) urbem triumphi causa esset 40, 43.

Extrahere 28, 3. Ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Extractos deinde ad certamen fudisset 10, 15. Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen 10, 28. *Vid.* dies. *it.* serus. Ut extraheret rem in id tempus, quo etc. 40, 25. In noctem rem dicendo extraxit 45, 36. Vid. *absumere.* Quum pars major insequentis anni certaminibus extracta esset 36, 1. *cf.* 22, 18. Æstatis reliquum extraxit 22, 15. Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandæ pacis extractam hiemem, ut etc. 42, 52. Extrahere reliquum tempus ejus æstatis in animo habebat 44, 8. Milites extrahi rem criminantes 2, 31. *cf.* 23. 6. Velut ab inferis extracti 9, 6. Ut ex cœno plebeio consulatum extraheret 10, 15. Vulgus et extrahere (*Varronem*) ad consulatum nitebatur 22, 34. *cf.* 5, 12. Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare 2, 23.

Extraordinarius 26, 18. Qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendum esse. Extraordinariæ cohortes 40, 27. *it.* extraordinaria porta *ibid. i. e. porta prætoria.* Vid. *Intt. ad l. l.* Cum delectis equitibus extraordinariis 42, 58. [Vid. *supra* delectus.]

Extremus 35, 3. Extrema finium. Extrema agri Romani 4, 1. Quoties in extrema periculorum ventum 7, 29. Quæ captarum urbium extrema sunt, patiebantur 8, 25. Quum, super cetera, extrema fames etiam instaret 22, 6. Vid. *Bauer. ad h. l. p.* 47. Pro extrema spe dimicare 8, 17. Improbus homo, sed non ad extre-

mum perditus 28, 2. Ad extremum spei venit reus 43, 16. In extrema fronte 44, 9. *i. e. prima.* Ad extremum finem vitæ perduxit 38, 58. Æstatis ejus extremo, qua capta est Capua 26, 20. *Sic enim legendum, non* quo, *ut est in editis plerisque. Ita enim Livius alibi, v. c.* 27, 17. Æstatis ejus principio, qua hæc agebantur. *cf.* 22, 19. *it.* 28, 5. Neque ad extremum — dedi hostibus violarive posse 9, 9. pro *denique, postremo.*

EXTRINSECUS 7, 29. Belli autem causa cum Samnitibus Romanis extrinsecus venit. Causa forte extrinsecus maturandæ ejus (*defectionis*) intervenit 25, 7.

EXTURBARE 6, 21. Hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis. Clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt; inde impeditum trepidantemque exturbant etc. 21. 9.

EXUERE se jugo 34. 13. *i. e. subducere.* Redeuntes — assequuti agrestes exuerunt præda 9, 38. *it.* hostem castris 2, 31. Id (*æs alienum*) cumulatum usuris — se agro paterno — exuisse 2, 23. Ipsine sibi eum finxerint, metum et timore vano quietem exuerint, an etc. 38, 28.

EXULCERATUS 9, 14. Nec virtus modo insita, sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos.

EXURERE 30, 26. Exustus ad solum clivus. Exurebaturque amoenissimus Italiæ ager 22, 14. Exustus a rege ager 42, 26.

EXUVIÆ *spolia* 30, 28. Exuvias non militum tantum, sed etiam imperatorum portantem (*exercitum.*) *Paullo post:* fasces.

FABREFACTUS 26, 21. Argenti ærisque fabrefacti vis. *cf.* 37, 27.

FABULA 1, 11. Additur fabulæ, quod vulgo Sabini etc. *i. e. narrationi, traditioni. Sic et Græci* λόγῳ *dicunt.* Ficta fabula (*sic diserte dixit A. libr. ad Herenn.* 2, 8.) *Solet a Livio per additamentum aliquod indicari, v. c. Præf.* poëticæ fabulæ; *it.* 8, 10. Fabula composita Volsci belli; *it.* 26, 19. Fama et vanitate et fabula par; *it.* 8, 47. Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti peragit; *it.* 48, 43. Fabulæ Græcæ. *Licet enim. h. l. exempla Græca intelligenda sint; fides tamen eis et auctoritas, ex comparatione cum aliis exemplis Græcis, h. e. aptioribus et verioribus, derogatur.* Ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere 7, 2. Vid. *argumentum.*

FABULARI 45, 39. Quid Ser. Galba fabuletur — Ille nihil præterquam loqui, et ipsum maledice ac maligne didicit etc.

FACERE regium nuncium 1, 24. — patrem patratum *ibid.* — consules 4, 1. — dictatorem 2, 21. — duumviros 1, 26. — tribunos milit. 42, 31. — prœlium 39, 2. *cf.* 40, 34. — bellum 1, 38. — ædem 7, 28. — fanum 1, 45. — templum 48, 6. — theatrum 41, 20. — exercitum 9, 41. — sanguinem 2, 30. — ludos 40, 44. *it. cap.* 52, 42, 10. — sacrificium 1, 45. — sacra 1, 7. — religionem 9, 26. — auspicium 1, 34. — agmen 38, 33. — concilia 3, 10. — comitia — 10, 5. — facinus 1, 41. — scriptum 9, 46. — fœdus 1. 13. — fines 1, 18. Vid. *h. v.* Quid iste magistratus in republica mali facere posset 9, 34. Quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret 2, 1. *i. e. senatui vires faceret.* Pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunæ fecit 22, 26. Quod (*Macedoniæ regnum*) — antiquos animos regibus suis videatur posse facere 42, 50. Quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret 27, 17. *i. q. constitueret.* Quæ (*gens*) aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret 9, 14. Mutinem sibi (*Hannoni*) modum facere 25, 40. *i. e. sibi arroganter imperare.* Longi erroris vobis finem factum esse, 5, 3. Finem certaminum facerent 3, 31. Inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque huic sacra profanaque omnia spoliandi, factum est 25, 40. *Notetur varietas constructionis cum verbo* facere, *licet* que *adjectum sit.* Vid. *quæ supra diximus ad voculam* et. Eos — censendi jus factum est 45, 15. Qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint 3, 2. Parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt 6, 41. Quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat 9, 24. Magnas opes sibi ac magnum nomen facere 1, 9. Ut fortunam sibi ipse facturus videretur 39, 4. Alteri ditionis alienæ facti 1, 25. Populi Romani jure belli factæ (*Thebæ*) 33, 13. Prodito hostibus Romano præsidio Luceria Samnitium facta 9, 26. Ut se ipse suaque omnia potestatis alienæ faceret 7, 31. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 261. Claves portarum custodiasque murorum suæ extemplo potestatis fecit 43, 22. Senatus populi potestatem fecit 27, 8. (*vulg.* populo) primæ regionis Amphipolim, secundæ Thessalonicen — fecit 45, 29. Nos æqui bonique facimus 34, 22. Ea peritis amnis ejus vix fidem fecerint 21, 47. *i. q. probentur.* Sacra Diis aliis Albano ritu facit 1, 7. *cf.* 5, 52. *it.* 37, 3. Vid. *ritus.* Usui magis, quam ornamento in speciem facta (*vasa*) 41, 18. Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle 29, 19. Nihil indignum in iis facturum 30, 25. pro *in eos.* Nihil in se honorifice factum 42, 1. Factus de industria ad stultitiæ imitationem 1, 56. Tum demum palam facto (*scil. eo*) et comploratione in regia orta 1, 41. *cf.* 22, 55. Ni moritur, neque suum neque publicum divinum pure faciet 8,

10. Jovem testem facit, 1, 38. Fugam ac vastitatem late fecerunt 8, 9. Pocillum mulsi prius, quam temetum biberet, sese facturum. id votum diis cordi fuit 10, 42. Retulit (*dictator*) et senatusconsultum facit 5, 50. *i. e. efficit, ut fiat.* Tum a consulibus abire lictores *jussi*, paludamentaque *detracta* tantam inter ipsos — miserationem *fecit* 9, 5. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 260. Facere *omissum*. 6, 41. Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auspicia etc. *pro* facit, quam ut tollat etc. *Sic Gr.* ποιεῖν.

FACESSERE 1, 48. A quo facessere jussa ex tanto tumultu, quum se domum reciperet. Facesse hinc Tarquinios 1, 47. Facesserent ex urbe, ab ore atque oculis populi Rom. 6, 17. *it.* 4, 58. Urbe finibusque.

FACIES *pro externa totius corporis forma et habitu* 6, 16. Et jam magis insignis et sordibus et facie rerum turba Manliana erat. Facie quoque noscitans 22, 6.

FACILE Nicomedis commendationem accipere 45, 44. *i. e. lubenter*. Qui omnes facile spem facerent, parvam Albam — — fore 1, 6. Quod in multitudine adversus paucos facile videbatur 31, 21. *cf.* 27, 42.

FACILIS divisui (*Macedonia*) 45, 30. Haudquaquam relatu scriptoribus facilia 1, 59: (*atrociora.*) Neque Thraces commercio faciles erant 40, 58. Facilis impetrandæ veniæ Claudius, Fulvio durior sententia erat 26, 15. Munitumque iter, quo faciliora plaustra minorque moles in transitu esset 25, 11. *cf.* 6, 11. Facile prœlium 4, 57. Facilem jacturam esse seniorum — turbæ 5, 39. In facili est exitus 3, 7. *cf.* 28, 34. Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: facilis partienti, quacumque opus esset, facilis jungenti 9, 19. Faciles vincere ac vinci 7, 33. Faciles de alieno imperio spreto 8, 34. *Illud* de *videtur delendum.* Vid. *Intt. ad h. l.* Vestræ res meliores faciliores que erunt 23, 11. *i. e. melius ex sententia procedent, lætiores fient.* Nihil facilius scitu est 23, 13. Per facillimæ custodiæ pontem 44, 46. *i. e. qui facile custodiri potest.*

FACILITAS veniæ 32, 14. Inexplicabili facilitate certatum est 37, 52. Facilitas censorum 40, 46. *Scil. quia in gratiam redibant volente populo.*

FACINOROSUS 1, 50. Seditiosus facinorosusque homo.

FACINUS 21, 59. Facinora infida. Postquam facinus facinorisque causam audivit 1, 7. Qui alienis manibus pessimum facinus fecere 1, 41. Ita Henna, aut malo aut necessario facinore retenta 24, 39.

FACTIO 32, 19. Principem *factionis* ad Philippum *trahentium* res. Neque se quisquam, nec factionis suæ alium — — præferre illi viro ausi 1, 18. Factio nobilium 2, 27. Forensis factio 9, 46. *it.* 32, 39. opulentior.

FACTITARE 2, 2. Quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant.

FACTUM 1, 26. Recens meritum facto obstabat. *i. e. quominus id factum atrox videretur. Sic Bauerus.* Facta fortia 29, 26. Quum adsidue (*a*) Pantaucho ad lacessendos hostili facto Romanos stimularetur 44, 27. Vid. *fatum*.

FACTUS 22, 52. Nam ad vescendum facto (*scil. argento*) perexiguo — utebantur.

FACUNDUS 28, 25. Ut ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus facunda. *Dukerus malebat* fœcunda, *quod utique de ingeniis dicitur. Sed* fœcunda ad levandum *dici, opinor, non potest.* Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum 2, 32.

FALARICA 21, 8. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili abiegno, et cetera tereti, præterquam ad extremum unde ferrum exstabat. Vid. *Virgil. Æn.* 9, 705.

FALLAX 42, 22. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est. Inviolato fallaci nuncio 44, 27. Vid. *auctor*.

FALLERE 25, 23. Ne quid falleret tale admissum. *i. q. ne quo modo clanculum tale quid admitti posset.* Ne quis agrestium procul spectator agminis falleret 25, 9. *it.* 8, 20. Fallit hostis ad urbem accedens. *Plane Græcum* λανθάνει προσιών. *Eodem modo capiendum illud est:* fallit bis relata eadem res 29, 35. *cf.* 3, 8. *it.* 42, 64. Vid. *Drakenborch. ad* 41, 2. Tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed etc. 5, 47. Qui cæci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt 5, 51. *Fortasse leg.* fefellerant. Neu fas, fidem, dextras, Deos testes atque arbitros conventorum fallat 29, 24. Per quos Deos fœdus icturi essent, quum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent 30, 42. Apud quos, fallere (*decipere*) hostem, quam vi superare, gloriosius fuerit 42, 47. Fallere autem ita se posse, si — — in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset 44, 11. Non recipiente (*glacie*) vestigium, et in prono citius pede se fallente 21, 36. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 32.

FALSO. Vid. *fingere*.

FALSUS vates 4, 46. Falsas esse litteras et a scriba vitiatas 40, 55.

FAMA 21, 10. Unde nec ad nos nomen famaque ejus adcedere possit. Attulerat fama 39, 6. *it.* 1, 18. Fama tenet. *De traditione qualibet, etiam historicorum, dicitur hic et alibi apud Livium.* Tenet fama — — lupam — ad puerilem vagitum cursum flexisse 1, 4. Vulgatior fama est 1, 7. Vid. *frequentior*. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse

medio 23, 12. Quamquam fama prius (qua incerta in majus vero ferri solent) præcepta res erat, tamen etc. 21, 32. Adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris 22, 39. Nemo tam famæ contemtor est, cujus non debilitari animus possit 44, 22. Quæ fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio, quemquam ad cupiditatem discendi excivisset 1, 18. Famam et ad alia bella et ad ceteros populos quærere 5, 6. *cf.* 2, 10. Magna famæ momenta in utramque partem fieri 24, 19. Damnum famæ 42, 60. Fama belli exorta 9, 29. Famam bellum conficere, et parva momenta in spem metumque impellere animos 27, 45. Ad famam populi Romani pertinere 10, 24. *i. q. gloriam.*

Fames, 5, 6. Fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat (*urbes*). Præsidium Rom. — obsessum fame in deditionem acceperant 9, 31. Quem urgeat fames 6, 40. Quum, super cetera, extrema fames etiam instaret 22, 6.

Familia 3, 53. Familia ad ædem Ceteris — venum iret. *i. e. omnia bona, cujuscumque generis.* Vid. *heres.* Familiam unam subiisse civitatis onus 7, 26. *pro Fabia gente universa.* Omnes (*Fabii*) unius *gentis* — ibant unius *familiæ* viribus etc. 2, 49. In exsecrationem capitis familiæque et stirpis 10, 38. Jussa — familiam in potestate habere 8, 15. *i. e. prohibita manumittere servos, ut essent, ex quibus quæstiones haberi possent.* Vid. *Intt. ad h. l.*

Familiare bellum 2, 48. — Sacerdotium 9, 29. — fatum 10, 28. — ostentum 26, 6. Notitiamque eam brevi — — in familiaris amicitiæ adduxerat jura 1, 34. Quum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret 1, 39. *i. q. servus.* [*oixέτης.*] Nota vox ejus et familiare jam signum 25, 9. *i. q. solitum.* Ut familiaris pæne orbitas ac solitudo frangit animum 26, 41. Tanto simul publico familiarique ictus luctu 27, 51. Jura familiaria 24, 5. *h. e. familiaritatis s. familiarium, uti* Romana origo *dicitur pro Romanorum origine.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 105. Familiaris pars in extis 8, 9. *opponitur* hostili. Familiare oculis gratumque id spectaculum (*gladiatorum munus*) fecit 41, 20.

Familiariter 41, 20. Vix notis familiariter adridere.

Famulus 37, 9. Famuli matris deûm, *alias* Galli *dicti, Ovidio Fast.* 4, 185. *dicuntur* comites,

Fanaticus *numine Deorum afflatus* 37, 9. fanatici Galli. Viros, velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis, vaticinari 39, 13. Fanatico instincta cursu 4, 33.

Fandus 10, 41. Respersæ fando nefandoque sanguine aræ.

Fanum est apud nos Proserpinæ, de cujus sanctitate templi credo etc. 29, 8. *it.* 1, 55. fana sacellaque. Inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat 10, 37. Vid. *Kustner. Chrestom. Enn. pag.* 80. Fanum — communiter a civitatibus Asiæ factum 1, 45.

Far 2, 5. Seges farris matura messi — quem campi fructum etc.

Fas 2, 5. Audite fines, audiat fas. *i. e. lex et voluntas divina.* Audi, Jupiter — audite, fines — audiat fas 1, 32. Ut per omne fas ac nefas sequuturi vindicem libertatis viderentur 6, 14. Per fas ac fidem decepti 1, 9. Legatos, sicut fas jusque est, ad socios — mittemus 7, 31.

Fasces 9, 34. Fasces et imperium obtinuit. Fascibus secures illigatas præferebant 3, 36. Fasces candelis involuti 40, 29.

Fasti, 4, 3. Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur. *cf.* 9, 46.

Fastidire 2, 41. Quæ (*plebs*) cœperat fastidire, munus vulgatum a civibus isse in socios. Qui se inspici, æstimari fastidiat 6, 41. Dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus 4, 3.

Fastigatus 37, 27. Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus. Fastigatam testudinem faciebant 44, 9.

Fastigium 40, 2. Fastigia aliquot templorum, a culminibus abrupta, fœde dissipavit. *i. e. statuas deorum, aut similia ornamenta summis tectis imposita.* Suberat et altera inferior submissa fastigio planicies 27, 18. Cloacis e fastigio in Tiberim ductis 1, 38. *i. e. per proclive.* Vid. *Innt. ad h. l.* Propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabantur 44, 9. Quum — pro fastigio rerum oratione etiam magnifica, facta dictis æquando, memorasset 6, 20. Submittendo in privatum fastigium, quo minus conspectus, eo solutior erat 27, 31. *Ita* fastigium *dicitur* 2, 27. *de centurione primi pili; it.* 3, 35. ejusdem fastigii cives *dicuntur.* Dictaturæ semper altius fastigium fuit 6, 38. Favere enim pietati fideique deos, per quæ populus Romanus ad tantum fastigii venerit 44, 1. *conf.* 42, 11. quorum beneficio in ea fortuna esset, supra quam ne optare quidem auderet. Vide *stupere.*

Fatalis hora ignominiæ 9, 5. *it.* 22, 53. dux belli. *cf.* 5, 19. 30, 28. Claudia familia tribunis ac plebi fatalis 9, 33. Termini fatales 38, 45. (*mons Taurus*) *it.* 5, 14. 42, 2. libri fatales. Velut fatalem cum (*Scipionem*) ducem, in exitium suum natum, horrebant 30, 28.

Fateri 9, 4. Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes — sub jugum missurum.

Fatigare 22, 50. Dum prœlio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret. Vid. *Intpp. ad Virgil.*

Æn. 1, 316. Induciæ biennii, quum per aliquot dies fatigassent singulos precibus, impetratæ 9, 20. Eum quum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis 41, 7. Fatigatus consul et contumeliis singulorum et multitudinis ludibriis 41, 10. Fatigato idem sæpe petendo senatu 42, 18.

FATILOQUUS 1, 7. Carmentæ matris, quam fatiloquam — miratæ hæ gentes fuerant.

FATUM, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo seritur 25, 6. Inexsuperabilis vis fati 8, 7. Fato ingruente 5, 32. Nihil aliud opus esse, quam indici ostendique bellum: cetera sua sponte fata et Deos gesturos 2, 44. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 113. Ignarus fati futurique, laus an pœna merita esset 8, 7. *al.* facti. *Id si verum, del.* que. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 264. Ad majora initia rerum ducentibus fatis 1, 1. Quorum *(scilic. ducum bellicorum)* suo quisque fato, sine publico discrimine, viveret moreretur que 9, 18. Accipere se omen impleturumque fata, ara condita atque dicata 1, 7. Alteruter consulum fata impleret 8, 6. *i. e. facere, ut prædictio eventum habeat, per devotionem quidem.*

FAUCES portæ 44, 31. — saltus 22, 4. — specus 10, 1. — portus 25, 11. *quæ ibidem dicuntur* claustra, *item* os. Obsistentibus ad exitum *(portarum in castris)* Celtiberis — — quia propter angustias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani 41, 26. Utraque oppida in faucibus sunt, quæ Tempe adeunt 42, 54. Arctis faucibus 45, 28. *de Isthmo. it. de freto Gaditano* 28, 30. Aliasque urbes eos e faucibus Hannibalis ereptas populo Rom. restituisse 26, 2. Ardentibus siti faucibus 44, 38.

FAVERE 1, 25. Clamore, qualis ex insperato faventium solet, Romani adjuvant militem suum. *Verbum proprium de acclamatione in ludis.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 38. Pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur deteriori atque infirmiori favendo 42, 63. Quod, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit 7, 16.

FAVOR 4, 21. Favore nominis moturum se aliquid ratus.. *Eleganter pro favorabili nomine.* Et ipsa deformitas Pleminii, memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat 29, 22.

FAUSTUS 2, 49. Ut *(dii)* illud agmen faustum atque felix mittant.

FAX 4, 33. Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu, in hostem ruit.. *Notentur ignes facibus adjuncti.* Omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum — ipse imperator face subdita succendit 45, 33. Faces undique ex agris collectæ 22, 16. *pro lignis aridis, quæ ignem mox concipiunt.* Faces — per cælum — lapsæ sunt in Lanuvino 41, 21. Et facem Setiæ ab ortu solis ad occidentem porrigi visam 29, 14. Juvenem, tamquam furiam facemque hujus belli 21, 10. Duas faces *(rogationes)* novantibus res ad plebem in optimates accendendam 32, 38. Illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam 30, 13.

FECIALES cærimoniæ 9, 11.

FELICITAS 41, 16. Sua *(ducis)* virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hostem populi Romani. *Vid.* enitere. *it.* virtus.

FELIX 5, 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agris relictum. *i. e. fertilis.* Vid. *arbor.* Censura clara — memoriæ felicioris ad posteros, quod, etc. 9, 29. Donec, quam felices seditiones, tam honorati seditionum auctores essent 4, 2. Felix et fortis. Vid. *fortis.*

FEMINA 36, 24. Congregatis feminis puerisque et imbelli alia turba in arcem. *Sæpius conjunguntur feminæ puerique et opponuntur viris. Sic v. c.* 28, 19. non militaris modo ætas, aut viri tantum, sed feminæ puerique supra animi corporisque vires adsunt.

FERA. Vid. *mitescere.*

FERCULUM 1, 10. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens etc.

FERE *pro circiter* 1, 40. Post centesimum fere annum. *Hoc loco* fere *auget numerum, alias minuit. Itaque Dukerus volebat legi* ducentesimum.

FERIÆ *pro supplicationibus* 3, 5. His avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ. *Nam tempore supplicationum ab opere cessabatur.* Ut per totam Italiam triduum supplicatio et feriæ essent 40, 19. Biduum ferias ac supplicationem se habiturum 41, 21. Vid. *supplicatio.*

FERIRE 2, 33. Cum Latinis populis ictum fœdus. ad id feriendum consul alter Romæ mansit. *cf.* 9, 4. *it.* 30, 43. Si prior defexit publico consilio, dolo malo; tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque 1, 24. [*Statim sequitur:* id ubi dixit, porcum saxo silice percussit.] Ut cum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur 9. 5. Hostis feriendi — causa 22, 38. (*in prœlio.*) Vid. *securis.*

FERITAS 38, 17. Belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare, deinde, quum diu manibus humanis alantur, mitescere; in hominum feritate mulcenda non eamdem naturam esse.

FERME 1, 15. Hæc ferme Romulo regnante domi militiæque gesta. *Omnino* ferme *denotat sæpius præcipua et summa rerum capita.* Nec ferme res antiqua alia est nobilior 1, 24. His ferme verbis 1, 32. Quum eadem ferme de jure patrum ac plebis — disseruissent 10, 7. Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ

erant 49, 1. Obsitus paludestribus herbis, et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque 21, 54. i. e. *plerumque, semper. cf.* 9, 30. Vid. *Burm. ad Phædr.* 1, 13, 2. Ceterum parva quoque, ut ferme principia omnia, et ea ipsa peregrina res fuit, 7, 2.

FEROCIA 42, 9. Consul, qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eamdem ad non parendum senatui habuit.

FEROCITER 7, 10. Strenue et ferociter facta. *h. e. fortiter.* Nec alium virum esse, cujus strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent 8, 47. Eo ferocius obequitare Samnites vallo 9, 22. *cf.* 2, 45.

FEROX 40, 4. Femina ferox. *i. e. in rabiem versa.* Recenti victoria feroces 39, 31. Ferox viribus (*Cacus*) 1, 7. Ferox ea parte virium 21, 54. *i. e. equitatu.* Ferocem faciebat belli gloria ingens 2, 56. Ferox adversus singulos 1, 25. (*Horatius*). Ut potuerim — — Patribus quoque ferox esse, non solum plebi 7, 40. Cum globo ferocissimorum juvenum 1, 12. Ferocissimus populus (*Romanus*) 1, 58. *i. q. fortissimus.* [*Idem* ferox *et* fortis *a librariis sæpe confusa.* Vid. *Drakenb. Tom.* 1, *pag.* 61.] Vid. *rapidus.*

FERRAMENTA 1, 40. Quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis etc.

FERRATUS 1, 32. Fieri solitum, ut fecialis hastam ferratam aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret.

FERRE 40, 49. Quum ferret passim cuncta atque ageret. *Posterius de pecudibus, mancipiis, prius de alia præda capienda. cf.* 8, 38. Vid. *Drakenborch. ad* 22, 13. Ferre, agere plebem plebisque res 2, 27. *i. e. spoliare, expilare.* Posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus (*exponentibus*) dabat 1, 4. Venationem ferre 25, 9. *i. e. prædam venando captam ferre.* Ferre in majus vero incertas res fama solet 21, 32. Ferre occultam fraudem 3, 25. *i. e. lege ferenda intendere.* Quæ fraus a tribunis occulta in lege ferretur 3, 18. Nequivere tamen consequi, ut non ægerrime id plebes ferret; jacere tamdiu irritas sanctiones, quæ de suis commodis ferrentur: quum interim de sanguine et supplicio suo latam legem etc. 4, 51. Conspectum oculi longissime ferunt 1, 18. Ut partem aliquam (*pecuniæ*) præsentem ferret 44, 25. *i. q. auferret, acciperet.* Ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti 2, 19. *i. q. accipias.* Quum promtum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimique ferrent 3, 34. Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt 1, 50. *i. e. ne eo quidem excusationem suam Turno probavit, sed refutatus eo nomine atque reprehensus est.* Ut tacitum feras, quod celari vis 3, 45. Iram haud clam ferre 31, 47. *it.* palam 2, 54. — aperte 28, 40. Eam modestiam ferte in urbem, 3, 54. Qui spem omnem atque opem secum ferebant 5, 40. Ut me omnes — tuo sanguine ortum vere ferrent 8, 7. Ut ipse fert 21, 41. (*præ se fert.*) Latum in plebem est 27, 11. Vid. *rogatio.* Ferre alicui judicem 3, 24. *i. e. accusare. cf.* 8, 33. *it.* 9, 1. Vid. *judex.* Tribunus plebis tulit, ut — colonia etc. 32, 29. Latoque, ut solet ad populum, ut etc. 22, 14. (*absolute.*) Quum ceteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent 28, 17. Vulgoque Patres ita fama ferebant 22, 31. Ferte sermonibus et multiplicata fama bellum 4, 5. Eum laudibus ad cœlum ferebant 9, 10. *cf. cap.* 33. Se quisque belli ducem potiorem ferre 4, 45. *i. q. judicare.* Dignus — quem — conditorem urbis Romanæ ferrent 7, 1. Neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum 9, 43. *i. q. toleraturum.* Qui vestrûm primus — osculum matri tulerit 1, 56. *paullo post:* uter prior — matri osculum daret. Quum ferret matri obviæ complexum 2, 40. Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talassii cujusdam raptam *ferunt*; multisque sciscitantibus, cuinam eam *ferrent*, identidem, ne quis violaret, Talassio *ferri* clamitatum 1, 9. Forte ita tulit casus 7, 6. *cf.* 3, 27. *it.* 42, 50. Quodcumque fert animus 30, 12. Quum priores decemviri — corrigi reddita ab se jura tulissent 3, 36. Quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset 6, 20. *i. q. dedisset, easque in tabulas expensorum retulisset.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 227. Quod (*tributum*) regibus ferre soliti erant, populo Rom. pendere 45, 18. Ferre caput luendæ sponsionis caussa 9, 9. *i. e. afferre, scil. Samnitibus. cf.* 4, 10. *it.* 10, 19. Iis trium conditionum electionem ferre 34, 18. *cf.* 2, 18. *it.* 21, 19. Ipse maximam partem earum ferret 2, 47. pro *acciperet. cf.* 6, 15. Ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro præjudicato ferret 26, 2. Missusque, qui venenum ferret 39, 50. *i. q. afferret.* Etruscis se luctum lacrimasque ferre 6, 3. pro *afferre, excitare.* Qui (*Decius*) pestem ab suis aversam in hostes ferret. ita omnis terror pavorque cum illo latus signa prima Latinorum turbavit 8, 9. Alterum responsum salutem, victoriam, lucem ac libertatem (*scil.* feret): alterum, ominari horreo, quæ ferat 7, 30. Si non perniciem nobis cum scelere ferunt 23, 9. Ferre signa in hostem 9, 23. *al. inferre hosti.* Signa ferri sunt cœpta 30, 10. *i. e. efferri e castris.* Velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes 21, 41. Cursu in hostem feruntur 9, 13. Elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant 21, 55. pro *irruerant.* Viæ ad mortem duæ sunt; qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam 40, 4. *cf.* 38, 27. Si forte eo vestigia ferrent 1, 7. *cf.* 9, 45. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit 9, 13. Extremos tamen pavor

— — in fugam, et quosdam in hostem ipsum improvidos tulit 5, 45. Tribum ferre 8, 37. *i. e. suffragio tribus creari*. Cum gravi vulnere latum ex prœlio 33, 25. *i. q. elatum, quemadmodum Pighius legi volebat*. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit 3, 36. Speciosum Græciæ liberandæ tulisse titulum 42, 52. *i. e. Romanos sub prætextu liberandæ Græciæ cum patre suo bellum gessisse. cf.* 2, 56. Tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi essent 9, 6. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 282. Spolia in triumpho ferret 8, 30. Tulit in triumpho coronas aureas etc. 40, 43. Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero 1, 10. Aureum baculum — tulisse donum Apollini dicitur 1, 56. In Capitolium ad deos vestros dona ferentes 45, 22. Si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, ut etc. 10, 24. *i. q. referre*. Isque juvenis — ex centurione Latino victoriam tulit 8, 8. Gensque una populi Romani sæpe ex opulentissima — Etrusca civitate victoriam tulit 2, 50. Datum munus, ut machinas in bello ferrent 1, 43. *i. e. facerent, præberent; nec est necesse, ut cum Lipsio facerent legatur*. Ager Hispanis in Hispania — virtutis caussa latus datus est 23, 46. *cf.* 22, 10. *ubi vid. Intt.* Vos precor, veneror, veniam peto, feroque, ut populo Rom. vim victoriamque prosperetis 8, 9. *i. q. rogoque. Sic Cel. Strothius interpretatur, Immo pr. auferre, obtinere, impetrare. Sic Heynius in Gott. Gel. Anz. St.* 177. *p.* 1793. *a.* 1785.

Ferreus 39, 40. Ferrei prope corporis animique esse.

Ferrum 23, 9. Tu, patria, ferrum — quando parens extorquet, recipe. Mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus 28, 28. Ille ferro, quacumque ibat, viam facere 8, 48. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 373. 514. Ferro via facienda est 4, 28. Ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant 2, 10. *Ferrum et ignis sæpe, quasi per speciem proverbii, junguntur*. Vid. *Drakenb. ad h. l. cf.* 30, 6.

Fertilis 45, 30. Pallenen, fertilem ac frugiferam terram.

Fervidi animi vir 2, 52. Quum toto eo bello damnosa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent 27. 33.

Fescenninus versus 7, 2. Vid. *versus*.

Fessus 9, 20. Populationibus fessi. Fessum militem prœliis operibusque habebat 21, 11. Interrogando exspectandoque responsum nuncius fessus 1, 54. Fessus — malis præteritis instantibusque 2, 36.

Festinatio 42, 16. In primo congressu non temperavit, quin uxoris petendæ præmaturam festinationem fratri objiceret.

Fidelis 22, 37. Quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant. *Sic proprie socii dicuntur. cf.* 9, 2. 29, 17. *Vid. fidus. it. fortis.* Censores fideli concordia senatum legerunt 40, 51.

Fideliter 41, 22. Secum quidem omnia illis integra esse, ad instituendam fideliter amicitiam.

Fidere 24, 8. Cur ad majora tibi fidamus, Sive pestilentiæ — fidens 8, 29. Exercitu se egregio fidentem venisse 40, 47. Pedestri fidentem Marte 24, 48. *cf.* 8, 62. *it.* 33, 38. Fidens et animo et viribus 24, 8. Addidit ad aliam fidentis speciem 27, 2. *scil. victoria futura*. Nec vivere consulem satis fidebant 9, 38. Duobus lateribus satis fidentes invia esse 38, 21.

Fides 1, 1. Fidem futuræ amicitiæ sanxisse. Habita fides ipsam plerumque obligat fidem 22, 22. Sacratæ fide manus 28, 9. Per fidem violati colloquii 38, 25. *Pro per violatam fidem colloquii*. Paucæ horæ sunt, intra quas jurantes per quidquid deorum est, dextræ dextras jungentes, fidem obstrinximus, ut sacratas fide manus, digressi ab colloquio, extemplo in eum armaremus? 23, 9. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 292. Data dextra in id, quod petebatur, obligandæ fidei 30, 12. Dextras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium 40, 46. In id data fides consuli est 32, 39. Fide sua obligata, pacato agmine transituros Bastarnas 40, 57. *cap. sequ. simplic.* fide. Levissima fidei mutandæ ingenia 28, 44. Adeone est fundata leviter fides 2, 7. Sincera fide in pace Ligures esse 40, 34. *Sæpe sic Livius, v. c.* 39, 2. *it.* 44, 13. *Vid. fluxus.* Ubi fides iis non esset 21, 35. Vulgatæ opinioni, qua creditur, Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili adcommodata fide 40, 29. Ad fidem rei 22, 12. *i. e. ut probaret. cf.* 32, 41. Ad fidem pronius est 21, 28. *it. cap.* 34. Ad fidem promissorum obsides accipenet. Ubi, quum Syracusas Capuamque captam, in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum, ostentasset 26, 24. *i. e. ut credantur res secundæ esse in S. etc. Neque enim alia h. l. interpunctio toleranda, nisi, quæ verba* in fidem *sqq. dirimat a præcedenti* captam. *Nam in fidem capere Livio non dicitur.* Missique ad regis ipsius firmandam fidem legati 23, 34. Verba sine fide rerum jactata 33, 34. Fides a consule 27, 5. *i. q. consulis*. In fidem consulis venerunt 10, 43. *it.* in fidem se permittere 36, 27. *i. e. dedere se*. Ismenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum permitti æquum censebat 42, 44. Fide accepta sese tradiderunt 23, 19. *i. e. promissa tutela. Sic committere et permittere se fidei alicujus promiscue dicitur*. Vid. *Drakenb. ad* 8, 31. Se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere. *Immo quia fortes* ac fideles *milites dicebantur, hac potissimum forma dicendi Livius usus est*. Vitæ libertatisque fidem accipere 43, 18. *cf.* 43, 9. De pace cum fide agere 32, 33. *i. q. fideliter*. Quæ (*urbes*) in amicitia cum fide permanserant 43, 21. Sociis cum fide cultis 44, 1. Emissique cum fide incolu-

mes ad Hannibalem venerunt 24, 27. Omnia e republica fide vestra faceretis 22, 39. *i. q. pro fide vestra, s. ex s. cum fide.* Fides humanarum irarum 8, 24. *h. e. qua credibile est homines irasci posse, aut solere.* Aurium fidei minimum credentes 33, 32. Prima fides — secunda fides 30, 15. *i. e. prima et secunda pars promissi.* Induciarum fidem ruperat 9, 40. *ea fides induciarum sancta dicitur* 8, 37. Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Rom. venerit, fidem coluisse 22, 37. Altera rogatione Sextii fidem abrogari, cum qua omnis societas humana tollitur 6, 41. *i. e. quum debitores solvere non teneantur. cf. cap.* 11. *Ubi eodem sensu dicitur* fidem moliri. *i. e. labefactare.* Fides agi visa 7, 31. Apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur 9, 9. Fidem pastorum nequidquam invocans 1, 7. Vid. *invocare.* Nequidquam deos fidemque invocantes 9, 12. *conf.* 29, 18. Pœnaque in vicem fidei cesserat 6, 34. Liberata et exonerata fide mea 42, 13. In publica fide pecuniam deponere 24, 18. Fide solvendi pariter omnibus — stipendii 28, 32. Nisi fide staret respublica, opibus non staturam 23, 48. *i. e. quia pecunia ei creditur.* Ni præstaretur fides publica 2, 28. (*promissa*). Missis, qui fidem venienti in castra ad Gracchum peterent 40, 49. *i. q. securitatem. Vid.* fluxus. *it.* suspensus.

Fiducia 30, 29. Hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepto est. Accensi, minimæ fiduciæ manus 8, 8. Populorum casibus cognita populi Romani clementia non modo spem tibi, sed prope certam fiduciam salutis præbet 45, 8. Quod fiduciæ plus animorumque esse Achæis ad non parendum credebant 45, 31.

Fiduciarius 32, 38. Optimum ratus (*Philippus*). Nabidi eam (*regionem*) — velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret.

Fidus 1, 11. Nihil fidum proditori. *i. e. tutum.* Nec ubi consisteret, nec, quid fidum respiceret, habenti 27, 12. Fidiora hæc genera hominum fore ratus 40, 3. Fidissimum annonæ (*Sicilia*) subsidium 27, 5. Pax fida 5, 4. Vid. *Drakenb. ad h. l. it. infra in v.* infidus. *cf. Bauer. Exc. Liv.* 1. *pag.* 182. Quem (*servum*) ex omnibus fidissimum domino credebat 33, 28. *Servi alias non* fidi, *sed* fideles *dicuntur; amici autem fidi.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

Fieri 5, 52. Aio Locutio templum — jussimus fieri. Quibus diis decemviri, ex libris ut fieret, ediderunt 37, 3. *de supplicatione. Omnino est illud vocabulum in re sacra usitatum.* Ibique, ut loco dignitas fieret, habitat 1, 44. Arma fieri — in ea gente 42, 8. Bellum fieri Æquis jussit 9, 45. *it.* de castris 10, 21. Ex mulctaticia pecunia — ludi facti 10, 23. Comitia centuriata — nisi ubi assolent, fieri possunt 5, 52. Fit fuga regis apparitorum atque comitum 1, 48. Eo vadimonia fieri jusserunt 23, 32. Fit mihi inopinatum 6, 40. *ita enim, non sit legendum videtur cum Drakenborchio, quum subjunctivi positi ratio nulla sit.* Karthaginiensium partis factos cernebant 24, 1. Difficilior facta oppugnatio erat, ni etc. 34. 29. Pro *facta fuisset.* Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur 9, 5. Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet 45, 39. Quid nexis fieri placeret 2, 31. *cf.* 27, 16. Vid. *Intt. ad h. l.*

Figere 7, 3. Lex vetusta est — ut, qui prætor maximus sit, — clavum pangat. Fixa fuit etc. *i. e. dicata lex, uti paullo post dicitur, quod et ipsum* suspendere, figere *denotat. Vid.* dicare. *it.* clavus. *Vulgo tamen legitur* fixus, *ut ad clavum referatur. cf.* 9, 28. *Similiter Virgil. Æn.* 6, 622. *Fixit leges pretio atque refixit.* Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa 40, 52. Spiculum inter aures equi fixit 8, 7.

Figura 29, 17. In hoc legato vestro nec hominis quidquam est, præter figuram et speciem.

Filia 38, 57. Minorem ex duabus filiis. *pro* filiabus. Vid. *Voss. Aristarch.* 4, 4. *At.* 24, 26. *est:* duabus filiabus.

Filius 4, 15. Eodemque anno sororis filios regis et liberos etc. *i. e. nepotes.*

Filum 1, 32. Capite velato-filo. (*lanæ velamen est.*)

Fingere 42, 2. Quum alii abesse eum, alii ægrum esse, falso utrumque, fingerent.

Finire 9, 33. Lege finitum censuræ spatium temporis. Quinque dierum spatio finiebatur imperium 1, 17. Quot darentur (*vades*), permissum tribunis est, decem finierunt. Tot undibus accusator vadatus est reum 3, 13. Signum contra, quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit 1, 18. Finire locum, in quo dimicaturi essent 42, 47. Finire SCtum, ne etc. 31, 48. — libidinem muliebrem 34, 6. — modum cibi potusque naturali desiderio, non voluptate 21, 4. Finita potestas 9, 34. *i. e. certo temporis spatio circumscripta.* Plus quam lege finitum erat 39, 17. De pecunia finitur, ne major etc. 40, 44.

Finis 2, 30. Is finis populationibus fuit. Pro *populationum.* Finem sibi vitæ fecit 8, 58. Tandem longi erroris vobis finem factum esse 5, 3. Spei nostræ — finem imposuerimus 5, 4. Ne ad extremum supplicii finem tenderet 8, 32. Sine fine ulla quæstionis suæ jus esse 9, 26. (*i. e. infinitum.*) Vid. *Intt. ad* 4, 2. Nec novos statuere fines, sed veteres observari etc. 42. 24. Altera lege solitudines vastas in agris fieri pellendo finibus dominos 6, 41. *i. e. agris, prædiis.* Ne se quidem pacem, quam illi adferant, aspernari, si Gallis; egentibus agro, — partem finium concedant 5, 36.

Multum interest, alienos populere fines, an tuos uri, exscindi videas 28, 44. Urbem, templa, delubra, fines, aquas, Samnitium esse 9, 9. *in formula deditionis dicta. Ceterum hic* fines *pro* agris, terra, *in sensu proprio accipiendi. Sic* 1, 32. Legatus ubi ad fines eorum venit. Campanus fines 9, 6. *h. e. Campani agri finis. neque enim h. l.* agrum, *ut alias, quum pluralis ponitur, sed* terminum *significat. Alibi Livius:* extrema agri Romani 4, 1. *Eodem significatu* finis *absolute dicitur* 38, 15. *Nulla legatio* ad finem *præsto fuerat. cf.* 4, 58. *it.* 10, 35. Vid. *fluvius*. Cujus ingentem modum possidere privatos, paullatim proferendo fines, constabat 42, 1. Ab Utente flumine usque ad Athesim fines habuere 5, 35. Scipioni non temporis, sed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium est 30, 1. Utrum majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab diis sunt, et finem eum statuerunt 45, 39. Inter eos fines, (*in sensu augurali*) quos feci 1, 18.

Finitimus 5, 6. Utrum tandem finitimi (*scil. populi*) populum Roman. eum esse putent etc. *Contra* 3, 72. Assignaturos putarent finitimos populos — finitimis exterisque. *conf.* 4, 3. *ad quem locum vide Drakenborchium.* Indici — finitimis (*scil. populis*) spectaculum jubet 1, 9.

Firmamentum 29, 2. Dum cedenti duodecimæ legioni — tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum ducit.

Firmare præsidiis aciem 9, 17. Multitudinem non vallo, non stationibus firmatam 10, 43. *i. e. tutam præstitam.* Non tamen pro firmato jam stetit magistratus ejus jus 4, 7. Quum plebem hinc provocatione, hinc tribunicio auxilio satis firmassent 3, 55. Cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque 9, 3.

Firmus 2, 5. Firma area templis ac porticibus sustinendis. Adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris 22, 39. Exercitus satis firmi ad tantum bellum 23, 25. *it.* præsidium firmum 9, 44.

Fixus 9, 7. Fixos in terram oculos. (*præ pudore.*)

Flagitator 2, 45. Centurio erat — inter primores pugnæ flagitator. Ipse quoque triumphi ante victoriam flagitator 8, 12.

Flagitium 42, 60. Consul moveri flagitio timoris fatendi. Neque manere in jugo inopi, neque regredi sine flagitio, atque etiam periculo 44, 4.

Flagrare 2, 23. Civitas secum ipsa discors, intestino inter Patres plebemque flagrabat odio. Tantum, ut procul abesset, curabat, interim velut ab incendio flagrantis iræ, — se defensurus 40, 56. Juvenem flagrantem cupidine regni etc. 21, 10. Flagrantissimo æstu 44, 36.

Flagrum 28, 11. Cæsa flagro est Vestalis virgo.

Flamen dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit 26, 23. *cf.* 1, 20. Flamen dialis inauguratus est 41, 28. Vid. *apex*.

Flamma late fusa 10, 43. Ignibusque in proxima tecta conjectis effusa flamma primo veluti sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens uno repente omnia incendio hausit 30, 6. Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma 30, 5. Quà minime densæ micabant flammæ 22, 17. Flammam ei (*Marcio*) concionanti fusam e capite, sine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum 25, 39. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 682. Flammam invidiæ adjecerunt edicto 43, 16.

Flatus 45, 8. Cujus animum nec prospera (*fortuna*) flatu suo efferet, nec adversa infringet.

Flebiliter nomine sponsum mortuum appellat 1, 26.

Flectere 1, 48. Flectenti carpentum (*Tulliæ.*) *pro flectere jubenti. Vid. Bauer. ad h. l. pag.* 68. Flexit viam Brutus — ne obvius fieret 1, 60. Ad Privernum flexit iter 8, 19. *it.* 35, 31. Ex Gabino in Tusculanos flexere colles 3, 8. *scil. iter, viam.* Flectit paullulum in clivos agmen 9, 35. Animos flecti quam frangi, putabat quum tutius, tum facilius esse 2, 23. *Scilicet lenibus illud verbis, hoc acrioribus remediis, et adhibita quasi vi, intelligendum est.* Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum 2, 32.

Flexus 22, 12. In aliquo flexu viæ. Confragosa loca implicatasque flexibus vallium vias 32, 4.

Florere 26, 3. Florens tum et fama rerum gestarum, et propinqua spe Capuæ potiundæ. Ad florentes Etruscorum opes confugiunt 1, 2. En umquam ille dies futurus esset, quo vacuam hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent 30, 21. Florere præterea juventute, quam stirpem longa pax ediderit, florere opibus regni, florere etiam ætate 42, 11.

Flos Achæorum juventutis 32, 25. *cf.* 7, 7. Hæc prima frons in acie (*hastati*) florem juvenum pubescentium ad militiam habebat 8, 8. In flore virium se credens esse 42, 15. Cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit 27, 44. Medio juventæ robore ille, (*Perseus* 30 *annorum*) hic (*Demetrius* 25 *annorum*) flore 40, 6. Florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus 8, 28. Florem ætatis — quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit 21, 3. (*de abusu ejus nefando.*) *conf. cap.* 2.

Fluctuans et instabilis acies 9, 35. *cf.* 6, 24. *it.* 8, 39. Fluctuanti similis acies erat 6, 13. Signa fluctuantia 29, 2. *Ipsa*

copiæ dicuntur, in quas impressio facta est. cf. 30, 34. Fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat 1, 27. Fluctuante rege inter spem metumque tantæ rei conandæ 42, 59. Fluctuantes et imbutos Persei consiliis 42, 26. *Ceterum notandum est, Livium, præter hoc participium, quod videri possit activæ vocis esse, nihil ejus in hoc verba magnopere usurpare, semperque deponentialiter omnia dici. Sic* 39, 13. Fluctuatus animo est. *cf.* 23, 33. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt 40, 32.

Fluctuatio animorum 9, 25.

Fluctus 24, 33. Cujus murus fluctu alluitur. *cap. sequ. est :* mari alluitur.

Fluere 24, 10. Fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse etc. In Tiberim, tenui fluentem aqua 2, 5. Vid. *Tiberis.* Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro 7, 29. *i. e. molles.* Gallorum corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere 10, 28. Fluere lassitudine vires 7, 33. Fluunt sudore et lassitudine membra 38, 17. Fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur 21, 36. Nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua 7, 32. *i. e. labantibus. Vid. Gronov. ad* 27, 17.

Fluidus 34, 47. Mollia et fluida corpora Gallorum, et minime patientia sitis.

Fluitans 1, 4. Quum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset.

Flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat 24, 3. Ad excipiendum fluminis impetum 21, 27. *Vid. B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 16. Fluminis pontem petentes 23, 24. Vid. *brachium.*

Fluviatilis 10, 2. Fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatæ.

Fluvius 1, 3. Pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset. *cf. Virgil. Ecl.* 1, 62.

Fluxus 40, 50. Veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide Celtiberos fecisse.

Foculus. Vid. *Altare.*

Fodere 8, 10. Hastis ora fodere. *i. e. ferire, vulnerare. Vid. Drakenborch. ad h. l.* Aversos (*elephantos*) sub caudis — fodiebant 21, 55.

Fœdatus 3, 32. Multiplici clade fœdatus annus, fœdati agri 3, 26. *scil. populatione.*

Fœde 9, 43. In captivorum corpora militum fœde sævitum. Multis hominibus jumentisque fœde amissis 22, 3.

Fœditas 1, 26. Ubi non sua decora eum a tanta fœditate supplicii vindicent. In tanta fœditate decreti 3, 47.

Fœdus annus seu intemperie cœli, seu humana fraude fuit 8, 18. Duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, fœda homini, fœda pecori 3, 32. Fœdi agminis miserabilem viam 9, 5. Visu, quam dictu fœdiora 21, 32. Tempestates fœdæ fuere 25, 7. Classis postero die fœdissima tempestate lacerata 29, 18.

Fœdus 7, 30. Non enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est. *i. e. f. cum Samnitibus.* Qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis 24, 31. Sanctum fœdus 41, 19. Fœdus violati hospitii 1, 9. *Pro fœdus hospitii violatum, per hypallagen.* [*Vid. Stroth. ad* 1, 1. 4, 8.] Quidquid ex fœdere rupto irarum in non cœlestium fuit 9, 1. Fœderis expiatio *ibid.* Ad scribendum amicitiæ fœdus adduci potuisse 42, 12. *mos :* fœdus incisum literis esse. Vid. *conscribere.* Vetustior fœderis memoria 1, 24. *i. q. vetustioris fœderis memoria.* Ut publicum quoque fœdus privato (*nuptiis*) adjiceretur 29, 23. In vestro fœdere erat, ut etc. 39, 36. *Pacem fœdusque* petentes 9, 37. Fœdere negato, induciæ biennii impetratæ 9, 20. Non fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est 9, 5. *Interdum tamen sponsio pro fœdere dicitur. Omnino autem sciendum est, non raro dici* fœdus *de omni consensu aut decreto ex plurium sententia facto. Audiatur ipse Livius :* ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fœdere defendendum 32, 20. *Nisi vero cum nonnullis pro* fœdere *legi malis* fore. *Comparetur ergo alius locus, v. c.* 22, 33. Id ex voluntario inter ipsos fœdere a tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum. *cf.* 8, 56. *vid.* æquus. Fœdera quietum 21, 10. *i. e. perpetua futura. Oppos. rupta fœdera.* Appium et legum expertem, et civilis et humani fœderis esse 3, 57. Ad *fœdus ex societate* cum Annibale faciendum 34, 6. *Vid. Bauer. ad h. l. pag.* 107. Quod adesse fœderi sancitæ cum Gentio societatis volebat rex 44, 23. His conditionibus paratum se esse fœdus cum coss. ferire 9, 4. Sub umbra fœderis 8, 4. Si fœdus est, si societas æquatio juris est *ibid.* Karthaginienses fœdere illigatos silere 42, 23. Quodsi tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis caussa, in quam conspirasse decemviros criminati sint 3, 56. *Nisi vero cum Dukero recte, opinor,* caussa *deleatur.*

Fœnebris 7, 21. Novi consules fœnebrem quoque rem, quæ distinere unanimos videbatur, levare aggressi, solutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Leges fœnebres 35, 7.

Fœnerare 7, 42. Ne fœnerare liceret. *Alii* fœnerari : *nil differt.*

Fœnus unciarium 7, 16. *Quum in centenos asses uncia datur fœnoris nomine. Vid. Tacit. Annal.* 6, 16. Fœnus liberum 35, 7. *i. e. legibus non definitum.* Propior dolor plebi fœnoris ingravescentis erat 7,

21. *Vid. infra in v. mergere. it. obruere.* Injusto fœnore gravatum æs alienum 42, 5. Ut ipse fœnore levetur 6, 39. Dum tam potentem haberet (*plebs*) ducem fœnoris expugnandi 6, 18. *cf. cap.* 20. *Vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 27. Fœnore circumventam plebem 6, 36. Fœnore trucidare plebem 6, 37. *Vid. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. T.* 1. *p.* 557. Sanctus et innocens (*Cato*) asperior tamen in fœnore coërcendo habitus. Fugatique ex insula fœneratores etc. 32, 27.

Fœtus. Vid. *Obscœnus.*

Follis 38, 7. Folle fabrili flando accenderunt.

Fons 42, 12. Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subjectam esse. Vid. *Perennis.*

Foras versa vestigia 1, 7. Vid. *Vestigium.*

Fore 30, 2. Quo missuri classem Karthaginienses forent.—forent passuri 26, 26.—expulsurus foret 25, 24.—casurum foret 25, 18. Quæ omnia, si tamen populo foret, in capita noxiorum versura 45, 10. Bello intestino cum fratre eum exitum *fore*, ut victor—nequaquam par Antiocho *futurus esset* 45, 11.

Forensis factio 9, 46. Omnem forensem turbam exeretam in quatuor tribus conjecit *ibid.*

Foris 1, 14. Hærens in terga Romanus, priusquam fores portarum objicerentur, velut agmine uno irrumpit. Forem ex æde Lunæ – raptam tulit 40, 2.

Forma urbis occupatæ, quam divisæ similis 5, 55. Forma excellente (*virginea*) 1, 9. Puellæ infelicem formam deplorant 3, 48. Ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ (*civitatis*) 34, 51. Intentum formis, quas in pulvere (*Archimedes*) descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum 25, 31. Habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremve humana intuens 1, 7. Sardiniæ insulæ forma (*illud donum*) erat, atque in ea simulacra pugnarum picta 41, 28. Nequaquam eadem est tum rei forma (*conditio*) apud Romanos 41, 2.

Formare in suos mores alium 8, 36. Quum ipsi se homines in regia, velut unici exempli, mores formarent 1, 21. Formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus 1, 45. *Bauer. p.* 63. firmatis *legit.* [*Non necesse; etsi non ignoro, sæpissime confusa firmare, formare, cum compositis.*] Donec statum ejus regni (*Macedonici*) formando composuisset 45, 16. Ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite 44, 1.

Formido 30, 28. Has formidines agitando animis ipsi curas et metus augebant etc.

Formidolosus 8, 8. Id erat formidolosissimum hosti, quum velut victos insequi novam repente aciem exsurgentem auctam numero cernebant.

Formula 22, 57. Ex formula milites accipere a sociis, *h. e. ex lege fœderis. cf.* 27, 10. Lampsacenos in sociorum formulam referre Q. Manius prætor jussus 43, 6. Senatus in formulam sociorum eum referri jussit 44, 16. Formula juris ac ditionis 26, 24. Urbem se quam formulæ sui juris facerent 38, 9. Hac formula dicta in Illyrico 45, 26. *De divisione terrarum.* Divisa itaque Macedoniæ partium usibus separatis, quanta universos teneat Macedonas, formula dicta, quum leges quoque se daturum ostendisset 45, 30. Formula cognitionis 40, 12. *Ad cujus præscripta judicium dirigi debet a judicibus, ut, quid cognoscendum judicandumque sit, ex eo intelligant, quippe in quam judicium dabatur a prætore.*

Fornicata via 22, 36. *Per quam ex urbe in campum Martium descendebatur. Vid. Intt. ad h. l.*

Fornix 36, 23. Fornices in muro erant apti ad excurrendum. *cf.* 44, 11. Pilis fornices —— locaverunt imponendos 40, 51.

Fors 26, 12. Quidquid fors belli tulisset. Quibus fors corpora dedisset, darent animos 1, 9. Uni se ex Sabinis fors dare visa est privato consilio imperii recuperandi 1, 45. Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis præesset, potissimum M. Duilio sorte evenit 3, 64. *cf.* 1, 4. *et Virgil. Æn.* 1, 377. Vid. *sors.* Quæ fors immoderata, tempus ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum 23, 23. Magna pars sorte, ut in quem quæque inciderat, raptæ 1, 9. Pars forte, pars consilio oblati 9, 31. In quo tum magistratu forte Brutus erat 1, 59. Forte quadam divinitus 1, 4. Si quæ (*injuriæ*) forte aliquando fuerunt 5, 3. Forte ita evenit, ut etc. 1, 7. Forte ita inciderat, —— fortuna — populi Romani ne etc. 1, 46. Forte temere 2, 31. *conf.* 25, 38. *it.* 10, 36. 23, 3. 41, 2.

Forsan 3, 47. Quem decreto sermonem prætenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint. (*Poëtis usitatius.*)

Forsitan 5, 52. Forsitan aliquis dicat. Quod quosdam forsitan moveat 9, 9. Forsitan et publica, sua certe liberata fide 9, 11. Et forsitan ——simul Punico Romanoque obrutus bello esset 9, 19.

Fortis 7, 40. Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem. *De seditionum et conjurationum studiosis.* Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis 23, 45. Et facere et pati fortia Romanum est 2, 12. Facta fortia 29, 26. Regnum, quod a patruo tuo forti, non solum fideli, — accepi 40, 56. Fortes et felices (*Fabii*) 2, 49. *Eleganter; nam singulos ante Livius dixerat duces esse potuisse magnorum exercituum; et duces belli fortes ac felices proprie dicebantur;*

milites autem fortes et fideles. conf. 39, 32. Claudius felicitatem virtutemque collegæ — æquavit secundis aliquot prœliis. Vid. *ductus*.

Fortiter 5, 5. Curari se fortiter passus. (*sensu medico*.) Reliqui quid esset, nisi ut fortiter moriatur 45, 5.

Fortuito. Vid. *temere*.

Fortuna 22, 5. Variante fortuna eventum. Incertus fortunæ eventus 42, 49. Vid. *labare*. Habuisset tanto impetu cœpta res fortunam 24, 34. Suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus 29, 6. *inde* 23, 2. *fortunæ tribuitur* indulgentia. Ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes 9, 39. Quibus (*artibus*) ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur 1, 39. Quos fortuna non æquarent 45, 32. Humili fortuna ortus 9, 46. Ut agentem te ratio ducat, non fortuna 22, 39. Quando in eam fortunam veni, ut etc. 40, 56. Serenitas fortunæ 42, 62. Fortuna et extollere animos, et minuere potuit 7, 8. Qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est 21, 41. Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari 30, 42. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 306. Cum eo hoste res est, qui nec bonam nec malam fortunam ferre potest 27, 14. Vid. *Virgil. ibid.* Fortuna belli 44, 7. Nec præsenti credere fortunæ 45, 8. Vid. *vesper*. Cujus animum neque prospera (*fortuna*) flatu suo efferet, nec adversa infringet 45, 8. Quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum 1, 25. Fortuna, quæ plus humanis consiliis pollet 44, 40. Ut insignis ad invidiam locupletiorum fortuna esset, et parata, unde egentissimis — largiretur 1, 47. Quum fortuna, qua quidquid cupitum foret, potentioris esset 3. 37. Ut, quæ sub ditione ejus, urbes nullius liberæ civitatis fortunam secum mutatam vellent 42, 5. Fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens 9, 17. *cf.* 4, 57. *it.* 5, 19. 8, 29. De ipsius Macedoniæ possessione certamen fortunam indixisse 42, 52. Fortunam perbene fecisse, quando etc. 45, 8. Fortuuam totius rei principia sequuturam ratus 44, 31. Consilia in omnem fortunam ita disposita habebat 42, 29. Ne fortuna mea desit, videte 6, 18. Quum ex summo retro volui fortuna consuesset 45, 41. Commoti Patres vice fortunarum humanarum 7, 31. Cyrum — quid — nisi longa vita, vertenti præbuit fortunæ 9, 17. *cf.* 6, 30. Invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem 36, 11. Oneratum fortunæ apparatibus suæ (*Darium*) *ibid.* Nunc oneratum vestris fortunis hostem abire finitis 3, 68. Ausi sunt quidam amicorum consilium dare, ut secunda fortuna in conditione honestæ pacis uteretur potius, quam etc. 42, 62. *Ibid.* ita tum mos erat, in adversis vultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis. Idem tidem Capitolium spectans Jovem deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum 6, 20. Omissa defensione, quæ non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque 9, 8. Tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi 6, 41. Ex illis concionibus numquam vestrûm quisquam re, fortuna, domum auctior rediit 3, 68. Vid. *fateri*. vid. *bonus*. *it.* fastigium.

Fortunate 10, 18. Quam quod — quidquam ibi scite aut fortunate gestum sit.

Forum 9, 40. Aurata scuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur, inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum thensæ ducerentur. Filium juvenem nullius probri extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitum 7, 4. *cf. Cic. Or. pro Roscio Amer. cap.* 15. Humilibus per omnes tribus divisis forum et campum corrupit 9, 46. Quæstorium forum 41, 2. (*in castris*.) In pagis forisque et conciliabulis 25, 5. Scaphas circummisit, ut ex navibus gubernatoresque et magistri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda 29, 25. *i. e. in locum prope navalia, ubi copia rerum omnium ad navalem usum pertinentium in promtu erat. Etiam tabernæ ibi fuisse dicuntur.* Vid. *Scheffer. de militia nav. vett.* 1, 4. *p.* 215.

Forus 1, 35. Loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent; fori appellati. *i. q. sedilia*. Vid. *Virgil. Æn.* 6, 412. Viam e foro boario ad Veneris, et circa foros publicos — faciendam locaverunt 29, 37. Vid. *Duker. ad h. l.* Quum per circum reveheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit 45, 1.

Fovere 29, 31. Adhuc teneras et fragiles ejus vires esse, vixdum coalescentis foventis regnum. Ut præsens suas res foventibus adderet animum 24, 36. *i. e. amicis*. Quas (*res*) fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutriendo perduxit, ut bonam frugem libertatis maturis jam viribus ferre possent 2, 1. Statuerat, utram foveret partem 42, 29.

Fragor rupti pontis 2, 10.

Frangere 2, 40. Fletus ab omni turba mulierum ortus — fregere tandem virum. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non sentirent etc. 45, 25. Athenis, in civitate fracta Macedonum armis 9, 18. *cf. cap.* 39. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies? 9, 19. Fractos bello invenisset hostes 9, 19. Concitationem animorum fregit adventus 9, 7. Concitatos animos flecti, quam frangi etc. 2, 23. Non — frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem, volui 25, 38. Ut frangendi carceris fugiendique ha[illegible] occasionem 29, 22. Vid. *spiritus*.

FRATER 28, 35. Gratias de fratris filio remisso agit. *Idem autem Masinissa* 27, 19. *Hujus Massinæ avunculus dicitur. Fuerunt igitur, qui legi vellent sororis filio. Sed. vide Jac. Gronov. ad posteriorem locum.* Pro fratre germano, non patruele 35, 10. Vid. *Intt. ad h. l.*

FRAUDARE 36, 40. Ut suæ victoriæ fructu se defraudaret, *cf.* 2, 10. *it.* 42. Plebs fraudari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit 2, 61. *cf.* 4, 12. *it.* 5, 47. Fraudans se ipse victu suo 2, 10. Cibo victuque fraudari 2, 35.

FRAUS 1, 24. Quod sine fraude mea populique Rom. Quiritium fiat, facio. *h. e. sine damno meo, quod malitiosa formulæ interpretatione creari possit.* Ut, qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset 26, 12. Si fraude incendium ortum sit 5, 54. Fraus fidem sibi in parvis præstruit 28, 42. *i. e. homo fraudulentus.* Mentem a fraudibus abstinerent 39, 15. *libidines h. l. sunt intelligendæ.* Si vitandæ, non ferendæ fraudis caussa hoc consilii capimus 24, 39. *i. q. cladis bellicæ, quæ fit insidiis.* Ne fraudi secessio esset 7, 41. Ne, non venisse, fraudi esset 17, 47. Quum feræ bestiæ cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur ac refugiant 41, 23. Fraude ac dolo 1, 53. Ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude (*i. e. simulata societate*), deinde insidiis (*i. e. strategematibus*) est prope circumventus 21, 34. Ipsam se fraudem — detegere 44, 15.

FREMERE 3, 38. Hæc fremebat plebes. — fremit senatus 8, 13. Patres — erecti gaudio fremunt 6, 6. — gaudio alacres fremunt 10, 14. Qua (*inopia*) ipsi inter se fremere soliti erant 25, 28. Volscos — ob communitam Verruginem fremere 4, 1. Patres — non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere 4, 54. *i. e. tamquam amissi jam sint.* Fremebant, se — domi a civibus captos et oppressos esse 2, 23. *Querebantur.* Fremere juventus, nondum debellatum cum Volscis esse 4, 58. Militibus, castra urbemque se oppugnaturos, frementibus, ni copia pugnæ fiat etc. 4, 18. *minantibus.* Falsas esse, et a scriba vitiatas (*literas*), signumque adulterinum, vulgo in regia fremebant 40, 55.

FREMITUS consuetos castrorum 9, 45. *i. q. strepitus.* Fremitus hinnitusque equorum 2, 64. Ubi primum fremitum equestrium audivit 40, 31. Fremitus in curia est ortus 23, 31. Vid. *lacerare.* Fremitus deinde universi senatus ortus 4, 48. *conf. cap.* 54. Quum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota spectacula pervasit — dein fremitus increbruit: postremo clamor plaususque — est exortus 45, 1. *cf.* 40, 46. 42, 53. *init.* vid. *murmur.* Admirantium circa fremitus 26, 22. Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit 40, 3. Fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudito 31, 24. *i. e. strepitus ab iis motus, qui celeriter apparatus faciunt ad amoliendam expugnationem, sive oppressionem potius improvisam.* Quum fremitus aperte esset 4, 50. Quum fremitus post eam vocem ortus, et tandem sedatus esset 39, 26. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 559.

FRENARE 26, 29. Ne quis timore frenari eos dicere posset, quo minus de eo libere querantur etc. Ubi demersis navibus frenassent claustra maris 37, 15.

FRENATUS 21, 44. Generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos etc.

FRENDENS gemensque ac vix lacrimis temperans 30, 20. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 718.

FRENUM 39, 25. Ut equum tenacem, non parentem, frenis asperioribus castigandum esse. Date frenos impotenti naturæ, et indomito animali 34, 2. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 63. Ni unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus, gestienti secundis rebus, imposuisset 45, 19.

FREQUENS ad signa fuit 3, 24. *De uno Kæsone dictum.* Frequentior fama 2, 32. Vid. *fama.* Quod filium frequentiorem prope cum illis, quam secum, cernebat 39, 53. Ad frequentiores consultatio dilata est 35, 7. *Haud dubie senatus intelligitur.* Ab frequentibus Samnitium populis — legati 9, 20. Itinera quam maxime frequentia occupare jubet 25, 9. Frequens castellum 43, 19. *i. e. incolis. cf.* 21, 34. *Frequens cultoribus locus.* Frequens tectis urbs 1, 9.

FREQUENTARE 7, 30. Vobis Capua urbs frequentabitur. Novos colonos — adscribere et omni modo (*Lysimachiam*) frequentare 32, 38. *i. e. frequentem incolis reddere.*

FREQUENTIA omnium generum multitudinis prosequente 7, 30. Ne quid per frequentiam juvenum eorum, in quibus omnes vires plebis essent, agi de commodis eorum posset 5, 2. *h. e. quum frequentes essent, in eorem frequentia.* Vid. *Drakenborch. ad h. l. Nisi potius legendum* infrequentiam. [*Illud præstat.*]

FRETUM manu perfossum 33, 17. *Isthmus intelligendus.* Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico 26, 29. *Pro mari.* [*Quidni fretum Siculum intelligimus, quod κατ' ἐξοχὴν* fretum *dici, multi docuerunt?* vid. *Clav. Cicer. in Ind. Georg. v.* Fretense mare.]

FRETUS 6, 13. Multitudo hostium, nulli rei, præterquam numero, freta. *Legendum* nulla re. *Id Intt. ad h. l. et ad* 4, 37 *Abunde probaverunt.* At tu fretus armis animisque etc. 6, 29. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 463. Ut inter militares viros, et factis potius, quam dictis fretos 10, 24.

FRONDOSOS ramos per terram trahebant 10, 41.

FRONS castrorum 44, 36. — frons — munimentorum — in Etruriam spectans 5, 1.

Prima frons valli ac fossæ perducta est 44, 37. Instruit aciem consul arcta fronte ad naturam et angustias loci 36, 18. Impulsa frons prima 6, 13. *i. e. acies prima*. Fronte in æquali concursum est 10, 19. *Æqua* fronte ad pugnam procedebat 36, 44. Vid. *æquus*.

FRUCTUS ex agris vectandos 21, 63. Quem campi fructum quia religiosum erat consumere etc. 2, 5. Quia propter populationes agri non fructu modò caruerit 2, 23. Emere ea, ex fructibus agri ab se dati quæ ibi proveniant 45, 13. In tantas brevi creverant opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus 21, 7. Ex fructu metallorum 45, 40. Fructui sibi rempublicam esse 5, 4. *De stipendiis militaribus*. Omnium sibi laborum periculorumque — nequaquam tantum fructum esse, quam capere Syracusas potuisse 25, 31.

FRUGES 45, 30. Pars prima Bisaltas habet — et multas frugem proprietates. Vid. *fovere*.

FRUGIFERUM Præfat. Fertilem se frugiferam terram 45, 30.

FRUI 22, 14. Res fruenda oculis. *i. e. jucunda adspectu*. Ut agrum Campanum censores fruendum locarent 42, 19. Fruantur, utantur annona 2, 34. *Si quidem vera lectio*. Ne super impunitatem etiam præmio sceleris frueretur 40, 56. Florem ætatis — quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit 21, 3. *De nefanda libidine*.

FRUMENTARIUS 4, 12. Criminando inde et objiciendo iræ populi frumentarios. *De hoc genere mercatorum invidioso* vide *Drakenborchium ad h. l.*

FRUMENTUM 33, 42. Ædiles curules — tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt. *Omnino tenendum est, frumenti, salis item sæpenumero sic mentionem fieri, ut modius aut simile quid intelligi debeat. cf.* 43, 6. *it.* 23, 21. [Vid. *Schwebel. ad L. Bós. Ellips. Gr. pag.* 191.] Frumentum peregrinum 43, 6. Triginta dierum frumentum militi datum 43, 1. Inde frumento complurium dierum sumto 43, 18.

FRUSTRA, 2, 31. Neque frustrabor ultra cives meos, neque ipse frustra dictator ero.

FRUSTRARI 7, 38. Optimum ratus, differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi, militarem impetum frustrari. *al.* frustrare. Vid. *Drakenborch. ad h. l. et ad* 1, 17. Clœlia — frustrata custodes 2, 13. *cf. cap.* 31. Nisi me frustrantur oculi 2, 40. Frustrantibus nos falsa et inani spe 23, 18. Incerta — lux — — tum quoque frustata Romanos 41, 2.

FRUSTRATIO 27, 47. Tantæ rei frustratione Hannibalem elusum.

FUGA explicatur 1, 30. *i. q. fugientes. Eodem modo fuga* dissipari *dicitur. it.* 3, 69. Agrestium fuga *pro agrestibus fugientibus*. Infert pavidos fugæ in mediam cædem 4, 33. Fuga effusa 1, 27. *it.* longinqua 6, 42. — trepida 27, 16. — diversa 42, 8. An longiorem intenderent fugam 7, 37. Quæ *(fuga)* ubi immensa ac sine spe erat 22, 6. Fugam ac vastitatem late fecerunt 8, 9. Nihil movetur fugæ 9, 39. Fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt 7, 11, *cf. cap.* 27. Latiusque fuga manasset 27, 14. Exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco consisceremus 5, 53. Anguis — quum terrorem fugamque in regiam fecisset 1, 56. *Bauer. pag.* 77. *emend.* in regia. Pavor fugaque armatos cepit 31, 2. Eo major tum fuga pavorque in urbe fuit 29, 28. *i. e. trepidatio tota urbe cum pavore discurrentium*. Eam quoque se illis fugam clausurum 27, 18. *de loco, per quem fuga dabatur, accipiendum*. Si alia fuga (*detrectatio, vacatio*) honoris non esset 3, 67.

FUGACIUS 28, 8. Vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

FUGARE 2, 6. Veientes, vinci ab Romano milite assueti, fusi fugatique. *cf.* 38, 17.

FUGAX 30, 28. Fugacissimus dux (*Hasdrubal.*)

FUGERE 9, 44. Memoriane fugerit in annalibus digerendis, an etc. *i. e. fugeritne e memoria*. Provoco ad populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero 8, 33. *i. q. contemnenti*. Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram, neminem, neque populum, neque privatum, fugio 9, 1. Cerva fugiens lupum 10, 27. *cf.* 38, 38. Vid. *Inn. ad* 38, 17. Agmenque fugientium ab signis 5, 6. Vid. *signum*.

FUGITIVUS 30, 43. Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos — tradiderunt. *h. e. servos, qui a dominis Romanis confugerant ad Karthaginienses*.

FULCIRE 3, 60. Prius quam totis viribus fulta constaret hostium acies. Quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit 9, 32. His eum fultum societatibus atque amicitiis etc. 42, 12.

FULGERE 9, 40. Ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus. Micantes fulsere gladii 1, 25. *de vibratione accipiendum. Sic poëtæ* tremulos splendores *dicunt*. Candore tunicarum fulgentem aciem 10, 39. Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita — consules dixerunt 26, 22.

FULGOR 21, 43. Demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, cur illi vobis comparandi sint?

FULGUR 40, 58. Neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore cœli tonitribusque et fulguribus præstringentibus aciem oculorum etc.

FULMEN dictatorium in se intentatum 6, 39. Quod duo fulmina domum meam

perculerint 43, 41. *vel. de duobus fulm morte ereptis*. Vid. *incendium*. Sed fulmina sic etiam undique micabant, ut peti viderentur corpora 40, 58. Vid. *contremare*.

Fumare 22, 14. Villæque passim incendiis fumabant. *cf.* 10, 11. Propter quem deûm delubra pateant, aræ sacrificiis fument etc. 8, 33. In civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas 9, 18.

Fumus 4, 38. Fumone victi — velut examen apum loco vestro exacti, inermi cedetis hosti ?

Funale 42, 65. Funda media duo funalia imparia habebant. *Quid ? si scutalia legamus.* Vid. *infra in h. v.*

Funda 28, 37. Fundis, ut nunc pulrimum, ita tunc solo eo telo utebantur. nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baliares excellunt. Funda mare apertum incessentes exercebantur 38, 29.

Fundamentum 1, 12. Tuis jussus avibus hic in Palatio prima urbi fundamenta jeci. *de hac constructione vide Drakenborchium ad* 3, 46.

Fundare 40, 58. Inque eorum agro sedes fundare Bastarnis. Adeone est fundata leviter fides 2, 7. Regnum eorum novum, nullis vetustis fundatum opibus etc. 45, 19.

Fundere 35, 1. Si vi fudisset cecidissetque hostes. Ut funderent ipso incursu Aricinos 2, 14. Eos ipsos, non signum certum, non ducem sequentes, fundit Romanus, fugatos eques persequitur 9, 37. *cf. cap.* 22. *et* 44. Cædunt pariter resistentes fusosque 9, 14. *cf. cap.* 16. *ubi est* fusa acies. Agmenque fugientium ab signis — fusum ac per agros trepida fuga palatum est 7, 8. Longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci 5, 37. Late fuso terrore belli 29, 35. De jugis, quæ ceperant, funduntur 9, 43. *i. q. dejiciuntur*. Qua (*dextrâ*) Gallos fudi a delubris vestris 6, 16. Simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus 7, 2. Vid. *flamma*.

Funestus 4, 20. Funesti annales *h. e. pestis tempore scripti*. Fœdum (*ei*) nuncium incutiunt, funestaque familia dedicare eum templum non posse 2, 8. Gravem præda (*hostem*) eoque impeditiore agmine incedentem aggressus, funestam ei populationem fecit 3, 3.

Fungi 1, 41. Per speciem alienæ fungendæ vicis. *i. e. per caussam mandatæ jurisdictionis*. Spes facta — militiæ fungendæ potioribus ducibus 24, 21. *cf.* 8, 36. *it.* 8, 35. Quum suam vicem functus officio sit 1, 9. Vid. *vicis*.

Funus 28, 28. Meo unius funere elata populi Rom. esset respublica ? Vid. *efferre*. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat 41, 21. Vid. *libitina*. Quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest 8, 7. Pro portione ex multitudine alia multa funera fuisse 7, 1.

Fur 3, 58. Inter fures nocturnos ac latrones.

Furca 1, 26. Sub furca vinctus. — cæsus 2, 36.

Furere 8, 31. Et nunc id furere, id ægre pati. Oculos sibi Romanorum ardere visos — vesanosque vultus et furentia ora 7, 33. *i. e. ferocissime pugnantium ora*. Agrariæ legis tribuniciis stimulis plebs furebat 2, 54. Vid. *insanire*.

Furia 1, 47. His muliebribus instinctus furiis *i. q. sermonibus insanæ*. Agitantibus furiis sororis ac viri 1, 48. *cf. cap.* 59. Exsecrantibus, quacunque (*Tullia*) incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque 1, 59. Hunc juvenem tamquam furiam facemque hujus belli odi 21, 10.

Furialis 7, 17. Quod sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque prælatis incessu furiali militem Rom. insueta turbaverunt specie. Dira exsecratio ac furiale carmen, detestandæ familiæ stirpique compositum 10, 41.

Furor 2, 29. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. *i. q. seditio. cf.* 25, 4. Furores tribunicii 4, 2. Quæ (*virgines*) alienata mente simul luctu metuque, velut captæ furore, eo cursu se ex sacrario proripuerunt etc. 24, 26. Idem furor Cretenses lacerabat 41, 25.

Furtim 39, 4. Per infrequentiam furtim senatusconsultum factum. Profectum clam, furtim, haud aliter, quam si exsilii caussa locum vertisset 21, 63.

Furtivus 45, 39. An noctu, tamquam furtiva, in ærarium deportabuntur ? *scil. signa aurea, marmorea, eburnea etc.*

Furtum unius diei 26, 51. Ubi tantæ rei furtum occultaretur 6, 14. Hostem — ultimam spem furto insidiarum tentantem 9, 31. Quod ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus superiora cacumina hostibus, non poterant 44, 6. Obsides pignus futuros furto et fraude agendæ rei 43, 10. Furto eos (*obsides*) subduxistis 9, 11.

Fustuarium meretur, qui signa relinquit aut præsidio dedecit 5, 6. Vid. *Intt. ad h. l.* [*In his Strothius :* " Fustuarium supplicium secundum Polybium Lib. VI. cap. 35. Ita peragebatur, ut Tribunus militem, qui illud commeruerat, fuste tangeret modo ; quo facto omnes milites circumstantes reum fustibus ac lapidibus petebant, donec necaretur, quod tantum non semper fieri solebat."]

Fusus 38, 21. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, et sunt fusa et candida corpora, ut quæ numquam nisi in pugna nudentur etc. *i. q. mollia*.

Gabinus cinctus 8, 9. Incinctus cinctu Gabino. Ad id faciendum (*sacrificium*) Fabius Gabino cinctu, sacra manibus ge-

rens, quum de Capitolio descendisset etc. 5, 46.

Gæsum 9, 36. Iere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus gæsisque binis armati. Leves autem, qui hastam tantum gæsaque gererent, vocabantur 8, 8. Sub lævo humero summum pectus gæso ictum est 26, 6. *Fuit genus hastæ Gallis usitatum.*

Galli sacerdotes magnæ matris Deûm. Vid. *Famulus.*

Ganea 26, 2. In ganea lustrisque—senectutem acturum.

Gaudere 22, 9. Ubi satis quieti datum, præda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus. Hæc ad ostentationem scenæ gaudentis miraculis aptiora 5, 21.

Gaudium magna clade fœdatum 7, 34. Gaudium salubre corpori 37, 37. *de reddito Scipioni filio.* Publicum gaudium privatis studiis celebratum est 10, 45. Certatim Patribus plebique manare gaudio lacrimæ 5, 7. Cum ovante gaudio turma 8, 7. Vid. *lætitia.* Ne sincero gaudio frueretur 44, 44.

Gaza 25, 25. Donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus. *i. e. ex pretiosa supellectile.* Trepidans gazam in mare dejici—jusserat 44, 10. Gaza regia in eo loco erat 44, 46.

Gelida montium juga 21, 58. *it.* 5, 13. Hiems gelida et nivosa.

Gelu 21, 40. Præusti artus—membra torrida gelu. *i. e. ad agendum inhabilia.*

Geminare 45, 13. Litteræ allatæ, quæ victoriæ lætitiam geminarent. Geminata urbe 1, 13. Geminata victoria 1, 25. Philippo redintegratus est luctus geminatusque 40, 55.

Geminus 1, 5. Audissetque geminos esse fratres. Gemina victoria duobus bifariam prœliis parta 3, 63. De Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit 7, 11.

Gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum 22, 5.

Gemmatus 1, 11. Gemmati magna specie annuli.

Generatim 5, 52. Ne omnia generatim sacra omnesque percenseam deos. *i. e. secundum sua genera, κατὰ γένη.* Quæ haud dubie major aliquanto summa ex numero plaustrorum ponderibusque, auri, argenti, generatim ab ipso scriptis (*Valerio Antiate*) efficitur 45, 40. *i. e. omnibus in unam summam collectis.*

Genitus 40, 9. Me subditum et pellice (*ex p.* genitum appellant.

Gens 9, 27. Potitia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat. Vos solos (*patricios*) gentem habere 10, 8. Confundi jura gentium rebantur 4, 1. *de connubiis patriciorum et plebeiorum. Paullo post* colluvio gentium *dicitur.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Jura gentium hominumque 4, 4.—jura gentium 5, 4. Cujus populi ea cujusque gentis classis fuerit 7, 26. Nullam in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano 26, 27. *cf.* 45, 30. Inter multas regum gentiumque et populorum legationes 45, 19. Principesque gentium aut populorum 45, 22. Opulentissima in terris gens 1, 7. Ferocissimæ gentium 42, 52. Non gentes modo Græciæ, sed etiam civitates 42, 5. Quod Labeatium gentis munitissima longe est (*Scodra*) et difficilis aditu 44, 31. Medeonem, Labeatium gentis urbem, profectus 44, 32. Nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium (*ex omnibus partibus, populis, orbis terrarum conquisitis*) Circum complendi 44, 9. Massyli ea gens vocatur 24, 48. *Sic et cap.* 57. Rutuli, gens præpollens. Vid. *Init. ad superiorem locum.*

Gentiles 3, 58. Sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos.

Gentilicius 5, 52. An gentilicia sacra (*penatium privatorum*) ne in bello quidem intermitti, publica sacra (*penatium publicorum*) et Romanos deos etiam in pace deseri placet?

Genu 43, 2. Nisi genibus a senatu petierunt, ut etc. Ad preces lacrimasque effusus, genibus prætoris accidens, in potestatem sese dedit 44, 31.

Genus 4, 9. Virginem plebeii generis maxime forma notam petiere juvenes. *i. e. ordinis.* Genus patricium 6, 34. Inter id genus *ibid. absolute pro, quamvis ex eo genere, ordine, esset.* Ab nullo genere non summum periculum est 34, 2. *i. e. ab utroque sexu. Nam paullo ante hæc sunt:* virorum omne genus. Nunc jam vobis Patribus vobisque plebeiis promiscuis consulatus patet; nec generis, ut ante, sed virtutis est præmium 7, 32. Sui generis hominem (*Varronem*)—vulgus et extrahere ad consulatum videbatur 22, 34. Dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus 4, 3. Quam (*nobilitatem*) non genere, non sanguine habetis 4, 4. Donec Pinarium genus fuit 1, 7. *paullo ante* familia. Datum hoc nostro generi (*genti Deciæ*) est etc. 10, 28. Pœni ipsi, materno genere 24, 6. Genus militare 24, 32. *pro militibus. Sic et* 34, 27. Genus agreste *dicitur.* Milites Italici generis 42, 47. Mixto generi hominum 42, 51. Regii generis ferebatur *ibid.* Ferox genus, nullam vitam rati sine armis esse 34, 17. *de Hispanis omnibus cis Iberum habitantibus.* Bellicosum utrumque genus 44, 11. Macedonum genus omne nomenque 31, 44. *ita* 30, 12. *Dicitur* genus Numidarum *cf.* 8, 29. Ut pleraque ejus generis ingenia sunt 8, 24.

Gerere 39, 54. Neque illos recte gessisse. *Sic in plerisque editionibus. Solet autem* gerere *simpliciter poni pro* agere. *v. c.* 40, 57. *Sed Drakenborchius tamen*

h. l. fecisse *recepit. Putat enim Livium ad illam formulam* recte atque ordine facere *respexisse.* Ubi inconsultius, quam venerat, se gessit 41, 10. Ubi res ferro geratur 10, 39. Missilia, quibus eminus rem gererent 9, 35. *cf.* 21, 5. Trigemina spolia præ se gerens 1, 26. *paullo post* super humeros. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens, in Capitolium adscendit 1, 10. Neque eam voraginem conjectu terræ, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse 7, 6. *pro* ingereret. Gerere saxa munientibus in muros 28, 19. Viginti omnino legionibus, et centum sexaginta navibus res Rom. eo anno gesta 30, 2. Paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac majestate geritur; præcipue tamen etc. 42, 49. Hæc, ut in secundis rebus, segniter otioseque gesta 23, 14. Res nihilominus ab legatis gerebantur 28, 22. Neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli, præcipuum in Romanos gerebant odium 28, 22. Cur enim adversus externos tantum animorum geritis? 6, 18. Adeo infractos gererat animos 7, 31. Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac spei gerente etc. 10, 25. Vultum secundæ fortunæ gerere 42, 62. *Vid. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 209. Cum fortuna mutabilem gerentes fidem 8, 24. Appius jam inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit 9, 29. *cf. cap.* 34. *ubi est* censuram gerere. — Imperia gesta *ibid.* Tribunatu ante gesto, triumviratibusque, nocturno altero, altero coloniæ deducendæ 9, 46. Hæc inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur 9, 30. *de rebus ad religionem pertinentibus.*

Germanitas 40, 8. Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam. (*ὁμοπάτριοι erant*) *cf.* 41, 27.

Gestare 27, 48. Intolerantissima laboris corpora vix arma humeris gestabant.

Gestire secundis rebus 45, 19.

Gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt 9, 40. Gladiatorum munus Romanæ consuetudinis 41, 20. Munera gladiatorum 41, 28.

Gladiatorium 44, 31. Vix gladiatorio accepto. *i. e. mercede gladiatorum.*

Gladiatorius 28, 21. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum, quive venalem sanguinem habent.

Gladius 45, 19. Adverteque gladiis regnum in dubium adductum esse. Vid. *cingere.*

Glarea 41, 27. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque — locaverunt. *cf.* 21, 31. *ubi sunt* glareosa saxa.

Gleba 4, 11. Nec ulli — gleba ulla agri assignaretur. Vid. *existere.*

Gliscere 27, 2. Novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. *i. q. crescens.* Gliscente indies seditione 6, 14. *cf.* 42, 2. *it.* 2, 23. *de invidia.* Vid. *accendere.* Ne glisceret, prima negligendo, bellum 2, 19. *cf.* 29, 3.

Globosus 38, 29. Saxis globosis, quibus ferme arenæ immistis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes.

Globus 1, 5. Non cum globo juvenum, (neque enim erat ad vim apertam par) sed, aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus, ad regem impetum facit: et a domo Numitoris alia comparata manu etc. *cf. cap.* 9. In eum, hæc gloriantem, cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit 1, 12. Et circa eum aliquot hominum — constitisset globus 2, 29. Globus mulierum circumstantiumque advocatorum 3, 47. Extrema concio et circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem 8, 32.

Glomerare 1, 31. Haud aliter, quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere cœlo lapides.

Gloria 22, 39. Gloriam qui spreverit, veram habebit. *i. e. vanam gloriam.* Gloriæ pars virilis 6, 11. Pari periculo gloriæque eventu 9, 40.

Gloriari 27, 17. Propiorque excusanti transitionem ut necessariam, quam glorianti eam, velut primam occasionem raptam. In eum hæc gloriantem — impetum facit 1, 12. Cupiditas gloriandi de me 38, 49.

Gnaviter bellum gerere 30, 4. Ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est, nec gnaviter pugnatum 10, 39. Sed, quod volebant, non quam maturato opus erat, gnaviter expediebant 24, 23. Bene ac gnaviter destinarent potiorem populi Rom. quam Persei amicitiam habere 43, 7.

Gnavus 3, 41. Gnavum in malitia ingenium.

Gradus 9, 40. In submotos gradu illato. Pleno gradu ad castra hostium tendunt 9, 45. Aciem instructam pleno gradu in hostem inducit 4, 32. *cf.* 34, 15. *Medius autem videtur plenus gradus fuisse inter gradum militarem et cursum.* Modicus *dicitur* 30, 5. Militaris *autem* pressus *vocatur* 28, 14. Ingenti gradu pontem obtinere, 2, 10. *i. e. habitu pugnaturi adversus aggredientem. Homerus: μακρὰ βιβάς.* Obnisos vos stabili gradu impetum hostium excipere 6, 12. Primus omnium consul invadit hostem, et cum quo forte contulit gradum, obtruncat 7, 33. Quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti 6, 32. *cf.* 9, 29. Gradu moverunt hostem 7, 8. Conando agendoque jam eo gradum fecisse plebeios, unde — pervenire ad summa possent 6, 35. Ex ædilitate gradum ad censuram fecit 27, 6. Graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur 6, 42. Primoribus equestris gradus lectis, 2, 1. Ut vetustate et gradu

honoris nos præstent 7, 30. (*tamquam vetustiores socii atque amici*) si gradum, si caritatem filii apud te haberem 40, 9.

GRÆCIA major 31, 7. Pro *Magna Græcia*.

GRAMEN 1, 24. *voc. generale* verbenam *comprehendens et significans*. Vid. *herba*.

GRAMINEUS. Vid. *corona*.

GRASSARI 3, 44. Se jure grassari, non vi. *cf.* 10, 14. Consilio grassandum *pro simpl. utendum*. *Proprie de eo, qui gradu magno contendit ac festinat, ut in hoc:* Nobiles homines in possessionem agri publici grassari 6, 5. Ut in te hac via grassaremur 2, 12. Sed plebi creverant animi; et longe alia, quam primo instituerant via grassabantur 2, 27. Etiam apud vos (*Romanos*) audivi, qui assentando multitudini grassarentur: et secessisse aliquando a vobis plebem, nec in potestate vestra rempublicam fuisse 45, 23. *simpliciter dictum*. Per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum 42, 18.

GRATARI 9, 43. Invicem inter se gratantes. Vid. *Virgil. Æn.* 4, 478. Tecum triumphantes urbem inire; tuum sequentes currum Jovis O. M. templum gratantes ovantesque adire 7, 13. *ult.*

GRATIA 30, 21. Nec esse, qui diis grates agendas censeant. adeo ne advenientem quidem gratiam (*presentia beneficia*) homines benigne accipere, nedum ut præteritæ satis memores sint. Aurum — gratia rei accepta, non accepisse populum Romanum 22, 37. Scipionem — et rempublicam esse gratiæ referendæ 28, 25. Ut in tempore et bene cumulatam gratiam referant 24, 48. Vid. *referre*. Pro eo gratiam repetere 1, 47. Hominum, non caussarum, toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet 3, 39. *i. e. partium studium*. Ne quid gratia momenti faceret 43, 12. Quem triumphum magis gratiæ, quam rerum gestarum magnitudini datum constabat 40, 59. Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat 3, 44. Ad gratiam ac libidinem 9, 30. Jus gratiæ non dare 42, 24. Familia per gratiam Romanorum potens 23, 1. Quid aliud, quam, nusquam gratia stabili — præda victoris erimus 32, 21. *de concordi societate*. Dicendi gratia, quæ vellet, facta 3, 41. *i. q. copia facultate*. Siculi — multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Rom. verba fecerunt, in gratiam publicam avertentes, Hieronymum ac postea Hippocratem — invisos fuisse sibi 26, 30. *i. e. volebant ea re gratiosam nationem suam apud Romanos efficere, ut de iis bene meritam*. Suæ gratiæ reservari eam (*rem*) 36, 5. *i. q. suo beneficio*. Suam gratiam — in obsidione liberanda facturus 36, 25. Plebes — ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, suarum, gentium viris, gratia campestri ceperunt 7, 1. Legati gratia quanta esset apud imperatorem 29, 19. Id integra sua gratia eum facturum 40, 29. Ne cujus, nisi temporis, gratia regi fieret 42, 6. Sed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium et inutilium sociorum, injuriam eos facturos esse 39, 26. *Sæpe sic Livius, etiam* in honorem 8, 14. — professi se pugnaturos in gratiam ducis 28, 22. — quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal *ibid. cap.* 39. *Vid. Intt. ad h. l.* In magnam gratiam petentis concessit 42, 43. Nec cum gratia ab consule profectum (*Eumenem*) in Asiam 44, 13. Omnium igitur tibi — quæ impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio, 3, 56. *i. q. ignosco. cf.* 8, 34. Se quoque in gratia reconciliatæ pacis posse uti 44, 14. *i. e. Romanos quoque se et opera sua uti in tali re, et in conciliianda pace, aut nunc, aut alio tempore, posse, quemadmodum nunc Perseus utatur.* Qui — cibi gratia præsentis — longinquum — morbum efficiat 5, 5. Perinde ac reipublicæ gerendæ, ac non solvendæ religione, gratia creatus esset 7, 3. Duarum rerum gratia 29, 17. (*causa.*) Cui et palam facti parricidii gratia obnoxius erat 40, 56. Vid. *gravate*.

GRATIFICARI 21, 9. Ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. *Nisi vero cum Drakenborchio emendatum velimus:* populo Romano. Ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam Patres gratificentur 10, 24. Gratificantes ducibus 3, 27.

GRATIOSUS 43, 14. Ante emirita stipendia gratiosa missio. *i. e. quæ gratiæ captandæ caussa, per ambitionem, datur.*

GRATUITUS 3, 35. Haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. Satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones temeritatisque invitamenta horrebant 2, 42. Voluntaria et gratuita opera 28, 21. — spes 38, 24. Gratuita crudelitas 3, 37. — pax 38, 59. Gratuita parricidia 1, 47. — beneficia 45, 42.

GRATULARI 45, 14. Gratulatum quoque satis suo ac patris nomine esse. *scil. Masgabam.* Gratulati deinde victoriam sunt 45, 13. Communis legatio de victoria gratulatum venit *ibid.*

GRATULATIO 4, 24. Cum gratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus. *i. q. gratiarum actione.* Tum patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa; supplicationesque in triduum decretæ 30, 40. *Arridet Drakenborchio emendatio Gronovii:* patuere faciendæ gratulationi. Inter aliam gratulationem, ut publicum quoque fœdus privato (*nuptiis*) adjiceretur etc. 29, 23.

GRATUS 32, 8. Quod rex Attalus — Romanos juvisset, id gratum senatui esse. *i. q. pro eo gratias illi a senatu deberi; id voluptatem efferre senatui. nec aliter illud*

gratum esse *vult explicari Drakenborchius, si vel maxime* fore *legatur*. Nec in vulgus, quam optimo cuique gratiorem (*actionem*) 9, 38. Gratæ in vulgus leges 2, 8. Is adolescens ita loquutus est, ut, quæ rebus grata erant, gratiora verbis faceret 45, 18.

Gravari 21, 23. Quos et ipse gravari militia senserat. Quum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, 1 7. *Vid. Virgil. Æn.* 2, 265. Gravatis omnibus vino somnoque 25, 24. Quum injusto fœnore, gravatum æs alienum, ipsis magna parte concedentibus, qui oneraverant, levasset 42, 5. Qui quum haud gravati venissent 3, 4. *Gronovius cum Creverio legi vult* gravate. Non gravabor reddere dilatæ pugnæ rationem 44, 38.

Gravate 21, 24. Reguli Gallorum — haud gravate ad Pœnum venerunt. (χαλεπῶς) Gravate et in magnam gratiam petentis concessit 42, 48.

Gravatim 1, 2. Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.

Gravis 21, 5. Agmen grave præda. Gravem jam spoliis multarum urbium exercitum trahens 30, 9. Gravis armis miles 9, 19. Gravis somno 4, 37. *cf.* 7, 39. *it.* 29, 34. vino et somno graves. Gravis auctor 1, 16. *Oppos.* auctor levis nec satis fidus 5, 15. Quum vir gravissimus consul M. Porcius, non auctoritate solum, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa et accurata insectatus sit rogationem nostram 34, 8. *cf.* 2, 29. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 151. Una (*sententia*) dubia est, ut gravior sit 45, 24. *i. e. majorem auctoritatem habeat. Sic Drakenborchius. Creverius autem in hunc modum: etiamsi severior, durior sit.* Quamquam jam ætate et viribus erat gravior 2, 19. *it.* 9. 3. Gravis annis. *cf.* [7, 39.] 12, 10. Quibus ætas ad militandum gravior esset 3, 27. Centurionibus imperant, ut graviores ætate milites binos in — jumenta — imponant 41, 3. Propter effusos sumtus, — qui graves non modo Italiæ — sed etiam provinciis externis fuerant 40, 44. Gravem atque opulentam, civitatem vineis et pluteis cepit 34, 17. *cf. cap.* 49. *i. q. validam. Græcis:* βαρεῖα πόλις. *vid. Duker. ad Flor.* 1, 3. [*Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. Tom.* 1. *p.* 306. *Tom.* 2. *p.* 630. *Nos: eine* wichtige *Stadt.*] Bellum — grave per se, oneratum Latinorum — defectione 6, 11. Tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esse 43, 14. Gravis aut amicus aut inimicus populus Romanus 45, 8. Eumenes, quum tam multis gravis publice ac privatim sit 42, 41. Gravis — popularibus esse cœpit 44, 30. *i, q. infestus.* Ne graviores eos socios habeant, quam hostes Romanos 44, 26. Quod — graviorque Asiæ esset, quam Antiochus fuisset, 42, 14. *cf. cap.* 42. Gravis (*rex*) genti fuerat opibus superbiaque 5, 1. Cui (*Hannibali*) cedenti certamenque abnuenti gravis ipse instaret 27, 4. *nisi cum Gronovio legas* gravius. Gravior ultor cædis 1, 40. Ubi omnis multitudo se effudisset, graviorque jam in certamine esset, quam ut facile sustineri posset 29, 34. Mille acies graviores, quam Macedonum — avertit, 9, 19. Sibi quoque graviorem esse — filium 39, 58. *i. q. periculosiorem.* Qui si sedem eam tenuissent, graviores eos accolas Græcia habuisset, quam Asia Gallos habeat 41, 23. Libertati graves videri reges 33, 12. Anni tempus grave. *it.* locus gravis 37, 23. *i. e. perniciosus valetudini. cf.* 3, 6. Tempore autumni, et locis natura gravibus 25, 26. Annus pestilentia gravis 10, 31. Multitudo sua commeatibus gravis 7, 37. Gravioris fortunæ conditio 36, 11. Grave erat in Æquos — proficisci 3, 68. Cognomen Imperiosi grave liberæ civitati 7, 4, *cf.* 43, 14. Ut non gravius accepturi viderentur, si nunciaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse 9, 4.

Gravitas loci 25, 26. *De pestilentia. cf.* 23, 34. *Ubi est:* gravitas cœli aquarumque. Majestate, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat 5, 41. *Notabile est, hic* gravitatem oris *dici in bonam partem, quum usitatius dicatur de graveolentia oris.* Vid. *Plin. H. N.* 28, 12. *ut* grave os *de fœdo spiritu oris.* Crudelitati quoque gravitatem addidit 24, 45. *Si vera lectio, severitas intelligenda est. Sed quoniam hic non est cumulus crudelitatis, merito habuerunt h. l. pro suspecto Gronovius, ac nuper Cel. Strothius. Ille* rapacitati, *hic* aviditati *legi vult. Utrumque probarem, nisi* avaritia præcederet. *Quid? Si* pravitatem *legamus. Sensus enim postulat vocabulum, quod præternaturale quid insolentiamque denotet: quam significationem illi verbo vindicavit ipse Gronovius ad* 4, 26.

Grex 36, 40. Et cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. *Pastoribus*que rapta dividere: et cum his, crescente indies *grege* juvenum etc. 1, 4. Lucanos insidiis quærere locum, quos ubi respexit rex procul grege facto venientes etc. 8, 24. Quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset 35, 14.

Gubernaculum 4, 3. Ad gubernacula reipublicæ accedere eum patiemur. Quia ad gubernacula sedeat 24, 8.

Gubernare 44, 22. Si quem id facere piget, et otium urbanum militiæ laboribus præoptat, e terra ne gubernaverit. *i. e. qui deses Romæ mansurus est, is ne præscripta det bellanti mihi, aut mea instituta dijudicet.*

Gubernator 45, 42. Gubernatoribus, qui in navibus fuerant, (*dedit*) duplex, magistris navium quadruplex.

Gurges 22, 6. Aut deficientibus ani-

mis hauriebantur gurgitibus, aut nequidquam fessi vada retro ægerrime repetebant. *de palude.*

HABENA 37, 20. Effusissimis habenis —— stationem hostium — invadit. Vid. *Virgil. Æn.* 12, 499.

HABERE 8, 6. Bene habet *scil.* se. *cf. cap.* 17. — ita res habet 22, 39. Atqui bene habet, — si etc. 8, 9. Ut nunc res se habet 5, 5. *cf.* 7, 13. *it.* 9, 7. Ægre habuit, filium id pro parente ausum 7, 5. *i. q. tulit.* Dissimulare et tacite habere id patique statuerat 42, 16. At vos (*dii*) satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos 9, 8. Neque bello eum invadere animo habuit 44, 25. *Contra* 33, 10. In animum habebat. [Vid. *animus.*] Magistrum equitum prope in custodiam habitum, 22, 25. [Vid. *Drakenborch. ad Epitom. Libri* 1. *ad Liv.* 1, 5. 5.] In custodia (*Virginium*) habeant 3, 46. Habere socios in ea fortuna, ut socii esse, quam cives malint 26, 24. *i. e. tam lene in eos imperium exercere.* conquisitionem militum habere 23, 32. *i. q. facere. cf.* 25, 5. Ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet 10, 24. Aquillius Gallus Siciliam (*provinciam*) habuit 41, 15. Nec se tribunatum, nec illos ea, quæ promulgata sint, habituros 6, 39. Sub pellibus habendos milites esse 37, 39. Habendum illic utique exercitum 40, 35. Suum sororisque filios in eadem habebat cura 40, 4. Omni liberali cultu habuit 45, 28. Id (*ingenium*) exstinguere vita agresti et rustico cultu, inter pecudes habendo 7, 4. Quod se in fabrorum ministeriis ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur 1, 57. Quodsi exemplum haberet bis eumdem ærarium relinquendi 29, 37. Ea fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum 9, 11. Qua Pœni haberent 30, 4. *scil. tecta, tentoria. Nisi forsitan* habitarent *legendum. Quamquam* habere *interdum pro* habitare *dicitur.* Ardeam Rutuli habebant 1, 57. Arcem jam, scelere emtam, Sabini habent 1, 12. Pars prima (*Macedoniæ*) Bisaltas habet 45, 30. Hoc minor census reliquam multitudinem habuit 1, 42. Nec ipsos modo Romanos sua divisa habere 4, 56. *nisi potius cum Gronovio legendum* divisui. Consularium comitiorum nulla mentio habita est 4, 25. *Sic* verba habere. Vid. *infra in* verbum. Familiam in potestate habere 8, 15. *i. e. retinere, non manumittere.* Ubi — clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem 22, 4. Dum accensum recenti amore Numidam habet 29, 23. Eodem anno familia ista consulatum, quo urbs hæc consulem habuit 7, 32. Aut plebs non est habenda, aut habendi sunt tribuni plebis 3, 52. Habet pœnam noxium caput 10, 40. Has Dea pœnas a templi sui spoliatoribus habet 29, 18. Ferias ac supplicationem habere 41, 21. Vid. *supplicatio. it.* obsecratio. Ambitionem habere 1, 35. Vid. *ambitio.* Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo retulitque 2, 31. Comitia — habita 6, 4. *cf.* 41, 28. *it.* 42, 8. *sic et* 42, 38. concilio habito. Consilium de Istrico bello quum haberet consul 41, 1. Eo majorem habebat difficultatem in subigendis hostibus 34, 18. Eamdem (*ferociam*) ad non parendum senatui habuit 42, 9. Post publicam caussam privato dolore habito 2, 56. Apud præoccupatos Locrensium clade animos nullum misericordiæ locum habuerunt 29, 22. *i. q. invenerunt.* Semper pro indignissimo habuerant, se etc. 1, 40. Pro haud dubio habitum 8, 36. Neve ea cædes capitalis noxæ haberetur 3, 55. Animum ipse habent, 40, 5. Vid. *obses.* Animum habendum esse, quem habuerint majores eorum 42, 52. Magis et litteræ et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt 42, 46. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur 42, 45. Vid. *congerere.* Vias latrociniis pascuaque infesta habuerant 39, 29. *i. q. effecerant. cf.* 10, 2. Templa æqualem turbam habuere 27, 51. *in gratulatione.* Extra prædam quatuor millia deditorum habita 7, 27. Plurimum ad effectum spei in celando incepto habuit Hannibal 21, 57. *i. e. posuit.* Pater eum expertem habebat omnium de rebus Romanis consiliorum 40, 5. pro *esse volebat, vel faciebat.* Aliquem captum non extra vincula habere 2, 40. *i. e. non dimittere e vinculis.* Habent auxilii nihil sacratæ leges 2, 54. *i. q. dant, afferunt.* Habet veniæ nihil lex, nihil laxamenti 2, 3. *i. e. nihil dat veniæ etc.* Habet (*pars montis*) iter 38, 22. *i. e. adiri potest.* Antiqua disciplina milites habuerat 45, 35. *h. e. coërcuerat, continuerat.* In armis eos habebant 10, 2. Si viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris 3, 67. Vid. *B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 14. Stipendia justa habere 42, 33. *pr. meruisse. conf. cap. seq.* Pauca verba habita 10, 24. Legati — rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces 9, 20. Ex vano habere 27, 26. Vid. *haurire.* Pacem sibi habeat 9, 11. Equites impedimentaque præ se habens 44, 4. Utraque caussa tribunos plebis, utraque consules habebat 39, 38. *h. e. fautores habebat, vel adjutores.* Omnia fortunam habituram (*scil. in potestate,*) quæcumque temeritas collegæ habuisset 22, 27. Dextrâ levâque duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus 21, 43. Vid. *Stroth. ad h. l. it. Bauer. pag.* 39. [*Contorta ratio Strothii; Baueri varia tentantis parum probabilis. Probabilius suspicere, post* claudunt *excidisse* it. *h. e.* iter. *quod scribendi compendium dici vix potest*

quoties librariis imposuerit. De mendis hinc ortis sæpe ad Livium Drakenborchius, velut ad Epitom. Libri 57. *init. Ceterum* iter claudere *Livius et alibi dixit.* 39, 49. Turba conferta iter reliquum clauserat. *conf. infra* iter.]

Habilis 24, 48. Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 316. Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam 7, 10. Vid. *B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2. 14. Brevitate habiles gladii 22, 46. Ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum habilius 21, 4.

Habitare 2, 62. Vicis frequenter habitabatur. *cf.* 9, 28. Vide *B. Patruum ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 39. Arx procul iis, quæ habitabantur 24, 3. *cf.* 36, 22.

Habitus pastorum 9, 2. *De vestimentis. it. cap.* 36. pastoralis. Incinctum Gabino cultu, super telum stantem, quo se habitu pro populo — devovisset 10, 7. Præter habitum vestitumque et sonum latinæ linguæ 29, 17. Habitus vestis 24, 5. — oris 21, 2. *conf. cap.* 4. *init.* — temporum 10, 46. – animorum 30, 23. *it.* 34, 48. *conf.* 44, 14. *ubi de indignatione dicitur.* — Armorum 9, 36. *it.* 22, 18. – pecuniarum 1, 42. – Italiæ 9, 17. Habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremve humana intuens 1, 7. Species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque 8, 6. Quum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumtis, fecit 1, 8. Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achæos 32, 19. *i. e. incerti animis erant, nesciebant, quid optarent, facerent, ob rationes in utramque partem permultas.* Ex præsenti potius, quam præterito habitu æstimat 32, 14. *i. e. animi; de studio obsequendi.* Habitus novæ fortunæ, novique ingenii, quod sibi victor induerat 9, 18. Habitus gentium harum, tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat 22, 46. Moderandis ad civilem habitum honoribus 38, 57. *h. e. modum, honoribus non efferri, sed communem se tamen adversus omnes gerere.*

Hærere 29, 33. Ipse, qua intenderat, inter media tela hostium evasit — duæ turmæ hæsere *i. e. se non expediverunt e periculo.* Cæduntur in portis, suomet ipsi agmine in arcto hærentes 34, 15. Ubi hærere jam aciem collato pede videris 6, 12. Hærens in terga Romanus 1, 14. pro *in tergis, instans.* Injectus ignis hæsit 30, 5. Osculo hærens non ante precibus abstitit etc. 23, 9. Tyrannum reliquisse, non suæ solum patriæ gravem, sed omnibus circa civitatibus metuendum, hærentem visceribus nobilissimæ civitatis 34, 48. *Sunt, qui* in visceribus *legi velint. Sed utraque forma Liviana est. cf.* 33, 44. Vid. *Intt. ad illum locum.* Quum in hac difficultate rerum consilium hæreret, ac prope torpor quidam occupasset hominum mentes 26, 36. Ne in turba quidem (*octo tribb. mil. cons. potestate*) hærere plebeium quemquam 5, 2. *De locis ultimis intelligendum.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

Hæres. Vid. *Heres.*

Hæsitare 2, 5. In vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo. Hæsitantibus in responso — dictum 42, 26. Ubi ad pecuniæ mentionem ventum erat, hæsitabat 44, 25.

Hannibal 27, 16. Et Romani suum Hannibalem habent.

Hasta sanguinea præusta 1, 32. *in bello indicendo adhibita, ut terror injiceretur; sive illa sanguine cruentata fuerit, sive e frutice sanguineo.* Vid. *Plin. H. N.* 16, 18. *Ammian. Marcellin.* 19, 1. Pontifices hastas motas nunciavere 40, 19. *Inter prodigia numeratur, ceterum hastæ Martis interpretibus videntur intelligendæ.* Ut contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes hastis etc. 2, 6.

Hastile 21, 8. Missile telum hastili oblongo, et cetera tereti. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 9.

Haud. Vid. *dubie.* — hauddum 10, 6. *it. cap.* 25. *cf.* 28, 2. — haud quaquam 8, 8. 10, 28. *it. cap.* 30. — haud minus 6, 42. — haud amplius 28, 2. — haud scio an 9, 15. Vid. *Drakenb. ad* 37, 54.

Haurire 31, 37. Profundo limo hausti sunt. Graves loricis aliisque tegminibus hausere gurgites 5, 38. Duobus in præi rapidum gurgitem haustis 29, 32. Haurit incendium 5, 7. *i. e. absumit.* Vid. *incendium. it.* 30, 5. Flamma hausit. Cæsa aut hausta flammis quadraginta milia hominum sunt 30, 6. [*Paullo ante:* ignibusque in proxima tecta conjectis, effusa flamma primo veluti sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit.] Nihil haustum ex vano velim 22, 7. Uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit 7, 10. Placari nequeunt, nisi hauriendum sanguinem, laniandaque viscera nostra præbuerimus 9, 1. Hauriendus aut dandus est sanguis 7, 24. Non agros inde populari, sed urbium opes haurire licebit 34, 13. Velut ex diutina siti meram haurientes libertatem 39, 26. *i. e. intemperanter utentes libertate.* Poculum impavide hausit 30, 15.

Hebetare 30, 35. Si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent.

Hemerodromos vocant Græci ingens die uno cursu emetientes spatium 31, 24. *item* speculatores. Vide *Dukerum ad h. l.*

Hepteris. Vid. *hexeris.*

Herba pura 1, 24. *it.* herba graminis *ibid. Similiter* saxo silice *ibid. Scilicet* herba *dicitur de virenti germine fructicis cujuscumque.* Vide *Ill. Heynium ad Vir*

gil. *Eclog.* 5, 26. Jam altæ in segitibus herbæ pabulum præbere poterant 23, 48. Non ad frumenta modo, quæ jam in hibernis erant 25, 15. *Valde arridet emendatio Jac. Gronovii* in herbis *legentis.*

HERBIDUS 22, 19. Herbidum terrenum. *i. q. terra herbis consita, obducta. cf.* 1, 7. *it.* 29, 31.

HEREDITAS 24, 25. Quum clausis Andranodorus Insulæ portis hereditatem regni crevérit, quæque procurator tenuerat, pro domino possederit. Velut hereditatem gentis (*regnum*) scelere ac vi repetisse 2, 9. Quanto cum periculo suo hereditas regni ventura esset ad Persea 40, 54.

HEREDITARIUS 3, 18. Populi colendi velut hereditaria cura etc.

HERES regni 1, 48. — nominis, sacrorum, familiæque 45, 40. Persea, quem populus Romanus prius pœnæ, quam regni heredem futurum sciebat, regem fecit 41, 22.

HEXERIS 37, 23. Tres hepteres et quatuor hexeres habebat. *Genera navium Græcis potissimum usitata, et a numero ordinum, quibus remi structi erant, cognominata. cf.* 29, 9.

HIBERNA agere 9, 28. Id (*pabulum*) convexit in Claudiana castra — ibique hiberna ædificavit 23, 48. Ut hiberna commoda omnes haberent 42, 67.

HIBERNACULA 5, 2. Quum spes major imperatoribus — in obsidione, quam in oppugnatione, esset; hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta. *cf.* 30, 3. *it.* 22, 32. Hibernaculis communitis. Loca pacata me ad hibernacula lecturum 40, 35. Legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis 42, 9.

HIBERNARE 10, 46. Exercitum in agrum Vescinum — hibernatum duxit. Demetriade (*Philippus*) hibernabat 40, 54. *in pace.* Vid. hiemare.

HIBERNUS 44, 46. In tumulo, vergente in occidentem hibernum.

HIC 42, 18. Hoc copiarum. *de supplemento* 9000 *militum.* — hoc servitutis 5, 2. — hoc solatii 30, 13. Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt 1, 5. *i. e. quod hodiernum in usu est. Similiter* 1, 42. tum classes centuriasque et hunc ordinem ex censu descripsit. *i. q. qui nunc quoque servatur.* Horum deinceps annorum vel secundas res, vel etc. 5, 51. *cf.* 4, 4. *nos:* proximorum. *male.* [*Sed vid. Nolten. Lex. Antibarb. col.* 1129.] Hac tempestate 5, 51. Neque eo minus aut hos, aut illos plus in delectum militum dare 41, 8. *debebat esse* se. Hæc taliaque vociferantes 5, 2. — hæc aliaque dicendo 29, 1. Vid. *Intt. ad illum locum.* Arcem ab his iisdem Sabinis auro captum recepistis 3, 17. Hæc licentia 25, 40. *pro hujus temporis licentia. Sic* 6, 4. opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum, Vide *Gronovium ad illum locum.* Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre — — omnis te exempli documenta — intueri *Præfat.* Hoc illud esse dictitantes, quod etc. 5, 2. *Sic Virgil. Æn.* 4, 675. *Hoc illud germana fuit?* [Vid. *Drakenborch. ad l. l.*] Hic is est, qui nihil memorabilius toto tempore hibernorum gesserit 36, 17. Nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante cum iis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant, sæpe exercitus Gallici pugnavere 5, 33. Et mittentibus et missis ea læta expeditio fuit. Nam et *illis,* quod jam diu cupiebant, novandi res occasio data est; et *hi* sentinam quamdam urbis rati exhaustam, lætabantur 24, 29. *Manifeste* hi *relatum ad remotius. cf.* 30, 20. *et ad h. l. Bauer. pag.* 163. [Vid. *Cort. ad Plin. Epist. pag.* 80.] Quandoque hicce homines injussu populi Rom. etc. 9, 10. Vid. *Drakenb. ad h. l.* Hoccine patiendum fuisse 6, 17. Hiccine fuerit Ascanius 1, 3. *it.* hiscine 7, 13. — huicne 38, 49.

HIC Capitolium est, *ubi* quondam, capite humano invento, responsum est, *eo loco* caput rerum fore 5, 54. Ubi hic curiam obsederitis 3, 68. Hic Postumius accensus ira 39, 13. pro *tum, tunc.* Hinc jam non, quod factum est, defensurus sum 45, 23. *Haud dubie cum Drakenborchio legendum* hic jam. Pro *nunc, hoc tempore.* Vid. *hinc.*

HIEMARE 5, 2. Consiliumque erat, hiemando continuare bellum. Vid. *hibernare.*

HIEMS 5, 2. Ne hiemi quidem aut tempori anni cedere. *cf. cap.* 10. *et* 13. hiems gelida et nivosa. Vid. *Cuperi Obs.* 1, 10. Vid. *sævus.*

HINC jam non, quod factum est, defensurus sum 45, 23. *Sed Drakenborchius legi vult:* hic jam: *quæ particula de tempore præsenti dicatur, uti* hic tum *de præterito.* Vide *eumd. ad* 3, 28. Liberi jam hinc populi Romani res — peragam 2, 1. Majora jam hinc bella — dicentur 7, 29. Ego jam hinc prædico, me etc. 40, 35. Quum plebem hinc provocatione, hinc tribunicio auxilio satis firmassent 3, 55.

HIPPAGOGUS 44, 28. Quinque et triginta naves, quas hippagogos vocant.

HISCERE 9, 4. Nec consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent. *cf. cap.* 6. Non hiscere quemquam præ metu potuisse. Nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs, attollere oculos aut hiscere audebant 6, 16. Nemo adversus præpotentes viros hiscere audebat 45, 26. Hiscere eum nequisse 10, 19. *i. e. mutum et elinguem fuisse.*

HISPANIA terra 38, 58. Quum per aliquot annos in terra Hispania, adversus multos Pœnorum Hispanorumque et duces et exercitus nominis Romani famam auxissent. *more poëtarum dictum.* Vid. *infra in v.* terra.

HISTRIO 7, 2. Vernaculis artificibus,

quia hister Tusco verbo ludio vocabat nomen histrionibus inditum.

HODIEQUE 1, 26. *Pro hodie quoque, quod et ipsum latine dicitur.* Vid. *Intt. ad* 5, 26.

HOMO 1, 32. Hominibusque priscis Latinis etc. *Non mere formularia hæc ratio dicendi est. Nam* 23, 31. *legitur :* quorum hominum essent. *pro cujus populi cives fuissent. cf.* 4, 4. *it.* 9, 26. Gentis suæ homines 21, 20. Capitolium tamen atque arcem diique et homines Romani tenuerint 5, 51. Nec dii nec homines aut ipsam — a crudelitate regia vindicant 1, 4. Veniam erroris hominibus adolescentibus darent 2, 18. *cf.* 28, 40. Militares homines 42, 32. nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat 8, 34. *i. q. plane nullius rei v. h. Vid.* deus. *it.* visere. De hominibus raptis pecoribusque abactis 39,47. *Non servi modo, ut nonnulli volunt, sed liberi etiam videntur intelligendi. Nam Philippus erat omnibus gravis accola.* Accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebant 10, 10. Ut hi homines Romanis restituerentur 9, 30. *Illud* hi *Drakenborchio delendum videtur, quum* homines *sufficiant. Solet præterea* homo *interdum dici pro* hic, is *etc. quemadmodum* vir, *et i. q. a.* Vid. *Burm. ad Phædr.* 2, 5, 19. Si quidquam sceleris, quod homo in homines edere potest, in nos prætermisit 29, 18. Promiscue acervatos cumulos hominum urebant 5, 48. Vexillum centum octoginta sex homines erant 8, 8. Supra duodecim millia hominum cæsa duobus prœliis 24, 41. *cf.* 37, 47. *it.* 39, 1. Non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum 9, 19. Raptim eductis hominibus atque equis — nihil caloris inerat 21, 54. Jura gentium hominumque 4, 4.

HONESTARE 26, 5. Ingens corpus erat (*Navius*) et arma honestabant.

HONESTUS 26, 40. Satis honestam honoratamque imaginem fore. Quia deus auctor culpæ honestior erat 1, 4. Honestum ordinem ducere 3, 44. Vid. *ordo.*

HONORARE 10, 7. Quos corona triumphali laureaque honoraritis.

HONORATUS 40, 54. Honorati Philippi amici. *alias :* purpurati. Donec, quam felices seditiones, tam honorati seditiosum auctores essent 4, 2. Maximum (*sibi onus*) tam honoratorum collegarum obsequia injungi 6, 6. Vid. *honestus.* Vir honoratissimæ imaginis 3, 58. Honoratissimum decretum 27, 10. *i. q. honorificentissimum.*

HONORIFICE 44, 31. Cum prætore eo die honorifice est epulatus. Quum — nihil in se honorifice — factum a Prænestinis esset 42, 1.

HONORIFICUS 33, 20. Honorifica in se decreta responsaque. Nec admodum in virum honorificam (*causam doloris*) 6, 34,

HONOS 39, 29. Medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret. *i. e. ovatio.* prohibitus — ne ovans rediret, quum ab senatu impetrasset, privatus urbem ingrediens, mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri in ærarium tulit 39, 7. *Hic igitur ultimus honos militaris fuit, imperatoribus reducibus e bello habitus. Sunt tamen, qui triumphum in monte Albano, inferiorem quippe ovatione, secundum a triumpho justo locum occupasse dicant. cf.* 33, 27. Sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit 9, 46. *e sella curuli ; nam ædilis erat.* Fabium, ea ætate, atque eis honoribus, Valerio subjectum 10, 13. *i. q. tam honoratum, tot tantisque honoribus functum.* Ego nos jam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus 10, 7. Non tam ad honorem ejus factum, quam ad consulum ignominiam 2, 27. Romanorum autem honoris causa Persæam Rhodiis restitutam 32, 34. Ad honores pervenire 22, 26. *Ubi vulgo legebatur* ad honorem. *quod minus usitatum est. Occurrit tamen etiam ap. Nostrum, v. c.* 22, 7. Beneficioque ejus populi non intermissus honos deûm immortalium esset 5, 50. Se id honoris deûm immortalium causa libenter acturos, ut ædiles fierent 6, 42. Ut — diis immortalibus honos haberetur 42, 9. *conf.* 40, 35. Aræ — honore, donis cumulentur 8, 33. Est apud te virtutis honos 2, 12. *i. e. præmium. cf.* 45, 22. Prorogatio imperii — et acto honore triumphus 8, 26. Deque præda, manubiis spoliisque honorem habetote 23, 11. Ipso Hannibale omnium rerum verborumque honore exsequias celebrante 25, 17.

HORA fatalis ignominiæ 9, 5. Unaque hora quadringentorum annorum opus excidio ac ruinis dedit, 1, 29. *pro parvo temporis spatio.* Momento unius horæ cæsus 7, 16. *cf.* 25, 28. Vid. *momentum.* Horæque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit 5, 7. Subiretque cogitatio, jam illa momento horæ arsura omnia, et ad cineres reditura 25, 24. Hora diei jam ad meridiem vergebat 44, 36.

HORRENDUS 9, 36. Silva — invia atque horrenda. Lex horrendi carminis erat 1, 26.

HORRENS 44, 41. Cujus (*phalangis*) confertæ, et intentis horrentis hastis, intolerabiles vires sunt.

HORRERE 24, 4. Eo plus horreo, ne illæ magis res nos ceperint, quam nos illas. Horreo dicere 7, 40.

HORREUM populi Romani (*Campania*) 7, 31.

HORRIDUS 9, 40. Horridum militem esse debere ; non cælatum auro et argento, sed ferro animisque fretum. Is (*Menenius Agrippa*) prisco illo dicendi et horrido

modo nihil aliud, quam hoc narrasse fertur 2, 32. Horrida et atrox videbatur Appii sententia 2, 30.

Horror 39, 8. Nec is, qui aperta religione, propalam et quæstum et disciplinam profitendo, animos horrore imbueret. *i. q. metu religionis.* Vid. *perfundere.*

Hortamen 10, 29. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda.

Hortamentum 7, 11. Pugnatum — in conspectu parentum conjugumque ac liberorum. Quæ magna, etiam absentibus, hortamenta animi, tum subjecta oculis, simul verecundia misericordiaque militem accendebant.

Hortari 43, 19. Hortarentur in amicitiam jungendam. Quum et caussa eos sua et fortuna hortaretur, ut — peterent 37, 49. *Fortasse legendum:* hortaretur petere. Vid. *Intt. ad h. l.*

Hortatio 40, 4. Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat.

Hortus 1, 54. In hortum ædium transit.

Hospes 45, 31. Qui se propalam per vanitatem jactassent, tamquam hospites et amicos Persei.

Hospitalis hostis 25, 18. Ne hospitali cæde dextram violet *ibid.* Hospitale jus 45, 20. Nec hospitale quidquam pacatumve satis prius auditum 21, 20. *conf.* 42, 45. Deversorium hospitale 21, 63. *i. e. apud hospitem.* Justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis 9, 6. Munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata 42, 24.

Hospitaliter 1. 9. Invitati hospitaliter per domus. Nec sibi, aut venientibus, aut manentibus, quidquam hospitaliter aut benigne factum 42, 25. Sociis et amicis et alia comiter atque hospitaliter præstare Romanos, et etc. 45, 20.

Hospitium 1, 45. Cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat. Cum Cæretibus hospitium publice fieret 5, 50. Per quosdam privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos 8, 3. Gens antiquior originibus urbis hujus, hospitio deorum immortalium sancta 9, 34. (*Potitii ac Pinarii, qui cum Evandro Herculem hospitio exceperant.*) Ne jura hospitii secum — initi — fallat 29, 24. Hospitium perfamiliare 25, 28. Hospitium publicum 45, 22. Ædes liberæ hospitio datæ 42, 6. Divisique in hospitia 2, 14. *Ipsæ ædes intelligendæ, ubi deversentur. Sic* 38, 1. hospitium imperatoris. *cf.* 28, 26. Sociorum navalium neminem, præter magistros, in hospitia deduci æquum censere 43, 8.

Hostia 41, 16. Quia in una hostia magistratus — precatus non fuerat.

Hosticum 29, 2. Hostico, tanquam pacato, clementer ductis militibus. *cf.* 6, 31. *it.* 8, 34. *Sic* bellicum, cavum, eventum, *alia, Livio dicuntur.*

Hosticus 44, 18. Ne segnis sederit tantum in agro hostico.

Hostilis 2, 12. Hostilia audere. *it.* 3, 2. hostilia pati auctorque — arma capiendi adversus hostilia ausos 1, 59. *de Lucretia.*

Hostiliter depopulari 37, 17. *it. cap.* 21. Diripere hostiliter. Multa alia castella — deleta hostiliter 9, 38. Quos et ipsos — locorum asperitas hostiliter vexavit 44, 5.

Hostis alienigena 29, 10. Vid. *hospitalis.* Hostis publicus (*Manlius*) 6, 19. Campestrem hostem, gravem armis, statariumque 22, 18. Vid. *movere.* Ego pacem, quam hosti tibi remittendo pactus sum, non habeam 9, 11. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 291. [*Dubitari nequit, quia J. Fr. Gronovius jure correxerit:* hos tibi r. *quod et Bauero placet.*] Hostis populo Romano 21, 1. Adversus latronum magis, quam hostium, excursiones 35, 7. *Similiter* bellum *et* latrocinium *sibi opponuntur.* Id erat formidolosissimum *hosti,* quum velut victos *insequuti,* novam repente aciem — cernebant — 8, 8. Hostis pro hospite 1, 58.

Huc 7, 34. Dum huc illuc signa vertunt. *al.* huc illucque. Quum huc atque illuc signa transferrent 5, 8. Adde huc populationem agrorum 7, 30.

Humanus 5, 33. Si quidquam humanorum certi est. Deos tandem esse, et non negligere humana 3, 56. Multa — admirationis humanæ in eo juvene modum excesserant 26, 19. *i. e. virtutum, quæ in homines cadunt.* Tam et hoc gentes humanæ patiantur æquo animo *Præfat.* Si quidquam in vobis, non dico civilis, sed humani esset 5, 3. Vid. *divinus.*

Humilis 3, 53. Satis superque humilis est, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. Qui est hodie in civitate tam humilis, cui non etc. 6, 41. Loco non humili solum, sed etiam sordido ortus 22, 25.

Humiliter 24, 25. Aut servit humiliter, aut superbe dominatur. Vid. *superbe.*

Humus 21, 28. Quam (*ratem*) — pontis in modum, humo injecta constraverunt.

Jacere 30, 10. Quum maxime vallum Romani jacerent. Quum rudera milites religione inducti jacerent 26, 11. *cf.* 3, 18. Vide *Dukerum ad illum locum.* Signa ademta signiferis in hostes jecerunt 34, 46. Inter quos, quum omisso discrimine, vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit 6, 14. *i. q. diceret. int. verba.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 225. *Sic* 5, 15. Quisnam is esset, qui per ambages de lacu Albano jaceret. Nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi

minas per ambages jaceret 2, 12. Multo plura præsens audivit, (*crimina*) quam in absentem jacta erant 43, 8. In novitatem generis originisque qua falsa, qua vera jacere 2, 45. Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant 7, 2. Lapides pluere et fulmina jaci de cœlo 28, 27. Jactæ sunt pacis conditiones 38, 25. Vid. *jactare*.

· Jacere 10, 35. Se quidem omnia expertos, sed militum jacere animos. *cf.* 9, 6. *ubi tamen vulg. habet* tacere. Spolia jacentis hostium exercitus peditibus concessit 44, 45. *i. q. cæsi.*

Jactare 9, 12. Arma jactari cœpta. *i. q. abjici.* Ramosque oleæ supplices jactantes 45, 25. Nec vexationem vulneris in via jactanti (*propter asperitatem*) ultra patiens 21, 48. Quo, jactati tempestate pugnæ, receptum haberent 44, 39. Ibi jactantem sese scorto inter cetera retulisse 39, 43. Jactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse etc. 5, 48. Jactatur in conditionibus pacis 2, 13. *i. q. commemoratur.* Ita infecta pace, ex colloquio ad suos quum se recepissent, frustra verba jactata renunciant 30, 31. Incertis jactata rumoribus 42, 13. Hanc — jactari magis caussam, quam veram esse etc. 5, 53. Multæ et pravæ disceptationes jactabantur 39, 48. Jactata res ad populum est 10, 37. *i. q. rejecta.*

Jactatio 21, 26. Necdum satis refectis ab jactatione maritima militibus. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur etc. 24, 6.

Jactitare 7, 2. juventus — inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit.

Jactura 5, 39. Facilem jacturam esse seniorum. Levem ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam 22, 8. *i. q. vilem.*

Jactus 30, 10. Ex rostratis Pœni vana pleraque (utpote supino jactu) tela in superiorem locum mittebant. Ut vix teli jactu a statione proxima abesset 8, 7. *cf.* 26, 40. *ubi est* ictus teli. Vid. *Intt. ad h. l.*

Jaculari 42, 54. Sed probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt. *Si quidem lectio sana. Fortasse cum Gronovio* joculati sunt *legendum.*

Jaculatores pedites 42, 57. Funditores jaculatoresque 42, 58.

Jam inde ab initio 1, 2. *cf.* 2, 65, *it.* 4, 36. 6, 40. Suo jam inde vivere ingenio 3, 36. *cf.* 36, 17. Gens jam inde nullâ — inferior 21, 31. *cf.* 9, 16. Quum in conspectu jam castra, jam Aquiloniam habuissent 10, 43. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor 2, 29. *pro statim, ut sæpius, junctum quidem futuro.* Si jubeat eo dirigi, jam in portu fore omnem classem 29, 27. Jam plebs, præterquam quod consulum nomen — ne tribunicium quidem auxilium quærebat 3, 34 *pro præterea.* Jam tum, quum ipse ibi cum collega etc. 10, 21. Vid. *Virgil. Georg.* 1, 45. Jam primum omnium 1, 1. jam omnium primum 5, 51. — jamjam primum 42, 11. *nisi legendum* tamquam. *Ceterum illud* jam primum *eleganter servit transeundi facilitati.* Vid. *Drakenborch. ad* 9, 17. Qui jam nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum censet 40, 15. Vid. *Virgil. Æn.* 6, 799. *Plin. Epist.* 10, 57. — nunc jam 7, 32. *cf.* 2, 54. *it.* 3, 40. Philippo jam pridem hosti 36, 14. *cf.* 9, 25. Ego jam hinc prædico, me etc. 40, 35. Jam *otiose positum* 34, 2.

Janus dexter 2, 49. Jani *nominantur transitiones perviæ, ut explicat Cicero de nat. deor.* 2, 27.

Ibi ira est suppressa 2, 35. *pro, ea re.* Ibi animum parem tantæ potestati esse 4, 13. *i. e. in eo viro.* In eo (*fratre majori*) ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est 40, 14. *Bauerus ad h. l. pag.* 307. *pr.* in eo *legi vult* nunc. *Male.* Ne speraret ibi (*apud milites*) fructum gratiæ, ubi non (*de quibus non bene*) meruisset 45, 35. Auctores sumus, tutam ibi (*in manibus Fabiorum*) majestatem Romani nominis fore 2, 48. Regia ibi (*ea*) Pyrrhi fuerat 38, 9. Ibi, dum — nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est 21, 48. Ibi plurimum profectum est 3, 14. *pro tum quidem. Sic et* ibi vero 3, 69. *it. cap. sq.* In senatum ubi ventum est, ibi vero in Quinctium omnes versi 3, 69. *cf. cap. sq.* Excitis ad se principibus, ibi agere — cœpit, ut etc. 32, 30. Imperium ibi esse, ubi non esset libertas 3, 38. Si vim afferre conaretur, ibi quoque se haud impares fore 3, 49.

Icere 21, 18. Quod — Consul primo nobiscum fœdus icit.

Ictus 5, 21. Repentino icti furore. *it.* 26, 20. cladibus. Turres ictæ fulminibus 25, 7. *i. q. tactæ.* Fulmine icti 40, 58. In turba ictus Remus cecidit 1, 7. Ictus clavâ *ibid.* Mortifero vulnere ictus 9, 19. Adversum femur graviter ictus (*Hannibal*) cecidit 21, 7. Ictus Hannibal uno prœlio adverso 37, 4. *i. e. fractus.* Scuta galeæque ictæ 9, 35. Ibi haud secus, quam pestifero sidere icti, pavebant 8, 9. Nova re consules icti 27, 9. Conscientia ictus 33, 28. *it.* 34, 17. *i. q. permotus, admonitus.*

Ictus 30, 10. Gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. Non cæcis ictibus procul ex improviso vulnerabantur, sed pede collato tota in virtute ac viribus spes erat 31, 14. Ad iterandum ictum 8, 7. *conf. Tacit. Annal.* 2, 14. Ut extra ictum teli essent 34, 28. Ut sub ictum venerunt, telorum etc. 27, 18. Gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum 22, 5. Ictus mœnium cum ter-

ribili sonitu editi 38, 5. Naves fulminis ictu concrematas esse 41, 9.

IDEM 27, 9. Idem socios consensisse omnes. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat 2, 45. Unde quum eâdem reverti posset ad suos 3, 70. *i. q. per eamdem viam. Sæpius commutatum cum eodem.* Vid. *Drakenb. ad* 32, 14. Idem certaminis 10, 34. — damni 35, 42. *Iidem* igitur omnes sumus: et quum *eadem* omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus, *eumdem* eventum belli exspectemus 6, 7. In eadem mecum Africa geniti 30, 12.

IDEMTIDEM, ne quis violaret, Talassio ferri, clamitatum, 1, 9. *cf.* 10, 19. *it.* 5, 39. Ipse idemtidem belli auctor esse 1, 54. Quum idemtidem legem Æmiliam recitaret 9, 33. Idemtidem scribebant 33, 45. Quum idemtidem species et umbræ insontis interemti filii agitarent 40, 56.

JECUR 41. 14. In jecinore caput non inventum. Bovis sescennaris, quem immolavisset, jecur defluxisse 41, 15.

JEJUNA fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant 21, 54.

IGITUR *a principio periodi* 2, 48.

IGNARUS 21, 22. Quod haudquaquam ignarus erat, circumitam ab Romanis eam (*Hispaniam*) legatis ad sollicitandos principum animos. Ignari venisse dictatorem 8, 36. Oppressit igitur necopinantes ignarosque omnes Perseus 40, 57. Ignarus urbis 1, 35. (*Numa*). — consilii 1, 58. Apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque 9, 8. Miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse 42, 62. Quod iter petiturus esset, ignarus 44, 2.

IGNAVIA 1, 47. Quod istic cum ignavia est scelus.

IGNAVUS 3, 67. Quem tandem ignavissimi hostium contemsere? Quando nec fossa valloque ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent 9, 4.

IGNIS 3, 53. Vivosque igni concrematuros minabantur. *cf.* 6, 33. Arma subdito igne concremavit 8, 30. Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens 4, 33. Facibus ardentibus plurimum simul ignem conjecerunt 23, 37. Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant, sed serius Platoris fraude e specula elati 28, 7. Quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum 10, 24. *de bello.* Ne quandoque parvus hic ignis (*Hannibal*) incendium ingens exsuscitet 21, 3. Et Syphacem et Karthaginienses, nisi orientem illum ignem (*Masinissam*) oppressissent, ingenti mox incendio — arsuros 29, 31.

IGNOBILIS 10, 20. Infrequentia armatis signa egressa, prædam prædæque custodes exire, ignobile agmen, et sua quemque molientem etc. Reditum ignobilem in patriam — — eos sibi fecisse 40, 39. Ignobili atque inhonesta morte — occubuit 29, 18. Lævum cornu ignobiles tenebant Hispaniæ populi 29, 2. Ignobilis urbs 25, 1. *it. cap. eod.* ignobilia oppida.

IGNOBILITAS 44, 30. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto etc.

IGNOMINIA 26, 1. Additum etiam utrorumque ignominiæ est, ne in oppidis hibernarent etc. Servate modo, quos ignominia irritaveritis 9, 3. vid. *infra in v.* injungere. In contumeliam ignominiamque certare juvat 4, 4. vid. *levare.*

IGNOMINIOSUS 2, 38. Quid eos, qui huic ignominioso agmini fuere obvii, existimasse putatis?

IGNORARE 21, 40. Ne genus belli, neve hostem ignoretis. Pugnantibus cum exercitu — — ignoto adhuc duci suo, ignorantique ducem 21, 43. [Vid. *ignotus.*] Quousque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne belluas quidem ignorare voluit? 6, 18. Ignorando regem 2, 12. *pr. non internoscendo.*

IGNOTUS 5, 39. Ignotæ situs urbis. *pro ignotus s. v.* vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 195. Ignotis, quæ occulte acta erant 44, 27. Per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria 1, 56. Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conferebant bello 21, 1. Procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque 21, 43. [Vid. *ignorare.*]

ILLAC fuga et cædes vertit, ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. hinc etc. 10, 27.

ILLACRIMARE 45, 4. Ipse illacrimasse dicitur sorti humanæ. Qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illacrimasti 40, 56.

ILLE *relatum ad propiores* 24, 29. Nam et illis — quod et hi etc. *conf.* 30, 30. *it.* 30, 53. vid. *hic.*

ILLIBATUS 3, 61. Eo imperium illibatum referrent. Illibatis viribus 42, 30.

ILLIC 2, 48. Respublica et milite illic (*in bello contra Veientes*) et pecunia vacet.

ILLICERE lucro mercatorem 10, 17. Invexisse in Galliam vinum, illiciendæ gentis caussa 5, 33.

ILLICO 39, 15. Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixero, multa millia hominum esse, illico necesse est, exterreamini, nisi adjunxero, qui qualesque sint.

ILLIGARE 5, 27. Illigatæ post tergum manus. In currus earum distentum illigat Mettium 1, 28. Illigari gentem Romano bello 31, 25. *conf.* 32, 21. Familiari amicitia illigatum alicui esse 32, 22. Non iis conditionibus illigabitur pax 33, 12. Quo (*fœdere*) nos temere illigemus 41, 24. Karthaginienses fœdere illigatos silere 42, 23. Ut sociali fœdere se cum Romanis non illigarent 45, 25. Invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem 36, 11. *De filia collocanda regi Antiocho.*

Illitus 5, 9. Domum inimicorum veneno illitum fore. Faces tædamque et malleolos stuppæ illitos pice parari jubet 42, 64. Vid. *hæsitare*.

Illustris 29, 34. Karthaginiensium equites — et divitiis quosdam et genere illustres. vid. *eques*. Illustri quidem viro, tamen plebeio 6, 34. Viri illustres 33, 36. *it*. homines 41, 25.

Imaginarius 3, 41. Neque enim sibi privatos, aut in curia aut in concione posse obstare; neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse. *i. q. non legitimis*.

Imago 1, 34. Nobilis una imagine Numæ. Vir honoratissimæ imaginis 3, 58. Te — patris imago — creat vocatque regem 1, 47. Clarum hac fore imagine Scaptium: populum Rom. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum 3, 72. *Hic imago non tam pro nobilitate, quam pro splendore, ex meritis in rempublicam collecto, posita videtur*. His quoque imaginibus juris spretis 41, 8. *i. e. quæ per speciem juris jactantur*. Quidnam illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint 5, 2. *i. e. munus tribunorum militum consulari potestate*. Vid. *titulus*.

Imbellis 22, 39. Imbellem pro perito belli vocent. Imbelles hostes 1, 12. Imbellem Asiam quæsisset, et, cum feminis sibi bellum esse, dixisset 9, 19. Incondita inermisque multitudo, mixta imbelli turba 32, 13. *i. e. feminæ, infantes etc.* Ut ubi feminæ, puerique, et alia imbellis turba permixta esset 38, 21. Nec rem Romanam umquam tam desidem fuisse atque imbellem 21, 16. Imbellem annum agere 10, 1. *cf.* 4, 20. *it.* 9, 45. Imbelle triennium ferme pestilentia — fuit 4, 20.

Imber ingentibus procellis fusus 6, 32. Tantus repente effusus est imber, ut etc. 42, 63. Imbres continui campis omnibus inundantes 8, 24. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit 23, 44. Inter alia prodigia et carnem pluit: quem imbrem etc. 3, 10. Imbri lapidavit 43, 13. *i. e. pluit imbri lapideo. cf.* 30, 38. Tandem eam nubem cum procella imbrem dedisse 22, 30. *cf.* 6, 8. Imbre conquiescente 24, 47.

Imbibere 2, 58. Nec ulla vi domari poterant; tantum certaminis animis imbiberant. Neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis etc. 2, 47.

Imbuere 4, 31. Colonorum cæde imbutis armis. Ea pietate omnium pectora imbuerat 1, 21. Imbutus uterque quadam admiratione alterius 21, 39. Imbutum jam a juventa certaminibus plebeiis 5, 2. Malo tirocinio imbuendum Samnitem 9, 43. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse 26, 2. Qui hinc integri et sinceri Romam eunt — imbuti illinc et infecti Romanis delenimentis redeunt 40, 11. Rhodios — imbutos Persei consiliis 42, 26. Inter novitatem successoris, quæ noscendis prius, quam agendis rebus imbuenda sit 41, 15.

Imitari 7, 2. Sine imitandorum carminum actu. *i. e. sine histrione, qui saltando et gesticulando ea, quæ pronunciabantur, exprimeret. vide Duherum ad h. l.*

Immaturus 1, 26. Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum.

Immemor 1, 34. Qui quum ignorans, nurum ventrem ferre, immemor in testando nepotis, decessisset. *i. e. non cogitans de nepote*. Immemor ambiguitatis verbi 41, 18. Quia ira et indignatio immemores prædæ fecit 41, 4. Omnium immemor difficultatum 9, 31. *scil. imminentium*. Immemor armorum 2, 22. *i. q. pacis studiosus*. Immemor suæ libertatis 9, 20. *h. l. qui non curat libertatem adipisci*. Qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est 9, 3. *Poëtice. vid.* memor. *it.* responsum.

Immensus 5, 37. Equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci. Ad immensum multitudinis speciem auget 29, 25. Quæ *(fuga)* ubi immensa ac sine spe erat 22, 6.

Immigrare 39, 14. Ut aliquam ædium partem vacuam faceret, quo Hispala immigraret. Nec in quam *(rempublicam)* tam seræ avaritia luxuriaque immigraverint *Præfat.*

Imminere *viciniam, tam ex plano, quam ex alto, item cupiditatem et exspectationem exprimit*. Carcer imminens foro 1, 33. — imminentia muris ædificia 2, 38. Imminet arbor prætorio 3, 25. — arx mari 24, 3. *cf.* 4, 59. Imminet mari is lacus 41, 1. Imminens *(mons)* super Demetriadem 44, 13. Imminenti mole libertati 6, 19. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 233. Imminentes spei majoris honoris 4, 25. Imminere in occasionem 25, 20. Imminere animo in propinquam victoriam 30, 28. Peritus rerum popularium imminensque ei potestati 3, 51. Defectioni Campanorum imminentes admoturos castra 8, 22. Gens semper infestissima Macedoniæ temporibusque iniquis regum imminens 40, 57.

Imminuere 3, 38. Neque animis ad imperium inhibendum imminutis.

Immiscere 4, 4. Ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cavent. Karthaginienses Romanique pariter variis casibus immixti. *i. e. fortunæ conversiones experti*. Qui sortem omnem fortunæ regnique sui cum rebus Romanis immiscuisset 45, 14. *i. e. conjunxisset*. Quum se immiscuissent colloquiis montanorum 21, 32. Nam et primus *(Calpurnius)* hostem percussit, et ita se immiscuit mediis, ut vix, utrius partis esset, nosci posset 39, 31. *vid. Virgil. Æn.* 2, 396. Nivesque cœlo prope immixtæ 21, 32.

Immitis diu cædes pariter fugientium

ac resistentium armatorum atque inermium fuit 4, 59. Naturâ immitis (*Appius*) 2, 29. *Sic Virgilius:* immitis Achilles. Quum — perstaret in incepto immitis animus 8, 33. Hunc, natura et moribus immitem ferumque, insuper dux ipse efferavit 23, 5. Vid. *mitescere.*

IMMITTERE 40, 48. Armaturam levem immittendo in stationes. *Etiam* mittere *hoc sensu,* permittere *item dicitur.* Id cum majore vi equorum facietis, si effrenatos in eos equos immittitis 40, 40. *paullo ante:* permittite equos in cuneum hostium. Et me vel devovere pro populo Romano legionibusque, vel in medios me immittere hostes paratus sum 9, 4. In equum (*Decius*) insiluit, ac se in medios hostes immisit 8, 9. Concitatam remis navem, quanto maximo impetu poterant, in terram quum immisissent 30, 25. Nec ullo (*Saguntinorum*) pedem referente, ne relicto a se loco hostem immitteret 21, 8. Magna vis hominum simul immissa 2, 5. *scilic. in segetem desecandam.* Præ densitate arborum, immissorumque aliorum in alios ramorum 40, 22.

IMMO 26, 30. Maneant immo, — ut coram his respondeam etc. *cf.* 35, 49. *it.* 38, 43. Immo contra ea 41, 24.

IMMODERATUS 3, 9. Quippe duos pro uno domino acceptos immoderata infinita potestate.

IMMODESTE. Vid. *in. v. sq.*

IMMODICE 22, 27. Immodice immodesteque non Hannibale magis victo ab se, quam Fabio gloriari.

IMMODICUS lingua 22, 12. *vid. Bauer. ad h. l. pag.* 51. Immodicus magis in numero augendo 38, 23. Decreta immodica ad honores sociorum 31, 45. An hoc timemus, ne Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat 21, 3. Vid. *modicus.*

IMMOLARE *non de immolatione proprie dicta, quæ fit per molam salsam, sed de actu cædendi* 1, 45. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. Eorum prodigiorum causa consules majores hostias immolarunt 41, 9. Romani consules prius, quam educerent in aciem, immolaverunt 8, 9.

IMMOLITUS 39, 44. Et quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant. *ὕστερον πρότερον. dici debebat:* immolita inædificatave. *nam moliri, s. fundamenta jacere, præcedit ædificationem, et dicitur alias submoliri.*

IMMORTALITAS 1, 7. Immortalitatis virtute partæ, ad quam eum sua fata ducebant, fautor.

IMMUNIS 38, 44. Portoriorum immunes. Immunis militiâ 1, 42.

IMMUTABILIS 22, 39. Eadem ratio, quæ fuit, futuraque, donec res eædem manebunt, immutabilis est.

IMPAR 22, 15. Omni parte virium impar. Par audacia Romanus, consilio et viribus impar 27, 1. *Constructio Livio inprimis usitata. cf.* 6, 23. Videbam, quam impar esset sors, quum ille vobis bellum, vos ei securam pacem præstaretis 42, 13. Parat instruitque, quibus haud impar adoriatur hostes 5, 48. Quod juncta impari esset 6, 34.

IMPARTIRI 4, 54. Tandem aliquando impartiendos plebi honores.

IMPAVIDE 30, 15. Acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impavide hausit.

IMPAVIDUS 42, 59. Ut usu belli et ingenio impavida gens turbaretur. Constanter impavidus mansit ad protegendum regem 42, 15.

IMPEDIMENTUM 8, 32. Quæ dictatori religio — impedimento ad rem gerendam fuerit. *Vid.* collocare. *it.* constituere.

IMPEDIRE 9, 9. Nostrum exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret. Invidiâ impedire virtutem alienam voluisse 8, 31. Vid. *expedire.*

IMPEDITUS saltus 9, 2. *i. e. saltus itineris impediti. conf.* 9. 19. Consul superior viribus, locis impeditior erat. omnia itinera obsepserant hostes 9, 43.

IMPELLERE 9, 27. Subsidiarias cohortes — in primam aciem extemplo emisit; universisque hostem primo impetu viribus impulit. *cf. cap.* 40.

IMPENDERE 6, 15. Sed quid ego vos, de vestro impendatis, hortor. *Sic Terent. Adelph.* 1, 2, 37. de meo.

IMPENDIO magis publico, quam jactura 7, 21.

IMPENETRABILIS. Vid. *Silex.*

IMPENSA 5, 4. Cui (*rei familiari*) gravis impensa non est. Privatamque publicæ rei impensam imposuerat 40, 51. Quia impensa pecuniæ facienda erat 44, 23. *Similiter* 1, 20. unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Rebus ipsis meritisque et impensis officiorum ut superare possem, fortuna, tempora, Antiochus et bellum in Asia gestum præbuerunt materiam 37, 53.

IMPENSE 40, 35. In perniciosam, si quis impense retineret, seditionem (*milites*) exarsuri. Vid. *Duker. ad* 34, 15.

IMPENSIUS 4, 46. Certamina — multo impensius in castris accendi. Impensius his indignitas crescere, si etc. 1, 40.

IMPENSUS 2, 9. Quia impenso pretio venibat.

IMPERARE 33, 13. Quæ priore loco aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere. Hernicis — milites imperati 4, 26. *Sic* imperare frumentum 9, 43. — stipendium 29, 4. — pedites 38, 55. — decumas 42, 31. etc. Præter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam scripsisset, imperassetve etc. 36, 1. Consulibus designatis imperavit senatus, ut etc. 42, 28. Tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum conjici jubeant 3, 28. *cf.* 1, 27.

Nulla arma, nisi imperata a populo Rom. sumere 40, 34. Antiocho si Smyrna et Lampsacus imperata faciant 35, 17. *i. q. ab Ant. imperata.*

Imperator 6, 29. Signum — Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Cujus rei vitium non in belli eventum — sed in rabiem atque iras imperatorum vertit 8, 30. *i. e. dictatoris et magistri equitum, cujus posterioris ductu auspicioque, inscio atque invito dictatore, vicerat exercitus. cf. cap.* 31. Imperatoremque regem appellandum censuerunt 35, 45. Unum imperatorem in exercitu providere et consulere, quid agendum sit, debere 44, 34. *mox:* in quo exercitu milites, consul, et imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse.

Imperatorius 10, 38. Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum etc.

Imperiosus 7, 40. Eodem (*tenore*) hæc imperiosa dictatura geretur. Cognomenque imperiosi grave liberæ civitati 7, 4.

Imperitare 21, 1. Quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. *cf.* 4, 5. *it.* 22, 41. Opulento tum oppido imperitans 1, 2. Decem imperitabant 1, 17. Fœdus ictum — est his legibus, ut, cujusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret 1, 24. Vicissitudo imperitandi 3, 39. *de annuis magistratibus.*

Imperium 1, 7. Ita solus imperio potitus Romulus. *paullo ante* regnum *vocabatur. Contra cap.* 13. *distinguuntur:* regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Civitatem sine imperio, exercitum sine duce 1, 17. Quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum 1, 25. Summum imperium 1, 4. *de consulatu. alibi:* regium. *it.* 4, 2. regiæ majestatis imperium. *cf.* 8, 32. Non vulgari modo cum infimis, sed prorsus auferri a primoribus ad plebem, summum imperium credebant 4, 1. Vid. *deponere.* Regium nomen (*Tarquinium*) in imperio (*consulem*) esse 2, 2. Imperia legum potentiora quam hominum 2, 1. Auctoritate magis, quam imperio (*ea*) regebat loca 1, 7. Imperio regere urbem 1, 5. *cf.* 8, 23. Paratus imperio 9, 36. *i. e. ut pareat.* Severum imperium 8, 6. *pr. disciplina militari. conf. cap. sequ.* Non segniter imperium (*ducis bell.*) executuros 40, 40. Iis editis imperiis 29, 25. *de duce bellico.* Jus — magistratibus fuit graviorum in dies talis generis imperiorum 42, 1. *i. e. imperandi iis jumenta.* Continens imperium usque ad nos habebitis 7, 30. *de loco.* Ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere 26, 18. Quibus (*auxiliis*) traditum a Patribus imperium Hispaniæ repeti posset 28, 31. Imperium alicui jubere (*scil. esse*) 26, 41. Quod imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit 5, 34. Quæ in meo imperio gesta sunt 29, 27. *i. q. a me imperatore.* Imperia gesta 9, 34. Pro imperio submovere 2, 56. *Oppos. si vobis videtur, discedite, Quirites.* Jam pro imperio Valerius discedere a privato lictores jubebat, quum etc. 3, 49. Titulus honoris (quod imperio, non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato Proprætor senatui scripserat) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus etc. 26, 2. *Hæc est prima mentio imperii ab exercitu delati. Similiter cap.* 9. *Proconsuli par cum consulibus in urbe imperium commemoratur; et* 27, 7. *imperium, non in annum, sed, donec revocaretur a senatu, decretum, dicitur.* Ita provinciæ exercituumque in eum annum partita imperia 27, 7. Imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis 28, 27. Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis? 3, 52. Imperia — tribuni militum — et duumviri navales 9. 30. Vid. *magister equitum.* Imperium populi Romani 28, 42. Vid. *Drakenb. ad h. l.* Una et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est 27, 22. Conservare imperium majestatemque populi Rom. sine dolo malo 38, 11. *eorum est, qui inferiores se Romanis fœderis formula declarari passi sunt.* Vid. *conservare. conf.* 8, 34. *it.* 35. Imperia deûm 8, 6. *i. q. jussa per visum nocturnum.*

Impetrabilis pax 37, 34. *conf.* 30, 16. — venia 42, 29. Triumphum impetrabilem faciebat 39, 29. Omnia et impetrabilia et tuta erant apud Romanos 25, 29. *conf.* 42, 29.

Impetrare 43, 23. Nec tamen impetrare ab animo posset, ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret. Impetrato 9, 16. *absolute. Sic cap.* 29. *et alibi sæpius.*

Impetus 1, 5. Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri, *scil. diripiendi caussa.* Ad regem impetum facit *ibid.* Ex transverso impetu (*scil. a Sabinis mulieribus, raptis*) facto 1, 13. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset 1, 57. Multa secum volventi (*Hannibali*) subiit animum impetus, caput ipsum belli, Romam petendi 26, 7. Impetu potius bella, quam perseverantia, gerat 5, 6. Impetu magis, quam consilio 42, 29. Unius prælata impetu lateris alterius remos detersit 28, 30. Ad excipiendum fluminis impetum 21, 27. Capere impetum. Vid. *capere.*

Impiger 44, 30. Platorem occidit, et duos amicos ejus — impigros viros. [*conf.* 1, 34. *mox:* fortis ac strenuus vir.]

Impigre 21, 57. Fama impigre — defensi præsidii. Ne Crustumini quidem — satis se impigre movent 1, 10. *de bello gerendo.* Impigreque omnes ad edictum dictatoris præsto fuere 3, 27.

IMPINGERE 27, 18. In aciem altiori superstantem tumulo impegere.

IMPIUS 9, 41. Vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturos minati sunt.

IMPLACABILIS 40, 46. Nisi forte implacabiles vestræ iræ implicaverint animos vestros.

IMPLERE mare fama nominis sui 1, 2. Punicum nomen maria terrasque fœda fuga impleturum 26, 41. Implere urbem lamentis 5, 39. *de mortuis. i. e. facere, ut impleatur, vel potius, caussam esse, cur etc.* Omnia delubra pacem deûm exposcentium — turba implebantur 3, 5. Jam continens agmen migrantium impleverat vias 1, 29. Centum viginti lictores forum impleverant 3, 36. Quum — montem Albani implessent 1, 33. *i. e. habitandum occupassent.* Impletæ cibis vinoque venæ 26, 14. Militemque præda implevit 7, 16. Implevere aures legatorum 45, 31. Alius ab alio impleti rumoribus 22, 7. Adolescentem suæ temeritatis implet 1, 46. *cf.* 3, 61. *it.* 10, 14. Hunc eximium florem juventutis eo etiam, quod, ut duplex acciperent stipendium. decreverant, spei animorumque implevere 7, 7. Accipere se omen impleturumque fata 1, 7. Vid. *fatum.* Impletas modis saturas, descripto jam ad tibicinem cantu 7, 2.

IMPLICARE 27, 43. Incertis implicantes responsis. Non tam in periculosum, quam longum morbum implicitum 23, 34. Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit 3, 2. Longinquo, maxime quartanæ, implicabantur morbo 41, 21. Implicata acies 44, 38. Vid. *implacabilis.*

IMPLORARE 9, 4. A Veiis exercitum Camillumque ducem implorabunt. *i. q. arcessent.*

IMPLUVIUM 43, 13. Palmam enatam impluvio suo T. Manius Figulus nunciabat.

IMPONERE in capite 1, 18. Quid si domini milites imperatoribus imponantur? 45, 36. Præsidio Medione imposito 36, 12. *cf.* 31, 18. Se in præsidio impositum esse 24, 37. Coloniamque in Samnitium agro imposuerit 8, 23. *Nempe observandi, vigilandi caussa, ex instituto vetere prudentiæ Romanæ. cf.* 36, 12. Præerat huic arci Philodemus — ab Epicyde impositus 25, 25. Spei nostræ — finem imposuerimus — ipsa indignitas perseverantiam imponere debuit 5, 4. Ita enim et illis violandi supplices verecundiam se impositaros 36, 27. Imponere fraudi speciem juris 9, 11. Cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet 21, 44. Ipse alias claves omnibus portis imposuit 27, 24. Porta imposita *(muro)* 34, 9. Argentum in stipendium impositum 32, 2. *scil. unde stipendia dari possent.* Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod prædia habebat ibi, privatamque publicæ rei impensam imposuerat 40, 51. *Aut sic, aut* injunxerat *legendum. Illud præfert Drakenborchius, et ita explicat: publica pecunia construxit opus, quod ipse aliique qui itidem ibi prædia habebant, privata impensa facere debuerant.* Pecunia in naves imposita 29, 18. Delecto milite ad naves imposito 22, 19. *Scilicet* imponere *simpliciter pro* in naves imponere *dicitur. Etsi enim diserte additum est* ad naves, *id ipsum tamen ad* milites *referri vult Gronovius, ut intelligantur* milites ad naves *pro militibus classiariis.* Qui ob ereptum censuræ regnum labem secundæ suæ dictaturæ imposuerint 4, 32. Mulcta in civitates imposita 10, 37. Vid. *frenum.*

IMPORTARE 39, 14. Ne quid eæ conjurationes cœtusque nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent.

IMPORTUNUS 29, 17. Quæ crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in oppressos cives edunt. Importuni decemviri 5, 2.

IMPORTUOSUS 10, 2. Importuosa Italiæ littora.

IMPOTENS 6, 11. Vitio ingenii vehemens et impotens. *cf.* 25, 28. Impotentes tyranni. Impotentibus instructi consiliis 3, 36. *cf.* 7, 39. *it.* 30, 16. Impotens injuria 8, 28. *it.* 7, 41. Mandatum. *i. e. quod proficiscitur ab impotenti parumque moderato aut civili animo.* Impotens regnum 8, 5. — postulatum 7, 41. Pleminius impotens iræ 29, 9. *i. q. impatiens. conf.* 5, 37. Flagrantes ira, cujus impotens est gens. Suarum impotens rerum *(gens)* præ domesticis seditionibus discordiisque 9, 14. Impotens lætitiæ animus 27, 50. Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire 30, 42.

IMPOTENTIUS 27, 48. Impotentius jam regi, et inter duas acies versari velut incerti, quorum essent. *de elephantis.*

IMPRESSIO 3, 62. Quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent. *i. e. impetum ex propinquo.* Non ferentes impressionem Latinorum 8, 9. Celtiberi, ubi ordinata acie et signis collatis se non esse pares legionibus senserunt, cuneo impressionem fecerunt. quo tantum valent genere pugnæ, ut, quacumque parte perculere impetu suo, sustineri nequeant 40, 40.

IMPROBUS 45, 18. Improbum vulgus. *i. q. ingratum.*

IMPROVIDUS 22, 39. Festinatio improvida est et cæca. Quum præcipiti fuga per rupes præaltas improvidi sternerentur ruerentque 40, 58.

IMPROVISO oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit 10, 32. Si nocte *improviso* valida manu adgressus *necopinantes* esset 44, 35. [*vid. Cic. Verr. Lib.* 2. *cap.* 74. *et mox in v.* improvisus.]

IMPROVISUS 27, 42. Audendum aliquid improvisum inopinatum. *Alterutrum vide-*

tur a glossa venisse. [*sed vid. v.* improviso. *Cic. Verr. Lib.* 2. *cap.* 26.]

IMPRUDENS 31, 14. Acarnanes duo juvenes, per initiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingressi sunt. Maris imprudentes 34, 9. *i. q. expertes rei nauticæ.*

IMPRUDENTIA eventus 4, 39. *i. e. quod non prævidérant eventum.* Excusata imprudentia de pace multis verbis disseruit 30, 37.

IMPUNE 3, 67. Ad mœnia urbis Romæ impune armatos venisse.

IMPUNITAS 2, 1. Plebs — — aut libertatem, aut certe impunitatem adepta.

IMPUNITIOR 3, 50. Quo impunitior sit (*Claudii libido*), eo effrenatiorem fore.

IN secundam aciem pugnare 30, 34. Redditturi in Thessalonicam 40, 4. In unum jam consilium 37, 31. *i. e. unum hoc consilium sequutus.* Id modo quæritur, si majori parti et in summam prodest 34, 8. In reliquum curæ senatui rem Syracusanam fore 26, 32. *i. e. infuturum.* Nec in præsens modo, sed in venientem etiam annum 2, 42. In primum infestis hastis provolant duo Fabii 2, 46. Pugna jam in manus venerat *ibid. Sic εἰς Græcorum in et ad significat.* Vid. *Gronov. ad h. l.* Mutabiles in diem caussæ 31, 29. Comitia in ante diem — edixit 41, 16. *cf.* 43, 16. Parcere victis in animum habebat 33, 10. Nunquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant 6, 2. In spem magis futuræ multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent 1, 8. In quorum (*præmiorum*) spem pugnarent 21, 45. Velut diis auctoribus in spem suam quisque acceptis *ibid.* Duarum familiarum bona in præmium data 4, 61. Quum omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt 9, 8. In hanc tam opimam mercedem — — arma capite 21, 43. Mittendam in stipendium pecuniam 23, 12. Hannibali quatuor Numidarum millia in supplementum mitterentur 23, 13. Traditi in custodiam Rheginis 29, 21. Priusquam populus suffragium *ineat, in incertum* comitiorum eventum Patres auctores fiunt 1, 17. Viris in arma natis 9, 9. Tertiæ classis in quinquaginta millium censum esse voluit 1, 43. *h. e. usque ad summam quinquaginta millium.* In utrumque auctores sunt 10, 25. In regiam terror factus 1, 56. *pro in regia: dicit enim Livius, regem exterritum domestico visu.* In Æolidem coloniæ 34, 58. *scil. missæ, destinatæ etc.* Quæ in iram adversus hostem fuerunt (*decreta*) 31, 45. Ætolos — in seditionibus suis non ab Romanis — præsidium petiisse 42, 12. Quum Tarentinorum defectio jamdiu et in spe Hannibali et in suspicione Romanis esset 25, 7. In navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt 34, 5. In primo 2, 40. *i. q. ab initio. similiter* a primo *dicitur.* Vid. *inprimis.* Regia classis septem — navium erat, in quibus tres hepteres 37, 23. *i. q. et inter has. cf.* 1, 36. Eadem in militia (*militiæ*) sævitia Appii, quæ domi 2, 58. Primo in conspectu 42, 57. *pro ad primum conspectum.* Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species 8, 6. *i. q. per quietem.* Regionis naturam ac nomina principum in populis (*populorum*) accepere 9, 36. Si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia cepisset 30, 3. Quo tempore et in qua fortuna a populo Rom. defecerimus 26, 13. Bonis in rebus utriusque populi 43, 6. *i. e. temporibus felicioribus.* In variis voluntatibus 1, 17. *i. e. quamvis essent variæ voluntatis.* Torpescentne in amentia illa? 33, 9. *h. e. quum te tam dementer facere videbunt.* In eo, ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est 40, 15. *si quidem sanus locus.* Omnia quidem ut posses in nobis dii dederunt 30, 12. *pro in nos. cf.* 5, 11. *it.* 26, 33. Qua ferocia animi usus erat in Liguribus 42, 9. *pro adversus Ligures. cf.* 6, 22. *it.* 28, 43. Quum consuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria (*in*) animo esset 29, 36. *i. e. quum meminissent etc. Sed vulgata etiam explicari potest, ut sit* animum faceret. In mulcta temperarunt tribuni 2, 52. *i. e. per mulctam, s. in mulctam commutarunt pœnam capitalem.* Quæ (*arma*) in portis fuere nostris 3, 67. *pro ad portas.* In Etruria prorogatum imperium est 30, 40. *pro in Etruriam.* Ut ipsi in privato animadverterent in eos 39, 18. *pro privatim.* Nihil est aliud in re, nisi ut omnia negata adipiscamur 10, 8. *i. e. nulla alia caussa est.* Ut sua unius in his (*legibus latis*) gratia esset 2, 8. *i. q. propter h. l. l.* Pleminium — in catenis Romam miserunt 29, 21.

INÆDIFICARE 1, 55. Ut libera a ceteris religionibus area esset, tota Jovis templique ejus, quod inædificaretur. *cf.* 43, 16. Nec clausæ modo portæ, sed etiam inædificatæ erant 44, 45.

INÆQUALIS 41, 20. Munificentia inæquali sese aliosque ludificari. *Vid.* ludificari. *it.* munificentia.

INÆSTIMABILIS 31, 34. Nihil tam incertum nec inæstimabile est, quam animi multitudinis. *h. e. quo confidere non licet. nostri: worauf. man nicht rechnen kann.* Vid. *incertus. cf. Virgil. Æn.* 2, 39. Id vero inæstimabile gaudium fore 29, 32. *h. l. secundum litteram, quod aiunt, accipiendum.* Quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset 35, 14. Quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor inæstimabili perjurio incesseret 27, 57.

INAMBULARE 9, 16. Inambulans ante tabernaculum. Ibi inambulans tacitus (*in horto*) summa papaverum capita dicitur baculo decussisse 1, 54. Per muros inambulare senatores Nolanos jussit, et omnia

circa explorare, quæ apud hostes fierent 23, 43. Cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio 29, 19.

Inanimus 21, 32. Animalia inanimaque omnia rigentia gelu. Satiati cæde animantium, quæ inanima erant etc. 41, 18.

Inanis 33, 31. Litteras inanes vana specie libertatis adumbratas esse. *cf.* 34, 12.

Inauditus 5, 37. Invisitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente.

Inaugurare 1, 6. Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. *i. e. augurandum, augurium capiendum. cf. cap.* 36. *ubi* inaugura *i. q. augurando constitue, assequere. s. ut Drakenb. interpretatur:* per augurium divinare : *licet* divine *immediate antecedat.* Vid. *augur.* Centurias — sub iisdem, quibus in augurtæ erant, nominibus fecit 1, 43. Qui secundo loco inauguratus erat 40, 42. *Fortasse legendum:* creatus erat, *quod verbum de rege sacrorum dicitur* 2, 2. *Videtur male repetitum esse a librariis ex antecedentibus.* Duumvirum navalem, quem ut inauguraret etc. 40, 41. Flamen Dialis inauguratus est Cn. Cornelius 41, 28. Flamen Martialis inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus 45, 15.

Inaugurato 5, 52. Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus. *i. e. adhibitis auguribus, qui ex legibus disciplinæ auguralis fines urbis definirent.* [*vid.* 1, 36.

Inauratus 40, 37. Apollini — dona vovere et dare signa inaurata : quæ vovit deditque. Templum parietibus totis lamina inauratum 41, 20.

Inauspicatus 7, 6. Num etiam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse ?

Incalescere 22, 6. Sole incalescente. Incaluerant vino 1, 57.

Incassum 10, 29. Vana incassum jactare tela. Incassum missæ preces 2, 49. [*De h. v. vid. Wakefield. ad Lucret. Lib.* 2. *v.* 1164.]

Incautius 21, 7. Dum murum incautius subit. Dum incautius ante signa obversatur 41, 18.

Incautus ad credendum pavor 9, 12. *i. e. qui in eo sibi parum caveret, quod crederet.* Nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti 5, 44. Quia, quod neglexeris, incautum atque apertum habeas 25, 38.

Incedere 8, 8. Unoque continenti agmine in hostem incedebant. *cf.* 9, 21. Quacumque incessero in aciem hostium 7, 33. Sabini usque ad portas urbis populantes incessere 2, 63. Prima deinde luce castra mota, et agmen reliquum incedere cœpit 21, 33. Segnius Hispanorum signa incedebant 28, 14. Per quam (*Indiam*) temulento agmine comissabundus incessit 9, 17. Quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis 1, 26. [*Compara Virgilianum:* quæ divûm incedo regina.] Nostris decoratus insignibus magnifice incedit 2, 6. Numquam exercitus neque minor numero, neque clarior fama et admiratione hominum per urbem incessit 2, 49. Timorque in exercitu incederet 29, 24. Vid. *Gronov.* Graviorque cura Patribus incessit 4, 57. jussisque — religio incessit, ab eis, quorum imminutum imperium esset, comitia haberi 8, 3. Tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaque mœstitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur etc 9, 4.

Incendere 6, 33. Incensos ea rabie impetus Tusculum tulit. *it.* incensus ira 2, 13. Incensus dolore, — odio iraque 2, 6 Tacita cura animum incensus 22, 12.

Incendium 30, 6. Ignibusque in proxima tecta conjectis, effusa flamma primo veluti sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit. Vid. *afflare.* Horæque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit 5, 7. Quum cædes et incendia circum Anienem fecissent 2, 64. Ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse 7, 30. Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis 21, 10. Velut ab incendio flagrantis iræ — se defensurus 40, 56. Se populare incendium priori consulatû semiustum effugisse 22, 40. *alias:* ambustus. Incendio alieni judicii — conflagrare 39, 6. *i. e. propter invidiam alieni judicii condemnari et perire.* Vid. *ignis.*

Incensus *pro* eo, qui census non est 1, 44. — in populo per multos annos incenso 4, 8.

Inceptum 5, 11. Primo incepto. Non venit ad finem tam audax inceptum 10, 32. — irrito incepto 29, 35. *cf.* 9, 41. *it.* 25, 5. Nebula matutina texerat inceptum 41, 2. Vano cum incepto mœnibus pepulissent Romanos 44, 31. Inceptum non succedebat 42, 58. *Nisi legendum de conjectura Drakenborchii* inceptu *pro incepti.* Neque satis inceptis succederet 24, 19. Id fœdum consilium tum incepto, tum etiam exitu, fuit 26, 38. Et tutum vel incepto, vel eventu se consilium adferre 35, 12. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 231. Quum — perstaret in incepto 8, 33. *cf.* 32, 23.

Inceptus *Præfat.* Fœdum inceptu, fœdum exitu. Vid. *incipere.*

Incerto *Adverb.* 28, 36. Multique adnantes navibus, incerto præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent, fœde perierunt.

Incertus 9, 24. Quæ (*nox*) omnia ex incerto majora territis ostentat. In incertum (*sc. tempus*) creatus 4, 13. Incerti rerum omnium, suspensique de statu alterius uterque consul ageret 9, 43. Æque ac venerant, omnium incerti legati Romam redierunt 35, 17. Incertus sententiæ 4, 57. — incertus animi 1, 7. — incertis animis fluctuans 33, 1. — incertus veri 4, 23. Incerti, manere eam an abire mallent 2, 32.

— incerti de fide sociorum 9, 6. Incerti, socii, an hostes, essent 30, 35. Incerta rerum multitudo 24, 24. Vid. *inæstimabilis*. Incertus trepidavit 33, 8. — incerta casuum 30, 30. Incerta proles 4, 6. *i. e. per connubium Patrum et plebis orta.* Incertus infans 31, 12. *i. e. ambiguo sexu, uti paullo post dicitur.*

INCESSERE 38, 29. Funda mare apertum incessentes exercebantur. *Hic reciproce verbum est intelligendum, ut sit aptum τῷ* incessentes. *nam passivum requirebat* incessendo. Vagosque — in viis lapidibus telisque incessebant 26, 10. *cf.* 9, 8. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnosque 28, 46. Quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque nonus competitor inæstimabili perjurio incesseret 37, 57. *semper, translate quidem, dicitur in malam partem.* [*Fallitur.*] Timor deinde Patres incessit, ne etc. 1, 17. Timor incessit Sabini belli 2, 27. *absolute.* Tantus terror Tarquinium — incessit 2, 7. Tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes 9, 8.

INCESSUS 21, 36. Tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est *(nix). conf.* 10, 41. Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque prælatis, incessu furiali militem Romanorum insueta turbaverunt specie 7, 17. Ex transverso pulvis, velut ingentis agminis incessu motus apparuit 10, 41. Vid. *Virgil. Æn.* 9, 33. 11, 876. Vid. *propinquare.*

INCESTE 1, 45. Quidnam tu, hospes, paras — inceste sacrificium Dianæ facere. *i. e. parum caste, pure.*

INCESTUM 8, 15. Ab incesto id ei loco nomen factum. *i. e. stupro Vestalium.*

INCESTUS 45, 5. Judicia — more majorum comparata de iis, qui incestas manus intulisse intra terminos sacratos templi dicantur.

INCHOARE 3, 54. Ubi prima initia inchoastis libertatis vestræ. Novasque alias (*naves*) — Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus 21, 26. Sed mentio quoque inchoata affinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis 29, 23.

INCIDERE 28, 3. Incidentia tela. Metu, ne ambiguo ictu suis inciderent *(tela)* 30, 10. Sagunti ruinæ -- nostris capitibus incident 21, 10. Hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini 44, 31. Cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portasque 27, 12. Priusquam paventes portis inciderent 5, 26. Ne — timor in exercitum incideret 29, 24. Incidens portis exercitus 5, 11. Incidens principum foribus 9, 24. Huic timendo hosti utrum, quum declinarem certamen, improvisus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus? 21, 41. Quod ubi cui militi inciderat 2, 27. Certamen consulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii sedem *ibid.* Quo nam fato incidisset, mirari se etc. 3, 40. *pro accidisset.* Ibi si variaret, quod raro incidebat 1, 43. Forte ita inciderat, ne etc. 1, 46. Forte ita incidit, ut etc. 6, 34. Magna pars forte, ut in quem quæque inciderat, raptæ 1, 9. Vid. *casus.* Rem atrocem incidisse 1, 58. Transitu in Italiam Hannibalis, quantum terroris pavorisque, sese meminisse, quas deinde clades, quos luctus incidisse 30, 21. Incidunt aliorum peccata in unius suspectum ingenium 3, 11. Qui inciderant *(scil. in morbum)* 41, 21. Concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios 41, 2. Triarii — — in hostem incidebant 8, 8. *al.* incedebant. Vid. *Bauer. in ind. h. v.*

INCIDERE 6, 39. Si spem honoris latoribus earum (*rogationum*) incidant. *cf.* 3. 58. *it.* 35, 31. Spemque extemplo inciderunt, capi primo impetu posse 44, 13. Quibus, longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio — sermonem incidit 32, 37. Vid. *scribere.*

INCINCTUS cinctu Gabino 8, 9. *it.* cultu 10, 7. Vid. *Virgil. Æn.* 7, 612.

INCIPERE 9, 32. Exspectantes, ut ab adversariis clamor et pugna inciperet, et prius sol etc. Inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites *Præf.*

INCITARE 8, 33. His vocibus quum in se magis incitarent dictatorem. Eodem tempore et consules senatum in tribunum, et tribunus populum in consules incitabat 4, 2. Ad bellum atque arma incitantur 1, 27. Jam per se accensos incitabat animos 6, 18. Incitatus hibernis pluviis (*fluvius*) 44, 8.

INCLAMARE 1, 25. Exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri. Valerium magna voce inclamat 8, 9. Pastorum unus, — inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes 10, 4. *i. e. increpat.*

INCLEMENS 9, 34. Ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem.

INCLEMENTER 32, 22. Murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium. Vid. *murmur*. Nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo 22, 38. Regem — accensum ira inclementer loquutum 42, 25.

INCLEMENTIUS 3, 48. Si quid inclementius in te sum invectus.

INCLINARE 29, 7. Fretum æstu inclinatum. *i. e. ubi rediis aqua ex alto versus terram.* In unum locum omnes se inclinant 2, 50. *scilic. ad perrumpendos ordines hostium.* Vid. *cuneus.* Prius sol meridie se inclinavit 9, 32. Nisi pars aliqua inclinaret ad respectum pristinæ societatis 35, 39. In liberis gentibus plebs — deterioribus erat ob regem Macedonasque inclinata 42, 30. In dites a pauperibus inclinata onera 1, 43. Omnia onera, quæ

communis quondam fuerint, inclinasse in primores civitatis 1, 47. Philippus — ad fortunam inclinavit 23, 33. *scil. se.* Quâ fortuna rem daret, eâ inclinare vires 1, 27. In quos prærogativæ favor inclinavit 24, 8. Tribuni inclinatam rem in preces subsequuti 8, 35. Inclinatis semel in Apulia rebus 9, 20. *i. q. Romanis in Apulia victoribus.* Quo postquam fuga inclinavit 1, 27. Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen demittere 32, 13. *cf.* 28, 25. In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos 8, 21. Dictator rem in caussam plebis inclinavit 6, 39. Inclinatæ vires 9, 12. *cf.* 3, 16. *it. cap.* 63. inclinatur Sabinis cornu.

INCLINATIO 44, 31. Adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes et justitia prætoris. *cf.* 27, 17.

INCLITUS. Vid. *inclytus.*

INCLUDERE 24, 19. captivi — Romam missi, atque ibi in carcere inclusi sunt. Ætolorum utræque manus Heracleam sese incluserunt 36, 16. Pars Heracleæ incluserunt sese 36, 17. Nec ante vincere desierint, quam rubro mari inclusis, quod vincerent, defuerit 42, 52. Consuli primo tam novæ rei ac subitæ admiratio incluserat vocem 2, 2. *pr. occluserat.* Quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animam sineret 21, 58. pro *intercluderet, sic ante Drakenborchium legebatur.* Includi vento in hostium ora 37, 24. Inclusa (*oratio*) libro quinto Originum Catonis 45, 25. *i. q. inserta.* Postremo inclusum (*scil. decreto*) 31, 44. *i. e. additum.*

INCLYTUS 39, 36. Inclytamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam. Quæ tum familiæ (*Potitii ac Pinarii*) maxime inclytæ ea loca colebant 1, 7. Inclyta justitia religioque — Numæ — erat 1, 18. Ad maxime inclytum in terris oraculum 1, 56. Inclytum templum 2, 8. Inclytas leges Solonis describere 3, 31. A patriciæ gentis viro et inclytæ famæ 6, 11.

INCOGNITUS 42, 52. Animum habendum esse, quem habuerint majores eorum; qui, Europa omni domita, transgressi in Asiam, incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum. Biduum ad recognoscendas res datum dominis: tertio incognita sub hasta veniere 5, 16.

INCOLA 4, 3. Tarquinium non Romanæ modo, sed ne Italicæ quidem gentis, Damarati Corinthii filium, incolam ab Tarquiniis — regem factum.

INCOLERE 1, 1. Qui iter mare Alpesque incolebant. *cf.* 5, 33. it. 21, 31. incolunt prope Allobroges. Qui eorum circa Macram fluvium incolebant 40, 41. Nos — si non easdem opes habere, eamdem tamen patriam incolere 4, 3. Vid. *colere.* Piscibus atque avibus ferisque, quæ incolunt terras, iis fuat esca caro tua 25, 12. Ceterique dii deæque, qui Capitolium arcemque incolitis 6, 16. Jove ipso, qui Capitolium incolit 8, 4. Plebi tamquam aliam incolenti urbem 6, 40.

INCOLUMIS 1, 3. Imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit. *i. e. servatum est. refertur non tam ad imperium, quam ad heredem imperii.* Stante incolumi urbe 5, 53.

INCOMMODE 4, 8. Ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur. Et ab his columnis, quæ incommode opposita videbantur, signa amovit 40, 51.

INCOMMODITAS 10, 11. Romæ, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuncius fuit.

INCOMMODUS 2, 34. Incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati forent etc. Romanos quoque — — non abhorrere a finiendo tam incommodo ac difficili bello 44, 25. Bellum grave atque incommodum Græciæ omni 45, 3. Nihil — quod incommodum plebi esset, scientes fecisse 6, 40. Naves — propugnatoribus incommodæ 30, 10. Periculosumque et viris et parentibus erat, moram incommoda severitate libidini regiæ fecisse 27, 31. Legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit 35, 15.

INCOMPERTUS 4, 23. Vetustate incomperta. Rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit 10, 40.

INCOMPOSITUS 9, 36. Tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes — adeo incompositæ etc. Adversus ita incompositos eos venientes — — Romani eruperunt 40, 28. Incompositi, longo agmine effusi — — ad urbem pervenerunt 43, 10. Incompositos atque inordinatos fugant 44, 12. Nobis tunc repente trepidandum in acie instruenda erat, et incompositis concurrendum? 44, 38. Vid. *componere.* Qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant 7, 2. *Fortasse compositum temere legendum; certe non improbat Drakenborchius.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 254.

INCONDITUS 29, 39. Sparsi et inconditi sine ordine. Duo millia plaustrorum, inconditam inermemque aliam turbam advenisse 25, 13. Incondita multitudo, turba immixta servili, variis vocibus personabat 43, 10. Acies incondita atque inordinata 44, 39. Exercitus novus atque inconditus 30, 11. Rex inconditæ barbariæ 30, 28. Syracusis nova pace inconditas componere res 26, 40. Dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent 24, 24. Carmen — abhorrens et inconditum 27, 37. In eum milites carmina incondita — canere 4, 20. *cf.* 7, 10. Vid. *Virgil. Ecleg.* 2, 4. Inter jocos militares, quos inconditos jaciunt 5, 49. Simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus 7, 2. Incondite militari joco 7, 38.

INCONSTANTER 40, 55. Adductus primo ita negare inconstanter, ut etc.

INCONSULTE 42, 16. Aggressi facinus — ut inconsulte, ita audacter cœptum, nec consulte et timide reliquerunt. cf. 22, 43. Ne quid inconsulte ac temere fiat 2, 27. Quod (*prœlium*) ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est 4, 37.

INCONSULTIUS quam venerat, se gessit 41, 10. Vid. *nequius*.

INCONSULTUS 22, 44. Inconsulta atque improvida pugna. it. largitio 5, 20. Ira inconsulta 42, 54. Eam non inconsultam audaciam fecit 44, 6. Inconsultum certamen 23, 7. — inconsultus paver 22, 6.

INCONTAMINATUS. Vid. *colluvio*.

INCORRUPTUS 32, 33. Pro incorruptis restituere. *i. e. ita, ut corruptionis vestigia nulla supersint.* Quo genere (*disciplinæ*) nullum quondam incorruptius fuit 1, 18.

INCREBESCERE 7, 12. Gallici quoque belli fama increbescebat. *i. q.* increbrescere, *quod tamen, quia ducitur a casu obliquo* crebri *etc. minus probandum videtur.* Rem ad triarios rediisse — proverbio increbuit 8, 8.

INCREMENTUM 40, 58. Quarum (*injuriarum*) indies incremento bellum exarsit. In tantas brevi *creverant* opes — seu multitudinis *incremento* etc. 31, 7. Quum hostium res tantis augescere incrementis cerneret 27, 17.

INCREPARE 1, 25. Increpuere arma. Si quid increpet terroris 4, 43. Si ab tergo aliquid tumultus increpuit 44, 41. Hæc indigna, miserandaque auditu quum — increpuissent 6, 37. Equitem clara increpans voce 1, 27. Himilco — locum Hannonis increpandi esse ratus etc. 23, 12. Etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant 45, 23. Cunctantes arma capere increpabat 10, 33. Hæc excurrentibus in publicum pavidis increpans 9, 24. Simul verbis increpans transfigit puellam 1, 26. In Fulvii similitudinem nominis increpans 27, 1. Hæc Aricinus in regem Rom. increpans 1, 51. Qui maxime ignaviam increpant 2, 29. Dictator ad concionem advocatam increpuit 4, 32. *i. q. cum magna indignatione loquutus est.* Nihilo lenioribus — senatorum aliquot orationibus increpitus 42, 9.

INCREPITARE 36, 32. Quidam Achæorum — pertinaciam increpitabant prætoris. Quum verbis quoque increpitans adjecisset 1, 7.

INCRESCERE 1, 33. Ad terrorem increscentis audaciæ. Increscentemque fiducia sui vim 10, 14. Concitatior accidens clamor ab increscente certamine 10, 5. Quantum incresceret æstus 44, 36.

INCRUENTUS 8, 29. Haudquaquam tamen incruento milite suo. Nec incruentam victoriam retulit 4, 17. cf. 42, 66. Nec incruenta victoria fuit 42, 7. Quum (*Darium*) prœlium verius, quam bellum, incruentus devicit 9, 17.

INCUBARE 21, 27. Castris suppositis incubantes flumen tranavere. Incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur 5, 46. Incubare publicis thesauris 6, 15. *i. q. premere, occultare, ut ad alios nihil inde perveniat.*

INCULTUS 2, 34. Ex incultis per successionem plebis agris. Incultaque omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint 5, 10. Homines intonsi et inculti 21, 32.

INCULTUS 42, 12. Suos honores desertos per incultum ac negligentiam.

INCUMBERE 22, 2. Cumulatis in aquam sarcinis insuper incumbebant. Et suo et armorum pondere incumbere in hostem 30, 34. In eos (*asseres*) transversi incumbentes tigni — injungebantur 44, 5. Ad id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit 3, 16. Unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuisse 27, 40. Quum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Fabio consulem dicerent 10, 15.

INCURIOSE, 29, 8. Omnibus, pacis modo, incuriose agentibus, cf. *cap.* 32.

INCURRERE 26, 25. Incurrere ea gens in Macedoniam solita erat. Peditum signa cornibus incurrerunt 28, 17. Levi armaturæ hostium incurrere 29, 17. Invidiam, tamquam ignem, summa petere, in caput consilii, in ducem incurrere 8, 31. Trepidi rerum suarum in — tribunos militares incurrunt 5, 11. *i. q. in eos invehuntur, accusant eos.*

INCURSARE 5, 31. Agros Romanorum incursavere. Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium 24, 41. Nec erant incursiones modo in agros, aut subiti impetus incursantium etc. 2, 50. In latera utrimque ab tergoque incursantes 22, 28.

INCURSIO 9, 44. In campum Stellatem — Samnitium incursiones factæ. Per expeditiones parvas, plerumque nocturnis incursionibus, tantam vastitatem in agro Sabino reddidit etc. 3, 26.

INCURSUS 2, 25. Primo statim incursu pulsi hostes. cf. 44, 4. Neque hostium ab tergo incursum vidit 3, 5.

INCUSARE 8, 23. Ultro incusabant injurias Romanorum. *conf.* 9, 11. Incusantes violati hospitii fœdus 1, 9. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem 7, 6. Neque desiturum ante invictum vestrum imperatorem incusare 23, 12. Incusaverat, bella ex bellis seri 31, 6. Alii ferocius incusarunt exprobraruntque 33, 35. cf. 40, 27.

INCUTERE 9, 41. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. Vid. *ala*. Scipione eburneo in caput incusso 5, 41. Quem (*metum*) ut pluribus incuteret 1,

49. Postem jam tenenti consuli fœdum — nuncium incutiunt, mortuum ejus filium esse 2, 8. Terrorem ingentem incusserat plebi 6, 38. Tantaque admiratio singularum universarumque rerum incussa (*scilic. legatis*) 29, 22. Quia movendi inde thesauros incussa erat religio 29, 18. Religionem animo incussit 22, 42.

INDAGO 7, 37. Quum præmissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret.

INDE *pro* deinde 1, 2. 5, 39. 9, 10. 21, 11. 42, 55. Caussasque criminum ad plebem, seditionum inde ac legum novarum, præbituram, 5, 20. *Copulandi vim habet, ut et* deinde. Quum alii urbem tuendam, inde alii cedendum fortunæ et tradendam urbem victoribus censerent 25, 15. *i. e. nunc tandem, post talem casum. Nisi pro* vicissim *accipiendum.* Inde rursus ipsa solitudine absterriti 5, 41, *i. e. ab ultimis tectorum, quæ petierant.* Ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpisset, inde se consul devoveret 8, 6. *i. q. in ea parte, in eo exercitu. Similiter* 2, 32. Inde oriundus *pro ex ordine plebeio.* Licet — vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu — usi estis 8, 13. Claustra inde portæque 6, 9. *i. e. ab Etruria.* Inde cognomen factum Poplicolæ est 2, 7. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 94. Jam inde ab initio 1, 2. *cf.* 6, 40. Suo jam inde vivere ingenio 3, 36. Gens jam inde nulla — inferior 21, 31. Quum stupor silentiumque inde ceteros Patrum defixisset 6, 40. *Nempe ex stupore silentium. Sic Bauerus ad h. l.* Rege inde (*ex Sabinis*) sumto 1, 18. E qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, 40, 50. cedere inde, quantum posset : et inde una nocte etc. 25, 35. *Si modo alterum inde genuinum est.* Silentium inde aliquamdiu tenuit. dein etc. 3, 47. Inde equitum certamen — dein etc. 21, 46. Vid. *deinceps.*

INDECORUS 7, 2. Haud indecorus motus more Tusco dabant.

INDEFENSUS 4, 28. Hic præbituri — vos telis hostium estis indefensi, inulti. *cf.* 23, 46.

INDEMNATUS 3, 56. Quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta caussa non liceat.

INDERE 1, 49. Cui Superbo cognomen facta indiderunt, inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur 40, 44.

INDEX 1, 19. Janum — indicem pacis bellique fecit. Altera corona, ejusdem honoris index 7, 37. *it. paullo post :* index omnium assensus.

INDICARE 4, 15. Propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum a patre securi esse percussos. *Cel. Bauerus legendum putat* initam. *Sane speciose.* Vid. *Excerpta Liviana ab illo edita p.* 234.

INDICERE cœtus in domum 4, 25. In agrum Pomptinum, quo a Volscis exercitum indictum audierat 6, 12. *cf.* 40, 21. Aquileiam indicto exercitu 43, 1. *cf.* 10, 38. Priusquam hi consules venirent ad exercitum, qui Pisas indictus erat 40, 41. Clam exercitu indicto 41, 14. Exercitum indicere ad portam 6, 22. Tributum populo indicere 4, 60. Ante delectum indictum 3, 66. Vid. *edicere. Eodem modo justitium. it. comitia et* indici *et* edici *dicuntur.* Comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta 3, 35. Sibimetipse exsilium indixit 39, 52. Quæ tum cecinerit divino spiritu instinctus, ea se nec, ut indicta sint, revocare posse 5, 15. *cf.* 22, 39. Indicta causa 3, 56. Me indicente 22, 39. [Vid. *Stroth. ad h. l.*] *Sic Jul. Cæs. B. G.* 3, 26. Intritus *pro non tritus, affectus, fractus.*

INDICIUM, 39, 8. Falsi testes, falsa signa testimoniaque et indicia ex eadem officina exibant. *i. q. falsi indices.* Avertit ab consciis in insontes indicium 24, 5.

INDIDEM 23, 46. Civis indidem erat. *Particula Livio lubentur usurpata.* Additi erant Bruttiorum indidem perfugæ 27, 12. *cf.* 25, 15. *it.* 28, 1. 39, 11.

INDIGENA 23, 5. Pœnus hostis, ne Africæ quidem indigena. (*Scil. sed alienigena Tyro oriundus.*) Vid. *Duker. ad Flor.* 2, 18.

INDIGETES Dii 1, 2. *Propter merita in cœlum vocati ; quasi inde i. e. e terra geniti, s. indigenæ.* χθόνιοι *Sui. cf.* 8, 9. *Virgil. Aen.* 12, 794.

INDIGNARI cœpit 32, 34. *Pro indignabundus dicere cœpit.* Vid. *increpare ult. conf. Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 190. Quod quisquam indignari posset 1, 35. Imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur 3, 38. *ad q. l.* Vid. *Bauer.* Adsentando indignandoque et ipse vicem ejus 40, 23. Vid. *abominari.*

INDIGNATIO 30, 11. Quum pulsos indignatio accenderet. *conf. Virgil. Æn.* 5, 455. Nec domi tantum indignationes continebant, 1, 10.

INDIGNE 4. 31. Quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.

INDIGNITAS 1, 40. Impensius ei crescit indignitas. *h. e. res ei magis videtur indigna.* Si forte accensum tot indignitatibus cladibusque sociorum detrahere ad æquum certamen possit 22, 13. Illum, omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter apparatum belli fato oppressum 42, 52. Coactus cum multa indignitate prensabat singulos 3, 12. *i. e. cum precibus et lacrimis.* De indignitate (*i. e. iniquitate et insolentia*) satis dictum est. etenim dignitas ad homines pertinet. quid de religionibus etc. 6, 41. Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit 5, 45. *Pro indignatione. cf.* 9, 46. Pleni iræ atque in-

dignitatis animi 7, 7. *Scilicet non indignari potest, nisi qui indignum quid vel expertus sit, vel viderit, e. i. g. a.* Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent 9, 46. Indignitate rerum 3, 38. *i. q. ob rerum indignitatem. Sic fere* 6, 40. Præ indignitate rerum.,

INDIGNUS 22, 59. Indigni, ut a vobis redimeremur. Non indigna pati 31, 30. *i. e. quæ quis ex jure belli pati debet.*

INDIPISCI 26, 39. Quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta navi. *Eodem significatu idem vocabulum occurrit* 28, 30. *ult.*

INDOLES animi ingeniique 9, 17. Magna indoles in Lavinia 1, 30. *i. q. virtus.* Tantam indolem tam maturæ virtutis umquam exstitisse 3, 12. Alta indoles 21, 2. Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale — meruit 21, 4.

INDOMITUS 21, 20. Adeo ferocia atque indomita ingenia esse.

INDUBITATE 33, 40. Quæ indubitate Lysimachi fuerint. *Si quidem sanus locus. Vid. Drakenborch. ad h. l. it. Cel. Ruhnken. ad Vellei.* 2, 60. *Haud dubie aliud quid, quam* indubitate *illo in loco Livius scripsit.*

INDUCERE 7, 16. Exercitum in agrum Privernatum induxit. *cf.* 21, 5. Consules ambo in Ligures exercitus induxerunt diversis partibus 40, 41. Quidam principum postulare, ut præsidia in urbes suas inducerentur adversus amentiam eorum, qui etc. 43, 17. Si reducendi ejus caussa exercitum *(in)* Ægyptum induxisset 45, 11. Ad sinistram portam infrequentes videt: eo — legionis principes — induxit 34, 15. Quâ induceretur aratrum 42, 2. Pulvisque ex distantibus locis ortus velut nube inducta omnia impleverat 1, 29. Nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium Circum complendi 44, 9. Illos — patriam — — induxisse in animum, ut superbo quondam regi — proderent 2, 5. Simul copia materiæ (*ligni,*) simul facilitate operis inducti 21, 26. In agrum injuria possessum a portentibus inducatur 6, 39. *pro reducatur.* Hannibal elephantos in primam aciem induci jussit 27, 14. Manipulos legionum principali via inducit 10, 33. Subsidiariis cohortibus in pugnam inductis 34, 15. Id quibus virtutibus inducti ita judicarint 29, 14.

INDUCIÆ 44, 29. Inducias religione loci præbente. Res est in induciis 7, 38. *cf.* 9, 9. Quum (*Falisci*) in induciis essent 7, 38. Inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt 37, 7. Qui inducias tantum temporis petant 36, 55. *i. q. in tantum temporis; nisi malis cum Dukero* tanti temporis. Inducias in triginta annos impetraverunt 9, 37. *conf. cap.* 41. — induciæ annuæ *ibid.* Induciæ biennii 9, 20. Pactæ induciæ 30, 29. Bellum indictum — tacitæ induciæ quietum annum tenuere 2, 18. *conf. cap.* 64. *it.* 23, 46. *Sunt autem* tacitæ induciæ, *quæ quiescentibus utrimque hostibus fortuito, non ex pacto aguntur.* Necdum enim dies (*induciarum*) exierat 30, 24.

INDUCTIO 44, 9. Horum inductio (*scil. in circum ab apparitoribus facta*) in parte similacrum decurrentis exercitus erat.

INDUERE 1, 56. Juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat. Vid. *B. Patruum ad Tacit. Annal.* 1, 7. Si ex habitu novæ fortunæ, novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur 9, 18. Adeoque novum sibi ingenium induerat 8, 33. Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit 40, 12. *scil. mihi. conf.* 21. 3. Quod mihi cura mea et fides nomen (*patroni plebis*) induit 6, 18. *i. q. imponit. Gr.* ἐνδύσασθαι. Longam indutæ vestem 27, 37. Donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma — induerit 30, 13. Induissent se hastis, nec confertam aciem sustinuissent 44, 41. *i. q. implicuissent.*

INDULGENS 24, 25. Non ferme desunt irarum indulgentes ministri.

INDULGENTIA 23, 2. Luxuriantem (*Capuam*) longa felicitate atque indulgentia fortunæ.

INDULGERE 40, 5. Cui (*odio Philippi in Romanos*) Perseus indulgeret *h. e. quod ille irritabat, alebat.* Qui jam nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum censet 40, 15. Indulgere licentiæ militum 29, 19.

INDURATUS 30, 18. Lentior, ut vides, fit pugna: et induratus præter spem resistendo hostium timor: ac ne vertat in audaciam, periculum est.

INDUS 34, 14. *Sic vocabatur magister et rector elephanti, licet Indus non esset.*

INDUSTRIA 1, 9. Ludos ex industria parat Neptuno. Ex industria factus ad imitationem stultitiæ 1, 56. De industria 1, 45.

INENARRABILIS labor 44, 5.

INENARRABILITER 41, 15. Inenarrabiliter jecur omne absumtum.

INERS 24, 18. Additumque inerti censoriæ notæ triste senatusconsultum. *Si* inerti *est a Livio, significat haud dubie: quæ nihil damni aut molestiæ afferebat, habebatque nihil aliud præter ignominiam levem, ut docet Cicero in Cluentiana. Comparentur, quæ ad voc. seq. dicta sunt. Hic pensitatis vix desiderabitur alia lectio.* Vide *tamen Cel. Strothium ad h. l.* Brutus, castigator lacrimarum atque inertium querelarum 1, 59. Quis — vel iners atque imbellis, fortissimum virum non vicerit 44, 38.

INERTIA 33, 45. Et inertia operis, nec sine armorum sonitu excitari posse, *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 209. *Sic Ciceroni dicitur* inertia laboris *Or. pro Q. Roscio cap.* 8. [*Vereor ut locus Ciceronianus, quo jam*

Dovitathus usus est, Liviano a viris doctis haud temere tentato suppetias ferat. Haud displicet Baueri torpere; *perplacet Rubenii* sopiri.]

INESCARI 22, 41. Velut inescatam temeritatem ferocioris consulis — esse. Et quum feræ bestiæ cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur et refugiant, nos, cæci, specie parvi beneficii, inescamur 41, 23.

INESSE 9, 16. Præcipua pedum pernicitas inerat. *Scil. Papirio Cursori.* Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem etc. 42, 39. Inter quæ maxima inerat cura duci 23, 35. Jacula — præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest 26, 4.

INEXPERTUS 6, 18. Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto. Novam inexpertamque eam potestatem (*tribunor. pleb.*) eripuere patribus nostris, ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium 3, 52. *Vid. Virgil. Æn.* 4, 415. Exercitum in tectis habuit adversus omnia humana mala sæpe ac diu duratum, bonis inexpertum atque insuetum 23, 18.

INEXPIABILIS 4, 35. Bellum inexpiabile *i. e. culpa belli contracti inexpiabilis.* [*Græcorum πόλεμος ἄσπονδος.*] Cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum adversus regnum Macedonum geramus 41, 24. Inexpiabile odium 2, 17. *al.* inexplicabile. *Vide B. Patruum ad Tacit. Annal.* 3, 73. [*Clav. Ciceron. v.* inexplicabilis.]

INEXPLEBILIS 28, 17. Unus, qui gesserat, inexplebilis virtutis veræque laudis.

INEXPLICABILIS 40, 33. Inexplicabiles continuis imbribus viæ tenebant.

INEXPLORATO procedere 38, 18. *it.* proficisci 21, 25. *cf.* 6, 30. *it.* 27, 26.

INEXPLORATUS 43, 4. Vicina etiam inexplorata erant.

INEXPUGNABILIS via, 31, 39. Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore 2, 7. Quarum (*urbium*) pleräsque, munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat 5, 6. Quum et loco et præsidio valido inexpugnabilis res esset, abstitit incepto 42, 67.

INEXSUPERABILIS vis fati 8, 7. *i. q. ineluctabilis.*—ripa 44, 35. Inexsuperabiles Alpes 5, 34. *it.* paludes inexsuperabilis altitudinis 44, 46. *cf.* 42, 54. *it.* 43, 18. Voluntati quidem et studio in colendis vobis adjicere (etenim inexsuperabilia hæc erant) nihil potui 37, 53.

INFABRE 36, 40. Vasis non infabre suo more factis.

INFACUNDUS 7, 4. Infacundior et lingua impromptus.

INFAMIA 22, 39. Si te neque collegæ vana gloria, neque tua falsa infamia moverit. Invidiam infamiamque ab Lucretio averterunt in Hortensium etc. 43, 4. Ita, nequidquam inter se captati, nihil præte infamiam movere 44, 25.

INFAMIS auctor deserendæ Italiæ post Cannensem cladem 27, 11. Infames Karthaginienses 34, 62. Multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito 42, 5. *conf.* 10, 2. Transfugam, sine magnæ rei proditione venientem ad hostes, nihil aliud, quam unum vile atque infame corpus esse ratus 22, 22. Infames nuptias petisse 36, 15. (*e Græcia.*) Jam Romæ etiam sua infamis clades erat 9, 7. — infamis cunctatio 22, 15. Vidisse sponsione infami obligatos 9, 8. Ob infamem et invidiosam senatus lectionem 9, 29. Quum rem invisam infamemque cernerent 25, 2. Quorum mors infamem annum pestilentia fecerit 8, 18. Infames frigoribus Alpes 21, 31. Vid. *Alpes.* Aliquanto magis infamis mors Pisonis (*tamquam non naturalis*) cœpit esse 40, 37.) Captarum etiam pecuniarum — suspicione infamis 42, 45. Cunctationem suam infamem apud socios esse 42, 57. Quæ colloquia occulta et legationes infames quidem erant 44, 24.

INFANDUS 28, 9. Ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Oratio habita — — de stupro infando Lucretiæ et miserabili cæde 1, 59. Priusquam infanda merces perficeretur 5, 49.

INFECTUS 38, 1. Infecta pace dimissi. *cf.* 8, 37. — infecta re 5, 4. *cf.* 42, 16. Bello infecto repente omisso 8, 12. In quæ (*castra*) infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis 9, 23. *i. q. æquo Marte.* Omnia pro infecto sint 9, 11. Argentum infectum 34, 10. *Oppos. signatum.*

INFELICITAS 40, 55. Infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter perisset, censebat.

INFELICITER 2, 35. Haud facile credebant, plebem suam impelli posse, ut toties infeliciter tentata arma caperent. Locorum magis præsidio adversus infeliciter expertam vim, quam armis, se defensuri 41, 1

INFELIX. *Vid. supra in v.* arbor. Puell infelicem formam deplorant 3, 48. Su infelix erga plebem Romanam studium, 56.

INFENSUS 2, 34. Adeo coorta erat fensa plebs. *pro* infense. *Id ex more G corum Livius facit sæpissime, ut adject adverbiorum loco adhibeat. Vid. Dra boroh. ad h. l.* Infensus ira 1, 53. accusator apud judices infensos deerat 46. Huic infensus crudelitati Junius 9, Tum et oppugnantibus animus crevi infensius hostes pro vallo pugnaba 15. *Nisi legendum cum Dukero* impen *aut cum Perizonio* intentius.

INFERNI dii 24, 38. Diique omnes lestes, vosque terrestres, vosque infe 32.

INFERRE 1, 13. Ausæ se inter tel lantia inferre. *cf.* 9, 27. Patres circ plebem inferentesque se in circulos

mones tempori aptos serere 3, 17. Quum corpora nuda (*sua, virgis mulcata a se*) intulissent in civium cœtum 8, 27. Quum se in mediam concionem intulisset 5, 43. Quo magis se hostis inferebat 2, 50. *i. q. aggredi.* Ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu facto, strage ac ruina fudere Gallos 5, 43. *absolute.* Inferre se hostibus 2, 30. *i. q. aggredi. cf.* 6, 12. Dum se — in mediam dimicationem infert 3, 5. Obsidio urbi infertur 6, 29. In eum agrum qui — hostilia arma inferrent 7, 31. Qui incestas manus intulisse intra terminos sacratos templi dicantur 45, 5. Moram suam hesternam velut deorum quadam providentia illatam etc. 1, 51. Duplex inde terror illatus Romanis 9, 21. *cf.* 6, 12. — timor 28, 21. — metus *ibid. cap.* 44. Clamore renovato inferunt pedem 7, 8. Inferre pugnam 10, 41. — vallum usque ad stationem 8, 38. — Scalas ad mœnia 32, 24. — mentionem 38, 34. *cf.* 3, 43. *it.* 4, 1. — sermonem 49, 11. — fraudem 27, 28. Quas (*naves*) trepidatio in vada intulerat 10, 2. Quod (*flumen*) — mari Adriatico infertur 44, 31. Infert in mediam cædem pavidos fuga 4, 33. Victorem hostem signa in perculsos inferentem 9, 27. Trepidantibus inferunt signa Romani 3, 18. Ut signa in urbem inferrent 44, 12. Tum illam tempestatem coortam, quæ ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intulisset 38, 10. *cf.* 28, 30. Donec impetu illati ab suis excluduntur 4, 39. Velut vecordes illati 9, 28. *Simpliciter dictum.* Vid. *Examen.*

Infestius exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumque 8, 32. *Paulo post*: et ipse infensus aderat. Vid. *Inimice.* De nullis enim, quam de vobis, infestius aut inimicius consuluerunt 28, 29.

Infestus 1, 23. Infesto exercitu in agrum Albanum pergit. *Proprie dictum; nam infestus i. q. aggressor.* In Postumium — equum infestus admisit 2, 19. Infestis signis consistere 2, 30. Quum infestis cuspidibus concurrissent 8, 7. Infestissimum bellum 9, 12. *it.* ira infesta 7, 30. Infesta civitas 3, 24. *i. q. discors.* Infestam effecerat (*regionem*) 34, 62. *i. e. infestis armis occupaverat.* Regio infesta ab Samnitibus 10, 46. *i. e. infestata. Sic et* 6, 5. Multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse, quam a Volscis fuerit. *v.* hostiliter. Si ora Italiæ infestior hoc anno, quam Africæ, fuit 24, 8. Tum vero in dies infestior Tullii senectus, infestius cœpit regnum esse 1, 47. Adeo infestum omnem Romanum agrum reddidit 2, 11. Ex loco infesto agere porro armentum occepit 1, 7. Saltus, etiamsi bello non fiat infestus, transitu difficilis 44, 6. Qua (*nocte*) fugam infestam Samnitibus — fecit 10, 44. Inter omnia inimica infestaque 22, 39. Consul — nulli fugientium infestus agmini 22, 49. *Nisi legendum cum aliis aut* immistus, *aut* ingestus. *aut* insertus. *Vid. Bauer. ad h. l. pag.* 69. Ex familia infestissima Patribus 4, 54. Infestam senatui plebem ratus etc. 28, 2. Animi regno infesti 1, 57. Bonis, tergo, sanguini civium infestus 3, 37. Perosus decemvirorum scelera, et ante omnes fratris filii superbiæ infestus 3, 58. Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo 42, 22. Non pugnandum cum infesto tempore anni 48, 22.

Inficiari 40, 55. Alii tormenta etiam inficiantem perpessum adfirmant. Quum interrogati non inficiarentur 48, 7.

Inficias ire 6, 40. Neque nego neque inficias eo. Vid. *negare.*

Infidus 1, 14. Infida societas regni. *i. e. parum tuta; nam ipsorum concors regnum fuit, quemadmodum ipse Livius dixit.* Sub specie infidæ pacis 9, 45. Suspectaque ei gens erat, quum ob infida multa facinora, tum — ob recentem Boiorum perfidiam 21, 52.

Infimus 8, 2. Precibus infimis petiere, ut etc. *conf.* 29, 30. Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci 1, 9. Vid. *niti.*

Infinitivi *in eadem periodo stili relativi verbo finito juncti* 2, 3. Legati alii alia moliri — consilia struere — et nobilium adolescentium animos pertentant.

Infinitus 3, 9. Infinita potestas. *de consulatu. Vid. Intt. ad h. l.*

Infirmitas 45, 19. Infirmitate ætateque Eumenis.

Infirmus 7, 30. Quam (*amicitiam*) si secundis rebus nostris petissemus: sicut cœpta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset. Vid. *vinculum.*

Infit 1, 23. Ibi infit Albanus.

Infixus 29, 18. Religio infixa animis.

Inflammare 10, 2. Vicos expugnant, inflammant tecta. Ad hæc quum inflammarentur animi 4, 56. Inflammatus ita 2, 6.

Inflare spem alicujus 35, 42. Inflavit ad intolerabilem superbiam animos 45, 31.

Inflatus amnis aquis 21, 19. *cf.* 23, 19. *it.* 40, 33. Inflati vano nuncio 24, 32. *i. q. irati.* His simul inflatus exacerbatusque 6, 18. Intempestiva jactatione severitatis inflatus 29, 37. Filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis, ac muliebri spiritu 24, 22. Tanta sua clade jam inflatos excidio coloniæ Romanæ augere hostium animos 31, 10. Opinionibus inflato animo 6, 11. *it.* 24, 6. inflatus assentationibus.

Informis 21, 32. Informia tecta imposita rupibus. Alvei informes 21, 26.

Infortunium 1, 50. Nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem et filium — ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Infra 39, 43. Tum illam infra eum accubantem negasse, umquam vidisse quemquam securi ferientem etc.

Infractus 38, 14. Oratio submissa et infracta. Si ille præpotens opibus popu-

lus — adeo infractos gereret animos 7, 31. Nihil infractus ferox Appii animus 2, 59.

INFRENATUS 37, 20. Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *i. e. frenatos, quod* negligentia *addita et contextus docet, quum alibi* infrenatus *idem sit quod* non frenatus, *ut vel ex locis subjectis patet.* Generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos 21, 44. *Intelliguntur haud dubie* Numidæ infreni, *qui Virgilio dicuntur.* Eos ipsos (*equos*) non sternere, non infrenare aut ascendere facile poterant 37, 20. Vid. *frenatus.*

INFREQUENS exercitus 43, 11. Stationes infrequentes relictas 7, 37. Agmenque fugientium ab signis, quum præter mœnia eorum infrequentia conspecta signa essent etc. 7, 8. *i. e. quæ sequerentur pauci milites. Ceterum vide, quæ notavimus ad v.* signum. Incompositi, longo agmine effusi, infrequentes 43, 10. Infrequentia armatis signa egressa 10, 20. Infrequentes jam in regia 40, 8. *i. e. qui non sæpe regiam adeunt.* Qua infrequentissima urbis sunt 31, 23. *Opponuntur ibidem* frequentia ædificiis loca.

INFREQUENTIA 7, 18. Per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. Per infrequentiam senatus 2, 23.

INFRINGERE 8, 39. Hoc demum prœlium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent etc. Cujus animum nec prospera fortuna flatu suo efferet, nec adversa infringet 45, 8. Infractis omnibus hastis 40, 40.

INFULÆ 25, 25. Legati cum infulis et velamentis venerunt. Claris insignibus, velut infulis velatos, ad mortem destinari 2, 54. Tota multitudine cum infulis obviam effusa 45, 26.

INFUSUS 37, 30. Si qua (*navis*) concurrerat, obruebatur infuso igni. *Scil. a navibus ignes præ se portantibus.*

INGEMISCERE 21, 53. Quantum ingemiscant patres nostri, circa mœnia Karthaginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam etc. *Vid. quæ notavimus nos in Glossario Ammianeo ad h. v.* Ingemiscere filii desiderio 40, 54.

INGENERARE 5, 27. Quam (*societatem*) ingeneravit natura.

INGENITUS 8, 7. Ingenita caritas liberûm. Ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti sæviunt in prædam 41, 18.

INGENIUM luxuriare gloria 2, 48. *i. q. evanescere, corrumpi. cf.* 42, 30. *ubi est*: ingenium ventosum. Vanum ingenium dictatoris corrupit 1, 27. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset 3, 45. Levissima fidei mutandæ ingenia 28, 44. Inter tam mobilia ingenia 43, 22. Inter mitiora hominum transibat ingenia 27, 39. Ingenium liberius, quam virginem decet 4, 44. Quin — invisimusque præsentes nostrarum ingenia 1, 57. Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat 6, 22. Præceps, ingenio in iram erat 23, 7. Ut usu belli et ingenio impavida gens turbaretur 42, 59. Habitu — novi — ingenii, quod sibi victor induerat 9, 18. Consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur — vino oneratos sopiunt 9, 30. Mago risu circumstantium in tam rudibus et moris omnis ignaris ingeniis 40, 47. Ingenio suo vehemens imperium 2, 30. Ingenia artificum 31, 26.— locorum 28, 12. Provinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse 40, 35. Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor 1, 18. Suo jam inde vivere ingenio cœpit 3, 36. Numquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit 21, 4. Vid. *cœlium, mitis, stupere.*

INGENS 4, 6. Quum Canuleius victoria de patribus et plebis favore ingens esset. *Sic* 42, 12. Ingens auctoritate *dicitur.* Latinos (*primipilus*) viribus ingens bellatorque primus, 8, 8. *vid. Virgil. Æn.* 1, 99. Ingens inde haberi captivus vates cœptus 5, 17. Insignem dolorem ingenti comprimi animo 9, 38. Ingens ad incrementa gloria 29, 26. Ingens vis morbi 2, 36. — clades 24, 8. De se ingentia polliceri 1, 47. Ingens — magnum — maximum 6, 6. Devictum et captum ingentis nominis regem 30, 17.

INGENUUS 10, 8. Qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra, quam ingenuos.

INGERERE 2, 65. Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes. *cf.* 9, 35. Glandes et sagittas, simul et jacula ingerebant 36, 18. Vocis verborumque, quantum voletis, ingerent, et criminum in principes, et legum aliarum super alias et concionum 3, 68. *vid. Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 237. Ingessissetque probra M. Junio, quod se etc. 41, 10. In Galbam — probra ingerere 45, 36.

INGRATUS 1, 26. Tristis ingratique ad vulgus judicii auctor. Quæ et quanta decora fœda cupiditas regni non ingrata solum, sed invisa etiam reddiderit 6, 20. Molem ad Terracinam, ingratum opus, quod etc. 40, 51.

INGRAVESCERE 10, 21. Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum.

INGREDI 21, 56. Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit, transgressique in castra pervenerunt. Ingredi hostium fines 9, 8. In Samnium jam ingressum revocari 8, 23. In urbem est ingressus 4, 41. Ingressus in castra ab direptione abstrahere non poterat 38, 27. Vix in ea, quibus fidit, ingredientem 45, 28.

INGRESSUS 24, 34. Eadem caussa ad subeundum arduum aditum, instabilemque ingressum præbebat.

INGRUERE 41, 21. Pestilentia ingru-

erat in boves. Eadem in illos ingruit fortuna, quæ nuper nos afflixit 26, 41. Ceteræ belli clades, quæ in nos — ingruerunt 28, 44. Ni eadem vis mali in hostes ingruisset 29, 10. Neque duorum modo monita, ingruente fato, spreta 5, 32.

Inhabilis 44, 28. Inhabile navium genus. Regia (*navis*) una inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant 33, 30. Quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est 24, 34. Multitudinem — ad consensum inhabilem fore 26, 16.

Inhærere 27, 42. Equites tergo inhærebant. Qua inhæserant vinculis membra 1, 28.

Inhibere 3, 38. Neque animis ad imperium inhibendum imminutis. *i. q. adhibendum. cf. cap.* 59. *it.* 36, 28. 2, 50. [*vid. Bauer. Ind. ad Exc. Liv. h. v.*] Consuli se, damnum aliamque coërcitionem — detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse 4, 53. Inhibito salubriter modo nimiæ potestatis 3, 59. *nisi fortasse legendum* potestati. *vid. Intt. ad h. l. it. Bauer. pag.* 161. Quod permixtæ cum hostium navibus inhibere sæpe tela cogebant 30, 10. Neque retro navem inhiberent 26, 39.

Inhonestus 29, 18. Ignobili atque inhonesta morte occubuit.

Inhonoratus 10, 24. Posteaquam ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset. *cf.* 37, 54.

Inhorrere 8, 8. Haud secus quam vallo septa inhorreret acies.

Inhumanus 1, 48. Fœdum inhumanumque inde traditur scelus. Inhumana crudelitas 21, 4.

Injicere 5, 27. Tanta mutatio animis est injecta. *Etiam absolute dicitur idem* 26, 36. Tanto certamine injecto. *it.* 32, 30. Tumultus anceps injectus. Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere? 34, 4. *vid. Drakenborch. ad* 3, 64. Vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum est 10, 13.

Inimice 26, 13. Quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus. De nullis enim, quam de vobis, infestius aut inimicius consuluerunt 28, 29. *alii:* iniquius.

Inimicitia 27, 35. Inimicitiæ autem nobiles inter eos erant. Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant, sæpe multis, et in senatu, et ad populum atrocibus celebratæ certaminibus 40, 45. Quum sint nobilissimæ sibi cum consule inimicitiæ 39, 4. Quam is eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret *ibid.* Non tam, quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipsorum odiis inter se accensæ 44, 24.

Inimicus 35, 12. Tam inimici infestique erant Romanis. *Videtur potius, auctoribus codicibus, legendum:* tam inimice infesti. [*Sed vid. locum statim laudandum, it. v.* inimice.] Inter omnia inimica infestaque 22, 39. Naturâ inimica inter se esse liberam civitatem et regem 44, 24. Inimicæ regibus familiæ 29, 29. *cf.* 39, 47.

Inique an jure occidissent, quos occiderant 39, 48.

Iniquitas 9, 38. Septam (*gentem*) non hostium magis armis, quam locorum iniquitatibus esse.

Iniquus ascensus 44, 33. — iniqua via 9, 27. — iniquum pondus 5, 48. Ubi quid iniqui esset 5, 47. *præcedit:* ascensu æquo. Temporibusque iniquis regum imminens 40, 57. Tributum iniquo suo tempore imperatum 2, 23.

Inire bellum cum aliquo 31, 5. *cf.* 36, 1. — magistratum 40, 35. Triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt 3, 24. *cf. cap.* 13. Quia in urbem non inierat 24, 9. Ne idem convivium ineat 4, 4. Occidendi sui consilium me inisse 40, 12. Aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum 44, 34. *leg. c. aliis* finituros, *aut* debellaturos, *quod ex* bellum inituros *fieri facile potuit.* Ne jura hospitii — secum — initi — fallat 29, 24. Vaccam æneam — ab agresti tauro — initam ac semine adspersam 41, 13.

Initiare 39, 9. Bacchis eum se initiaturam. Ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus 10, 38.

Initium ordiundæ rei *Præf.* Initium primum 6, 12. *cf.* 21, 20. Ubi prima initia inchoastis libertatis vestræ 3, 54. Initia erant, quæ primo paucis tradita sunt etc. 39, 8. *de sacris nocturnis.* Haud parvo initio minuere jus libertatis 23, 10. Quod tribuni militum initio anni fuerunt 4, 7. Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquius in republica patrum majestate fuisse 6, 40.

Injungere munus 3, 35. — injuriam 3, 65. — onus 26, 35. — pœnam 38, 8. — laborem 5, 4. — stipendium 42, 50. Neu Fabiæ genti eam injungeret ignominiam 8, 32. *nisi legend.* inureret. *vid. Intt. ad h. l. cf.* 9, 3. Venisse tempus ratus, per ultimam necessitatem legis agrariæ Patribus injungendæ 2, 43, *nostri: aufdringen, aufzwingen.* Opere ac vineis demum injunctis muro 10, 34. *cf.* 4, 10. Agger injunctus muro 43, 19. *de oppugnatione urbis.* Vid. *incumbere.*

Injuratus 10, 41. Pariter jurati injuratique fugiunt. *cf.* 2, 46.

Injuria raptarum 1, 13. — legatorum violatorum 44, 30. Injuria muliebris 26, 49: *i. e. quæ infertur formosis mulieribus. Similiter* 4, 1. Injuria agri abjudicati. — *ibid. cap.* 33. Scelus legatorum interfectorum. [*cf. Virgil. Æn.* 1, 27.] Ante regiam injuriam 1, 59. Si ex nullius injuria quidquam ei (*Prusiæ*) datum esse vellet 45, 44. Quæ propria deorum immortalium contemptio atque injuria est 6, 41. Pertinaces ad obtinendam injuriam 29, 1. *i. q. ad retinendum id, quod injuria posse-*

derant. Injuria judicii 4, 10. *i. e. per judicium facta.* Omnis injuriæ insons 41, 24. Etsi minus injuriæ vestræ, quam meæ calamitatis meminisse juvat 5, 54. Pertinet ad me major injuriæ pars 1, 10. *cf.* 3, 44. Cui ex injuria insanientis exercitus caussa recte committatur 7, 39. *vide Cel. Strothium ad h. l.* Sine damno injuriaque agrorum, per quos iter etc. 41, 22.

Injurius 43, 5. Indicta causa damnari absentem — injurium esse (*injustum.*).

Injussus 3, 63. Populus injussu et altero die frequens iit supplicatum. *cf.* 7, 12. *it.* 9, 46. Jussu injussu imperatoris pugnent 8, 34. *cf.* 10, 4. Injussu meo Albani subiere ad montes 1, 28. Jurejurando — adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros 22, 38. Injussu imperatoris, scaphis, haud secus quam naufragos, milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasisse 29, 27. Ita enim obstinatos esse milites, ut — injussuque abituri inde essent, si non dimitterentur 40, 35.

Injustus 7, 29. Samnites Sidicinis injusta arma — — quum intulissent. Fœnus injustum 42, 5.

Innare 21, 26. Nihil, dummodo innare aquæ et capere onera possent, curantes.

Innavigabilis Tiberius 5, 13.

Inniti 4, 19. Hasta innixus. Cuspide parmaque innixus 8, 7. Scuta innixa humeris 8, 8.

Innocentia 2, 3. Periculosum esse, in tot humanis erroribus, sola innocentia vivere. *i. q. innocenter.* Rigidæ innocentiæ (*Cato erat*) 39, 40.

Innoxius crimine 4, 4. *Similiter* 7, 10. In Faliscos eodem noxios crimine vis belli conversa est. — insons crimine 4, 15. Innoxia ad imum labebantur 44, 9. *i. q. sine damno.*

Innubere 1, 34. Tanaquil, summo loco nata, et quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quæ innupsisset. [*Bauerus in ind. h. v.:* pro, quibus, in quæ, in quam domum.]

Innuere 8, 4. Respondeamusque Romanis, nos, ubi innuerint, positurus arma.

Inopia 4, 12. Dispensatio inopiæ. *i. e. frumenti, cujus copia vix modica erat.* Inopia agrorum 38, 17. Inopia omnium rerum attenuata 45, 11. — cibi 5, 47. Janiculum quoque adjectum, non inopia loci, sed etc. 1, 33. *i. e. non, quod angustior esset.*

Inopinatus 6, 40. Neque novum neque inopinatum mihi sit.

Inops 44, 4. Neque manere in jugo inopi. *Supra:* via inops aquarum. *it.* 22, 39. Castellum inops. — inops consilii 26, 18. *cf.* 23, 7. *it.* 44, 2. *Virgil. Æn.* 4, 300. Inops animi. Inopi tum urbe a longinqua obsidione 2, 14. (*de commeatu.*) Quamvis inopem parvumque collem, 5, 42. Coacti inopes (*parum potentes*) ad opulentiorum auxilium confugere 7, 29. Quod si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego ad Deos — — confugiam 9, 1.

Inordinatus 40, 28. Dispersi, inordinati exibant. Incompositos atque inordinatos fugant 44, 12. *vid.* inconditus. *it.* incompositus.

Inprimis 5, 68. *i. q. ab initio. Opponitur enim* deinde. *Similiter* in primo *dict supra notavimus.*

Inpromtus 7, 4. Infacundior et lingua inpromptus.

Inquietus 1, 46. Uxore Tullia inquietum animum stimulante. *cf.* 3, 46. Inquieta nox 5, 42. Vid. *tranquillus.*

Inquinare 29, 37. Fœdum certamen inquinandi famam alterius. Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinavit 9, 46. Vid. *contaminare.*

Inquirere 40, 20. Inquisitum missi de iis, quorum etc. Quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est 9, 25. *de conjurationibus.*

Inquit 9, 9. *pro* inquis, *quod Drakenborchius præter caussam recepit. Optimi enim scriptores sic dicunt. cf.* 34. 5. *fortasse etiam* 6, 40. [*ubi vid. Stroth.*] *it.* 27, 7. —*pro* inquiunt 34, 3. Ut auro et purpura fulgeamus, inquit. *Gr.* φησί. *vid. Drakenb. ad h. l. Nec mirum, numeros in h. v. confundi, id quod et in aliis fit, v. c.* age *pro* agite. *cf.* 29. (Agitedum *occurrit* 5, 32.) *Sic* 4, 6. Consules — — respondit. — *Sæpius etiam* inquit *omittitur. vide Drakenb. ad* 9, 1. Inquit *pr.* precatus est 1, 12. Romulus — Jupiter, inquit, tuis jussus avibus etc.

Insanabilis 1, 28. Nunc quoniam tuam insanabile ingenium est, at tu etc. Nihil certe insanabile, nec quod bello et armis persequendum esse censeatis commisi 42, 42.

Insania 7, 2. Quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

Insanire 7, 39. Cui ex injuria insanientis exercitus caussa recte committatur. Consul demum cœpit *furere* — hic, — priusquam castra videat, aut hostem, *insanit* 22, 39.

Insanus, *ut improbus, pro permagno dicitur.* 32, 17. Trepidationem insanam præbere. *Sic* 30, 39. Insani montes *dicuntur.*

Insciens 7, 5. Inscientibus cunctis cultro succinctus ad — tribunum pergit.

Inscienter a Græco inflata (*tuba*) 25, 10.

Inscientia 26, 2. Multos imperatorum temeritate atque inscientia exercitum in locum præcipitem perduxisse. *cf.* 22, 25. *it.* 8, 33. *ubi tamen* inscitia *est in plerisque.*

Inscitia 6, 30. Ab ducibus utrobique

proditæ temeritate atque inscitia res. *cf.* 7, 34.

Inscius 1, 54. Cum inscia multitudine, quid ageretur. Haud inscium ejus dimicationis 3, 48. Insciis adversariis 3, 49. *i. q. non observantibus.* Fœdus, quod nobis insciis icit 21, 18.

Insculpere 2, 33. Fœdus — columna ænea insculptum.

Insectari 3, 65. Insectandis Patribus — tribunatum gessit. Quo minus insectanti me magistro equitum — imperium mecum æquaretur 28, 40. *cf.* 2, 27.

Insectatio 21, 47. Sine insectatione hostis. Insectatio principum 22, 34. Inde illam absentis insectationem esse natam 1, 51.

Insectator 3, 33. Pro truci sævoque insectatore plebis.

Insepultus 1, 49. Romulum quoque insepultum perisse. Nec satiatus vivorum pœna insepultos projecit 29, 9. Eorum strages per omnes vias insepultorum erat 41, 21.

Insequens 9, 42. In insequentem annum. *cf.* 9, 33. Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi 7, 40. Insequentes consules 9, 28.

Insequi effusos 10, 19. — promovent — signa, insequitur acies ornata 10, 40. *cf.* 24, 16. Insequutosque, qui — dicerent 3, 50. *i. q. sequutos, subsequutos.*

Inserere 27, 23. Minimis rebus prava religio inserit deos. Factionibus inserere publicam auctoritatem 33, 47. Dum suas quisque nunc querelas, nunc postulationes inserit 35, 17. *ad quem locum vid. Bauer. pag.* 237. Nihil patricium magistratum inseram concilio plebis 6, 38.

Inservire 45, 37. Parum avaritiæ suæ inservitum censent.

Insidere 1, 21. Deorum assidua insidens cura. Vid. *assiduus.* Insidens animo tacita religio 8, 6. Omen lætum insidebat animis 45, 1. Virgo insidens equo 2, 13. In urbe insidentem tabem crescentis in dies fœnoris pati 7, 38. Imminentes tumulos insidentes montani 21, 32. Omnes saltus insidere præsidiis statuit 44, 2. Silvestribus locis insidere 9, 24. Insessis omnibus viis 9, 15. *cf.* 25, 13. Fugientes eos persequentes effusius in vallem insessam ab hostibus præcipitant 43, 23. Porsena Janiculum insedit 6, 40. *cf.* 9, 25. *it. cap.* 31. *et* 34. Quæ (*castella*) validis præsidiis insedissent 44, 35.

Insidere 3, 50. Eunt agmine ad urbem et Aventinum insidunt.

Insidiæ 9, 31. Furto insidiarum. Ut ad hostes magno conatu profectus in insidias præcipitaret 7, 6. Vid. *fraus.*

Insidiari 23, 35. Huic Gracchus insidiandum tempori ratus. Quum ipse — per occulta cum suis colloquia dies noctesque insidietur; ultro mihi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris, speciem induit 40, 12. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 301. [*Præstat interpunctio Gronoviana, quam Bauerus adscivit.*]

Insigne 2, 7. Submissa insignia imperii. *i. e. fasces.* Et hoc insigne regium (*fasces*) in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret 3, 36. Demto capitis insigni, purpura atque alio regio habitu æquaverat ceteris se in speciem 27, 31. *cf.* 24, 21. Nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus 24, 5. *i. e. diademate, satellitibus e. t. g. a.* Ut in fortunæ pristinæ honorumque aut virtutis insignibus morerentur 5, 41. Magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum projecit 2, 23. Ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus 9, 40. Tunicæque pictæ insigne dedit 1, 20. Nostris (*regiis*) decoratus insignibus 2, 6. Sacerdotes — suis insignibus velatos 2, 39. Insignia ordinis libertini 45, 44. In prætoria nave insigne nocturnum trium luminum fore 29, 25.

Insignis vestis 1, 20. *de prætexta.* Insigna spolia 10, 39. — insigne nomen 29, 14. *it.* 6, 18. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 233. — insignis dolor 9, 38. — insignior contumelia 4, 4. *nisi cum Drakenborchio leg.* insignitior. [*Cf. Parei Lexic. Critic. pag.* 617. a.] Insignis calamitas 2, 23. Insigne maxime fuit 9, 38. (*quod consul vulneratus erat.*) Magis insignis sordibus et facie reorum turba Manliana erat 6, 16. Quorum fluitantia arma — insignem victoriam fecere 1, 37. *i. e. significavere.* Marcellus — collaudata gente — insigne adversus Persea odium Romanorum fecit 42, 6. *i. e. maxime declaravit.* Diemque — duplici, clade insignem — Alliensem appellarunt insignemque rei nulli publice privatimque agendæ fecerunt 6, 1. *cf.* 2, 40. Annus insignis incendio ingenti 30, 26. Insigne (*genus Fabium*) spectaculo erat 2, 46. *poterat illud* insigne *abesse, ut abest supra cap.* 5. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit 40, 59. *de eo, quod non in oculos cadit, quum tamen sermo sit de pompa triumphali.* An castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse 7, 4. *i. e. conspicuum, sensu malo.* Insignis ad invidiam locupletiorum fortuna 1, 47. In — ad memoriam insigne est 24, 49.

Insignire 4, 29. Postumius nulla tristi nota est insignitus. *Nempe non Postumiana, sed Manliana imperia dicta sunt.*

Insignitior ignominia 7, 15. — contumelia 4, 4. [Vid. *ad v. insignis.*] — insignitius nomen 7, 6. Quo insignitius omissa res Æmilio exprobraretur 8, 13.

Insilire 8, 9. Armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.

Insimulare 3, 40. Quod — ante idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent. Facinus insimulati falso crimine senatus 6, 16. *conf.* 4, 56. *it.* 28, 43. Neque aliud quam patientia, aut pudor, quod le-

gato pepercisset, insimulari posset 29, 20. Eumenes — mactatus, quem insimulet, piget referre 42, 40. Postremo, quum suspectum se esse cerneret, et proditionis interdum crimine insimulari, ad Romanos transfugit 44, 16.

INSINUARE 9, 2. Eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda. *i. e. intraveris.* Romani, quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos 44, 41. Fraudis quoque humanæ insinuaverat *(se)* suspicio animis 40, 37. [Vid. *Parei Lexic. Critic. pag.* 617. b.]

INSISTERE 22. 51. Ad spolia legenda — insistunt. Sensitque acies, æquo se jam institisse loco 9, 31. Bellum ipsis institit mœnibus 2, 51. Quibus dies noctesque fugientibus institistis 27, 13. Fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis 42, 60. In statione severius et intentius institisti 45, 37. Cuinam rei insisteret 37, 60. Dicitur Servilius — institisse filio, ut etc. 4, 46. *i. q. suasisse.* Orare insistunt 8, 35. *cf.* 24, 26. Institit deinde reputare secum ipse 30, 12. *cf.* 25, 19. *it.* 35, 11. Agrum — institit vastare 40, 39. Promissis enim ingentibus præmiis petere institit ab eo rex 42, 17. Ad regem accurrit, et monere institit 42, 59. Vestigiis institit sequi 27, 2, *cf. cap.* 12. Prope vestigiis abeuntium insistebat 25, 33. *cf.* 5, 30. *it.* 24, 4. Iter, quod insistis 37, 7.

INSITUS 42, 39. Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes etc. Insita hominum libidine alendi de industria rumores 28, 24. Nec virtus modo insita, sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos 9, 14.

INSOCIABILIS et indomita gens 37, 1. Omni generi humano insociabiles erant 27, 39.

INSOLENTER 23, 36. Ab re bene gesta insolenter lætum exercitum tironum etc.

INSOLENTIA 28, 18. Avidius se Pœni ex insolentia voluptatibus immerserant. *i. e. quia insolitæ ipsis fuerant.*

INSOLITUS 10, 28. Insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. *i. e. insuetos.* [*Græca constructio. Sic et* insuetus. *vid. infra h. v. it. Cic. ad Attic.* 2, 21.] Quibus insolita atque insueta sunt 38, 17.

INSOMNIUM 25, 38. Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant, et excitant sæpe somno. *cf. Virgil. Æn.* 4, 386. *it. Liv.* 40, 56.

INSONS 34, 32. Insontes publici consilii. *i. e. non participes mali consilii publici. cf.* 22, 49. Omnis injuriæ insons (*Perseus*) 41, 24.

INSPECTATA spolia Samnitium, et decore ac pulchritudine paternis spoliis — comparabantur 10, 46.

INSPERATUM 9, 7. Tamquam in patriam revertentes ex insperato incolumes. *cf.* 1, 25. *ibique Bauer. pag.* 38, *it.* 2, 35.

INSPICERE res sociorum (*per legatos*) 21, 6. *Formula sollemnis.* Vid. *aspicere.* Inspecto ære alieno 6, 27. *i. e. tabulis, ad cognoscendum æs alienum.* Duûm mensium spatium consulibus datum est, ad inspiciendam legem 3, 25. Decemviri libros inspicere etc. 40, 37. Est aliquis, qui se inspici, æstimari fastidiat 6, 41. *de patriciis honorum candidatis. Sic Cic. Phil.* 11. visne te inspiciamus a puero? Qui (*triumviri*) omnem copiam ingenuorum inspicerent 25, 5. Suisque capti oppidi signum ex muro tollunt: quod ubi dictator inspexit etc. 4, 34. *i. q. agnovit.* [*Sic nonnulli codices; sed plerique cum editionibus* conspexit; *quod probandum.*]

INSTABILIS pedes, ac vix vado fidens 21, 5. — ingressus 24, 34. — acies 9, 35. Instabilem per se ac male hærentem (*arborem succisam*) 23, 24.

INSTAR parvum 28, 17. *Instar est modus rei quilibet, unde etiam de parvo dicitur. Sic Cicero Off.* 3, 3. minimi momenti instar *dixit.* [Vid. *Clav. Ciceron. h. v.*]

INSTARE 2, 48. Aut, si nihil aliud, instare instructos. *pro stare.* Ut vero jam equitum clamor exire jubentium instabat 1, 29. Eo intentius Romanus undique instat capi stationes 32, 11. Ni cedenti instaturum alterum timuissent 10, 36. Bellum, quod instaret 31, 43. *i. e. præsens s. urgens. it.* 28, 38. *Sic et* hiems instare *dicitur* 36, 10. *Quidquid enim initium cepit et adhuc durat, id* instare *dicitur* 5, 6. *nisi malis cum Dukero* obstare. [*Græcorum* ἐνεστάναι.] Vid. *fames.*

INSTAURARE 10, 29. Novam de integro velle instaurare pugnam. Instauremus novum de integro bellum 37, 19. Instaurat cum victoribus certamen 27, 14. Quoties sacra instaurarentur 5, 52. Ædiles — ludos Romanos diem unum instaurarunt 27, 6. *Sic* 31, 4. Instauratum biduum *dicitur. conf.* 23, 30. Ludi in singulos dies instaurati 27, 21. Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur. Instaurandi hæc caussa fuerat 2, 36. Pontificibus, quia non recte factæ Latinæ essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratæ essent, hostias præbere 41, 16.

INSTAURATIO sacrorum auspiciorumque renovatio 5, 52. Ludi — ex instauratione magni Romæ parabantur 2, 36.

INSTERNERE 34, 7. Equus tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita. *vid.* instratus.

INSTIGARE 1, 47. His aliisque increpando juvenem instigat.

INSTINCTUS 5, 15. Quæ tum cecinerit divino spiritu instinctus. *cf.* 1, 47. His vocibus instincta plebes etc. 6, 14. Vid. *furia.*

INSTITOR 22, 25. Ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum.

INSTITUERE 4, 4. Institutum est, ut (*quæstores*) fierent. Nec amissa modo restituit opera, sed nova etiam instituit 5, 7. Ita vobiscum amicitiam institui par est 7, 31. Montanos instituit oppugnare 28, 46.

INSTITUTUM 6, 10. Cur per eos annos militem ex instituto non dedissent? *cf.* 42, 24. *it.* 26. Munera legatis ut ex instituto mittenda curaret, C. Papirio prætori mandatum 45, 13.

INSTRATUS 21, 54. Armatos deinde (*pedites*) instratisque equis (*paratisque equites*) signum exspectare. Vid. *insternere*.

INSTRUCTUS 1, 54. Dictis factisque ad fallendum instructus. Impotentibus instructi consiliis 3, 36. Instructumque (*Numam*) non tam peregrinis artibus, quam etc. 1, 18. Equis armisque instructi atque ornati 29, 1. Instructus dimicationi 1, 15. *fortasse per σύλληψιν, quia sequitur* intentusque, *quod tamen ipsum jungi solet τῷ* ad. Porta ballistis scorpionibusque instructa 26, 6. Ut prætor sedes instructas locaret, ubi filius regis — — habitare possent 42, 19. *f.* instruendas. [*Non necesse.*] Is (*Sempronius*) bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis 30, 1.

INSTRUERE 39, 31. Priusquam se jungere atque instruere possent. Insidiis instruendis locus 6, 23. Ni — suo quamque (*navem*) ordine in frontem instruxisset 37, 29. Relicto hostibus ad instruendum contra spatio 9, 37. *i. e. ad aciem instruendam. Etiam Gronovius et Creverius legunt* ad instruendam. *Sic* instructus 3, 8. *dicitur pro militibus ejus in acie collocatis*. Hannibal ad terrorem primum elephantos — instruxit 30, 33. Instruere agrum 6, 5. *Sic apud Ciceronem est:* emit hortum instructum. *i. e. cum instrumento: inventarium nostri vocant.* vide *Plin. Epp.* 3, 17. [*Liv.* 42, 19. sedes instructæ, *meublirt*.]

INSTRUMENTUM 30, 10. Agilis et nautico instrumento apta et armata classis.

INSUESCERE 5, 6. Ad disciplinam certe militiæ plurimum intererat, insuescere militem nostrum, non solum parata victoria frui.

INSUETUS 6, 34. Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia. Insueti fœtus 28, 27. *i. q. præternaturales.* Insuetorum ad tale spectaculum 41, 20. *cf.* 10, 35. Insueta vinci — civitas 4, 31. Insueta liberæ civitati species 30, 37. *it.* 3, 52. — solitudo. Insueta omnia oculis auribusque 45, 29. Ut quibus insuetus liberalior victus esset 41, 2. Insuetus ad stabilem pugnam 31, 25. Ita se a pueris insuetos 24, 48. *Vid. Horat. Sermon.* 1, 4. 105.

INSULTARE 1, 48. Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis. Sibi ultro per contumelias hostem insultare 3, 61. Tribb. plebis velut ab se victæ reipublicæ insultarent 5, 7. Amicæ ac fideles potius ea, quæ peritura essent, absumerent manus, quam insultarent superbo ludibrio hostes 28, 22.

INSUMERE 10, 18. Malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse, cur etc.

INSUPER 21, 1. Stipendio etiam insuper imposito. Hæc pacta: illa insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt 23, 7. Additaque alia insuper ignominia 2, 2. Auferte imperium indignis: et si id parum est, insuper pœnas expetite 3, 67. Malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere 7, 4. Alius insuper tumultus ex arce auditur 21, 14. Jam sua sponte infestum Persi senatum insuper accenderunt 42, 25. Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant 22, 2. Humusque insuper injiciebatur 44, 5. Tutandique pontis caussa castellum insuper imponunt 21, 45.

INSUPERABILIS. Vid. *Inexsuperabilis.*

INTACTUS 21, 36. Intacta nix. *i. q. nondum trita, calcata.* Intactis assidere muris 21, 25. *i. e. ita, ut eos non tangas.* Ne ab exercitu integro intactoque opprimerentur 10, 14. Intactum ferro corpus 1, 25. Intacti bello fines Romani 3, 26. Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit 7, 10. Sacrilegas admovere manus intactis illis thesauris 29, 18. Lupus, integer et intactus 10, 27. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnæ 10, 40. Vir haud intacti religione animi 5, 15. Intacta invidiâ media sunt 45, 35. Vid. *Tangere. it.* contingere.

INTECTUS 27, 3. Tecta militariter coëgerat ædificare — stramento intecta omnia etc.

INTEGER 2, 5. Integra res refertur *i. e. tamquam integra, ut jam sit integra, de integro.* Velut tum primum signo dato coorti pugnam integram ediderunt 8, 9. In integro res est 3, 10. Ut uni sors (*prætura*) integra esset, quo senatus censuisset 42, 28. *i. e. nondum assignata provincia.* Priusquam alio de integro fœdere obligarentur 38, 33. Inde gravius de integro bellum exarsit 41, 25. Rursus novus de integro labor 5, 5. *cf. cap.* 17. Ad integra omnia Veios migrare 5, 53. Ut omnia integra et libera Fabio servarentur 10, 25. Aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat 9, 46. Ut silentes integram plebem in concionem sequerentur 24, 24. *i. e. incorruptam seditione, non turbulentam.* Puram alteram (*concionem,*) integrioris indicii, et a favore et odio 45, 37. Integri, recentes, instructi (*milites*) 35, 29. *Oppos.* vulnerati. Forte is integer fuit 1. 25. *i. q. non vulneratus.* integerrimi diutina pace populi 6, 7.

INTEGERE 7, 23. Quum loci altitudine

tum valle etiam integi Romanos. *i. q. tegi.* Densa nebula multum omnem campoeque circa intexit 26, 17.

INTEGRARE lacrimas 1, 29. — pugnam 3, 70. — seditionem 5, 25. — cædem 9, 43. — fugam 28, 15. Novam integrant pugnam 7, 7.

INTEGUMENTUM 10, 38. Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. Lanaque cum integumentis, quæ Jovi opposita fuit, decidit 40, 59.

INTEMPERANS 24, 25. Qui avidos atque intemperantes plebeiorum animos ad sanguinem et cædes irritent.

INTEMPERANTIA 25, 48. Provectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta. Violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat 44, 30.

INTEMPERANTIOR 26, 38. Quia in augendo eo non alius intemperantior est.

INTEMPERANTIUS cedentes sequutus 23, 1. Libertate intemperantius invectus in regem 42, 14.

INTEMPERIES cœli 8, 18. Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque 22, 2. Annona propter aquarum intemperiem laboratum est 3, 31.

INTEMPESTIVE 45, 21. Tum inter prætorem tribunosque omnia intempestive agendi certamen erat.

INTEMPESTUS 37, 14. Nox intempesta. *cf.* 38, 5. *it.* 40, 9.

INTENDERE 7, 28. Nox interdiu visa intendi. Primis se intendentibus tenebris 1, 57. An longiorem intenderent fugam 7, 37. *opp.* castra petere. Totum in Hispaniam — intendebant bellum 21, 6. *cf.* 28, 41. Intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditæ proditiones 24, 37. Omnium eo curæ sunt intentæ 9, 31. In cetera adeo nihil ob id intenta cura est 25, 9. In quos crimen intendebatur 9, 26. Manu obtinendum, quod intenderes 3, 11. Intendere aliquem ad custodiæ curam 21, 49. *i. q. hortari ad intentiorem custodiam.* Pugnam in omnes partes parem intendere 2, 30. In minime gratum spectaculum animo intenduntur 1, 25. Oppidum — vineis oppugnare intendit 41, 11. Vid. *Arcus.*

INTENTARE manus in — 3, 47. — arma 6, 27. Virgas et secures victoribus intentari 8, 33. Dictatorium fulmen in se intentatum 6, 39. Gladii plerisque intentati 9, 6. *cf.* 6, 30. Nisi discussa res per paucos, Romanum imperium intentantes, esset 42, 12. *i. e. ad terrorem ostentantes.* Vid. *Triumphus.*

INTENTIUS 25, 30. Quo intentius custodiæ serventur. Eo intentius instabant tribuni 3, 32. Si quo intentius (*bellum — apparari*) possit, quam etc. 4, 1. Dum opera interdiu fiunt intentius, quam nocte custodiuntur etc. 5, 7.

INTENTUS 7, 5. Super lectum stans ferro intento. *Fortasse legendum* intentato. [*Optime habet vulgata. Plinius Ep.* 3, 9, 21. in jugulum innocentiæ quasi telum aliquod intendere.] Intenta cura 25, 9. *it. cap.* 29. intentissima. Custodiæ vigiliæque et ordo stationum intentioris ubique cum erant 6, 8. Ab urbe commeatus intentiore, quam antea, subvehi cura 5, 7. Delectum consules multo intentiorem, quam alias, curam habebant 42, 32. In cetera adeo nihil ob id intenta cura est, ut cetera etc. 25, 9. In omnem occasionem intenti 41, 2. Intentus adversus omnes motus Philippi 24, 10. Equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas 6, 12. Ad famam intentus hostium 9, 41. Intentiores ad respectum castrorum — quam ad prælium, starent 9, 37. Intentiorque — in Aquiloniam quam ad Cominium 10, 39. Spectaculo intenta civitas erit 2, 37. Intentus recipiendo exercitui esse 10, 42. Ut semper intenti paratique essent 30, 10. *Vid. B. Patr. ad Tacit. Annal.* 2, 17. Intentiore delectu habito 8, 38. — custodia 32, 26. Intentiores utrimque custodiæ esse 5, 47. Intentissima conquisitio 29, 35.

INTER prœlium 4, 19. *Pro, dum prœliantur. Sic* 21, 1. Inter Africæ motum — trepidationem 5, 50. — dimicationem 4, 18. — certamen commissum 24, 30. — noctem 32, 29. — fluctuantem aciem 6, 24. — ipsum pugnæ tempus 36, 29. — magnorum intervalla bellorum 39, 1. Inter manus auferri 3, 13. *i. q. per manus, plurium manibus.* Inter cetera etiam vigiliis confecti 36, 38. *i. e. præter.* Ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et imbelles inter hostes essent 26, 2. Ambusti potentia viri tum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem etc. 6, 34. *mox*: inter id genus: *absolute pr.* quum illius generis esset. Quum exerceretur inter equites 10, 11. *i. e. exercitia equestria faceret.* Inter purpuram atque aurum 9, 17. *i. e. insignem purpura atque auro, scil. Darium.* Uterque inter se nondum satis noti — — et auxerant inter se opinionem 21, 39. Eos inter se — partes regni rapuisse 2, 6. Inter verbera et cruciatus 1, 26. Modo inter illa pila et spolia hostium *ibid.* Inter fugæ pugnæque consilium oppressi 1, 27. Inter quos 6, 14. *omisso* erat. *Vid. Intt. ad h. l.* Inter lignarios 35, 41. *Vid. infra in v.* lignarii.

INTERAMENTA navium 28, 45. *vulg.* Armamenta. *Vid. Intt. ad h. l.*

INTERCALARE 9, 9. Hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. *i. q. in diem differre. Sic ipse Livius paullo post.* Hoc anno intercalatum est 43, 11. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalares fuerunt 45, 44.

INTERCALARES Kalendæ 43, 11. *Vid. Clav. Ciceron. in h. v.* Quem (*annum*) — — intercalaribus mensibus interponendis, ita dispensavit, ut etc. 1, 19. Postridie Terminalia intercalares fuerunt 45, 44.

Intercedere 34, 1. Intercessit res parva dictu, quæ studiis in magnum certamen excesserit. Huic rogationi — collega intercessit 41, 6.

Interceptor 3, 72. Interceptoris litis personam ferre. *i. e. qui id, de quo lis est, inter alios ad se trahit, inque suam rem avertit.*

Intercessio. Vid. *Provocatio.*

Intercessor 2, 41. Popularis jam esse dissuasor et intercessor legis agrariæ cœperat.

Intercidere 26, 9. Propter intercisos pontes. Vid. *interrumpere.*

Intercidere 9, 8. Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoriâ intercidisse. Litterarum inprimis habita cura, ne intercidérent 2, 4. Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo 21, 8. *cf.* 3, 10. *it.* 38, 22. Inter traditionem imperii, novitatemque successoris — sæpe bene gerendæ rei occasiones intercidere 41, 15.

Intercipere 9, 43. Opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt. Ne suum munus intercipi ab alio patiantur 39, 27. Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum — interceptam 21, 1. *cf.* 26, 51. Legatus deinde insidiis tribunorum interceptus etc. 29, 18. Medio itinere intercepto 25, 39. *Nisi malis cum Oudendorpio* intersepto, *qua voce Livius hoc sensu utitur* 6, 9. *cf.* 8, 25. *it.* 24, 23. *vide Dukerum ad illum locum.* Ager — interceptus judicio infami 4, 11. *i. q. ereptus, occupatus.*

Intercludere 1, 27. Intercludi ab oppido. *conf.* 34, 39. Quod interclusi a patria obsidebantur 5, 42. Circumventos interclusosque ab suis vociferans 3, 70. Ne interclusus exercitus tam infesto saltu, coortis undique Tuscis — opprimeretur 9, 37. Quum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio 8, 24. Locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet 25, 4. Injectis tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt 40, 24. *vid. supra in v.* anima. Dicenti hæc lacrimæ simul spiritum et vocem intercluserunt 40, 16. Premendo præsidiis angustos saltus eorum, commeatus interclusit 40, 41. Cervis etiam objectis, ut viam intercluderet 44, 11.

Intercurrere 5, 19. Ipse (*Camillus*) interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit. Littore nunc Heracleum, nunc Phillam intercurrebat 44, 2.

Intercursare 21, 35. Jam segnius intercursantibus barbaris. *i. q. incursantibus.*

Intercursus 2, 29. Consulum intercursu rixa sedata est. Periculumque intercursu filii — propulsatum 21, 46. Ut pedes Romanus repentino per turmas suas viam dantes intercursu stabilem aciem fecit 30, 11.

Interdicere 5, 3. Sic vos interdicitis patribus commercio plebis. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 181. Feminis dumtaxat purpuræ usum interdicemus 34, 7. *Bauerus tamen legi vult* usu. Anagninis — et magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum 9, 43. *i. e. ne magistratus haberent.*

Interdictio finium nostrorum 41, 24.

Interdiu *Gronovio explicante est quasi* interim dum diust. *Eum vide ad* 29, 14. Nocte et interdiu 8, 24. *it.* 30, 4. *pro noctu: quæ quidem oppositio foret accuratior. Atque sic etiam Livius dixit* 27, 45. Interdiu an noctu. Nec nocte, nec interdiu 1, 47. Interdiu noctuque 6, 18. Interdiu — nocte 21, 32.

Interequitare 6, 7. In equum insilit, et, ante signa obversus in aciem, ordines interequitans etc. *cf.* 34, 15.

Interesse 10, 39. Absentis collegæ consilia omnibus gerendis intererant rebus. Id modo in decreto interfuit 28, 9. *scil. alter cum exercitu, alter sine exercitu accitus per decretum.* Quid interfuisse inter Ti. Sempronium 26, 2. Ad disciplinam certe militiæ plurimum intererat 5, 6. Quo (*certamine*) vinceret, an vinceretur, haud multum interesset 8, 7.

Interfari 3, 47. Appius interfatur, *Eleganter; jus enim dicebat. Respici videtur ad antiquam dicendi rationem* jus fari. Interfante ipso Decio 7, 36. Quos (*legatos*) dicere exorsos consul interfatus etc. 36, 27. Prope dicentem interfatus Romanum Phæneas 36, 28. *Sic Virgil. Æn.* 1, 384. *sq.* nec plura querentem Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

Interficere 21, 41. Licuit — clausos — fame interficere. Nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est, ut dolo potius interficeretur 40, 24. *de morte per venenum.* Quadraginta pedites interfecti 42, 60. *i. e. in prælio occidere.*

Interfulgere 28, 23. Aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens.

Interjacere 8, 7. Spatio, quod vacui interjacebat campi, adversos concitant equos.

Interjectus 9, 13. Interjecta inter Romam et Arpos. *scil. loca cf.* 21, 45. *it.* 34, 28.

Interior custodia 28, 19. *i. q. arctior, diligentior.* — amicitia 42, 17. Quo interiores (*naves*) ictibus tormentorum essent 24, 34. *Ad nostræ militiæ linguæque rationem est: unter die Canonen. Eodem pertinet:* interior periculo vulneris 7, 10. *i. e. tutus, quia nimis propinquus est infestanti se.* Interiora regni 42, 39.

Interjungere 22, 30. Dextræ interjunctæ.

Interlitus 21, 11. Cæmenta non calce durata erant, seu interlita luto.

Interlucere 1, 42. Interlucet ordi-

nibus aliquid inter dignitatis fortunæque gradus. Duos soles visos, et nocte interluxisse 29, 14.

INTERLUERE 41, 23. Quantum interluit fretum?

INTERMISCERE 4, 56. Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis. Tumultumque prœlio ipso terribiliorem intermixti agmini præbebant 10, 20. Intermixti turmis eorum Cretenses 42, 58.

INTERMISSIO 5, 5. Per intermissiones intervallaque. Vid. *dilatio*.

INTERMITTERE 24, 35. Intermissa custodiis loca. *cf.* 38, 28. Per intermissa, ut tunc erant, mœnia urbem intrarint 34, 37. *vid. cap. sq.*

INTERMORTUUS 37, 53. In ipsa concione intermortuus haud multo post exspiravit.

INTERMURALIS 44, 46. Divisa est (*urbs*) intermurali amni, et eadem ponte juncta.

INTERNATUS 28, 2. Angustiæ et internata virgulta ordines dirimebant, et singuli binique, velut cum paribus conserere pugnam cogebantur.

INTERNECIO 36, 34. Ad internecionem venire. *it.* 9, 26. Ad internecionem cæsi. Mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem 41, 25. Nomen Æquorum prope ad internecionem deletum 9, 45. Ad internecionem omnes perierunt 25, 26. *de pestilentia*. Quum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit 28, 12.

INTERNECIVUS 9, 25. Perinde ac si internecivo bello certasset. Non internecivum sibi esse cum Romanis bellum 22, 58.

INTERNUNCIARE 42, 39. Paullisper internunciando cunctatio fuit.

INTERPELLARE 9, 41. Ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem. Stupro interpellato 3, 57. Quod vivo Philippo exspectatum, morte ejus interpellatum est, id post mortem Philippi futurum 41, 23.

INTERPONERE 35, 35. Qui suum consilium meo interponet. *i. q. opponet. cf. cap.* 48. Meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam 29, 14. Ni tribuni plebis se interposuissent 27, 6. Jus eo die se non dicturum neque decretum interpositurum 3, 46. *Atqui jam decreverat. Ergo effective illud* interponere *intelligendum*. [Vid. *Stroth. ad h. l.*] Sponsio interponeretur 9, 9. Intercalaribus mensibus interponendis 1, 19. Spatio interposito 5, 5. Equitum ordines levis armatura interposita distinguebat 42, 58. Vid. *intermiscere*. Hac interposita nocte 44, 39.

INTERPRES arbiterque concordiæ 2, 33. — pacis 21, 12. *Gr.* μηνύτης. Interpres exsolvendi jurisjurandi 24, 18. Veridica interpres deûm 1, 7. Clemens legis interpres 1, 26. Carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes 10, 8.

INTERPRETARI 1, 23. Neque recte an perperam interpretor. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse 1, 44. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat 39, 39. Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit 23, 11. *cf.* 45, 29.

INTERQUERI 33, 35. Ætolorum principes alii interquesti sunt etc. *nisi cum Creverio legere malis* leniter questi sunt. *Nam apud Polybium hæc leguntur:* ἠρέμα καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρεῖν. *Atque etiam, quæ statim sequuntur:* alii ferocius incusarunt exprobraruntque, *egregie illam emendationem confirmant. Sic et infra cap.* 38. Antiochus leniter alloquitur castigatque.

INTERREGNUM initum 10, 11. Vid. *intervallum*.

INTERREX 3, 40. Patricios coire ad interregem prodendum. *cf.* 6, 41. Patricii interregem creavere 4, 7. *cf.* 5, 31.

INTERROGARE 8, 32. Ad hæc, quæ interrogatus es, responde. extra ea, cave, vocem mittas. Hannibal nominatim interrogatus sententiam 36, 7. *cf.* 37, 14. Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non posset 39, 50. *i. e. accusari, in judicium vocari.* Nomen deferret, et legibus interrogaret 45, 37.

INTERROGATIO 18, 21. Ut ipse (*consul*) benigna interrogatione mitius responsum eliceret. Eum quum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis 41, 7.

INTERRUMPERE 2, 10. Ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. Vid. *intercidere*. Aciem hostium interrupit 44, 41. Connubia patrum et plebis interrupit 9, 34. Turbatæ legiones sunt, prope interrupta acies 40, 40. Interrumpi tenorem rerum 41, 15.

INTERSCINDERE 28, 7. Chalcis, quamquam ejusdem insulæ urbs est, tamen adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur etc.

INTERSEPIRE 1, 27. Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit. Intersepientibus cuniculum — nunc ciliciis prætentis etc. 38, 7. Incendio intersepti ab hoste 42, 63. Interseptis itineribus 6, 9. Vallo urbem ab arce intersepire statuit 25, 11. Nunc prœliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam 34, 40. *cf.* 24, 23. *it.* 31, 46. Vid. *Drakenborch. ad* 6, 3.

INTERTRIMENTUM argenti supplere 32, 2. *scil. quod decoquendo argento perierat. cf.* 34, 7.

INTERTURBATIO 23, 8. Patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem caussante.

INTERVALLUM 23, 29. Quinque millium intervallo castra distantia habuere. Jussis legionis hastatis — sequi se mille passuum intervallo distantes 32, 1. Annuum intervallum regni fuit 1, 17.

INTERVENIRE 1, 6. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido. *i. e. accessit. neque enim impedimento locus fuit. cf.* 3, 45. *it.* 9, 14. Mihi quiritanti intervenisses 40, 9. *i. q. succurrisses.* Quæ *(concordia)* ne perpetua esset, ordinum magis, quam ipsorum inter se certamen intervenisse 10, 24. Huic orationi Servius quum intervenisset 1, 48. Ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitanti intervenisset *ibid.* Deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro universa republica intervenisse 2, 24.

INTERVENTUS 23, 41. Ne cujus interventus cœpta impediret. *cf.* 3, 45.

INTERVOLITARE 3, 10. Quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.

INTESTINUS 34, 25. Ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit. Et bellum Volscum imminebat, et civitas, secum ipsa discors, intestino inter Patres plebemque flagrabat odio 2, 23.

INTEXERE 7, 2. Juventus — ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare etc.

INTIMUS 34, 47. In intima finium. Emporium — in intimo sinu Corinthiaco retractum 36, 21.

INTOLERABILIS 27, 19. Regium nomen, alibi magnum, Romæ intolerabile esse. *cf.* 30, 35.

INTOLERANDUS 10, 16. Dimicare pro salute sua, non de intolerando Italiæ regno, cogant. Vindices intolerandæ superbiæ 9, 1. Quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur 24, 5.

INTOLERANTIOR 9, 18. De Alexandro, nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.

INTOLERANTISSIMUS 10, 28. Gallorum — corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere. *cf.* 27, 48. Quorum intolerantissima gens, humorique ac frigori assueta 5, 48.

INTONARE 3, 48. Quum hæc intonuisset *(Appius)* plenus iræ.

INTONSUS. Vid. *incultus.*

INTORQUERE 25, 16. Paludamento circum lævum brachium intorto. Aut contra enitentes vortice intorti affligebantur 21, 58. Ut fugientem navem videres retro vortice intortam victoribus illatam 28, 30.

INTRA decimum diem quam Pheras venerat 36, 10. Intra dies sexaginta quam in provinciam venit 43, 9. Simul cum his intra portas compelluntur 7, 11. Qui intra præsidia Romana fuerant 25, 24. Modo intra sepulchra Curiatiorum 1, 26.

INTRABILIS 22, 19. Os *(amnis)* intrabile.

INTRARE 3, 51. Porta Collina urbem intravere. Ubi rursus silvæ intratæ etc. 21, 25. Intrantibus fines Romanis 6, 25. Priusquam hostium intraret agrum 34, 6. Intrare domum 6, 34. Intranti vestibulum in ipso limine etc. 30, 12.

INTREPIDE 23, 33. Ibi intrepide Xenophanes, legationis princeps, — ait etc.

INTRO vocatæ tribus 40, 42. Ut quæque intro vocata erat centuria 10, 13. *cf. cap.* 24.

INTRODUCERE 40, 25. In Ligures exercitum introduxit. *i. q. in fines Ligurum. cf.* 41, 10. *forma dicendi Livio, quod sciam, alibi non usurpata ; sed* inducere, traducere exercitum *dici ab eo solet, sine mentione finium.* Exercitum omnem in urbem introduxit 40, 33.

INTROFERRE 43, 7. Quorum legatio ipso introitu, ob id, quod Mictio princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus, ultimæ necessitatis extemplo visa res.

INTROIRE 30. 43. Ut sibi in urbem introire — liceret. *cf.* 42, 22.

INTROITUS. Vid. *introferre.*

INTROMITTERE 24, 13. Sex millia peditum — qui præsidio senatui essent, Nolam intromisit. Ne quod præsidium intromitti posset 44, 12. *de oppugnatione.* Legati ab rege Perseo venerunt; eos in oppidum *(Romam)* intromitti non placuit 42, 36. *vid.* 41, 27.

INTRORSUM in media castra *(hostem)* accipiunt 10, 33.

INTRORSUS 25, 21. Nihil introrsus roboris ac virium esse.

INTUERI 6, 14. Non enim jam orationes modo M. Manlii, sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenda erant. *pro* intuendum erat. *Nisi cum Gronovio* tumultuosa eadem, qua mente fierent intuenti, erant, *legendum videatur.* Intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum 36, 45. In hostiam itineri nostro circumdatam intuens 40, 13. Omnis te exempli documenta — intueri *Præfat.* Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus 1, 25. Non Veios tantum, nec hoc bellum intueri, quod instat; sed etc. 5, 6. Intuemini horum deinceps annorum — secundas res — 5, 51. Accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur 6, 19. Eundem vigorem in vultu vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri 21, 4. *i. q. agnoscere, l. læti observare.*

INTUS 24, 10. Lanuvii in æde intus Sospitæ Junonis. *Illud* in *suspectum est interpretibus. merito. nam* intus ædibus *dicitur in inscriptionibus.* Intus *pro cubiculo cepit Oudendorpius.* Quæ sinu exiguo intus inclusæ essent 25, 11. Intus cellam ædis Fortis Fortunæ 27, 11. Ne frumenti quidem aut ullius alterius rei copia intus erat *(Uscanæ)*, ut in necopinata obsidione 43, 18.

INTUTUS 5, 45. Castra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte nacti,

clamore invadunt. Et ipsæ minus metum fecerant expertis a Gallica clade, quam intutam urbem (*Romam*) incolerent 9, 41.

INVADERE habenis quam effusissimis 37. 20. Stantes et ad ictus expositos — hastati — invadunt 9, 35. Vid. *vadere*. Non diffidebant, vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros 24, 33. Regnum scelere partem invasit 40, 57. Ingens terror Patres invasit 9, 38. Nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes, invasit 28, 29. Dulcedo invasit (*quos*?) proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi 5, 13. *cf.* 28, 20. *ad quem locum vide Gronovium*.

INVALIDUS 5, 38. Multosque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis aliisque tegminibus hausere gurgites. Stationes invalidas esse pro castris 41, 2. *i. q. infrequentes*. *Sic* 7, 37. Consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas etc. Invalidus exercitus 41, 6.

INVEHERE 22, 5. Terræ motus mare fluminibus invexit. Aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis 2, 5. Nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditissima omnium gens invexit 39, 8. *aut* nobis *delendum videtur, aut* invenit *legendum*. [*Hujus criseos rationem ego quidem non intelligo*.] Nuper divitiæ avaritiam — invexere *Præfat*. Quacumque equo invectus est 8, 9. Absterruitque effuse invehentem sese hostem 30, 11. *Loquutio ab equitibus translata ad omnem exercitum et pedites*. *cf.* 5, 8. *it.* 6, 32. *Etiam sine* sese 31, 35. Invehebant se hostes, et in partibus extremis jam pugnabatur 40, 39. Carpento in forum invecta (*Tullia*) 1, 48. Invecta corpori patris nefando vehiculo filia 1, 59. Triumphans urbem invehitur 2, 31. Triumphans urbem est invectus 40, 43. Claudius equo sine militibus inveheretur 28, 9. *de ovatione*. Eo (*in stationem*) invectam classem subire adverso flumine jussit 10, 2., *cf.* 25, 11. Corinthium sinum invectus 44, 1. Ut classis invehatur hostium littoribus 44, 2. Ferociter in absentem Tarquinium erat invectus 1, 50. Si quid inclementius in te sum invectus 3, 48. Libertate intemperantius invectus in regem 42, 14.

INVENIRE 1, 58. Se — sua præsentia ardoris aliquid ad bellum — inventurum. *i. q. excitaturum*. Quod quibusdam in annalibus invenio 9, 15. *Sic sæpissime*. Vid. *Intt. ad h. l.* Aditum sibi ad obsides Tarentinos invenit 25, 7. Arca (*e terra protracta*) inanis inventa 40. 29.

INVENTOR 2, 56. Ut inventor legis Volero, sic Lætorius — auctor, quum recentior, tum acrior erat.

INVENTUM 7, 3. Eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum sit. *i. e. excogitatus sit a Minerva*.

INVESPERASCERE 30, 60. Jam invesperascebat, et non modo cetera, sed ne in proximam quidem noctem ubi satis tuto custodiretur, expediebant.

INVETERATUS animus diutina arte atque usu belli 42, 11.

INVICEM 2, 12. Non prædo, nec populationum invicem ultor. *vid. infra in v.* vicis. Cohortes invicem sub signis 32, 17. *Forsitan idem cum paullo ante præcedentibus* : conferri pluribus introrsus ordinibus acie firmata. Jussi invicem (*in vicem*) dicere 1, 40. Ex propinquo dicamus in vicem, audiamusque 32, 32. His invicem (*mutuis*) sermonibus — nox traducta est 9, 3. Pugna cum vulneribus et cæde invicem militum nautarumque oritur 41, 3.

INVICTUS 9, 16. Invicti ad laborem corporis esse. Invicti a cupiditatibus et rigidæ innocentiæ 39, 40. Nutum numenque vestrum invictum Campanis 7, 30. Sed invicta sibi quædam patientissima justi imperii civitas fecerat 6, 16.

INVIDERE 10, 24. Invidisse Decium concordibus collegiis tribus. *it.* 38, 47. honori. Non inviderant laudes suas mulieribus viri Romani 2, 40. Victoria, cui nec Deus nec homo quisquam invideat 5, 27. Invisum imperium 3, 38. *de decemviratu*.

INVIDIA 8, 31. Invidiam, tamquam ignem, summa petere. Vid. *intactus*. Invidia conflagrare 24, 26. — anxius invidia 9, 46. — Invidia divitiarum 10, 3. — in invidia esse 29, 37. Aggravantibus summam etiam invidiæ ejus tribunis plebis 6, 27. *pro re invidiosa*. Flammam invidiæ adjecere edicto 43, 16. Sub aliena invidia (*male*) regnare 24, 25. *i. e. ita, ut alter invidiam mali regni sustineat*. Haud ignari, quanta invidiæ immineret tempestas 3, 38. Decemviralis invidia 3, 43. Ad id, quod doles, quod invidiam urit, reverteris 40, 14. Invidia adversus Romanos 42, 12.

INVIDIOSIUS 6, 40. Quod illi volunt invidiosius esse.

INVIDIOSUS 9, 29. Ob infamem et invidiosam senatus lectionem verecundia victus. *Invidiosa lectio est, quæ censoribus multum invidiæ s. odii conflaverat*.

INVIOLATUS 6, 34. Neu potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione sua Rom. imperium. Sub tutela inviolati templi 2, 1. Vid. *sanctitas*.

INVISERE 1, 57. Quin — invisimus præsentes nostrarum ingenia. Domos ac res invisere suas 5, 2.

INVISITATUS 4, 33. Inaudita ante id tempus invisitataque. *Pluribus locis hoc vocabulum confusum est cum* inusitatus. Vid. *Drakenborch. ad* 5, 34. Gens invisitata 5, 17. *i. e. antea non visa*.

INVISUS 6, 20. Obstinatis animis triste judicium invisumque etiam judicibus factum. Ubi vita invisa esset mea 26, 27. Ea omnia quem diis quoque invisa essent, se

suorum (*Persea*) in exitu rerum suarum 44, 1. Vid. *Ingratus*.

INVITAMENTUM 2, 42. Largitiones temeritatisque invitamenta horrebant.

INVITARE 1, 9. Invitati hospitaliter per domos. Utrumque in hospitium invitat 28, 18.

INVITATIO 33, 39. Deinceps invitatio benigna et hospitalis fuit. *cf.* 40, 7.

INVIUS 23, 17. Per vias inviasque in urbes Campaniæ perfugerunt. Ruunt cæci per vias, per invia 36, 23. Per invias atque ignotas rupes iter fugæ non expedientes 38, 2.

INULTUS 3, 38. Quum hominum atque pecudum inulti prædas egissent. *cf. cap.* 51. Haud inultum interfecere 3, 42.

INUNDARE 24, 38. Hennensium sanguine Henna inundabitur. Qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat 22, 2. Imbres continui campis omnibus inundantes 8, 24.

INVOCARE 9, 12. Nequidquam deos fidemque invocantes. Fidem pastorum nequidquam invocans 1, 7. Incusantes violati hospitii fœdus, Deumque invocantes 1, 9. Invocatique ultores parentum Dii 1, 59. Fidem datam Deosque testes nequidquam invocantes 41, 25.

INVOLVERE 1, 21. Manuque ad digitos usque involuta.

INURERE 9, 8. Vivet semper in pectoribus illorum quidquid istuc præsens necessitas inusserit. Vid. *macula*.

INUSITATUS 5, 35. Quum formas hominum inusitatas cernerent. *cf.* 5, 37. 45.

INUTILIS 29, 1. Segnes atque inutiles milites. *it.* 30, 20. Inutilis militum turba. Rogationes — seu utiles seu inutiles sunt 6, 40. Ne inutili pudore suam ipse caussam damnaret 8, 70. Quot res, quam inutiles sequantur illam viam consilii 5, 5. Qui consensus interdum privatis inutilis esset 3, 33. Documento fuere, quam plurium imperium bello inutile esset 4, 31. *i. q. damnosum, Gr.* ἀλυσιτελής. Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 184. Dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret 21, 53. Inutilia impedimenta 38, 15. Orationem habuit — — invisam senatui inutilemque sibi ac civitati suæ 42, 14.

INUTILITER 3, 51. Responsumque, quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis consensu, quam communi consilio esse.

JOCARI 32, 34. Jocatus in valetudinem oculorum Phæneæ.

JOCULARI 7, 10. Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes.

JOCULARIA 7, 2. Inconditis inter se jocularia fundentes versibus.

JOCUS 1, 4. Seria et jocos celebrare. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur etc. 7, 2. *Vid.* inconditus. *it.* serio.

IPSE 1, 10. Per se ipsum. *i. e. pro se ipse, solus.* — ipsa per se 37, 26. — per se ipse 1, 49. Ipse sponte sua 10, 25. (*idem per idem dictum.*) Ipse *pro is ipse* 5, 43. *ubi vide Gronovium. it. pro ego ipse* 1, 17. 6, 38. 29, 10. 31, 17. 34, 52. 40, 4. — ipse (*Quinctius senatui oppositus*) 32, 37. — ipse (*Syphax oppos. gregi nobilium Numidarum*) 30, 13. Navis tantum jactura facta est, incolumes ipsi evaserunt 30, 25. *i. e. nautæ, vectores.* [*Sic et Græci* αὐτὸς *in oppositione dicunt.*] Agassam urbem, tradentibus sese ipsis (*incolis*) recepit 44, 7. Mox et ipse aderat 21, 28. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 24.

IRA prædæ amissæ 1, 5. *ubi* ob iram prædæ amissæ *i. q.* ob prædam amissam. Vid. *Bauer. ad h. l.* — vulnerum 8, 29. — dictatoris creati 4, 56. — corruptæ uxoris 6, 23. — diremtæ pacis 9, 8. — finitæ potestatis 9, 34. — domini interfecti 21, 2. — fugæ 27, 7. — provinciæ ereptæ 37, 51. — metu quæstionum iraque 4, 50. Ob interpellatam dulcedinem iræ 9, 14. — ira tumere 31, 8. Ab ira inter conditiones pacis interfectæ stationis 24, 30. Metu, ne, soli crimini subjecti, piacula iræ Romanorum dederentur 6, 21. Ira infesta 7, 30. — præfervida 9, 18. — memor 9, 29. Tanto irarum certamine 9, 39. *cf.* 1, 7. *it.* 9, 1. Irarum speique pleni 2, 45. Ultra humanarum irarum fidem 8, 24. Senescente invidia molliebantur iræ 29, 22. Cujus rei vitium non in belli eventum, — sed in rabiem atque iras imperatorum vertit 8, 30. Iras differre 4, 30. *i. e. vindictam.* — *Sic* iram abstinere ab aliquo *Livius dixit.* Iras dirimere 1, 13. *i. e. iratos.* Eo irarum processerat, ut etc. 41, 23. In hæc (*corpora*) ferrum, in hæc iras acuant 9, 9. Non ferme desunt irarum indulgentes ministri 24, 25. Plenior aliquanto animorum irarumque 6, 18. Velut ab incendio flagrantis iræ — se defensurus 40, 56. *cf. Virgil. Æn.* 12, 831. irarum tantos volvis sub pectore fluctus. Mollirent modo iras 1, 9. Quum minimum irarum inter nos illosque relinqui velim 8, 20. Veniam irarum cœlestium, finemque pesti exposcunt 3, 7. Expiatum est, quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit 9, 1. Quæ (*preces*) deorum iras placant 8, 33. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 11. Placamina iræ (*scil. divinæ*) 7, 3. Piacula iræ Deûm conquirere 40, 37. Placandæ civium iræ 25, 6. Vid. *permulcere.*

IRATUS 2, 45. Iratos invecat deos. *cf.* 5, 11. Diis magis iratis, quam hostibus, gesturos bellum 3, 2. Hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum 22, 40.

IRE 1, 15. Quique cum eo equis ierant. Iret — sublimis curru multijugis equis 28, 9. Quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat 26, 17. *i. e. per terram continentem. Opponitur:* navibus ire. Quum

maximis itineribus isset 8, 30. Prædatum enim tantummodo pleræque classes ierant 29, 25. Cum classe Pisas ire 41, 17. In eamdem sententiam ibat 1, 32. In unam omnes sententiam ierunt 42, 3. *sine mentione discessionis.* In sententiam ejus pedibus irent 9, 8. Munus vulgatum a civibus isse in socios 2, 41: Ire in Capitolium 3, 17. *i. e. aggredi, oppugnare, ad Herdonium depellendum.* Ut iret ad oppugnandam patriam 28, 19. Ad arma ire 9, 32. — hostem — 42, 49. Adversus — — *ibid.* Sensit, in se iri, Brutus 2, 6. Quin imus — ipsi cum equitibus paucis exploratum? subjecta res oculis nostris certius dabit consilium 27, 26. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 389. *cf.* 1, 57. Quin conscendimus equos etc. In dubiam imperii servitiique aleam imus 1, 23. Ire in certamen 3, 39. *de contentione senatoria.* Ad pedes pugna ierat 21, 46. Scipionem per Boiorum — agros populantem isse 34, 48. Ne eodem itinere eat 4, 4. Convocatos milites monuit, via omnes irent 25, 9. *i. e. ea, qua omnes commeare solent, via regia, ut alibi dicitur.* Adeo in alteram caussam — collega — præceps ierat 2, 27. Neque nego, neque inficias eo 6, 40: Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum — Sic eat, quæcumque Romana lugebit hostem 1, 26. Suas quoque veteres injurias ultum irent 2, 6.

Irreligiosus 5, 40. Irreligiosum ratus, sacerdotes publicos sacraque populi Rom. pedibus ire ferrique.

Irrevocabilis 42, 62. Quam — spe vana evectus, in casum irrevocabilem se daret.

Irrigare 7, 3. Circus Tiberi superfuso irrigatus.

Irriguus 10, 2. Quod transgressis stagna ab tergo sint, irrigua æstibus maritimis.

Irrisus 7, 10. Linguam etiam ab irrisu exserentem etc.

Irritamentum 40, 27. Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. *cf.* 30, 11.

Irritare magis, quam decernere pugnam 28, 33. *i. e. lacessere magis ad pugnam, quam pugnam vere conserere.* Multarum circa civitatum irritatis animis 1, 17. Non negata auxilia ab Etruscis irritaverint animos 5, 6. *i. q.* eripuerint. [*Immo sensu vulgari capiendum.*] Qui avidos atque intemperantes plebeiorum animos ad sanguinem et cædes irritent 24, 25. Irritatis in posterum diem animis 44, 4. Quibus misericordia opus erat, iram et odium irritarent 38, 49. *cf.* 29, 16. Remedio irritatur seditio 6, 16. Irritare feritatem barbarorum 28, 33.

Irritus 28, 29. Aufert omnia irrita oblivio. *i. e. ut irrita et quasi infecta esse videantur.* Omissa irrita re 2, 7. Dolore tantæ ad irritum cadentis spei 2, 6. In spem irritam frustra tempus terere 22, 20, Capitumque irrita quassatio 22, 17.

Irrumpere 1, 47. Stipatus agmine armatorum in forum irrupit.

Is 1, 19. Urbem novam, conditam vi et armis, jure eam — parat. [*Vid. Stroth. ad h. l. Abundantia Latinis scriptoribus cum Græcis communis. De Græcis vid. Porson. præfat. ad Euripid. Hecub. pag.* XIII. *Ferenda talis negligentia, inprimis si sensum illustrat verborum; non pro eleganti venditanda.*] Florem ætatis — quem ipsi patri Hannibalis fruendum præbuit, justo jure eum a filio repeti censet 21, 3. Quos dicere exorsus consul interfatus — — redire Hypatam eos — — jussit 36, 27. Eum postulare, ut sibi dedatur, 23, 10. Eorum, quæ objecta sunt mihi, partim ea sunt 42, 41. Quæ publica vectigalia locassent, ea rata locatio ne esset 43, 16. *pro eorum.* Id multo, quam de navali victoria, lætius fuit 37, 33. Quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei dii dedissent 1, 54. *pro sibi. cf.* 31, 11. Si quid ei ad firmandum augendumque regnum opus esse judicasset, enise id populum Rom. merito ejus præstaturum. Quum appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem, videret, neque ejus (*suum*) accipi nomen, quod etc. 9, 46. *vid. Bauer. ad h. l.* Ea postulavit, ut etc. 3, 53. *i. e. talia.* Ea belli gloria est populo Romano, ut etc. *Præfat. ad q. l. vid. Bauer.* Gens, ut in ea regione atque in ea ætate, divitiis præpollens: eaque ipsa causa belli fuit etc. 1, 57. Eique ea fides nequaquam amicum — fecerat 40, 54. Latio is status rerum erat 8, 13. *i. q. tam tristis.* Iis auspiciis 8, 61. *pro tam lætis, tam bonis.* Ea ætate consulatum adeptus eram 7, 40. *h. e. tam provecta ætate.* Non ea regum æmulatio 44, 25. *pro non tam parva.* Non eis animis audiebantur, qui aut duceri aut flecti possent 42, 48. Moverunt eo maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm 32, 37. Ceteros accolas fluminis Hannibal et eorum ipsorum quos sedes tenuerant, simul perlicit donis ad naves 21, 26. *pro et quos eorum ipsorum sedes etc.* Quorum eorum ope ac consilio Veliterni — populo Rom. bellum fecissent 8, 37. *i. e. quorum ex Tusculanis* (*antea nominatis*). Extra quam qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent 26, 34. Aliorum, qui non comparebant, quando quisque eorum inventus fuerit 38, 11. Qui eorum circa Macram fluvium incolebant 40, 41. *cf.* 5, 41. *it.* 34, 35. Apud eorum quem manumitteretur 41, 9. *pro apud quemcumque eorum.* Apparebat æquasse eum Appii odium 2, 27. *i. e. ejus odium. vid. Bauer. Exc. Liv.* 1. *pag.* 102. [*Breviloquentia etiam in Græcis scriptoribus sat frequens, cujus ratio librarios et editores sæpe fefellit.*] Quod ego fui ad Trasimenum — id tu hodie es 30, 30. *pro qualis — talis.* Quod nondum factum est — ea fieri oportet 4, 5. Ves-

tram misericordiam vestrumque auxilium — — qui *eam* implorantibus aliis etc. 7, 30. *f. leg.* ea. Bonaque ut iis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur 42, 6. Quod ejus (*agri*) publicum populi Rom. esset 31, 4. — quod ejus (*pecuniæ*) in publicum relatum non est 38, 54. *pro quantum ejus, quoad etc. Sic sæpissime.* Pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse viderunt 22, 1. Quid esse (*id esse*) aliud, quam mirari 4, 2. *cf. cap.* 4. Dubiæ ad id (*ad huc*) voluntatis 9, 15. Ut ad id (*tempus*) venerit exercitus subsidio missus 4, 58. His ita in senatu ad id, quæ cujus provincia foret, decretis 36, 2. Quod id temporis venisset 1, 50. *pr. tam sero.* Quid se id ætatis sollicitassent 10, 24. *pro tam senem.* Id consilii animique habiturus sum, quod vos mihi effeceritis 3, 62. Quum remisso, id quod erepturi erant, ex SCto Manlius vinculis liberatur 6, 17. *pro eo quod, quemadmodum ante Drakenborchium legebatur. Sed vide Cel. Strothium ad h. l.*

ISTIC 7, 40. Quocumque istic loco, seu volens, seu invitus, constitisti etc. Quod istic cum ignavia est scelus 1, 47. *i. q. in te, qui scelus* (*parricidium*) *commisisti.*

ISTINC 7, 40. Istinc signa canent, istinc clamor prius incipit — si dimicandum est.

ISTUC 28, 28. Ne istuc Jupiter O. M. sirit. *pro istud.* Quidquid istuc præsens necessitàs inusserit 9, 3.

ITA regem obtruncant 1, 5. *pro tum vero.* Iter per se ipsum nomen Cæninum etc. 1, 10. *i. q. itaque propterea. cf.* 2, 54. Pax ita convenit 1, 3. *i. e. his legibus. it.* 24, 19. Non ita ægram esse civitatem 3, 20. *pro non tam parum ægram.* Ita gratiam inire, ut etc. 1, 17. *h. e. ea moderatione, tam caute ac prudenter cf.* 4, 7. Ita elatus, ut nullum ferox verbum excidat 26, 19. Ita fama variat, ut — tamen — omnes tradant 27, 27. Ita indulgere iræ, ut potior sit sanctitas 23, 3. *cf.* 5, 12. Ita pacem negare, ut non statim bellum incipiat 24, 28. Ita admissi milites a Pœnis capti, ne senatus tamen iis daretur 22, 61. *i. e. admissi illi quidem, sed senatus iis non datus. Et talia fere præcedentia sunt omnia.* Ita in Africam transmissurus fuit Sempronius, si collega ad arcendum Italia Pœnum suffecisset 21, 17. *pro tum demum — si etc. cf.* 1, 8. 4, 3. 21, 13. 24, 37. 26, 24. 29, 3. 30, 37. 36, 4. Plures ita, si præcipuam operam navassent, potentes sese in suis civitatibus fore rati 42, 30. Ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est 4, 12. *pro haud valde multum.* — nec ita multo post 10, 12. — non ita multo post, 35, 11. — haud ita multo post 40, 37. Romanam amicitiam, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebat fide 34, 9. *pro ita pari colebat fide; quoniam sicut præcedit. cf.* 9, 17. Ea et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque facile præstant. *in quo loco illud* ita *auctoribus codicibus delendum est. Ita — quemadmodum* 6, 15. Hæc ita precatus 8, 9. *pleonast.*

ITALIA. Vid. *terra.*

ITAQUE cautum est 3, 30. *pro atque ita.* — et vestram itaque etc. 8, 13. Itaque ergo 1, 25. *cf.* 9, 31. *it.* 28, 12. 39, 25. *gratus utique Livio pleonasmus.* Quum C. Mucius — cui indignum videbatur — — itaque — ratus etc. 2, 12.

ITER 32, 24. Per apertum recenti strage iter invadere. Progressus modicum iter 33, 6. Unius diei progressus iter 44, 2. Iter fugæ non expedientes 38, 2. Ut iter præparatum fugæ haberent 39, 51. — pronunciatum iter 30, 10. Iter expeditum primo per Epirum habuit, deinde asperi ac prope invii soli 42, 55. Ut iter populo esset 39, 44. Turba conferta iter reliquum clauserat 39, 49. Hoc flumine Perseus septum iter hostis credens 44, 8. *pro hosti, quemadmodum Creverius malebat. Sed illud quoque bene et ex more Livii dictum.* Novo periculoso itinere 43, 1. *Vid. Drakenb. ad* 1, 14. Quum maximis itineribus isset 8, 30. Ne eodem itinere eat 30, 10. Incerti, quam in partem intenderent iter 10, 43. Quod iter petiturus esset, ignarus 44, 2. Septem millia itineris erant 30, 5. *i. q. iter septem millium.* Pons sublicius iter pæne hostibus dedit 2, 10. *i. q. aditum.* Qui summovendo iter ad prætorium facerent 45, 7. *pro aditum.* Quantum pati viæ per vulnus poterat itineribus extentis 30, 19. Jussi duces itineris ita dividere viam etc. 44, 35. Aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus 1, 5. In diversum iter equi concitati 1, 28. Transfosso pariete iter in urbem patefacere 44, 11. Ingens iter agminis erat, sed metus urgebat 32, 13. Itinera 26, 10. *de plateis urbis Romæ. Sic* 30, 6. Itinera portarum. Eorum ambitione artibusque fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter 4, 25. Plebi ad curules magistratus iter obsepsit 9, 34. Vid. *divortium.* it. *obliquus.*

ITERARE 8, 7. Ad iterandum ictum. Iterare pugnam 1, 12.

ITERUM 23, 32. Revocatus præco — iterum renunciaret eadem. Et cum is iterum sinu effuso, bellum dare, dixisset etc. 21, 18. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 18.

ITIDEM 29, 16. Altera itidem res — relata — est. *al.* item.

JUBATUS anguis 41, 21. *Vid. Intt. ad Virgil. Æn.* 2, 206.

JUBERE 27, 16. Interroganti scribæ — jussit. *conf. Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 246. Hastatis jussit 30, 34. *cf.* 42, 28. Cui — magistratus creare — jussum erat; *nisi cum Creverio legas* creari. Quis legati, nullo in præsentia responso dato, Chalcidem se sequi jusserunt 42, 43. Collaudato Evandro, signa referri, peditumque

agmen redire in castra jubet; equitibus receptui canere 42, 59. Imperium alicui (esse) jubere 26, 41. Jussit, ut 32, 16. *cf.* 9, 2. *it.* 25, 8. Quum, exponerent in consilio, jussisset 44, 2. Duci se extemplo ad consules jubet 9, 24. *de transfuga.* Campani jubentes, quæ opus essent ad bellum, imperare (*Romanos*) 23, 5. Populus jussit de bello 38, 45. Quod bellum senatus Perseo jussisset 42, 33. *id explicat Dukerus de senatusconsultis, post jussum illum populi* (38, 45.) *factis.* Id modo sciscerent juberentque, ut senatus decerneret etc. 1, 17. Quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus jussisset? 41, 7. Jubere regem 1, 22. *conf. cap.* 17. — Dictatorem 10, 11. — duumviros 9, 30. *i. q. creare, s. sancire, ut creentur.* Transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere 35, 24. *i. e. ex Epiro progressus, prouti jussus fuerat, circa etc.* Hannibali jam terræ appropinquanti jussus e nauticis unus escendere in malum 30, 25. *i. e.* ab Hannibale jam terræ appropinquante jussus etc. Itaque, ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo (*jubebo*). Adferrique catenas et circumsistere lictores jussit 26, 28.

Jucundus 3, 51. Nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum esse patitur. Quod nobis non fructu jucundius est, quam ultione 28, 39.

Judex 3, 44. Notam judici (*Appio*) fabulam peragit. Quod his temporibus nondum consulem judicem, sed prætorem appellari mos fuerit 3, 55. *Vid. ad h. l. Bauer. pag.* 156. Accusatorem eumdem capitis sui ac judicem esse 8, 32. Ferre alicui judicem 3, 24. *alibi, v. c.* 3, 56. dicere. Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram 9, 1.

Judicare 38, 60. Tantum auri argentique judicatum esse. — pecuniæ 6, 14. *i. q. mulctatum. cf.* 23, 14. Quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset 26, 3. Perduellionem alicui judicare 1, 26. *i. e. perduellionis reum judicare.* Quem extra culpam belli esse, ipsum Vitruvium judicasse 8, 19. *Nempe* judicare *dicitur eleganter de his, qui facto aliquo præjudicium de re faciunt, et ex eo dant aliis æstimandi copiam. Vid. Intt. ad h. l.* Judicati atque addicti 6, 34.

Judicium 35, 41. Judicia in fœneratores severe facta. *cf.* 2, 52. Menenio diem dicunt — eum oppresserunt — quum capitis anquisissent etc. Quæ sui judicii videri possent 3, 36. Et obstinatis animis triste judicium, invisumque etiam judicibus, factum 6, 20. Prius, quam judicium de eo (*Pleminio*) populi perficeretur 29, 22. Sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem 41, 22.

Jugum 10, 37. Quod captivos sine pactione sub jugum misisset. *cf.* 3, 25. *unde intelligatur, quomodo jugum factum sit.* Jugum accipere 1, 50. Sub jugum abituros (*victos*) 3, 28. Sub jugum missus 2, 34. *metaphor. pro* oppressus. Sub jugo montis 22, 18. — collis 31, 39. — Alpium 21, 35. Sub hoc jugo dictator Æquos misit *ibid.* Jugis ducebat 22, 18. *i. q. per juga ducebat exercitum.* Per Isthmi jugum navibus traductis Æginam trajiciunt 42, 16.

Jumenta 42, 1. Legati — singula jumenta per oppida — imperabant. *Hinc originem cursus publici ducit Spanhemius de V. et P. N. diss.* 13. *pag.* 582. Is, qui jumenta agebat 1, 48. *de carpento Tulliæ.* Quibus præter equos, ceterorum jumentorum calonumque turba abesset 7, 37. Pecora jumentaque torrida frigore 21, 32.

Jungere affinitatem cum aliquo 1, 1. Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est 7, 30. Fœdus cum eo amicitiamque junxit 24, 48. Per hos juncta societas Annibali a Syracusano tyranno 24, 6. Is princeps junctæ cum Illyriis legationis datus est 44, 23. Cum impari jungi 1, 46. *de matrimonio.* Haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque suam Persei criminibus junxisset 42, 14. Non dubia spe, quum juncti essent, debellari posse 25, 35. *de conjunctione exercituum.* Si se rursus tres exercitus ad tres duces junxissent 25, 37. Decem millia equitum, par numerus peditum, et ipsorum jungentium cursum equis, et in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos 44, 26. Ut non petisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, jungendoque, tractus ad id bellum videri posset 21, 5. Jungere ratibus flumen 21, 47. Romani ponte Ticinum jungunt 21, 45. Junctum vehiculum 34, 1. *scil. equis.* Naves junctæ aliæ binæ ad quinqueremes 24, 34. Vallo ac fossa ita jungere parat (*ea omnia*) 38, 4. Servati tamen regni, quæ juncta pietati sit, potiorem laudem fuisse 45, 19.

Juniores *dicti sunt tempore census primi a septimo decimo ætatis anno ad sextum et quadragesimum* 1, 43. *cf.* 4, 5.

Jupiter Feretrius 1, 10. *a feriendo.* Vide *Plutarch. Romul. pag.* 27. — Stator 1, 12. *a sistendo.* Vide *Gronov. Obss.* 4, 14. — Imperator 6, 29. triumphansque signum Præneste devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Numina Jovis Romani 8, 6. Es, magne Jupiter *ibid. Virgil. Æn.* 1, 241. quem das finem, rex magne, laborum? *Ibid. v.* 380. ab Jove summo. *ubi est in var. lect.* ab Jove magno. Vid. *sacrare.*

Jurare 2, 45. Idem deinceps omnis exercitus in se jurat. Per milites juratos in consulis verba 7, 16. Vid. *Intt. ad Tacit. Ann.* 1, 7. Nisi, in quæ ipse concepisset verba, juraret 7, 5. Jurati cen-

sores coloniarum 29, 15. Juratus senatus 42, 21. Ex animi mei sententia — ut ego rempublicam — non deseram 22, 53. *pro ut ego jure, me etc. Solet autem hoc verbum in tali formula omitti.*

JUREJURARE 41, 15. Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. *Verbum analogiæ certe non contrarium.*

JURGARE 3, 38. Hæc simul jurgans, querens — plurimis cum lacrimis agebat.

JURGIUM 8, 40. Claudii — oratio fuit magis precibus quam jurgio similis. Lacessitus jurgiis multorum 42, 22.

JURISDICTIO 41. 9. Hæc — causæ jurisque dictio — consuli decreta est. Inter cives et peregrinos jurisdictio 42, 18. *cf.* 28, 10. *it.* 41, 27.

JUS patrium 1, 26. *Jus vitæ ac necis in liberos ex lege Romuli.* Quodcumque — populus jussisset, id jus ratumque esset 7, 17, *cf.* 31, 32. Notitiamque eam brevi apud regem, liberaliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura 1, 34. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 52. [*Bene habet vulgata; etsi, quod Bauero placuit, non caret librorum auctoritate. Vellem docuisset vir optimus, quo pacto notitia,* LIBERALITER DEXTREQUE OBEUNDO OFFICIA, *in familiaris amicitiæ adduxisse jura dici possit.*] Nullum hospitale jus in iis (*legatis*) servandum 45, 20. Quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis et privatis juris fuerit, id cum uno homine esse 6, 14. *i. q. patriæ debuerit etc. id nunc uni debere.* Quodsi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego etc. 9, 1. *i. e. nihil præsidii in jure humano adversus potentiorem. Est autem jus humanum idem quod jus societatis humanæ, ut loquitur Cicero de Off.* 1, 8. Quidquid sancti amœnive circa urbem erat, incensum est, dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulchra: nec divini humanive juris quidquam præ impotenti ira est servatum 31, 24. Numa — auctor divini juris 1, 42. Auctores fuere contra jus gentium cædis impiæ legatorum nostrorum 5, 4. Periti religionum jurisque publici — suffectum consulem negabant recte comitia habere posse 41, 18. Manente memoria, etiam in discidio publicorum fœderum, privati juris 25, 18. Jure belli liberum te, intactum, inviolatumque hinc dimitto 2, 12. *Sic* 1, 1. duobus omne jus belli Achivos abstinuisse. Jus publicum vanum 45, 18. *i. e. jus, ex quo ærarium reditus metallorum et agrorum capit.* Vid. *Creverium ad h. l.* Jus de tergo ac vita 2, 29. Ager juris sui 29, 31. Jura dedit *(populo)* 1, 8. *i. q. leges.* Vid. *sanctus.* — jura statuenda 9, 20. Aliud Antiocho juris statuistis, alio ipsi utimini 35, 16. Commercium juris præbendi repetendique 41, 25. Bello superatas *(civitates)* — in antiquum jus repetit 35, 16. *cf.* 32, 33, *it.* 34, 57. Jus consulere 39, 40. *pro de jure consulere.* Jus gratiæ non dare 42, 24. Duæ (*præturæ*) jure Romæ dicendo 42, 28. *cf.* 3, 46. Novum jus tentatum 34, 42. *de jure civitatis petito per fraudem.* Vendere jure prædæ 38, 24. Hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi adempta 1, 17, *i. q. consuetudo.* Vid. *Bauer. ab h. l. pag.* 25. Ad jus regni quidquam, præter vim, habebat 1, 49. Eos — censendi jus factum est, 45, 15. Quum id nec consulis jus esset, nec illis etc. 9, 9. *f. leg.* consuli. [*In vulgata nihil est quod offendat.*] Jus persolvere 1, 32. — postulare 5, 36. Eum (*Servium Tullium*) jura redditurum, obiturumque alia regis munia 1, 41. Quo pacto jus nostrum adipiscamur 1, 32. Se — omnibus summis infimisque jura æquasse 3, 34. Optimo jure 9, 34. Vid. *Stroth. ad h. l.* Extra jus fœderis esse 38, 9. *i. e. non esse participem fœderis.* Nisi illi cogantur in jus judiciumque populi Rom. 36, 39. Sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem 41, 22. Sub jus judiciumque regis venisse 39, 24. Ad jus Antiocho inferendi belli aliquantum adjecisse 35, 51. Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum 3, 9. Decessitque jure suo 3, 46. *conf.* 3, 33. In jus ditionemque recipere 21, 61. *Contra* 32, 33. *hæc duo, semper a Livio conjuncta, dirimuntur* juris aut ditionis. *Itaque Drakenborchius recte ac recepit, præsertim codicibus adjutus.* Tamen raptus in jus ad regem 1, 26. In jus duci 2, 27. Vocat puellam in jus — — ad tribunal Appii perventum est 3, 44. Quum res peragi intra privatos parietes nequisset, ventum in jus est 4, 9. *Jus belli.* 1, 1, 2, 12. 2, 16. 3, 71. 5, 27. 8, 1. 2. 4. 9, 1. 3, 11. 21, 6. 10. 13. 18. 19. 24, 33. *Jus feciale.* 1, 32. 9, 9. 11. *Jus gentium.* 1, 14. 2, 4. 4, 1. 4, 17. 19. 32. 5, 4. 36. 51. 6, 1. 17. 7, 6. 31. 8, 5. 6. 9, 10. 11. 21, 10. 25. *Jus publicum.* 2, 55. 3, 33. 34. 39. 58. 63. 64. 67. 69. 4, 8, 15. 5, 35. 6, 14. 37. 38. 7, 6. 17. 8, 14. 9, 1. 20. 26. 10, 7. 23, 5. 10 24, 1.

JUSJURANDUM patrare 1, 24. — dare 41, 8. Jurisjurandi adversus fœdera suscepti exsecrationes horrens 10, 39. Se jusjurandum dare paratos esse, non videri e republica etc. 8, 32. *i. e. jurejurando affirmaturos esse.* Milites tunc — jurejurando ab tribb. militum adacti — nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat 22, 38. *hoc ergo voluntarium fuisse, illud necessarium, dicitur.* Vid. *Intt. ad h. l.* Vid. *adigere.* Ut fides ac jusjurandum — civitatem regerent 1, 21. Suumque jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt 1, 24. Paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis 1, 32. Populum — jurejurando adegit, neminem Romæ passuros regnare 2, 1. *cf. cap.* 2. Nec inter-

pretando sibi quisque jusjurandum et leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad ea adcommodabat 3, 20. Fœdus clandestinum inter ipsos jurejurando ictum, ne comitia haberent 3, 36. Tribunos vetere jurejurando plebis — — sacrosanctos esse 3, 55. Per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati 5, 8. Adigebatur jurejurando — non enunciaturum 10, 38. cf. 21, 1. Nullum jusjurandum, nulla religio 21, 4. Jurisjurandi solvendi caussa quum in castra redisset 22, 58. Quod fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset 22, 61. Citatosque singulos jurejurando adigam etc. 24, 16. Nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes 24, 18.

Jussus 29, 21. Jussu aut voluntate Scipionis facta esse.

Justitia 42, 30. Justitiâ imperii Romani capti.

Justitium in tumultu 3, 5. — omnium rerum 26, 26. — remittitur 10, 21. Justitium servatum 3, 5. — remissum *ibid.* Silentium omnium rerum ac justitio simile otium fuit 7, 1. Exercitu deleto justitium indictum 10, 4. Vid. *edicere.* Justitium in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum 9, 7. Delectusque et justitium indictum 7, 6.

Justius 44, 7. Cujus culpæ reus nemo justius, quam ipse, fuisset. *pro verius, rectius.*

Justus 21, 3. Justo jure aliquid repetere. Precarium, non justum auxilium ferenti 8, 35. Justum tempus comitiorum 5, 9. Si justa aut si vera pugna esset 22, 28. Justum servitium 41, 6. *i. e. verum.* Justiore altero deinde prœlio vincuntur 5, 49. Justum bellum 29, 31. *opponitur furtivis excursionibus et latrocinio aperto.* Quippe quem non justum modo adparare bellum regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant 42, 18. Justum piumque bellum 9, 8. Distractos passim justis quondam hostibus populi Romani pacatis servire 42, 8. Justa arma 38, 22. *i. e. legionum arma, quæ opponuntur velitum armis.* Ut — ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus 9, 43. *i. q. consulares. Atque etiam* 10, 25. exercitus justus consularis *diserte dicitur. Nisi vero* consularis *e glossa illatum sit.* Ab justo exercitu justa ira facta 6, 31. *de populationibus gravioribus.* Justi ducis speciem nactus 25, 1. *i. q. legitimi.* Justine magistratus summæ rerum præessent 3, 40. Omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt 9, 8. Operi aliisque justis militaribus ita assuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti, collatisque æquo campo signis justo prœlio Karthaginiensem hostem superaret 24, 48. Non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse 25, 38. Justa funebria 1, 20. Justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis 9, 6. Propter mundiorem justo cultum 8, 15. cf. 22, 59.

Juvare 28, 38. Diis bene juvantibus. *Sic* 1, 37. vento juvante. Quas (*urbes*) sua virtus ac dii juvent 1, 9. Omnia, quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant 22, 37. Quum commoditas juvaret 4, 60. *i. e. fructus, utilitas delectaret.* Vid. *Gronov. ad h. l.* Occasionem juvandarum ratione virium trahendo bello quærebat 6, 23.

Juvenalis 40, 14. *i. q. juvenilis.* [Vid. *Parei Lexic. Crit. pag.* 653. *Drakenb. ad* 37, 20.]

Juvenilis 1, 57. Ab nocturno juvenili ludo in castra redeunt. (*de Tarquiniis, Collatino etc.*)

Juvenis 1, 56. *Dicitur, cui sunt duo adolescentes filii. cf.* 2, 4. *it.* 10, 14. *ubi tribuni militum juvenes dicuntur.* Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 321. Juvenes senioribus oppositi 1, 43. *pro* juniores; *atque ita legendum Drakenborchius conjiciebat. Sed est Græcis Latinisque hic mos, ut comparativos et positivos jungant, quum quidem illi horum vim habent.*

Juventa 40, 6. Medium robur juventæ. *i. e. ipso Livio explicante, ætas triginta annorum.* Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos etc. 1, 57. Ut qui rure et procul cœtu hominum juventam egisset 7, 5. *Vid.* cæsaries. *it.* flos.

Juventus lecta 28, 46. — principes juventutis 6, 13. *de Latinis.* Equites enim illis principes juventutis, equites seminarium senatus 42, 61. *Contra* 2, 12. *pedites videntur intelligendi esse.* Vide *Drakenborch. ad h. l.* Peregrina juventus, Latini Hernicique 5, 19. Juventus — fundentes — cœpere 7, 2. Ex multa juventute regi pedites conscripsit 24, 48. Suos — juventute armis Samnites juvisse 9, 25. Quod roboris in juventute erat 35, 38. *i. e. milites, exercitus.* Erant in Romana juventute adolescentes aliquot etc. 2, 3. Juventus militaris 5, 39. In posterum salubre (*exemplum*) juventuti (*exercitui*) erimus 7, 8. Florere — (*Persea*) juventute, quam stirpem longa pax ediderit 42, 11.

Juxta se conjuges liberosque vexari 41, 6. Absentium bona juxta atque interemtorum 1, 54. Adjectique pœnæ ceteri juxta insontés 24, 5. Juxta invia ac devia 21, 33. *i. e. pariter, æque.* Juxta obsidentes obsessosque inopia vexavit 9, 13. Juxta hieme atque æstate 5, 6. Per dubios infestosque populos juxta intentus ad Hasdrubalem pervenit 23, 28. Omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem 24, 19. Apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur 9, 9. *i. q. proxime d. r.* Juxta eam rem ægre passi — quam quum consulatum vulgari vide-

rent 10, 6. Navalesque socii juxta effusi ac si insulis etc. 22, 31. Juxta — atque 3, 33. Juxta vicinitatem 39, 9. *i. e. propter vicinitatem, per occasionem vicinitatis.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 275.

Labare 2, 39. Postquam apparuit, labare plebis animos, *i e. inconstantes fieri.* Ut primum labare animum regis sensit 40, 54. Suberat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum 32, 30. Quod labare iis adversus Pœnum fidem senserat 27, 1. Qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt 32, 61. Sustinuisse labantem fortunam populi Romani 26, 41. Sicubi populo Rom. sua fortuna labet 42, 50. Labans disciplina 36, 6. *i. e. laxior, deficiens paullatim.* memoria labat 5, 18. *i. e. vis memoriæ deficere incipit.*

Labes 42, 15. Labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. Eam labem civitatibus opulentis repertam (*seditionem.*) 2, 44. *i. e. ruinam, perniciem.* Hujus mali labes ex Etruria Romam, velut contagione morbi penetravit 39, 9. Qui ob ereptum censuræ regnum labem secundæ dictaturæ suæ imposuerint 4, 32. In se receptam labem, quæ Evandri fuisset 45, 5. *i. e. sacrilegium.*

Labi 41, 21. Faces per cœlum lapsæ sunt in Lanuvino. *Labente* deinde *paullatim* disciplina, velut *desidentes* primo mores — *magis magisque lapsi* sint, tum *ire* cœperint *præcipites Præfat. i. e. sensim in deterius abire.* Inde labi cœpit (*quæstio*) ad viliora capita 9, 26. Labi inter media consilia 9, 12. *h. e. inter duo extrema, suspensum esse.* Misericordia se in speciem crudelitatis lapsum 3, 50. In rem emendabilem visus lapsus esse 44, 10.

Labor 4, 35. Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhausisse. Quod Antiochi bella terra marique laboribus periculisque omnibus interfuerit 39, 27. Militiam in opere ac labore — sub pellibus durare 5, 2. Quum primum pati laborem visæ potuit 37, 45. Ubi suorum plurimum laborem vident 4, 38. *i. q. ubi suos præcipue laborare h. e. infeliciter pugnare vident.* Operis labore fessus (*exercitus*) 21, 27. Fessi labore viæ 44, 3. Inenarrabilis labor 44, 5.

Laborare 22, 39. Veritatem laborare nimis sæpe, aiunt, exstingui numquam. *i. e. obscurari, opprimi.* Numquam ab equite hoste, numquam a pedite, numquam aperta acie, numquam æquis, utique numquam nostris locis laboravimus 9, 19. *ubi vid. Bauer. pag.* 298. Inde, rem ad triarios redisse, quum laboratur, proverbio increbuit 8, 8. Quod civitas fœnore laborabat 35, 7. Romæ simul delectu, simul tributo conferendo laboratum est 5, 10. Adeo in quæ laboramus sola crevimus 7, 25.

Lacer 1, 28. Lacerum in utroque curru corpus — (*equi*) portantes.

Lacerare 26, 35. Plebem Rom. perdendam lacerandamque sibi consules sumsisse. Tormentis quoque quum laceraretur 21, 2. Quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur 24, 5. Diditos in fidem populi Romani omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse 42, 8. Regionatim commerciis interruptis ita videri lacerata, tamquam animalia in artus — — distracta 45, 30. Classis lacerata tempestate 29, 18. Idem furor et Cretenses lacerabat 41, 25. Dum ad se quisque opes rapiunt lacerantes viribus 45, 9. *de iis, qui distraxerunt regnum Alexandri M. post ejus mortem. Gronovius legi volebat* laceratis viribus. *Burmannus autem ad Ovid. Metam.* 1, 626. vicibus *i. e. per vices. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 329. Principum orationibus lacerari 29, 19. Laceratus probris in senatu 31, 16. Multo infestius singuli universique (*senatores*) præsentem (*censorem*) lacerare 42, 3. *præcedit:* fremitus in curia ortus. Ibi quum laceratus jurgiis multorum esset 42, 22. Lucretium tribuni plebis absentem concionibus adsiduis lacerabant 43, 4. In concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent 41, 6.

Laceratio 7, 4. Acerbitas in delectu, non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata. Captivos cum fœda laceratione interficiunt 41, 18.

Lacessere 33, 28. Numquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve cædis, nullo lacessente, facturum fuisse. Lacessere mentionem rei temere actæ 40, 54. Levis armatura — promtissimum genus ad lacessendum certamen 44, 4.

Lacrimare 43, 13. Triduum ac tres noctes (*Apollo*) lacrimavit.

Lacrimari gaudio 27, 17. *Similiter cap.* 19. effusæ gaudio lacrimæ.

Lactens 37, 3. Nocte lactentibus rem divinam fecerunt. Lactens *ex auctoritate Servii est, cui lac præbetur;* lactans *contra, quæ lac præbet. Sed tamen agnus cum ubere* lactenti *natus memoratur* 27, 4. *Ceterum lactentes hostiæ majoribus, quæ non amplius crescunt, opponuntur* 22, 1. *cf.* 25, 12.

Lacus 5, 16. Cave in mare manare suo flumine sinas. (*lacum Albanum.*) Lacus sternendos lapide — locaverunt 39, 44.

Læte id ingenium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia accepetunt 24, 4. *Alii* ea ætate, id ingenium etc. *legi volunt; alii aliter. vid. Intt. ad h. l. non neglecto Cel. Strothio, qui* ea ætate *in textum recepit, neque tamen constituit,* ea ætate *sitne de tempore, historice quidem, accipiendum, an pro* ea ætate puerum, id etc. *Quid? si legatur:* Eam ætatem, id ingenium. Vid. *quæ supra in v.* ætas *notavimus.*

Lætitia victoriæ 45, 13. — luxuriosa 2, 21. *i. e. abusum potestatis efficiens.*

Lætus 1, 13. Ex bello tam tristi læta repente pax. *pro læta et repentina pax.*

Nam paullo ante erat: repentina quies. Haudquaquam tam victoria lætum, quam quod etc. 9, 23. Læta aliene crimine oratio 4, 40. Læto conditionem accipienti 29, 1. Ingenia incolarum latrocinio læta 28, 22. Ut quiete et pabulo læto reficeret boves 1, 7 Vid. *sacrificium.*

Lævus 32, 29. Minucius in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter.

Lamentabilis 3, 47. Quum — lamentabilis eum mulierum comploratio excepisset.

Lamentum 8, 7. Ut neque lamentis neque exsecrationibus parceretur.

Lamina 41, 20. Parietibus totis lamina inauratum. (*templum.*)

Lamna 23, 19. Tria signa cum titulo lamnæ æreæ inscripto.

Lana 1, 57. Lucretiam — deditam lanæ — inveniunt. *pro lanificio.* Lana alba velatis capitibus 24, 16. Lanaque cum integumentis, quæ Jovi opposita fuit, decidit 40, 59. Vid. *velamen.*

Languidus 1, 4. Posse quamvis languida mergi aqua, spem ferentibus dabat.

Lanienæ 44, 16. Lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit.

Lanista 35, 33. Quam populum Rom. cum Antiocho, lanistis Ætolis, non sine motu magno generis humani et pernicie Græciæ dimicare. *i. e. auctoribus, incitantibus.* vid. *Clav. Ciceron. in h. v.*

Lapicida 1, 59. Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos.

Lapidare 27, 37. De cœlo lapidaverat. Imbri lapidavit 30, 38. *i. e. pluit imbre lapideo. cf.* 43, 13.

Lapidatum 29, 10. Propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum. *i. q. lapidatio, lapidum veluti grando. cf.* 42, 2.

Lapis 22, 1. Ardentes lapides cœlo decidisse. *Drakenborchius legi malebat* lampades. Lapis sacer 41, 13. *sunt, qui statuas deorum intelligant; alii de ceteris lapidibus religiose cultis capiunt: Drakenborchius denique de lapide cœlitus lapso et cap.* 9. *memorato. Media sententia tutior videtur.* Sacrumque iis lapidem, quam matrem Deûm esse incolæ dicebant, tradidit, ac deportare Romam jussit 29, 11. Lapides missiles 1, 43. Ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia est, perveniunt 7. 39.

Laqueatus 41, 20 Templum laqueatum auro.

Lar 26, 25. Eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet. Idem dedicavit ædem Larium Permarinûm in Campo 40, 52.

Large partiendo prædam 21, 5. — gratiam referre 38, 8.

Largior 24, 46. Imber — sonituque primo largioris procellæ strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.

Largiri 1, 54. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter prædam munifice largiendo *cf.* 6, 2.

Largitio 1, 54. Largitionis inde prædæque et dulcedine privati commodi sensus malorum publicorum adimi. Largitio cedit in gratiam tribunorum 4, 44. Largitio ædilitia 25, 2. *de ludis ab ædilibus edi solitis munerum nomine.*

Largitor prædæ 9, 42. *De duce liberali.* A minime largitore duce 6, 2. *Sermo est de concessa præda.* Largitor voluntarius repente senatus factus 6, 16.

Lascivia 23, 11. Lasciviam a vobis prohibetote. *i. e. irreligiosam lætitiam. Nisi vero hæc oraculi potius dictio est, ut aliæ ejusdem loci formæ, et carminis Græci potius quam Livii.* Militum lascivia in consulem (*ovantem*) 4, 53.

Lascivire 27, 4. Lascivientium piscium modo exsultasse. (*angues.*) Otio lascivire plebem 2, 28. Lascivire magis plebem, quam sævire 2, 29.

Late depopulato agro 9, 36. Per arma, per viros late stragem dedere 8, 30. Terrorem late agrestibus injicere 25, 9. Longe ac late fuso agmine 5, 37. Fugam ac vastitatem late fecerunt 8, 9. Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ 2, 60. Hac expeditione motum latius erat, quam profligatum, bellum 9, 37. Latius patefacta (*acies*) 9, 27. *i. q. rari ordines.* Occupari latius imperii fines volebat 1, 56.

Latebrosus locus 21, 54. Erat in medio rivus, præaltis utrimque clausus ripis, et circa obsitus palustribus herbis, et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque, quem ubi ad equites quoque tegendos satis latebrosum locum circumvectus ipse oculis perlustravit.

Later 44, 11. Fornices, non ad eamdem crassitudinem, qua veterem murum, sed simplici laterum ordine structos esse.

Latere 24, 5. Consciorum nemo aut latuit aut fugit. *i. e. latebras quæsivit in amicorum ædibus etc. cf. Sueton. Jul.* 1.

Latex 44, 33. Quorum (*laticum*) venæ in mare permanantes undæ miscerentur.

Latine 40, 42. Cumanis eo anno petentibus permissum, ut publice latine loquerentur. *Osce antehac loquuti videntur, quippe qui regione Oscorum continebantur. Aliter Lipsius de pronunciatione Linguæ Lat. pag.* 15. *qui putat græce loquentes, et h. l. ad publica negotia refert. Sed Dukero verbum* loqui *obstare videtur.* Vid. *Schmid. Giss. über das Privilegium lateinisch zu reden.* 1786, 8. *et* (*ut*) præconibus latine vendendi jus esset *ibid.*

Latio auxilii 2, 33. — suffragii 9, 42. *cf.* 45, 15.

Latitudo 5, 54. Etruria tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ. Quanta belluæ latitudo est 44, 5.

Latium Capuaque agro mulctati 8, 11.

Lator plebisciti 9, 30. — si inter acci-

piendas de suis commodis rogationes, spem honoris latoribus earum incidant 6, 39. Legum latores 3, 31. Legum latorem conditoremque Romani juris jacere vinctum 3, 56.

LATRO 35, 7. Latrones *et* hostes *sibi invicem oppositi.* *cf.* 40, 27. — latrones *et* prædones *iidem* 34, 32. Tamquam a latronibus redemtus 2, 34. Vid. *fur.*

LATROCINIUM 8, 34. Latrocinii modo cæca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit. Latrocinii magis, quam belli more 31, 35. *cf.* 29, 6. *it.* 33, 29. Latrocinium maritimum 40, 42. *de populatione oræ maritimæ. cf.* 10, 2. Finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti 7, 30. Per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum 42, 18.

LATUS 23, 46. Ager — virtutis causa latus datus est. Acerbitas in delectu non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata — invisa erat 7, 4. [*Immo lata hic participium est, ad* acerbitas *referendum, ut bene nuperus editor Gothanus.*] Latius regnum opulentiusque, quam accepisset, facturum 24, 49. Latior et re et personis quæstio 9, 26. Latiorem — — transitum ostendere 21, 27. *ad q. l.* vid. *Bauer. pag.* 22.

LATUS 24, 25. Avertit ab consciis in insontes indicium — ab latere tyranni, quorum etc. *i. e. in insontes quosdam eorum, qui essent ab latere tyranni, s. familiares ejus.* Patriciis juvenibus sepserant latera 3, 37.

LAUDATOR 2, 47. Idem in utroque laudator. *i. e. utriusque.*

LAUREA 23, 11. Coronatus laurea corona. *Videntur esse repetita verba antistitis sacrorum.* Lauream insignem deferre 7, 13. *sc. milites imperatori cupiunt.*

LAUREATUS 45, 1. Laureatæ litteræ. Vid. *litteræ.* — tabellæ laureatæ *ibid. i. e. litteræ rerum lætarum nunciæ.* vide *Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. cap.* 58. Laureatæ legiones 45, 39.

LAUS certaminis 1, 57. *i. e. quam quis habet ex aliorum de se certamine.* Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor 8, 40. *i. q. laudationibus.* Mænii celebre nomen laudibus fuit 4, 53. Diis immortalibus laudes gratesque egit 26, 48.

LAUTIA. Vid. *locus.*

LAUTUMIÆ 32, 26. Triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere jussi.

LAUTUS pure 39, 9. *i. e. pura lotus aqua, auctore Festo.*

LAXAMENTUM 7, 38. Laxamento cogitationibus dato. Leges — nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris 2, 3. Si laxamentum dederis 5, 5. *scil. obsessis. cf.* 43, 18. Si quid laxamenti a bello Samnitium esset 9, 41. Ne quid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia — mittenda 10, 39. *cf.* 2, 24. *ibique Bauer. pag.* 106. Minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Hannibali submittenda 22, 37.

LAXARE 32, 5. Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum etc. Annona haud multum laxaverat 23, 20. *scil. se. s. laxata erat. cf.* 26, 20. *Contra active* 2, 34. conditiones laxandi annonam. Laxare elatum pedem ab stricto nodo 24, 7. Laxatæ custodiæ 21, 32. *i. q. intermissæ, sublatæ, vid.* custodia. *it.* arctus.

LAXE vincire 9, 10.

LAXIUS 28, 24. Quod in hostico laxius rapto suetis vivere arctiores in pace res erant.

LAXUS 10, 5. Qua satis laxo spatio equi permitti possent. In quo negligentiæ laxior locus esset 24, 8. Urbi cum pace etiam laxior annona rediit 2, 52. Laxiorem diem dare 39, 17. *i. e. terminum, quem nos dicimus longinquiorem.*

LECTIO 9, 29. Ob infamem et invidiosam senatus lectionem. Deformatum ordinem prava lectione senatus *ibid. cap.* 30. Vid. *inquinare.*

LECTISTERNIUM 5, 13. Lectisternio tunc primum in urbe facto. Eorumque monitu lectisternium fuit 7, 2. *cf. cap.* 27. Lectisternium — iisdem, quibus ante, placandis habitum est diis 8, 25. *cf.* 22, 10. In quibus (*fanis*) lectisternium majorem partem anni esse solet 42, 30. *cf.* 36, 1. *etenim non in omnibus templis habebantur.* In foris publicis, ubi lectisternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt se 40, 59.

LECTUS 39, 6. Luxuriæ — peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam etc.

LEGARE 1, 3. Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Silviæ gentis legat. Juste pieque legatus (*nuncios*) venio 1, 32. Ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati 9, 20. Consulem legari ad id bellum 36, 1. Suspecti et ministri facinoris — qui Romam legati fuerant 40, 54.

LEGATIO decreta necdum missa 21, 6. Neque colloquium postea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quæ omni Græcia decedi nunciaret, admissurum dixit 32, 37. Legationes deinde ceteræ in senatum introductæ auditæque 28, 39. Nec Hannibali — operæ esse legationes audire 21, 9. Legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi 36, 5. A multis legationibus protinus in via aditus 26, 51. *cf.* 1, 9. *it.* 4, 58. 5, 37. 32, 1. Legationem renunciare 22, 6. *h. e. quid gestum sit in legatione. cf.* 31, 17. Ut legatio renunciari ab Roma posset 36, 35. *cf.* 9, 4. Ut duo legationem referrent 24, 48. *cf.* 7, 32. Theodotum — in eam legationem miserunt 45, 25. — in eam legationem profecti 21, 63. In hanc legationem missi etc. 42, 26. *i. e. missi legati, qui hæc nuncia-*

rent, quæ ante dicta erant. Huic tam perplexæ legationi, quia non satis in promptu erat quid responderet, legatos se missurum ad eos dixit, qui de iis, quæ — loquerentur 36, 5. Quum major frequentiorque legatio itura sit 5, 5. Omnis turba, non habitantium modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia 20, 26. Mitis legatio 5, 36. *pr. mandatis.* Vana atque irrita legatio fuit 21, 10.

LEGATUS primi principis 26, 6. Scipionem —; a fratre — cui — legatus in Africam iret 38, 58. Et tu, L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris 3, 29. *i. e. tamquam legatus. vid. Drakenborch. ad h. l.* Legatos — pacis petendæ oratores — miserunt 36, 27.

LEGERE *de virgine Vestali* 1, 3. *cf. cap.* 20. — *de Pontifice ibid. cf.* 42, 28. *it.* 43, 11. — *de Saliis* 1, 20. Ut dii — auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret 1, 6. *conf. cap.* 18. Ex his rogationibus legere, quas etc. 6, 40. Quibus legendi, quid mallent, copia non fuerint 9, 45. *i. q. optandi, eligendi.* Quod adversus se dux potissimum lectus esset 21, 39. Dux ad ultimum belli legitur 1, 54. Legere equites 29, 32. — milites 37, 51. — senatum 40, 51. *cf.* 2, 1. 40, 46. 43, 15. Qui senatum primus (*Appius,*) libertinorum filiis lectis, inquinaverat 9, 46. Decium, qui sacra — faceret, — legi rite non potuisse 10, 7. *scil. pontificem, augurem. conf.* 45, 44. Lectus a Sempronio princeps in senatu 27, 11. Conscriptos videlicet in novum senatum appellabant lectos 2, 1. Legere in Patres 1, 49. Consules decem legatos — ex senatu legere 29, 20. Dictator magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paullum 10, 3. Supplemento in alias (*legiones*) lecto 24, 44. Loca pacata me ad hibernacula lecturum 40, 35. Spoliis lectis 8, 7. Spoliaque ejus legentem Galli agnovere 5, 36. Arma legere 41, 12. Vid. *cremare.* Legentes oram 44, 10. Cujus imaginis titulo consulatus censuraque et triumphus æquo animo legetur, si auguratum et pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi? 10, 7.

LEGIO Romana 40, 36. — Tusculana 3, 18. Licere consuli — — quem velit ex legione Romana scripta civem, devovere 8, 10. Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod quum alterius consulis legionibus quina millia et duceni equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum scribi jussa; equites treceni equaliter in singulas legiones 42, 31. Legiones quarternûm millium 6, 22. *cf.* 28, 28. — Karthaginiensium 26, 6. — Samnitium 7, 32. — Gallorum 38, 17. — Latinæ 6, 32. — Etruscæ 2, 45. — Caudinæ 9, 12. *i. e. Samnitium ad Caudium castra habentes.* — Macedonicæ 44, 1. *i. e. Romanæ in Macedonia.* Legiones *decretæ commemorantur sine imperii mentione* 26, 1. Legiones — compulsos 4, 19. *cf.* 28, 28. Legiones auratæ 45, 39. Legione classis — præmissa 22, 57. Legio linteata, ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est 10, 38. Legiones peditum 42, 61. Legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit 41, 28.

LEGIONARII equites 35, 6. *cf.* 27, 11. Vid. *eques.*

LEGITIMUS 9, 9. Verba legitima dedentium urbes. Legitimus honor 33, 25. *i. e. legibus concessus.*

LEMBUS 24, 40. Lembi biremes. Lembum armatum ad pertrahendam eam navim miserunt 40, 4. Præfectos classis cum quadraginta lembis — — Tenedum mittit 44, 28. Fama lemborum vastantium oram maritimam 44, 30. Classis lemborum 45, 10. Statione submotos hostium lembos *ibid.*

LEMNISCI 33, 33. *i. e. vittæ, quæ sunt in honoribus deorum usitatæ. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

LENIRE 2, 45. Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras. *cf.* 40, 7. *it. de seditione* 5, 24. *cf.* 38, 24.

LENIS clivus 6, 24. *cf.* 29, 33. Omnia fastigio leni subvexa 25, 36. Decurritur ad leniorem verbis sententiam, vim tamen eamdem habentem 6, 19. Vid. *Tiberis.*

LENITER demissa aquila 1, 34. Leniter editus collis 2, 50. Castigando increpandoque plus, quam leniter agendo 27, 9. — acerbius leniusve egerunt 39, 25. *cf.* 2, 61. Si leniter agendo (*i. e. precibus*) parum proficerent 7, 31. Nimis leniter latam suam injuriam ratus 29, 9. *Drakenborch. edidit* leviter. *Utrumque bene latine dicitur.* — leniter queri 26, 21.

LENTE 10, 5. Quamquam lente procedunt, jam tamen ad impetum capiendum, equiti utique, modicum erat spatium.

LENTUS 6, 8. Ut in eo tam lentæ spei victoriam exspectaret. *cf.* 5, 5. nec ipsi lentiorem spem facimus. *i. e. nec ipsi in caussa sumus, ut lentius eveniat id, quod speramus.* Excepit — eum lentius spe bellum 1, 53. Si etiam res lentior sit 5, 6. *Opp. paratæ victoriæ.* Hannibalem lenti spectamus 22, 14. *Proprie lenti spectare dicuntur, qui spectaculo non concitantur in iram, ejusque indignitate non commoventur ad vindictæ cupiditatem. Nam omnino* lentus *est tardus in sentiendo eo, quod iram, odium commovere potest; unde etiam* lentitudo *ita dicitur. Exempla Ciceroniana vide in Clave Cic.*

LETUM oppetere 45, 26. Invidia rei oppressum periise tradunt; alii alio leto 2, 40. Per omnes vias leti interficere 31, 18. Novo genere leti 1, 51. Tum me Jupiter O. M. domum, familiam, remque meam pessimo leto afficiat 22, 53.

LEVAMEN 6, 35. Cujus levamen mali plebes — nullum speraret.

LEVARE 24, 29. Levaverunt modo in præsentia velut corpus ægrum, quod mox in graviorem morbum recideret. Vis morbi levata 4, 25. Quum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur 7, 2. Atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat 9, 9. *i. q. laxat. Sic* laxe vincire *cap.* 10. Levarique quamprimum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant 21, 26. Levatum annuum vectigal 45, 30. *(dimidium soliti.)* Quum injusto fœnore gravatum æs alienum — levasset 42, 5. Levare fœnus 6, 27. — fœnebrem rem 7, 21. Ut ipse fœnore levetur 6, 39. Levare religione animos 21, 62. Vid. *religio.* — publica cura annonam 4, 13. Levata ignominia 4, 43. *cf.* 45, 15. *de Censore.* Levatur dedecus judicii 3, 72. *i. e. minuitur, tollitur.* Levasse humano superpositum capiti decus, ut divinitus eidem redderet 1, 34.

LEUCASPIS 44, 41. Secundam legionem L. Albinus consularis ducere adversus leucaspidem phalangem jussus: ea media acies hostium fuit. *conf. Virgil. Æn.* 6, 334.

LEVIS 5, 15. Auctor levis, nec satis fidus. Simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat 23, 13. [*vid. Stroth. ad* 6, 24.] Levissima mutandæ fidei ingenia 28, 44. Levis auctoritas 21, 10. *cf.* 26, 22. Extollere candidatorum levissimum quemque humillimumque 3, 35. Leves autem, qui hastam tantum gæsaque gererent, vocabantur 8, 8.

LEVITAS 31, 33. Quos (*transfugas*) levitas ingeniorum, ad cognoscendas hostium res, in omnibus bellis præbet. Velocitate corporum ac levitate armorum 25, 9.

LEVITER 29, 9. Neglectam ab Scipione et nimis leviter latam suam injuriam ratus. Vid. *fundare.*

LEX 2, 1. Imperia legem potentiora, quam hominum. Leges rem surdam, inexorabilem esse 2, 3. Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis 4, 4. Lex regia 34, 6. *pro una de legibus ab aliquo regum Romanorum latis. cf.* 6, 1. duodecim tabulæ et quædam regiæ leges. Sanciendo novam legem, ne quis — crearet 3, 55. *i. e. quæ vetaret, ne quis etc. cf.* 4, 24. Legibus dictis stare 9, 5. Quando lege agi posset 9, 46. Quum — privatis lege dicendi locus esset 45, 36. Sollemne auspicatorum comitiorum in castra et provincias, procul ab legibus magistratibusque ad militarem temeritatem transferri 26, 2. Vid. *sacratus.* Lex horrendi carminis erat 1, 26. Lex sacrata militaris 7, 41. Legem dein de sociis — tulit SCto, et edixit etc. 41, 9. *Paullo post*: ad legem et edictum consulis SCtum adjectum est. *Vid.* inclytus. *it.* interrogare.

LIBARE diis dapes 39, 43. Libatoque jocinore intactos angues abiise 25, 16. Nusquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam 21, 29.

LIBELLUS 29, 19. Libellis palæstræque operam dare. *Libelli per contemtum dicuntur de libris Græcorum et doctrinæ græcæ, quæ etiam ab Scipione in castris tractabatur.*

LIBENTIUS. Vid. *potius.*

LIBER 3, 10. Libri per duumviros sacrorum aditi. *i. e. Sibyllini, nuspiam ante memorati.* Libri aditi, quinam finis — a diis daretur 10, 47. *scil. unde intelligeretur etc.* Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum 10, 38.

LIBER 42, 6. Ædes liberæ hospitio datæ. Liberas ædes conjurati — imminentes viæ angustæ, qua descendere ad forum rex solebat, sumserunt 24, 7. Admonitio libera 44, 36. Libera fide 30, 4. *i. e. liberatus.* Totam hiemem liberam habere in apparatus 37, 8. *cf.* 22, 4. *it.* 33, 3. Libero mendacio abutebatur 35, 12. Vid. *abuti.* Liberum fœnus 35, 7. *i. e. legibus non circumscriptum.* Libero conclavi ad quæstionem servarent 39, 14. Karthago libera cum suis legibus 37, 54. *Gr.* ἐλευθέρα αὐτόνομος. *cf.* 25, 16. Liberi ac suis legibus viventes 25, 23. *it.* 30, 37. *copula tamen omissa.* Liber jure belli 2, 12. *i. q. a jure. sequitur enim* intactus inviolatusque. *vid. Bauer. ad h. l. pag.* 100. [*Ernestius Strothium sequitur. Laudo. Baueri explicatio durior.*] Prædaque omnis, præter libera corpora, militi concessa est 6, 13. Libera custodia. Vid. *custodia.* Eques corpore armisque liber 21, 5. *i. e. exstans ex aqua.* Nec deductis præsidiis spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem 26, 38. Liberum fingenti (*ad fingendum*) colloquium 30, 30. Quod (*crimen*) quia testem habere non posset, liberius fingenti sit 26, 38. *Similiter* 9, 12. Facilis jungenti Rom. acies, facilis partienti *dicitur.* Animus religione liber 2, 26. *h. e. qui non movetur ostentis, et similibus, ut propterea aliquid timeat.* Liberum arbitrium 4, 43. *pro suffragio. Et est in eodem capite* liberum suffragium. Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum 32, 37.

LIBERALIS 23, 46. Ob — spem liberalioris militiæ. *i. e. quia sperabant meliori se imperio apud Romanos usuros esse.* Ut quibus insuetus liberalior victus esset 41, 2.

LIBERARE 27, 37. Mentes religione liberatæ. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem 41, 19. Nisi oculos quoque liberassent ab tanti memoria decoris 6, 20. *i. e. removissent ab oculis, quod in memoriam revocare decus illud, et impedire posset, quo minus ex vero judicaretur. Sic alibi* (6, 16.) lingua et animi liberari *dicuntur.* Vid. *lingua.* Quum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminusque etc. 5, 54. *scilic. a religione templorum. Similiter e contextu alibi debet aliquid suppleri.* Libraque et ære liberatum emittit 6, 14.

LIBERATOR 1, 56. Ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Rom. animus opperiretur tempora sua. Liberatorem urbis læta castra accepere 1, 60. Deos atque homines obtestantem, ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant 6, 14.

LIBERI 1, 13. Ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberûm hi progeniem *pro liberis ipsis*. Cum liberis adolescentibus 2, 6. Morte amitti — liberos (*Virginiam*) 3, 50. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus Romanus, documento Ptolemæum Ægypti regem esse 45, 44.

LIBERTAS patrum 6, 26. *i. q. fortitudo*. Libertas animusque 2, 56. *h. e. animi libertas*. In libertate esse 42, 42. — in libertatem asserere 3, 45. — vindicare *ibid. vid. in his vv. it. in* æquus. Libertatem aliorum in suam vertisse servitutem 2, 3. Metusque omnis et periculum libertatis — in creditores a debitoribus verterat 2, 27. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 108. Libertate intemperantius invectus in regem 42, 14. Conditor Romanæ libertatis 8, 34. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v. ult.*

LIBERTINUS 43, 12. Mille socii navales, cives Romani libertini ordinis. *Locus clarus ad intelligendum discrimen libertinorum et libertorum.* Liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent 41, 8.

LIBERTUS 45, 44. Pileatum, capite raso, obviam ire legatis solitum, libertumque se populi Romani ferre; et ideo insignia ordinis ejus gerere.

LIBIDO 1, 57. Mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ. Quorum in regno libido solutior fuerat 2, 3. Non omnibus delendi urbem libido erat 5, 42.

LIBITINA 40, 19. Ut Libitina tunc vix sufficeret. *i. e. ii, qui funera facienda redimere solebant; sicut Horatius dixit* Libitinæ quæstum. *cf. ibid. cap.* 21. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat 41, 21.

LIBRA 3, 26. Coronam auream libram pondo. *scil. habentem cf.* 4, 20. Libraque et ære liberatus 6, 14. *i. e. per manumissionem justam libertatem accepit.*

LIBRAMENTUM 24, 34. Gravi libramento plumbi recellente ad solum. Arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant 42, 63.

LIBRATUS 30, 10. Gravior ac pondere ipso libratior — superne — ictus. *i. e. validior. cf.* 42, 65. Librata quum sederit *(glans)* 38, 29. *Librare eleganter dicitur, præsertim apud poëtas, pro ei, quo ferire velis, aliquo motu vim majorem addere, ut alte attollendo, torquendo, circumagendo. Hinc in l. c.* glans *dicitur* librari, *quum circumacta fundæ nisum majorem accipit.* Vid. *sedere.* Librata ponderibus pila 7, 23. (*e loco superiori emissa.*)

LICENTIA 3, 37. Malle licentiam suam quam aliorum libertatem. Eam tum, æquato jure omnium, licentiam quærentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur 2, 3. Tantum licentiæ sumsisse 6, 40. Vid. *exauctorare.* Cum hac, quæ nunc sollemnis est, licentia 9, 30. Si qua licentia populando effusus exercitus 9, 31. Ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite 44, 1. Muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri 34, 3. Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis 1, 48.

LICERE 3, 50. Si liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset. Neminem eorum per Italiam ire liciturum 42, 36. *vid. infra in v.* nemo *ult.* [Licet *cum infinit. pass. vid.* arctus. *cf. Ernest. ad Ciceron. Epistol. ad App. pag.* 76.]

LICTOR 26, 15. Præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. *Lictor* proximus 24, 44. *qui antecedit proxime magistratum. Sic etiam Cicero dixit Verr.* 5, 54. Vid. *paludatus.*

LIGNARI 40, 25. Ne — pabulatum lignatumque milites irent.

LIGNATOR 10, 25. Lignatores ei cum præsidio occurrunt — lignatum se ire — habetis affatim lignorum. Redite et vellite vallum. *cf.* 25, 34. Legionem tertiam, quæ pabulatores et lignatores tueretur etc. 41, 1.

LIGNARII 35, 41. Et iidem porticum extra portam trigeminam inter lignarios fecerunt. *Recte cepit Creverius* inter lignarios *de loco sic dicto ab ejusmodi opificibus. Melius tamen adhuc, opinor, B. Patruus illa verba intelligi volebat de negotiatoribus ex eo genere. vide Clav. Cicer. in v.* falcarius.

LIMEN 2, 48. Jussi armati postero die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt. Limine curiæ continebatur senatus 5, 7. Nunc in liminibus starent, nunc errabundi etc. 1, 29. Quiritium fidem implorante Valerio a curiæ limine 3, 41. Matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri limine poterant 34, 1. *i. e. domi.* Intranti vestibulum in ipso limine Sophonisba — occurrit 30, 12.

LIMES 22, 12. Inde Præneste ac transversis limitibus in viam Latinam est egressus. *cf.* 31, 24. *it.* 32, 13.

LIMUS. Vid. *hæsitare.*

LINEAMENTUM 21, 4. Habitum oris lineamentaque intueri. Similitudo oris vultusque et lineamenta corporis 26, 41.

LINERE 21, 8. Id (*ferrum*), sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice.

LINGUA 6, 16. Et linguam et animos liberaverat hominum. *pro linguas. cf.* 22, 45. *it.* 32, 21. Lingua promptus hostis 2,

45. *h. e. male dicat, qui acerbe provocaverat.* Quo linguæ commercio 1, 18. In altum lingua excurrens 37, 31. (*eine Erdzunge*) *cf.* 44, 1. Vid. *nos in Glossario Ammianeo, ad h. v.* Eminet — in altum lingua, in qua sita est 44, 11. Vid. *excurrere.*

LINTEATUS. Vid. *legio.*

LINTEUM 10, 38. Ibi — locus est, conseptus cratibus pluteisque et linteis contectus etc.

LINTEUS 9, 40. Linteæ candidæ tunicæ. Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum 10, 38.

LIQUERE 1, 46. Regis filius neposve fuerit, parum liquet.

LIQUESCERE 21, 36. Per fluentem tabem liquescentis nivis ingredi.

LIQUIDO 39, 47. Nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec se satis liquido discere ab eo senatus quum cerneret posse.

LIS 28, 4. Secundum eam (*partem*) litem judices dare, quæ magis popularis aptiorque in vulgus favori conciliando esset. Vid. *Gron. ad h. l.* Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari vestris in nos sermonibus 45, 24. *vid. supra in v.* æstimare.

LITARE 27, 23. Consules religio tenebat, quod, prodigiis aliquot nunciatis, non facile litabant. *i. e. bona exta reperiebant.* Manlium egregie litasse 8, 9. Nec auspicato nec litato instruunt aciem 5, 38.

LITATIO 41, 15. Usque ad litationem sacrificari jussit. *i. e. plurimas deinceps victimas cædere, donec bona exta reperiantur; quod quum tamen non fit,* non litasse *dicitur.* Sine litatione cæsæ hostiæ 27, 23. *i. e. extis lætis non inventis.*

LITTERÆ 1, 7. Evander — venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artium homines. Quod parvæ et raræ per eadem tempora litteræ fuere, una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum 6, 1. *i. e. breviora et minus obvia quævis monumenta litterarum. cf.* 7, 3. Etruscis litteris innutritus erat, linguamque Etruscorum probe noverat 9, 36. Lex vetusta est priscis litteris verbisque scripta 7, 3. Litteræ consulum a Gallia allatæ 32, 1. Litteræ auditæ 10, 45. *i. e. recitatæ.* An — appellatio — ostentata tantum inanibus litteris, an vere data sit 3, 56. Litteræ — ad senatum — missæ argumentum fuere minime cum eo (*dictatore*) communicantis laudes 8, 30. Litteræque Romam extemplo scriptæ 41, 16. Litteræ paucorum versuum 41, 24. *vid.* exitialis. *it.* scribere.

LITTUS 44, 28. Qui propiores continenti littori erant.

LITUUS 10, 7. Si conspiciatur cum capide ac lituo. Vid. *aduncus.*

LIXA 21, 63. Lixæ modo, sine insignibus, sine lictoribus, profectum etc. *pro homine cujuscumque sortes vilioris.*

LOCARE 2, 50. Quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent. *cf.* 29, 2. Antepilani — quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur 8, 8. Locatus in urbe (*dux*) 22, 38. *in partem deteriorem dictum. nisi vero cum Mureto leg.* togatus. *Sequitur enim* armatus. Ut agrum Campanum censores fruendum locarent 42, 19. *cf.* 27, 11. Ut bene locatus, mansit in ea familia aliquamdiu honos 2, 42. Locare agrum frumento 27, 3. *i. e. pro vectigali frumentario.* Ædes Salutis a censore locata est 9, 43. Junoni templum locavit 5, 24. *i. e. exstruendum curavit.* Is erat, qui ipse eam ædem voverat — — locaveratque idem ex senatusconsulto 40, 34.

LOCATIO 45, 18. Locationes prædiorum rusticorum. *Creverius putat intelligendam eam esse de prædiis, quæ proprium fuissent regum Macedonicorum patrimonium, eaque, olim locata a regibus, Romanos vel vendidisse postea, vel donasse.*

LOCUPLES 9, 9. Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes. Ut omnes locupletes reducam 10, 25. *scil. milites e bello.*

LOCUS 1, 1. Urbi locum quærere. Urbi condendæ locum elegerunt 5, 54. Propinquitas loci — stimulabat 1, 15. *int. de ipsa urbe Romana.* Iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum 9, 11. Profecti ex loco (*castris relictis*) 27, 27. Ex omnibus locis deverticuli 1, 51. *i. e. habitationibus, partibus, angulis.* Quacumque ibant, equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci 5, 37. Ita natus est locus 9, 2. *Sic* 22, 38. Natura regionum. Boii locum insidiis quærentes 35, 4. Locum seditionis quærere 3, 46. Ab ipsis datum locum seditionis esse 3, 50. Utique numquam nostris locis laboravimus 9, 19. Avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest *ibid.* Nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse 22, 53. *pro nullo loco verius etc.* [*vid. Strothius ad h. l.* Primo impetu locos omnes, præter arcem, cepere 24, 3. (*loca*). In loca tuta evasere 28, 11. *i. e. munita.* Vid. *Mediterraneus.* Stabilis ad insistendum locus 44, 5. *opp. saltus etc.* Dum vix locis, quibus vicerant, credunt 9, 9. Loca detestabilia esse, neque in iis quidquam postea poni dedicarique placere eorum, quæ in loco puro poni dedicarique fas esset 31, 44. Sarta tecta exigere sacris publicis et loca tuenda more majorum traditum esset 42, 3. *loca simpliciter dicta esse pro publicis seu communibus, ut Cicero vocat Epp. Div.* 13, 1. *non videtur Dukerb. cf.* 26, 32. *it.* 27, 5. Locum publice pararet, ubi diverteretur 42, 1. *Sic Virgil. Æn.* 1, 365. Devenere locos, ubi etc. *Cf. Intt. ad h. l.* Vid. *ubi.* Locus inde lautiaque legatis præberi jussa 28, 39. *i. e. hospitium sine impensa assignandum, cum instrumento domestico ceterorumque vel donorum vel honorum generibus legato haberi voluit. cf.* 30,

17. ad hoc ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta. Nec ii (*adolescentes*) tenui loco orti 2, 3. Vid. *humilis*. Loco pelli *dicuntur patricii* 10, 8. *Hic locus intelligendus in universum de sacerdotio. Verba ipsa hæc sunt :* et nunc tribunus — quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quæ plebeii nominentur : non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed, ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili adjuvant. Vide *B. Patruum in Actis Eruditorum ad a.* 1741. *pag.* 195. Paucis suffragio populi relictis locis 9, 3. Honesta loca ducere 42, 34. *de centurionibus. al. ordines.* Omnibus locis crescere 1, 47. *i. e. apud omnes favorem sibi, cum successu, conciliare, sibi factionem facere.* Quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda 4, 58. Communis res per hæc loco est pejore 3, 68. Vid. *status.* Missis ad consules nunciis, quo loco res essent 2, 47. *i. e. quales.* Numquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum 6, 20. Apud præoccupatos Locrensium clade animos nullum misericordiæ locum habuerunt 29, 22. In quo negligentiæ laxior locus esset 24, 8. Locum adversæ factioni dederunt ad Popillium — arcessendum 43, 22. Quando verba vana ad id locorum fuerint 9, 45. *i. q. ad hoc usque tempus. cf.* 25, 19. *it.* 43, 5. Temeritatem, præterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse 22, 38. [*ubi vid. Stroth.*] Quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere rem gererent etc. 25, 22. Vid. *istic.*

Locusta. Vid. *examen.*

Longe alia omnia inquirenti comperti sunt 23, 43. Jam sciunt, longe aliud esse etc. 1, 12. Equitum peditumque idem longe primus erat 21, 4. Bello — longe primus 3, 27. Genere fama, divitiis longe primus 29, 28. Longe plurimos hostium occidit 41, 4. Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem — raptam ferunt 1, 9. Longe ac late fuso agmine 5, 37.

Longinquitas 10, 31. Quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt? Qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium et anni coëgisset spatium 9, 33.

Longinquus 2, 34. Adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis. Longinqua cura 22, 33. *i. e. cura rei procul remotæ.* Ne longinquam militiam non paterentur Falisci 4, 18. *i. e. longam. Sic* 6, 42. Fuga longinqua *dicitur.* [Vid. *Drakenb. ad* 1, 31, 5.] Et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset 9, 24.

Longus 6, 32. Longa societas. *it.* 28, 44. — oratio. Nec in longum dilata res 5, 16. *Sic Liv.:* in æternum urbe condita. *conf. Virgil. Æn.* 10, 740. Ferrum autem tres longum habebat pedes 21, 8. *i. q. in longum, uti vulgo legitur, h. e. in longitudinem, quemadmodum alibi in latum, in altum etc.*

Loquacitas 44, 35. Quo quæque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant.

Loqui 36, 5. Legatos se missurum ad eos dixit, qui de iis, quæ ad illos seque communiter pertinerent, loquerentur. *i. e. cum iis agerent, consultarent.* Introducti ad senatum ita locuti traduntur 5, 27. Quum aliquamdiu secreto loquuti essent 32, 35. Morem magis — loquendi cum sociis servastis, — quam convenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis 23, 5. Ne singulas loquar urbes 5, 54. *i. e. commemorem. cf.* 5, 5. Cumanis permissum, ut publice Latine loquendi jus esset 40, 42.

Loricæ thoracesque 42, 61.

Lubricus 44, 9. Testudini injecta (*tela*) imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur. *Opp. stabile solum, quod vid.*

Lucrum 40, 8. De lucro tibi me vivere scito. Vid. *meritus. it. Clav. Ciceron. in h. v. conf. Terent. Pharm.* 2, 1, 16. Lucris meritis 23, 11. *pr. prædâ, manubiis, spoliis.*

Luctari in pestilenti atque arido circa urbem solo 7, 38. *de agricolis.*

Luctatio tetra 21, 36. *De iter facientibus per Alpes.*

Lucubrare 1, 57. Lucretiam — nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas — inveniunt.

Lucus ibi, frequenti silva et proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit 24, 3. *Illud interius spatium videtur* lucus *dictum fuisse.* Visi etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis luco 1, 31. *conf.* 2, 7. Vid. *Virg. Georg.* 1, 476. Sub lucum pabulatum — quidam dilapsi fuerant 25, 39. *nisi vero cum Gronovio et Creverio* lucem *legas.*

Ludere 44, 18. Ludis circensibus — ursos et elephantos lusisse. Quidam ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire aiebant 41, 20.

Ludi Romani scenici 31, 4. — ludi Romani in circo scenaque 33, 25. *Quia ludi Romani tantum sunt Circenses, non scenici;* scenici *item* scenaque *tantum ad* ludi *referri debet.* Vid. *circus.* Ludi Taurilia 39, 22. *Sic Latinis dicitur v. c.* ludi Consualia 1, 9. ludi Cerealia 30, 39. [Vid. *Intt. ad* 1, 9, 6. *Ita et Græci. Pausanias Lib.* 5. *cap.* 16. αἱ δὲ αὐταὶ τιθέασι καὶ ἀγῶνα Ἡραῖα. *ibid.* ὕστερον δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπιτράπωσαν ἐπ' αὐτῶν θῦσαι τὰ Ἡραῖα. Vid. *Bentl. ad Aristoph. Plut. v.* 583.] — am-

plissimi ludi 2, 37. Se ab ludis, festis diebus, cœtu quodam hominum deorumque, abactos esse *ibid.* Ludosque — fecit 40, 52. Ludis *absolute pro tempore ludorum* 2, 36. *cf.* 27, 36. *it.* 32, 26.

LUDIBRIUM casus ediderit fortuna 30, 30. Velut ad ludibrium stolidæ superbiæ 45, 3. Ad ludibrium casuum humanorum 45, 21. Legati — — per ludibrium auditi dimissique etc. 24, 6. Nec dubie ludibrio esse miserias suas 2, 23. Ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros 1, 7. Ne in ora hominum pro ludibrio abiret 2, 36. Ludibrium verius, quam comes (*Brutus*) 1, 56. *i. e. qui ludibrio habetur. Sic* 9, 11. Ludibria religionum. Vid. *eludere*. Ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus 22, 16. Ludibria oculorum auriumque credita pro veris 24, 44.

LUDICRA ars 7, 2. Expertes artis ludicræ. [45, 32.]

LUDICRUM 1, 5. Huic deditis ludicro, quum sollemne notum esset etc. Turbato per metum ludicro 1, 9. *de ludis, raptus Sabinarum caussa, paratis. Cap. eod.* spectaculum, ludi *etc.* Ludicro circensi ad usum belli verso 44, 9. *conf.* 45, 32. *ult.*

LUDIFICARI 27. 46. Ludificatus hostem omnibus artibus belli. *cf.* 1, 50. *it.* 44, 36. Munificentia inæquali sese aliosque ludificari 41, 20. *cf.* 22, 39. *it.* 23, 47.

LUDIFICATIO hostis 22, 18. — plebis 6, 27. Ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit 26, 6. *cf.* 7, 39.

LUDIO 7, 2. Quia hister Tusco verbo ludio vocabatur. Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis 39, 6.

LUDUS 26, 50. Si frui liceret ludo ætatis. (*de voluptate Venerea.*) Ab nocturno invenili ludo in castra redeunt 1, 57. In ludo — militari — comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem 7, 33. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, et ludus in artem paullatim verterat etc. 7, 2. Alios concessum ludum et lasciviam esse credere 39, 15. Vid. *Drakenborch. ad* 1, 5. Næ tibi — ludus et jocus Hispaniæ tuæ videbuntur 28, 42.

LUERE 1, 26. Ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur. Luere deditionem 9, 9. — temeritatem temeritate alia 30, 15. — pecunia 30, 37. Qui capite luerent 9, 5. Vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus 9, 9. Potius — quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat 8, 7. Ne, quod piaculum commiserunt, non suo solum sanguine, sed etiam publica clade luant 29, 18.

LUGUBRIS domus 3, 32. *i. e. quæ in luctu est. Sic et* funesta domus *dicitur.*

LUMEN rebus dubiis 1, 39. *h. e. auxilium, præsidium. Sic Homerus* φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν. [Vid. *lux.*] Appium — luminibus captum 9, 29.

LUNA. *Vid.* cornu, deficere, emergere, pernox, senescere.

LUPA 10, 23. Ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 632.

LUPERCAL hoc ludicrum 1, 5. *de ipso ludicro. Itaque legendum videbatur Creverio* Lupercale.

LUPUS 3, 66. Occæcatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem esse *i. e. raptores.* In alios lupi superne ferrei injecti 27, 3. (*machinæ genus.*)

LUSTRALE sacrificium 1, 28. *procul dubio idem fuit cum suovetaurilibus.*

LUSTRARE 35, 9. Novemdiale sacrum factum, et supplicatio indicta est, atque urbs lustrata. Vid. *perlustrare.* Exercitum omnem suovetaurilibus lustravit 1, 44. Lustratus et expiatus sacro 40, 13.

LUSTRUM 24, 43. Ne lustrum perficerent (*censores,*) mors prohibuit P. Furii *alibi* lustrum facere *et* condere. Vid. *Drakenborch. ad* 1, 44. Delphis Apollini pro me, exercitibusque et classibus lustra sacrificavi 45, 41. Campana luxuria, vino et scortis, omnibusque lustris per totam hiemem confectos 23, 45.

LUSUS 40, 14. Qua lætitia, quo lusu apud me celebratum hesternum convivium sit. Ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, per lusum ac lasciviam currerent 1, 5. Pars in juvenales lusus lasciviamque versi 37, 20.

LUX 38, 36. Quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fuerant. *cf.* 25, 35. Si luce palam iretur 22, 24. Luce orta postero die 9, 36. — postero die luce prima *ibid.* — vixdum luce certa 9, 42. *cf.* 9, 30. — turbida lux 10, 33. *it. cap.* 41. Perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux etc. 41, 2. Pugnatum ad lucem 8, 28. *i. e. sub initium diei.* In noctem imminentem aciem instruitis. Longiore luce ad id certamen, quod instat, nobis opus est, 8, 2. Lucis vobis hujus partem — adimant 4, 3. Alterum responsum salutem, victoriam, lucem ad libertatem (*feret*) 7, 30. [Vid. *lumen.*] Lux quædam affulsisse civitati visa est 9, 10.

LUXURIA *Præf.* Nec in quam civitatem tam seræ avaritia luxuriaque immigraverint.

LUXURIARE 3, 33. Læta — principia magistratus ejus nimis luxuriavere. *i. e. adeo sunt læta, ut bonum eventum sperare non liceat.* Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana evadat 23, 12. Nimia gloria luxuriare et evanescere vividum — ingenium 2, 48. Luxuriantem (*Capuam*) longa felicitate atque indulgentia fortunæ 23, 2.

LUXURIARI 1, 19. Positis externorum periculorum curis, ne luxuriarentur otio

animi. quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat.

Luxuriosus 2, 21. Patribus nimis luxuriosa ea lætitia fuit: plebi, cui ad eam diem summa ope inservitum fuerat, injuriæ a primoribus fieri cœpere. Convivium — ut in civitate atque etiam domo luxuriosa, omnibus voluptatum illecebris instructum 23, 8.

Luxus 7, 29. Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, quum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro etc. Quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes, 1, 57. *nisi vero cum Gronovio leg.* lusuque.

Lymphaticus 10, 28. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat.

Lymphatus 7, 17. Et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt.

Macerare 5, 54. Quæ vos, quum reliqueritis, macerent desiderio. *i. e. angant.*

Maceria 42, 15. Maceria erat ab læva semitæ paullum exstans a fundamento. Maceriam ægre transgressus 45, 6.

Machinamentum 24, 34. Turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant

Machinari 1, 51. Tarquinius — confestim Turno necem machinatur.

Machinatio 37, 5. Et quum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. *cf.* 24, 19. *it.* 25, 11.

Machinator 1, 28. Mettius idem hujus machinator belli.

Mactare 10, 28. Jam ego (*Decius*) mecum hostium legiones Telluri ac diis Manibus mactandas dabo. *conf. Tacit. Annal.* 2, 13.

Macti virtute — milites Romani este 7, 36. *Quasi magis aucti. Olim, secundum Priscianum, etiam* mactus *dicebatur, sed apud Livium et alios, ex illo numero, nonnisi* macte *in usu est. v. c.* 2, 12. 4, 14. 7. 10. *diciturque in laude rei bene actæ.* Vid. *Virgil. Æn.* 9, 641.

Macula 3, 58. Ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent. Vid. *aureus.*

Maculare 1, 13. Ne parricidio macularent partus suos. *i. e. cædibus efficerent, ut parricidarum progenies posteri dici possent.* Famam, quod indignum sit, maculari dehonestarique 41, 6.

Madere sudore 44, 38.

Magis malle 22, 34. Vid. *Drakenborch. ad* 9, 7. *ubi est* magis tristior. *cf. ea quæ ad v.* potiùs *notavimus, it. ad* similis. Magis *pr.* eo magis. Vid. *eo.* Magis *est more Græcorum eleganter omittitur, sequente quidem* quam 23, 43. — malle rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt 3, 68. Vid. *Duker. ad h. l. conf.* 4. 2. — multiplex quam pro numero damnum 7, 8. *nisi vero* multiplex *pro comparativo positum dicamus. Sæpius ita Tacitus — Contra illud* quam *post* magis *etiam omitti solet. v. c.* 6, 28. Quanto magis Alliensi die Alliam ipsam, monumentum tantæ cladis, reformidaturos, *pro quanto magis, quam Alliensem diem etc.* [*Nodum, Ernesti, in scirpo quæsisti. Quis te docuit, in tali structura verborum* quam omitti ?]

Magister regii pecoris 1, 4. Vid. *Virgil. Georg.* 2, 529. — militiæ 22, 23. — rei militaris 24, 48. — navium 29, 25. — elephantorum 37, 41. — sacrorum aut sacerdos 39, 18. — morum 24, 25. Sociorum navalium neminem, præter magistros, in hospitia deduci etc. 43, 8. Magistri equitum majus, quam tribuni consularis imperium esse 6, 39. — *magister equitum dicitur* imperator 23, 11. — magistrum equitum, quæ consularis potestas sit etc. *ibid.* Magister equitum dictus 7, 26. — dictatori additus *ibid. cap.* 12. — nominatus 8, 33. — præposito in urbe L. Papirio Crasso magistro equitum 8, 36. *pro nominato et præposito etc.* Tutores ac magistri (*regis impuberis*) 24, 25. Stultorum iste (*eventus*) magister est 22, 39.

Magistratus ineundi idibus Maiis, 3, 36. *antea mense Sextili. Caussam et tempus mutationis vide ap. Dionys. Halicarnass. lib.* 10. *p.* 678. Ii omnes magistratum idibus Martiis inierunt 40, 35. Ex templo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum acciperent 5, 9. *extra ordinem factum, necessitate urgente.* Ad tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat 1, 59. Inferioris juris magistratus 5, 49. Simultates pro magistratu exercere 39, 5. *i. q. in magistratu.* Magistratuum libri, quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores etc. 4, 20. *cf.* 39, 52. Qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent 22, 49. Magistratus in coloniis municipiisque 34, 6.

Magnifice 7, 32. Adhortandi caussa magnifice loqui. *conf.* 21, 41. Campani, etsi fortuna præsens magnifice loqui prohibet 7, 30. Magnifice de se ac contemtim de Romanis loquentes 9, 41. — magnifice respondit 25, 22. Nisi magnifice instaurarentur ludi 2, 36. Laudatusque ibi magnifice et donis donatus 25, 18. Consulibus in senatu et apud populum magnifice collaudatis 7, 11. Nostris decoratus insignibus magnifice incedit 2, 6.

Magnificentia 1, 57. Exhaustus magnificentia publicorum operum. Ita factum est, ut non magnificentiam tan-

tum, sed prudentiam in dandis spectaculis — — admirarentur 45, 32.

MAGNIFICENTIUS 42, 62. Neque finiri bellum magnificentius etc.

MAGNIFICUS 1, 10. Factis vir magnificus. *i. e. egregius, splendidus. alias enim factis magnificus pleonasmum habet.* Res gestæ magnificæ senatui visæ 26,2. Belli apparatus magnificus 29, 22. Funere magnifico elatus 41, 16. Magnificum id Syphaci visum 28, 18. *i. q. honorificum.* Qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers 7, 32. Inter cetera magnifica promissa pollicitus 23, 10.

MAGNILOQUENTIA 44, 15. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat, corruisse.

MAGNITUDO 1, 9. Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. *de urbe minus habitata.*

MAGNOPERE 3, 26. Nulla magnopere clade accepta. Nec aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos, nisi quod etc. 40, 50.

MAGNUS 28, 17. Magna Karthago. Tam adversæ, quam secundæ res per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur 35, 2. Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirantur, et hæc et alia esse scio 34, 5. Homo magno natu 10, 38. *cf.* 21, 34. *it.* 26, 49. Magno illi ea cunctatio stetit 2, 36. *interdum additur substantivum omissum. v. c.* 3, 60. haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit. Ingens — magnum — maximum 6, 6. Vid. *Jupiter.*

MAJESTAS 2, 36. Verecundia tamen majestatis (*Jovis*) magistratuum timorem vicit. *proprie i. q. sanctitas: deinde dicitur de magna dignitate, etiam de summa potestate.* Majestas dictatoria 8, 30. — Consulis 3, 10. — consularis imperii 3, 6. *cf.* 9, 5. — senatus 8, 34. *cf.* 4, 2. 10, 37. Patrum 2, 27. *conf.* 6, 40. — imperii 8, 35. *cf.* 22, 42. — patria 8, 7. *cf.* 28, 8. — petentium (*honores*) 5, 14. Majestas Macedonum regum 42, 5. *conf. cap.* 12. *ubi* auctoritas *præcedit.* Apud Græciæ atque Asiæ civitates vereri majestatem ejus omnes 42, 12. Majestas earum gentium (*patriciarum*), inter quas nos esse voluistis 6, 40. Ipsius viri majestas nullius honoris fastigium non æquabat 7, 22. *de privato eodemque plebeio. — de tribunis militum cons. potest.* 6, 6. Qui nec publica majestate in legatis — motus esset 2, 40. Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimus diis 5, 41. Ne majestatem nominis Alexandri sustinere non potuerit populus Rom. 9, 18. Majestatis et pudoris verecundia (*adversus feminas*) 34, 2. Jus et majestatem viri retinere in sua matrefamiliæ *ibid.* Imperium majestatemque populi Rom. gens Ætolorum conservato sine dolo malo 38, 11. Paludatus ab urbe profectus est, semper quidem ea res cum magna dignitate ac majestate geritur; præcipue tamen etc. 42, 49. Regiæ vir (*Antigonus*) majestatis 40, 54.

MAJOR 1, 32. Natu majores. *i. q. senatus.* Major Græcia 31, 7. *pro Magna Græcia.* Quæ (*fama*) incerta in majus vero ferri solent 21, 32. More majorum 42, 2.

MALE arma sustinere 1, 25. *i. q. ægre, vix satis.* Male partam victoriam male perdiderunt 2, 9. *cf. cap.* 34.

MALEDICTA ab stirpe ultima orsus; servum, servaque natum etc. 1, 47.

MALEFICIUM 7, 20. Ut sua vetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis. *Ibid.* Movit populum non tam causa præsens, quam vetus meritum, ut maleficii, quam beneficii, potius immemores essent. Vide *beneficium.* Beneficii et maleficii occasione omissa 9, 12. Quemadmodum servis suis vetant domini quidquam rei cum alienis hominibus esse, pariterque in iis beneficio ac maleficio abstineri æquum censent 5, 3. Vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam (*Capuam*), quam illos habere per maleficium sinatis 7, 30.

MALIGNE 3, 63. Gemina victoria, duobus bifariam prœliis parta, maligne senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decrevit. *pro parce nimis. cf.* 39, 9.

MALIGNITAS conferendi ex privato 34, 34. *i. q. quum parce nimis conferunt. cf.* 10, 46. Malignitatis auctores quærendo 5, 22. *i. q. malignos suasores.*

MALLE 22, 34. Qui magis vere vincere, quam diu imperare malit. Vide *magis.* Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit 22, 50. Inter quos me ipse in re dubia poni malim 29, 25. *pro velim.* Seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis 10, 8. (*dubium erat nomen.*)

MALUM *interjectio, in imprecationibus usurpatur, v. c.* 4, 49. Malum quidem militibus meis, nisi quieverint! — *it.* 5, 54. quæ, malum, ratio est etc.

MALUM 7, 4. Manlium malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere. Victi malis — dediderunt sese 36, 9. Auditis — sicut servis malum minantem militibus? 4, 49. Prædæne interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus? 4, 50.

MALUS in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id dejecit 39, 7. *ad quem locum vide Gronovium.*

MALUS 27, 14. Cum eo nimirum — hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ capit 1, 57.

MAMMA 1, 4. Eam (*lupam*) summissas

infantibus adeo mitem præbuisse mammas, ut etc. *conf. Virg. Æn.* 8, 632. [*Græci uno verbo : μαστὸν ὑπίσχω.*]

MANARE suo flumine in mare. Vide *lacus.* — sanguine 23, 31. *cf.* 27, 23. Manantia sanguine spolia 40, 39. Romam is metus manavit 9, 43. *scil. e castris.* Manavit enim hæc quoque, sed perobscura fama 1, 16. Manat tota urbe rumor 2, 49. Latiusque fuga manasset, ni etc. 27, 14.

MANCIPIUM 3, 48. I, inquit, lictor, submove turbam, et da viam domino ad prehendendum mancipium. Mancipia argento parata 41, 6. [ἀργυρώνητα.] Liberos suos — in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant 41, 8.

MANCUS 8, 31. Quod — non inermes, non manci milides fuerint. *cf.* 7, 13.

MANDARE 39, 16. Senatus quæstionem extra ordinem de ea re mihi collegæque meo mandavit. *cf. cap.* 14. Quum id (*bellum*) alteri extra sortem mandetur 10, 24.

MANDATUM 1, 56. Perfectis patris mandatis. Quum legati ab senatu cum litteris aut scriptis mandatis venirent 39, 33.

MANERE his bellum 1, 53. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Non manebit extra domum patris sponsa Icilii 3, 45. *i. e. non pernoctabit. cf.* 44, 38. Profectus inde magis, quia manere non poterat, quam etc. 43, 21. *pro subsistere. Sic et* 5, 55. hic manebimus optime. Qui nudus atque inermis hostem maneat, ei mortem — patiendam esse 10, 35. *pro exspectet.* Et ipse hostium adventum, elatus successu, mansit 42, 66. *forte leg.* ad hostium adventum — m. [*Vulgata non solicitanda. conf.* 10, 35.] Ut ad exercitum (*Scipio*) maneret 29, 20. *i. q. imperator maneret.* Quod in rebus dubiis — in fide mansissent 31, 2. *cf.* 40, 35. *it.* 45, 31. *Sic et in fœdere, amicitia, victoria, induciis, pace manere dicuntur. v. c.* 30, 32.

MANES 3, 40. Orantis per sui fratris — Manes. Manesque Virginiæ — — per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto sonte tandem quieverunt 3, 58. Non Manes, non stirpem ejus conquiescere viri 21, 10.

MANIFESTUS 40, 9. Rem pro manifesto habere. *scil. negotio. Sic et* 1, 3. rem pro certo affirmare. *cf.* 27, 1. *it.* 33, 6. Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit 40, 12.

MANIPULATIM 8, 8. Quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.

MANIPULUS ejus signi 27, 14. Vide *signum.* Manipuli (*legionis*) *ibid.* — proximarum stationum 7, 26. — antesignanorum 30, 33. Manipulorum turba 6, 16. — seditio 8, 18.

MANSUEFACERE 3, 14. Permulcendo tractandoque. Mansuefecerant plebem. Uberrimo agro, mitissimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta est feritas 38, 17.

MANSUETE 3, 29. Adeo tum imperio meliori animus mansuete obediens erat, ut etc.

MANSUETUS 3, 16. Mansuetum id malum, et per aliorum quietem malorum semper exoriens. Ut imperium mansueto permitteretur ingenio 2, 30.

MANUBIÆ 29, 8. Qui cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit. Aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ duceret 43, 4.

MANUMITTERE 43, 3. Eorumque si quos manumisisset. *h. e. quod eorum matres, quippe captivæ, servilis conditionis fuissent, atque ipsi adeo servi essent, quoniam partus ventrem sequitur. Vide Spanh. O. R.* 2, 22. *it. Dukerum ad h. l.* Liberos suos — — in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant 41, 8. Manu mittere *divisim dicitur, atque etiam interjecta voce. v. c.* 41, 9. civitatis mutandæ caussa manu non mittere. *Sic et* 24, 18. *dicitur* manu emittere.

MANUPRETIUM. Vide *in voc. sequ.*

MANUS 6, 12. Conserere manus. *cf.* 9, 27. *it.* 21, 29. — manum conserere 21, 39. *cf.* 25, 11. *it.* 27, 33. — manum conferre 10, 43. Omnes (*legati*) manus ad consules tendentes — procubuerunt 7, 31. *Vid.* tendere. *it.* fides. Supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes 26, 9. Vid. *Virgil. Æn.* 3, 176. *it.* 4, 205. Quoties in conciliis voces, manus ad cœlum porrigentium auditas 30, 21. Nempe æquis manibus hesterna die diremistis pugnam 27, 13. Compressis, quod aiunt, manibus sedeas 7, 13. Quum tantum belli in manibus esset 4, 57. *i. e. instaret, immineret.* Pugna jam in manus, jam ad gladios venerat 2, 46. Ubi ad manum venisset hostis 2, 30. Neque suum cuique jus modum faciebat, sed virium spe et manu obtinendum erat, quod intenderes 3, 11. Emittere hostem e manibus 22, 3. — de manibus 21, 48. — manibus 44, 36. Sancium prope e manibus inter tumultum amisit 29, 32. Quod Romanis ad manum domi supplementum esset 9, 19. Nihil est in manu ejus 32, 24. *i. e. potestate.* Ut sua cuique respublica in manu esset 26, 8. In nullius manu erat 39, 9. (*liberta patrono mortuo.* Manus pretium *it.* manupretium *vel* manipretium 34, 7. in auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimento fit, quæ malignitas est? Inde ad manum cantari histrionibus cœptum 7, 2. Postea credo additas moles, manuque adjutum 2, 5. *Oppos. nativa.* Cum purpuratorum et satellitum manu 42, 51. Collecta juvenum manus 1, 5. Accensos, minimæ fiduciæ manum 8, 8. Misisse *mille* sagittariorum ac funditorum, aptam *manum* adversus Baliares ac Mauros 22, 37. Quæ manus

— traducta — — agros nudare populando potuit 44, 27. *ante:* viginti millia. *Vid.* admovere. *it.* feritas.

Mapalia 29, 31. Cum mapalibus pecoribusque suis persequuti sunt regem. *alias:* magalia.

Marcere 23, 45. Sed, qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino et scortis, omnibusque lustris per totam hiemem confectos.

Marcescere otio situque civitatem 33, 45. *cf.* 35, 35. — equitem desidia 28, 35.

Mare liberum 25, 11. *de commeatibus.* — navibus e mari fines eorum vastari 38, 32. Tuendam viginti navibus mari superiore (*supero*) Anconam 41, 1. Vid. *major.* Quum primum æstu fretum inclinatum est, naves mari secundo misit 29, 7. Tenedum placido mari quum trajecissent 44, 28. *Vid.* abscedere. *it.* exasperare.

Marginare 41, 27. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium locaverunt.

Margo 44, 33. Ubi fessi sint, innisos pilo, capite super marginem scuti posito, sopitos stare. *i. e. ora.*

Maritimus 29, 28. Maritimi agri. — provincia maritima 37, 2. Cupidus maritimi oppidi potiundi 23, 15. *al.* marini. Maritimum terrorem admoventes 41, 17. *de circumvehendo littore.* Maritima Ætoliæ vastare 38, 7. Urbes maritimæ 42, 18. Oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet 23, 1. Vid. *amœnitas.*

Maritus 27, 31. Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque. *i. q. in quibus degunt matrimonio copulati.*

Mars 10, 28. Quamquam communis adhuc Mars belli erat. *cf.* 5, 12. *it.* 7, 8. 42, 49. — Marte verso 29, 3. — æquato 1, 25. — æquo 2, 6. Necdum discrimen fortuna feceret pedestri fidentem Marte 24, 48. Suo alienoque Marte pugnare 3, 62. *i. e. quum equites etiam pedestri militia funguntur.* Adeo varia belli fortuna ancepsque Mars fuit 21, 1. Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona etc. 8, 9. Mars alter 21, 10. *i. e. Hamilcar.* Martis viri 38, 17. *vel potius, volente Dukero,* Martii viri, *quemadmodum et* Martia gens *Romani vocantur.*

Mas 27, 37. Incertus (*infans*) mas an femina esset. *Sic et* 18, 11. *alibi est* masculus 31, 12.

Mataris *vel* materis 7, 24. Lævo humero matari prope trajecto. *lanceæ genus apud Gallos.*

Mater 1, 56. Quod ea (*terra*) communis mater omnium mortalium esset.

Materfamiliæ 34, 2. — materfamilias justa (*oppos.* pellici) 39, 53.

Materia *pro ligno, quo in extruendis ædibus, navibus etiam, utuntur* 6, 2. *cf.* 26, 9. *it.* 28, 45. — viridis 29, 1. Materiam res gerendi non habuit 45, 12. Ut magis dux, quam materia seditioni deesset 26, 35. Ut collegæ materia ad omnem laudem esset 6, 22. Erat etiam major orationi materia 35, 12. Nihil materiæ in viro, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse 1, 46. Vid. *benignus.*

Materies 1, 39. Materiem ingentis publice privatimque decoris (*Servium Tullium*) omni indulgentia nostra nutriamus.

Matrimonium 4, 4. In quam cuique feminæ convenisset domum, nuberet; ex qua pactus esset in domo, in matrimonium duceret. Ut et juventus matrimonia, et urbs sobolem haberet 18, 5. *i. e. uxores.* Vid. *B. Patr. ad Tacit. Annal.* 2, 13.

Matronalis 38, 24. Sanctitate et gravitate vitæ hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit.

Maturare 9, 32. Consultando, maturarent, traherentne bellum. Quod nisi omni vi perficere maturasset 29, 12. Ut maturaret venire 34, 46. — instruere 44, 36. Julius maturare est jussus 39, 45. Maturavit collegæ venire auxilio 9, 43. Illud non succurrit, vivere nos, quod maturarimus proficisci? 2, 38. Una — — subsidii spes erat, si consules maturassent in provinciam ire 40, 26. Censu perfecto, quem maturaverat etc. 1, 44. Quo facto maturata est seditio 2, 32. Maturare nuptias 29, 23. *Sic Virgil. Æn.* 1, 137. Maturate fugam etc. Ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem 40, 12. Ita facto maturatoque opus esse 1, 58. Maturato opus esse, ut etc. 3, 27.

Maturus 27, 45. Ut illis faustum iter, felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset. *cf.* 5, 26. Matura expugnandi spes 32, 18. — seditio 2, 63. Tantam indolem tam maturæ mihi virtutis umquam exstitisse 3, 12. Maturiora messibus Apuliæ loca 22, 43. *i. e. ubi messes citius maturæ fiunt.* Divisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem 2, 32. Vid. *fovere.*

Maxime in hanc sententiam loquuti sunt 7, 30. Maxime gravissima omnium res 41, 23. *sed improbant hanc formam interpretes ad h. l. vide Clav. Ciceron. in h. v. it. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 27. Additum deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere, ut etc. 4, 59.

Maximopere 42, 57. Maximopere indigne ferentes, non latam Pheræis opem.

Maximus 23, 30. Ne domus quidem Hieronis tota — Gelo maximus stirpis — ad Pœnos defecit. Quam (*aram*) opulentissima olim in terris gens Maximam vocet 1, 7. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 271. Ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant 6, 41. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 250. Multoque id (*bellum*) maximum fuit 1, 11. Ut, quantæ maximæ possent,

copiæ trajicerentur 24, 35. Imperat equitibus, ut — — in hostes, quanto maximo possent tumultu, incurrant 42, 7. Thessalorum equitatus, inclinata re, maximo usui fuit 42, 59.

Mederi 8, 36. Rem per se popularem ita dexter egit, ut, medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur.

Medicamentum 8, 18. Sequuti indicem, et coquentes quasdam medicamenta, et recondita alia, invenerunt.

Meditari 40, 15. Tempus ad meditandum, et componendam orationem, sumsissem. *al.* meditandam.

Mediterranea insulæ (*Siciliæ*) 25, 25. — urbs 32, 21. — regio 25, 9. — loca 6, 54. *conf.* 5, 54. Oppidum — plus quam mediterraneum, celebre ac frequens emporium 38, 18. Terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum æquabat — mediterraneus homo 35, 26.

Medius 5, 54. Regionum Italiæ medium — locum. In medio umbilico Græciæ 41, 23. In medio 9, 2. (*de loco*) *vid. Bauer. ad h. l. pag.* 274. Altera arx urbis media est 28, 6. — media urbis 26, 40. Medius honos 39, 29. *i. e. oratio. vid.* honos. [Vid. *mox* 26, 21.] Medium erat in Anco ingenium et Numæ et Romuli memor 1, 32. Medius omnium rex erat 42, 58. *scil. in acie, in relatione ad cornua.* Medius inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat 22, 18. Per medios hostes perrumpere 38, 41. Medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit 2, 27. Inter quæ (*consilia*) se mediâ (*viâ*) lapsos victoriæ possessionem pace incerta mutasse 9, 12. Medium visum, ut ovans urbem iniret 26, 21. [Vid. *antea* 39, 29.] Quin illi, remittendo de summa quisque juris, mediis copularent concordiam 4, 43. Vid. *Intt. ad h. l.* Appellati tribuni medio decreto jus auxilii sui expediunt 3, 13. — media oratio 10, 15. *cf. cap.* 26. In medium consulere 24, 22. *Oppos.* sua consilia sejuncta habere a publicis. Laudemque conferentes potius in medium, quam ex communi ad se trahentes 6, 6. *cf.* 2, 57. In medium evocat (*cogitationes*) 9, 17. Si non in medio ponitur 40, 11. *h. e. si non in me nominatim aut in fratrem confertur.* Vid. *Bauer. ad h. l. p.* 299. Regni crimen in medio (*scil. intuebuntur*) 6, 19. De medio adjicere aliquem (*judicem*) 26, 48. *i. e. qui medius et neutrius partis sit.* Delectumque nihilo accuratiorem, quam ad media bella 5, 37. *i. e. mediocria. Sic et* 2, 49. Nihil medium, — — sed immensa omnia volventes animo. *cf.* 6, 14. — intacta invidia media sunt 45, 35. Medium maxime et moderatum utroque consilium Virginii habebatur 2, 30.

Melior 8, 21. Pars melior senatus ad meliora responsum trahere. *nisi vero legatur cum Dukero* pars mitior, *aut cum Drakenborchio* ad molliora; *certe hæ emendationes explicationum loco esse possunt.* Major pars meliorem vicit 21, 4. Non utique iis melius fore, quam qui eas (*Alpes*) primi pervias fecissent 39, 54. *h. e. eamdem infelicem fortunam experturos.* Quis ad tolerandum laborem melior 9, 19. Melior bello 24, 8.

Membra 1, 28. Qua inhæserant vinculis membra. Parte membrorum captus 14, 16.

Memini 10, 29. Torpere quidam, et nec pugnæ meminisse, nec fugæ. Si belli hostes meminissent 41, 3. Quod solos obtrectasse gloriæ suæ — meminerat 36, 34. Qui meminisset se esse prisci Tarquinii filium 1, 47. Qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis, materni avi, jubebant meminisse 24, 6. Meminerant se victos fugatosque 41, 18.

Memor 1, 28. Exempli parum memoris legum humanarum. Responsum senatus amicitiæ Samnitium memor 7, 31. *vid. ad h. l. Bauer. pag.* 261. Utriusque rei memor 26, 8. *i. e. utramque respiciens.* Nec minus regni sui firmandi, quam augendæ reipublicæ, memor 1, 35. Memores fugæ 41, 4. Ne tum quidem memores pacis 41, 11. Promissiouum in futurum memores 31, 46. Memor vox libertatis 3, 36. *h. e. oratio, quæ digna est homine libero et nihil timente.* Oratio memor majestatis Patrum 3, 69. Ætolos aut moris Romanorum memores (memorem *Gronov.*) aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse 33, 12. Memori deûm ira 9, 29. *i. q. quum dii factas sibi a Potitiis injurias ulcisci voluissent.* [*Virgil. Æn.* 1, 4.]

Memorare 26, 41. Jam quid hoc bello memorem?] *Videtur, cum Gronovio quidem, aut* hoc de bello *legendum, aut* hoc bellum. *Sic certe* 34, 16. eos — consul sine memorando prœlio in potestatem redegit.

Memoria 10, 37. Hujus anni parum constans memoria est. Habet hoc nulla memoria annalium 22, 27. Vid. *repetere.* Proditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus 29, 14. Censura clara — memoriæ felicioris ad posteros, quod etc. 9, 29. Hoc posteris memoriæ traditum iri 3, 67. Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset 2, 33. *i. q. excidisset, oblivioni traditum esset.* Quorum, vetustate, memoria abiit 2, 4. Memoria pessimi proximio anno exempli 2, 45. Ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria 27, 3. *i. e. cura, et ad eam recipiendam intentio. Similiter accipienda videantur* 4, 21. *it.* 8, 11. Nec ullius vetustior fœderis memoria est 1, 24. *pr.* vetustioris. Non obversatam esse memoriam noctis illius etc. 6, 17. Vid. *confundere.*

Mendacium. Vid. *abuti*.

Mens 1, 20. Ad ea eliciendа ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram — dicavit. *conf. Virgil. Æn.* 2, 170. aversa deæ mens. Cujus mens nihil præter publicum commodum videt 3, 68. — sana mens 9, 9. Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt 37, 45. *Videri possit* nostri moris *legendum esse, sec. cap.* 36. ignarus et animi Scipionis et moris Romani. *Sed obstat quodammodo locus antea, e libro nono, laudatus.* Nisi Dii mentem regi ademissent 44, 6. Dii immortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt 9, 9. Potiundæ sibi urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam 26, 11. Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari 30, 42. Quem scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ consulem ad bellum mittant? 42, 49. Prædonum potius mentem, quam hostium, dedit 3, 7. Vobis (*dii*) dent mentem, oportet, ut prohibeatis 6, 18. Precatusque esse, ut, quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dedissent, eam populo Romano in suo discrimine darent 6, 20. Tanta vis amentiæ verius, quam amoris, mentem turbaverat 3, 47. *conf. Virgil. Æn.* 4, 203. amens animi. Mens ipsa trajiciendi, nulli ante eo bello duci tentata 29, 26. Vid. *Gronov.* Somnio lætiore, quam quod mentes eorum capere possent 9, 9. Quotiescumque patria in mentem veniret 5, 54. *Bauer. legi vult* patriæ. *Vid.* alienare. *it.* dispicere.

Mensa 41, 20. Vasa aurea mensæ unius. *i. e. abaci ornandi.* Sacratæ mensæ 23, 9. Hospitalis mensa 23, 9.

Mensarii 7, 21. Quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. *cf.* 26, 36. Vid. *argentarius.*

Mensis 5, 52. Si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis? Is mensibus suis dimisit legionem 40, 41.

Menstruum 44, 2. Consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus etc.

Mentio 4, 1. Et mentio, primo sensim illata a tribunis, ut — eo processit deinde, ut etc. *conf. cap.* 59. Secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem 3, 43. Incidit mentio de uxoribus 1, 57. De Hernicorum defectione agitata mentio 7, 1. Sed mentio quoque inchoata affinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis 29, 23.

Mentiri 10, 40. Pullarius auspicium mentiri ausus etc. *Sæpius adhuc* ementiri *Livius hoc sensu dicit. vid. supra in h. v.*

Mercari frumentum 4, 52. Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum.

Mercatus frequens 1, 30. *Aut, quo frequentes conveniunt, aut mercatus accipiendus pro mercatoribus.*

Mercenarius 30, 8. Quem, bene meritum de se et gente sua, mercenariis armis in Africam oppugnatum venissent.

Merces spreti numinis 2, 36. *pr. pœna.* Stipendium — pensum — ea merces inducuarum fuit 9, 41. Priusquam infanda merces perficeretur 5, 49. Quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat 24, 14. Vid. *Intt. ad h. l. it. ad* 30, 38. In hanc tam opimam mercedem — arma capite 21, 43. Modo ne juvaret bello Romanos —, modo pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem 44, 25. Apparebat in omnibus, mercedem multitudinis timere 44, 27.

Merere 5, 7. Tum primum equis merere equites cœperunt. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 189. *conf.* 31, 45. *it.* 32, 9. Ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent 24, 18. Affirmantibus, qui una meruerant, secum eum tum frequentem ad signa sine ullo commeatu fuisse 3, 24. Sub Hasdrubale imperatore meruit 21, 4. Bis, quæ annua merebant legiones, stipendia feci 42, 34. Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii, quam Ap. Herdonius meruit? 3, 19. Qui tantum gloriæ — meruit 2, 1. Patria quid de vobis meruerat 26, 27. Apollini, republica vestra bene gesta servataque, lucris meritis donum mittitote 23, 11.

Mereri 2, 23. Hæc se meritos, dicere etc. *Vid. Bauer. ad h. l. pag.* 104. [*conf. Heusing. Observat. Antibarb. pag.* 414. *sq.*] Magna operæ pretia mereri 21, 43. Fustuarium meretur 5, 6. *e. i. meritus esse creditur. Nam dicitur* mereri *etiam in partem deteriorem.*

Mergere 6, 14. Mergentibus semper sortem usuris. *metaphora ducta a navigio et fluctibus. Mersam* et *obrutam* fœnore partem civitatis in libertatem ac *lucem* extrahentem 6, 17. De Alexandro nondum merso secundis rebus 9, 18. Vino somnoque verisimile esse mersos jacere 41, 3. *i. q. sepultos, ut Virgilius dicit. Idem Æn.* 9, 315. Somno vinoque per herbam Corpora fusa vident. Quo avidius ex insolentia in eas (*voluptates*) se merserant 23, 18. Mersis in effossam terram capitibus 22, 51. *i. e. immersis, insertis.*

Meridianus 29, 35. Vallis meridiana.

Meritum 40, 15. Nullo meo in se merito. (*in sensu deteriori*). Quod ob meritum nostrum succensuistis — nobis 25, 6. Si qua præterea vellent imperare, præstaturum merito populi Romani 43, 3. pro — meritis bello 39, 27.

Merus 39, 26. Ex diutina siti meram haurientes libertatem. *Forma dicendi intemperantiam indicans; quia non* merum *frugales homines, sed* mixtum *bibere consueverant.*

Met 3, 57. Quum suamet plebi jam

nimia libertas videretur. Suomet ipsorum certamine, 5, 38.

Meta solis 1, 19. *i. e. temporis punctum, a quo et solaris anni et lunaris cursus cœpti sunt una, et in quod rursus simul exeunt.*

Metalla 42, 12. *Pro metalli fodinis.* Præter annuum, quod ex metallis regiis capiat, vectrigal 39, 24. *cf.* 42, 52. *it.* 45,18.

Metari 1, 10. Quas (*regiones*) modo animo metatus sum. Triumviri (*coloniæ deducendæ*) agrum metantes 21, 25. *i. q. assignantes.* Secundis castris pervenit ad Dium: metarique sub ipso templo, ne quid sacro in loco violaretur, jussit 44, 7. Imperat, metarentur frontem castrorum 44, 36. — Postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit *ibid. cap.* 37 *cf.* 27, 48. — cum ipsum, in quo constiterat, locum castris dimetari jussit 8, 38. *Scilicet* metari *idem est, quod* metas statuere, *et designare fines; a quo differt* metiri *sic, ut mensuram modumque colligendi negotium declaret.*

Metiri 3, 54. Odium in se aliorum suo in eos metiens odio. Tantus acervus fuit, ut, metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam auctores 23, 12. *absolute.*

Metuere 32, 31. Ita ut tentare spem certaminis metuerent. *i. q. non auderent.* Simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant 1, 9. Metuens deorum 22, 3. — ab Hannibale metuens 23, 36.

Metus nullus in propinquo 31, 23. *i. e. caussa metus.* Metus ab cive et ab hoste 2, 24. Metus ab Romanis, timor a principibus 45, 26. *cf.* 25, 33. Plebs — soluta regio metu 2, 1. *i. e. quæ non subesset regum imperio.* Metu, ne ambiguo ictu suis inciderent (*tela*) 30, 10. Metum injecit imperata recusandi 39, 37. Parvo metu admoto 40, 55. Metus urbes in deditionem dedit 33, 38. Quum — exercitus — omnia metu armisque tenerent 28, 43. Urbes metu subactæ in deditionem *ibid.* Non vero tantum metu (*signa clamorque*) terruere Samnitium animus 10,14. *Drakenborchio videtur addi debere:* sed etiam vano: *quod tamen in sequentibus intelligi potest.* Deliberationi — metum pro universa republica intervenisse 2, 24. Quæ (*juventus*) inter tales metus detrectationem militiæ etc. 3, 69. *Sic* spes, mentiones, *alia pluraliter a Livio dicuntur.*

Meus 7, 40. Meum factum dictumve consulis. Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet 35, 19. *i. e. mihi affictus.*

Micare 1, 25. Micantes fulsere gladii. *conf. Virgil. Æn.* 7, 743. Hostis urgere scutis, micare gladiis 4, 37. Quatere alii pila, alii micare gladiis, mucronemque intueri 44, 34. Qui ferrum ante oculos micare cerneret 7. 5. Non pro mœnibus modo tela micare 21, 7. Quâ nunc erectæ micant hastæ 7, 33. Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit 6, 13. Fulmina etiam sic undique micabant 40, 58. Quâ minime densæ micabant flammæ 22, 17.

Migrare 10, 34. Relicta, quæ migratu difficilia essent.

Mihi 2, 29. Pulset tum mihi lictorem. (*eleganter abundat.*) Tum mihi undique clamore sublato turbam invadite. Vid. *ego.* Duas mihi aliquis conciones parumper faciat 45, 37.

Miles 27, 9. Ubi nec miles, qui legeretur — esset. Colloquutusque cum legatis de ratione belli gerendi, ut veterum militum verba audivit etc. 24, 48. Milites argentati — aurati — cælati auro 9, 40. Vid. *auratus.* *Sic est apud Virgilium:* cristatus Achilles. Milite atque equite, scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum 22, 37. *h. e. pedite atque equite.* — ut militi, occupato stationibus vigiliisque et opere, eques — frumentum veheret 9, 13. *vid. Gronov. ad* 26, 19. *it.* 28, 1. Adeo duorum militum, eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis perceperat 7, 26. Classici milites navalesque socii 21,61. — miles ac navales socii 22,11. Milites (*gregarii*) militibus, centurionibus centuriones —— iisdem præsidiis, sæpe iisdem manipulis permisti fuerant 8, 6.

Militare 5, 3. Quum æra militantibus constituta sunt. Sub quibus (*auspiciis*) militatis 28, 27.

Militaris 5, 19. Animadvertere militari more. *de decimatione Gruterus intelligit. cf.* 7, 47. Militares homines 42, 33. Celebrata inconditis carminibus militaribus — victoria 10, 3. Lex sacrata militaris 7, 41.

Militariter 27, 3. Milites — in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coëgerat ædificare. Oratio incomta fuisse dicitur; ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta 4, 41. Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes 7, 10.

Militia 8, 34. Latrocinii modo cæca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit. Magister militiæ 22, 23. — disciplina 5, 6. Peritus militiæ 8, 8. Perennem militiam facere 5, 2. Sub assidua militia fuerat 42, 52. *Ibid.* Progeniem ediderat, cujus magna pars matura militiæ esset. Segni fungebantur militia 26, 21. Resque militiæ ita prospere gererentur 5, 12. Lege sacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu etc. 4, 26. *i. e. cogendorum militum, cogendi exercitum.* Procul ab domo militiam esse 23, 12. *bellum s. milites.* Spes facta — militiæque fungendæ potioris ducibus 24, 1. Ut non quietior populus domi esset, quam militiæ fuisset 1, 38. *cf.* 10, 8.

MILLE nova consilia 35, 42. *i. e. plurima. cf.* 8, 14. *it.* 9, 19. Mille fere passuum inter urbem erant castraque 23, 44. *pro* passus *aut* erat. *nisi vero cum Gronovio subintelligas* campi. Millia, *ubi sermo est de passibus, absolute ponitur, v. c.* 10, 25. Vid. *passus.* Plus mille capti 24, 41. — *Nota numeri millenarii* (M) *omissa. vid. Gronov. ad* 34, 10. Stipendium præterea iis coloniis, in millia æris asses singulos imperari 29, 15. *i. e. in singula millia. cf.* 22, 36. *it.* 30, 17. Duo millia relicti 37, 39. *similiter:* armati duo millia missi *cap. sequ.* Millia talentum 37, 45. *i. e. millia talenta quolibet anno.*

MILLIES 5, 4. Agros nostros millies depopulati sunt. *pro sæpissime.*

MINACITER fremunt 2, 6. Circumferens inde truces minaciter oculos etc. 2, 10. Prohibentibus minaciter decemviris 3, 39. Multo minaciter magis, quam suppliciter 2, 23.

MINÆ vinculorum et mortis 1, 44. Inter tantas fortunæ minas 2, 12. Quippe minas esse consulum, non imperium 2, 29. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 111. Minæ terribiles 6, 42.

MINAX 1, 14. Cum parte majore atque omni equitatu profectus — tumultuoso et minaci genere pugnæ, adequitando ipsis prope portis, hostem excivit.

MINIME 31, 8. Ut quisque minime multa stipendia haberet. *cf. ibid. cap.* 57. *et* 58.

MINIMUS 33, 6. Non minima Ætolorum opera. *i. e. eximia.* Ut nihil, ne pro minimis quidem, debeant 6, 41. *ubi vid. Bauer. pag.* 250. Minimum pedibus itineris confectum 44, 5. *cf.* 27, 15.

MINISTER cubiculi 3, 57. *i. q. paullo ante* minister libidinis. Non ferme desunt irarum indulgentes ministri, qui etc. 24, 25.

MINISTERIUM pœna publicæ 2, 5. *vid. Drakenborch. ad* 8, 40. Ministerii delegandi caussa 9, 29. *de sacrificio. cf.* 1, 7. Aquila — velut ministerio divinitus missa 1, 34. Ministeria nautica 22, 19. *i. q. socii navales.* Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet deposco ipse 22, 22. *i. e. negotium.* Adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis 1, 7. Quod se in fabrorum ministeriis ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur 1, 57. Adsuetos ministeriis talium facinorum 42, 15. Ad ministeria exsequenda 29, 25. *pr.* jussa. Vid. *ars.*

MINITARI 2, 12. Quum rex — circumdari ignes minitabundus juberet. *cf.* 39, 41. Minitans patriæ, hostilesque jam tum spiritus gerens 2, 35.

MINOR 1, 21. Omnium tamen maximum ejus operum fuit, tutela, per omne regni tempus, haud minor pacis quam regni.

MINUS dimidium 23, 19. — si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis 3, 64. *intell. quam. Sic* 10, 25. *it.* 24, 16. Minusque ac minus — conveniebat 26, 17. Rorarios, minus roboris ætate factisque 8, 8. Non minus tribus puberibus præsentibus 1, 32. Amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii minus essemus 7, 30.

MINUTUS 21, 52. Consul alter, equestri prœlio uno et vulnere suo minutus, trahi rem malebat.

MIRABILIS 9, 18. Quo sint mirabiliores, quam Alexander — nemo plus quam annum consulatum gessit. Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis 26, 19. *cf.* 28, 12. Mirabilior inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque 24, 34. Prodigium visu eventuque mirabile 1, 39.

MIRACULUM 2, 10. Ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. *pro audacia admirabili. cf.* 5, 46. Gallos quoque velut obstupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit 5, 39. Stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium 1, 59. Miraculo litterarum venerabilis Evander 1, 6. *h. e. quia litteras, rem admirabilem, attulerat.* Veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt 25, 39. Miraculo esse Romanis 1, 27. Eximere miraculo rem 5, 15. — mihi — miraculo fuit 6, 12. Novitate ac miraculo attoniti 1, 47. Veluti flammas spirantium *(boum)* miraculo attoniti 22, 17. *cf.* 25, 9. Ea res barbaros miraculo terruit abscisæ aquæ 41, 11. Miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse 42, 62. Sine aliquo commento miraculi 1, 19. Miraculum nominis 27, 19. *i. e. regium nomen.* Vid. *stupere.*

MIRARI 26, 22. Eludant nunc antiqua mirantes. *Scilicet promiscue fere mirari et* admirari *usurpantur.* Quam *(Carmentam)* miratæ hæ gentes fuerant, 1, 7. Mirante consule, quod morarentur 38, 10. *nisi legas cum Gronovio* quid. Mirabundus unde 25, 37. *pro requirebat, unde etc. cf.* 3, 38. *it.* 26, 15. *vid. Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 144.

MIRUM quantum illi viro — fidei fuerit 1, 16. *cf.* 2, 1.

MISCERE omnia flamma ferroque 1, 29. — certamina 2, 19. — cœlum et terras 4, 3. *vid. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 133. *sq.* — miscendo consilium precesque 2, 9. Anceps prœlium miscetur 28, 30. Miscente Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina 41, 19. Tumultum in concione miscentes 8, 32. Ad seditiones in iis *(villis)* miscendas 35, 13. Homines mixti ex colluvione omnium gentium 30, 35. *cf.* 22, 43. *it.* 26, 40. Mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis 21, 7. Ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere 1, 9. Si coalescere si jungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt 4, 5. Agitandum

aliquid miscendumque rati 35, 12. *i. e. turbandum.* Misceri ambages 44, 27. Vid. *ambages.* Quum pavorem mixtum admiratione patri injecisset 40, 8. Miscendo humana divinis *Præfat.* Severitatem miscendam comitati, 8, 36. *ubi tamen Gronovius* comitate *legi volebat.* Hæc quamquam partim vera, partim mixta, eoque similia veris jactabantur etc. 29, 20.

Miser 39, 43. Unum ex illis miseris (*capitis damnatis*) attrahi jussum, securi percussisse. *paullo post:* mactatam victimam humanam.

Miserabilis 9, 5. Fœdi agminis miserabilem viam. Consulem invenerunt — maxime miserabilem bonis sociis 23, 5. Miserabilis Tarentinorum servitus *ibid. cap.* 7. — miserabile supplicium 8, 5. *cf.* 9, 2. Cui morte filiæ causa mortis indignior ac miserabilior esset, 1, 59. Ceteraque, quæ in tali re muliebris dolor, quo est mæstior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subjicit 3, 48. Adventus exercitus etiam iratis miserabilis 9, 7. Nullo suorum alio comite, qui socius calamitatis miserabiliorem eum faceret 45, 7. Miserabilis legatio 41, 6.

Miserabiliter 26, 3. Id quum per litteras miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset. *cf.* 45, 42. Miserabiliter rogitantes 3, 52.

Miserari 33, 48. Sæpius patriæ, quam suorum eventus miseratus. Miserantes eum 2, 23. Modo miserarentur, quod etc. 9, 8. Tanto ante alios miserandi magis 5, 42.

Miseratio 9, 8. Tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes. Conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas 1, 29. Tantam id inter ipsos — — miserationem fecit, ut etc. 9, 5.

Miserere 2, 5. Miserebatque non pœnæ magis homines, quam sceleris, quo pœnam meriti essent.

Misereri 27, 33. Deos immortales miseritos nominis Romani. *cf.* 22, 55.

Miseria hæc et metus crapulam facile excusserunt 40, 14. *i. e. conditio periculosa, periculum capitis.*

Misericordia 24, 26. Ad misericordiam mutati animi.

Missile *pro telo* 26, 6. — missilia tela 38, 19. *Oppos.* saxa. *cf.* 6, 13. *it.* 9, 35. — missiles lapides 1, 43. Missili trajectus cecidit 41, 18.

Missio 41, 20. *De ludis gladiatoriis.* — gratiosa 43, 14. (*militaris, ambitiosa.*)

Missitare 9, 45. Missitaverant simul cum iis Samniti auxilia.

Mitescere discordiæ intestinæ metu communi, ut sit, cœptæ 5, 17. Ut feras quasdam numquam mitescere, sic immitem, implacabilem ejus viri animum esse 33, 45. Vid. *feritas.*

Mitigare 2, 57. Quod ejus opera mitigata discordia esset. Jam admodum mitigati animi raptis erant 1, 10. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus, 1, 19. Quid enim ultra fieri ad placandos deos mitigandosque homines potuit 9, 1.

Mitis 21, 20. Ne illi quidem ipsi (*Hannibali*) satis mitem gentem fore. Mitis ingenii juvenis 1, 46. vid. *ingenium.* Eam (*lupam*) summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas 1, 4. Fœdum certamen coortum a satis miti principio 1, 8. Mite imperium (*Servii*) 1, 48. Mitis legatio 5, 36. Mitis victoria 7, 19. Mitiores placuisse pœnas 1, 28. Si divinassent — non mitiorem in se plebem, sed asperiorem — — futuram 4, 3. Neque in hos meos et patriæ meæ milites mitior, quam etc. 7, 40. Uberrimo agro, mitissimo cœlo etc. 38, 17.

Mitius 26, 32. Mitius tamen decreverunt Patres causa Marcelli.

Mittere 3, 29. Sub hoc jugo dictator Æquos misit. *Contra, paullo ante:* sub jugum abituros. Causas stipendiis missorum cognoscebant 43, 15. *scil. emeritis, ex conjectura Gronovii, i. e. qui missi erant hoc prætextu, quasi forent emeritis stipendiis.* vid. *Intt. ad h. l.* Lucris meritis donum mittitote 23, 11. Signum mittendis quadrigis dare 8, 40. — quadrigis missis (*in certamen*) consul currum conscendit 45, 1. Desultore misso 44, 9. In medios me mittere hostes paratus sum 9, 4. Adversus Gallum — provocantem — Manlium — misere majores nostri 24, 8. Utrius fortunæ consulem ad bellum mittant 42, 49. Ut (*dii*) illud agmen faustum atque felix mittant (*scil. in bellum*) 2, 49. Pullarium in auspicium mittere 10, 40. *Similiter* in suffragium mittere *sæpius dicitur.* Misso caduceatore — velle se de pace agere 27, 18. *pro qui diceret, velle etc.* Misso repente senatu se ex curia proripuit 8, 30. Ita prætorium missum 21, 54. *al.* dimittere. *Sic* principia (*concio*) missa *dicuntur.* Legati missi orare consulem 38, 8. Missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent; ante omnia Lilybæum teneri 21, 49. Litteræ missæ, ut dictatorem comitiorum causa diceret 8, 23. Alios super alios nuncios mitterent, premi sese 23, 7. Vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni 9, 26. Miserat ad legatum Rom. traditurum se urbem 34, 29. *al. legunt* miserat nuncium ad etc. *Sed vide Intt. ad h. l.* Quem (*flaminem*) neque mittere ab sacris neque retinere possumus, ut non etc. 24, 8. Mittere e manibus hostem 32, 9. Pueros in profluentem aquam mitti jubet 1, 4. Belluarum modo cæcos in foveam missos 9, 5. Mitti eum se jubere 38, 60. *pro dimitti e vinculis. cf.* 3, 11. Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat 30, 3. *Perizonius legi volebat* amiserat. Mittere vere ac finire odium 40, 46. Quum mittere am-

lages dictator juberét 6, 16. *pro omittere. it.* 34, 59. Vocem supplicem mittere 3, 12. *pro emittere, quod vide.* Si quis memorem libertatis vocem — misisset 3, 36. Vox ex eo missa ore 8, 56. Extra ea cave ocem mittas 8, 32. *it. cap.* 38. Incassum missæ preces 2, 49. Vox cœlestis ex Albano monte missa 1, 31. *in re tali proprium vocabulum, it. de auspiciis, de fulminibus, de internunciis divinis etc.* Tum peregit verbis auspicia, quæ mitti vellet 1, 18.

Mobilis 6, 6. Actum ad frequentiorem jam populum, mobilioremque ad cupiditatem. Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit 6, 34. Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia 2, 37. Nec Popillius securior, quam debebat esse, inter tam mobilia ingenia erat 43, 22. Vid. *nobilis.*

Moderari animos in secundis 42, 62. Jura infimis summisque moderando 4, 10. moderatu difficilis 4, 27. Suæ fortunæ moderarentur, et alienam ne urgerent 37, 35. *cf.* 4, 7. *it.* 31, 44.

Moderator 2, 23. Curiamque, ipsi futuri arbitri moderatoresque publici consilii, circumsistunt.

Modestia 5, 6. Apud hostes tanta modestia est, ut non obsidionis tædio, non denique regni, quidquam apud eos novatum sit. *Opp.* seditio. — modestia militaris 28, 24.

Modestius certe daturos eos 42, 23. *Oppos. libidinis arbitrium.*

Modestus 9, 34. Quanto modestior illius cupiditas fuit.

Modice vinosi 41, 4. — privatus modice locuples 38, 14. Libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt 24, 25. Id quamquam haud modice Hannibal cupiebat 23, 36. Puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem modice laturum 24, 4.

Modicus 29, 29. Contentusque nomine modico tutoris. Quæ (*opes*) apud milites plebemque plus quam modicæ erant 21, 2.

Modo *de tempore quinque et viginti annorum* 22, 14. vid. *Gronov. Obss.* 4, 18. Et modo postulat, ut secum stemus, modo ne intersimus etc. 32, 21. *Illud* modo *pro* tantum *positum est, licet hoc alterum sequatur. cf.* 9, 8. *ibique Bauer. pag.* 285. Nunc — modo 8, 32. *pro modo — modo.*

Modulari sonum vocis pulsu pedum 27, 37.

Modus 26, 48. Rem sine modo ac modestia agi. Quæ immoderata fors, tempus ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum 23, 23. Quum decemviri nec iræ nec ignoscendi modum reperirent 3, 40. — nullus modus cædibus fuit 9, 25. *cf.* 25, 25. Quodsi modum in insequendo habuissent etc. 31, 37. Quæ (*gens*) aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret 9, 14. Modum imponere prosperæ pugnæ 31, 38. Suum cuique jus modum facit 3, 11. Superare humanarum virium modum 4, 58. Conspectus elatusque supra modum hominis privati 4, 13. Cibi potionisque, desiderio naturali, non voluptate modus finitus 21, 4. Alteram (*legem*) de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret 6, 35. Cujus (*agri*) ingentem modum possidere privatos, paullatim proferendo fines, constabat 42, 1. Dum ne cui major — agri modus esset 26, 34. Quatientium scuta in patrium quemdam modum 38, 17. Circumfusa multitudo in concionis modum 2, 28. Advenit cum peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum extemplo prœlium instructis armatisque 27, 48. *cf. cap.* 4. *it.* 21, 33. Disciplina militaris — in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat 9, 17. Impletas modis saturas — — motuque congruenti peragebant 7, 2.

Mœnia continuare. *it.* conjungere mœnibus ædificia 1, 43. *illud est: post mœnia ædificare, nullo intervallo; hoc: in muris ipsis. cf.* 29, 18. Validum oppidum mœnibus erat 43, 19. — mœnia ipsa sese defensabant 26, 45. — mœnia coloniæ 27, 38. Mœnibus urbis Romæ excederent 42, 48. Qui una secum urbe, intra eadem mœnia viveretis 4, 3. Nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia 22, 39. Circumdare mœnia armatis 33, 38. *i. e. opera, munimenta obsidendis.* Per quas (*vineas*) aries mœdibus admoveri posset 21, 7. *paullo post:* procul muro. Muro circumdare templum voluerunt; ad aliquantum jam altitudinis excitata erant mœnia, etc. 29, 18. *vid.* Romanus. [*it.* disjicere.]

Mœrere 28, 8. Philippus mœrebat quidem et angebatur, quum ad omnia ipse raptim isset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam.

Mœstitia. Vid. *indignitas.*

Mœstus 1, 58. Mœsta tanto malo (*Lucretia.*) Nequaquam — publica calamitate mœsti Patres 7, 6. Mœstior ibi fortuna publica, quam sua 5, 43.

Moles 8, 29. Cui major moles rerum imposita erat. Omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata 30, 21. Eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant 7, 32. *cf.* 10, 14. Minor moles belli 21, 41. Quanta rerum moles 7, 29. (*de bellis.*) Versari media in mole pugnæ 7, 33. Majore mole pugnæ 8, 13. *i. e. certamine. nisi vero cum aliis de apparatu intelligere malis. cf.* 6, 3. *it.* 19. *et* 25, 12. Multas passim manus (*Æquorum*) quam magnam molem unius exercitus rectius bella gerere 3, 2. Quum major domi exorta moles coëgit acciri Romam eum 6, 14. *de seditione.* Simul tantam in medio crescentem molem (*rempublicam Romanam*) sibi ac posteris suis metuebant 1, 9. Quum tanta moles mali instaret 5, 37. *conf. Vir-*

gil. Æn. 5, 790. De imminente mole libertati agitat 6, 19. *ad q. l.* vid. *Bauer. pag.* 238. Ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse 9, 7. — moles discordiarum 4, 48. Hispani, sine ulla mole, in utres vestimentis conjectis — flumen tranavere 21, 27. Gallus, velut moles superne imminens 7, 10. Munitumque iter, quo faciliora plaustra minorque moles in transitu esset 25, 11.

MOLIMEN 2, 56. Res — suo ipsa molimine gravis.

MOLIMENTUM 5, 22. Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis. Eo minoris molimenti ea claustra esse 37, 14.

MOLIRI montes sede sua 9, 3. — portas 23, 18. — anchoras 28, 17. *cf.* 6, 33. Signum, omni vi moliente signifero, convelli nequire 22, 3. Dum cultores agri altius moliuntur terram 40, 29. Alia præsidia molitur 1, 41. Multa, quæ non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, admirando rerum successu tenuisse 42, 11. Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur 5, 4. Bellum aperte moliri 2, 6. Affecta labore et vigiliis corpora ex somnis moliebantur 36, 24. *contra Virgilius: corripit e somno corpus.* Molientem hinc Hannibalem 28, 44. *de fuga. conf.* 37, 11. — dum moliuntur a terra naves 28, 8. Ad eumdem modum *Virgilius: Quin etiam hiberno moliris sidere classem.* Non contentus agrariis legibus, quæ materia semper tribunis plebi seditionum fuisset, fidem moliri cœpit 6, 11. *i. q. labefactare.*

MOLITIO 33, 5. Quum castra his (*arboribus*) ante objectis sepsissent, facilis molitio eorum valli erat.

MOLLIRE 21, 55. Oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso. Mollirent modo iras 1, 8. Senescente invidia, molliebantur iræ 29, 22. Obsecundando mollire impetum aggrediuntur 3, 35. *de ambitu impediendo.*

MOLLIS 5, 6. Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint. Patres mollem consulem et ambitiosum rati 2, 27. Quæ perculsos adverso prœlio Romanos molliores factura sit ad paciscendum 42, 62. Mollia et fluida corpora Gallorum 34, 47.

MOLLITER et per dilationes bellum geri oportet 5, 5. Æque segniter molliterque cohortem totam Syracusarum amœnitate frui 29, 19.

MOLLITIA 5, 6. Nec se patrocinium mollitiæ inertiæque mandasse tribunis. *cf.* 7, 32.

MOLLIUS abnuere 30, 3. — consulere 30, 7. *Oppos.* durius consulere. vid. *Intt. ad* 8, 21. Nihil enim segnius molliusve — acturos 2, 28. Multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod etc. 3, 59.

MOMENTUM 2, 7. Levi momento fama pendet. *i. e. levi et parva caussa mutatur.* Ex parvis rebus sæpe magnarum momenta pendent 27, 9. *cf.* 32, 17. Puncto sæpe temporis maximarum rerum momenta verti 3, 27. Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit 35, 25. Haud parvum et ipsi tuendæ Africæ momentum adjecerunt societatem etc. 29, 23. Quamquam magno momento rerum in Africa gerendarum magnaque spe destitutus erat etc. 29, 24. Quum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant diis 9, 1. Nullum momentum ad vincendum homini ab diis — acrius datum est 21, 44. *i. e. incitamentum.* Vid. *acer.* In occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas 25, 38. Quod animos ex tam levibus fortunæ momentis suspensos gererent 4, 32. Ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset 21, 4. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 5. *cf.* 28, 18. Nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore 38, 11. *cf.* 29, 12. — momenta levium certaminum 9, 1. — parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum 22, 12. Primo concursu haud majore momento fusi Galli sunt, quam ad Alliam vicerant 5, 49. *Sequuntur hæc:* justiore altero deinde prœlio etc. Quid deinde restaret, — si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quidquam momenti facerent? 7, 8. Ne quid momenti gratia faceret 43, 12. Si — ipsa — nullum momentum in dando adimendoque regno faceret 1, 47. Juvenem egregium, instructum naturæ fortunæque omnibus bonis, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venisset 3, 12. Bono imperatori haud magni fortunam momenti esse 22, 25. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur 42, 45. *i. e. eorum exemplum alii sequuturi erant.* Nullum momentum annonæ fecisset 4, 12. *i. e. pretium non mutasset. cf.* 28, 13. Magis et litteræ et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt 42, 46. *conf.* 39, 29. Momento unius horæ cæsus 7, 16. *cf.* 9, 16. *it.* 25, 28. Momento temporis 2, 28. *i. q. celerrime.* Horæque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit 5, 7. Momento cepit 21, 14. Vid. *hora.*

MONERE *et* obtestari *sæpius jungi solent, v. c.* 10, 19. Quidquid — res monuisset subiti consilii capere 35, 35. Monita mens divinitus 26, 19. *ubi v. Bauer. pag.* 133. [Mota *Bauero probatum jam Perizonio in mentem venit, sed necessarium non puto. vid. in v.* monitus. *Ibidem ante* per *videtur excidisse* ut.] — a pullario monitus 8, 30. *Verbum proprium de prodigiis, præsagiis, oraculis, somniis etc.*

MONITIO 45, 19. Unius amici prudens monitio,

Monitus 5, 51. Non ante cepit finem (*Veiens bellum*) quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa est. *prodigium, quum lacus Albanus sine causa intumuerat. conf. cap.* 15. Simulat sibi cum Dea Egeria congressus nocturnos esse: ejus se monitu, quæ acceptissima Diis essent, sacra instituere 1, 19. Deûm monitu quæri cœptum 7, 6.

Monopodia et abacos Romam advexerunt 39, 6.

Mons 22, 18. Sub jugo montis. — montes perpetui 9, 2. Ibi superantem insanos montes, multo et sævior et infestioribus locis tempestas adorta disjecit classem 30, 39. Jovique Latiari sollemne sacrum in monte faceret 21, 63. *scil. Albano, de hac non insuitata Livio ellipsi vid. Intt. ad h. l.* In sacrum montem aliosque colles 2, 34. Vid. *collis*.

Montanus 21, 32. Imminentes tumulos insidentes montani.

Monumentum 1, 45. Cornua monumentum ei fuere miraculo. Omnis te exempli documenta, in illustri posita monumento, intueri *Præfat*. Templum — quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope servatem urbem esse 1, 12. Monumentoque locus est 1, 48. Locusque idem in uno homine et eximiæ gloriæ monumentum et pœnæ ultimæ fuit 6, 20. Ut Jovis templum — monumentum regni sui nominisque relinqueret 1, 55. Monumentum pugnæ 1, 13. *de cognomine, quod in memoriam pugnæ loco alicui inditum erat. cf.* 10, 2. Culti neglectique numinis tanta monumenta 5, 52. Quanto magis Alliensi die Alliam ipsam monumentum tantæ cladis reformidaturos 6, 28. *cf.* 26, 41. Monumentis ingentium rerum complere (*orbem terrarum*) 30, 28. Id quod ex monumentis orationum patet 9, 18. Ut testata sacratis monumentis essent 26, 24. Vid. *sacratus*.

Mora segnis 34, 9. — segnis diu mora offendebat 37, 26. Romanis quoque — suspecta esse jam segnis mora ejus desierat 25, 8. In mora esse 3, 34. *i. e. impedire*. Mora, qua trahebant bellum 9, 27. Eximere certaminis moram hosti 9, 43. *cf.* 22, 12. Longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret 3, 2. Nullam dimicandi moram facturus 21, 32.

Morari 8, 35. Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset etc. *Forma dicendi in absolvendo usitata. cf.* 4, 42. Se ipsam plebem et commoda morari sua 6, 39. Morari ab itinere proposito hostem 23, 28. Ne quis — liberos ejus (*debitoris*) nepotesve moraretur 2, 24. *i. q. appellaret, vexaret.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 107. Moratus sit nemo, quominus etc. 9, 11.

Morator publici commodi 2, 44. *conf.* 21, 47. *it.* 24, 21.

Moratus 26, 22. Multitudinem melius moratam — fieri posse. *conf.* 45, 23.

Morbus 2, 52. Morbo absumtum esse. — aliis nunc ferro nunc morbo morientibus 28, 28. Fessi morbis ac longitudine viæ 37, 33. Corpora morbis levavit 7, 3. *de pestilentia.* Insanistis — nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes invasit 28, 29.

Mori morbo 28, 28. — ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis 9, 3. Ut in fortunæ pristinæ honorumque aut virtutis insignibus morerentur 5, 41. Moriturum affirmans 21, 12. *pr. interfectum iri.* Armati nullum ante finem pugnæ, quam morientes fecerunt 21, 14. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 17.

Mors haud dubie ab ipsis conscita 9, 23. Ictus clava morte occubuit 1, 7. Ignobili et inhonesta morte — occubuit 29, 18. Aliis somno mors continuata est 41, 4. Morte sola vinci 7, 33. *i. e. mortem appetentes vinci.* Ipsa lux — omni morte tristior fuit 9. 6. Cum vinculorum minis mortisque 1, 44. *mors civilis intelligenda, h. e. capitis deminutio, secundum Dukeri interpretationem, cui favet Dionys. Halicarnass.* 4, 164.

Morsus 6, 34. Confusam eam ex recenti morsu animi quum pater forte vidisset etc.

Mortales 1, 9. *de omnis generis et sexus utriusque hominibus.* Imperator Samnitium multique alii mortales et castra utraque capta 9, 44. Æneæ ultimum operum mortalium 1, 2. *ejus scilicet, qui mox inter divos referendus erat. Itaque etiam de Romulo* 1, 16. *scripsisse putat Livium Creverius:* his mortalibus (*pro immortalibus*) editis operibus. Quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, et temporibus ipsis mutabiles esse video 34, 6.

Mortifer 6, 40. Ut si quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo; et aut abstinere eo, quod vitale sit, jubeat, aut mortiferum vitali admisceat. Mortifero vulnere ictus 9, 19.

Mos *et* lex *confunduntur* 32, 25. *alibi, v. c.* 30, 33. *it.* 32, 34. *probe distincta.* Facere sibi morem 35, 35. — in morem venire 42, 21. Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia 10, 22. *i. e. cum collega commodo.* Etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit 8, 11. Disciplina militaris ad priscos redigeretur mores 8, 6. *i. e. ad severitatem pristinam.* Moris antiqui memores 42, 46. — artes Romanæ *ibid.*

Motus 9, 27. Ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret, Capuam Romanis eriperent. *cf.* 6, 22. — motus Africæ 21, 1. *cf.* 1, 59. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit 3, 72. Nec absoni a voce motus erant 7, 2. — motus congruens *ibid.* — haud indecori motus *ibid.* — canticum egisse aliquanto magis vigente motu *ibid.* Vid. *decursus.*

Movere 1, 55. Movent dii numen ad indicandum etc. *i. e. dii declarant volunta-*

tem ac providentiam suam, ut intelligatur etc. Adeo nihil motum ex antiquo probabile est 34, 54. Juventas Terminusque — moveri se non passi 5, 54. Quia movendi inde thesauros incussa erat religio 29, 18. Quod sacri thesauri moti, violati essent 29, 19. Terra movit in foris publicis 40, 59. *sine casu adjecto dicitur. conf.* 5, 25. 21, 32. 22, 1. 23, 1. Terra dies duodequadraginta movit 35, 40. Movebant sese ad bellum 23, 32. Adversus Samnites — mota arma 7, 29. Quandocumque se (*Æqui Volscique*) moverint 7, 30. Cupidissimisque arma ablaturum militibus, ne, se absente, *moveri* possent 8, 31. arma ? *an* milites ? Gradu movere hostem 7, 8. — movere e castris 1, 5. *idem* movere *simpliciter positum significat. v. c.* 38, 41. Vid. *Drakenborch. ad* 10, 4. Hannib[illegible] exercitumque castris non movisse 2[illegible] *Sic* movere senatu, tribu etc. *dicitur.* [illegible]ere tribu *proprie dicitur, v. c.* 44, 16. *At etiam* 45, 15. Tribu remoti *dicuntur. it. ibid.* senatu emoti. *vid.* removere. *it.* emovere. Obstinatos (*hostes*) movere in fugam 7, 33. *cf.* 4, 28. — nihil movetur fugæ 9, 39. — hostes in Samnio moverentur 8, 35. Nec vis tantum militum movebat 6, 8. *i. e. percellebat.* Si occæcatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset 8, 32. Hac expeditione motum latius erat, quam profligatum, bellum 9, 37. Ne qui modo moverent 21, 52. *i. e. si modo quieti essent.* Intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit 25, 26. *de pestilentia.* Moti homines sunt in eo judicio etc. 1, 26. *ubi vid. Bauer. pag.* 40. Motis semel in religionem animis 21, 62. *i. e. quum semel opinione religionis imbuti essent.* Movere societatem publici consilii 4, 31. — nihil movere quemquam 3, 2. Actionem movere 5, 24. *h. e. incipere communicare cum populo, scil. de sede imperii Veios transferendi.* Qui (*tumultus*) nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum movit 36, 8. Quum sensissent ea moveri 1, 17. *i. e. parari, incipi. Sic* 2, 58. omnes sua sponte motam remittere industriam. *h. e. cœptam.* Ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit 5, 25. *scil. se. h. e. mobilium.*

Mox 3, 37. Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur.

Mucro 2, 12. Qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam. Mucrone subrecto 7, 10.

Mulcare 3, 11. Qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat. Mulcati virgis 26, 12. *nisi cum Gronovio legas* multati, *aut cum Creverio* mulctati. — naves mulcatæ 26, 30. Inter se mulcati ipsi virgis 8, 27.

Mulcere 25, 38. Et ipso mulcente et increpante Marcio. *Gronovio placebat* inculcante. Vid. *feritas.*

Mulcta 10, 37. Mulcta præsens. Mulctam certare 25, 3. *i. q. de mulcta certare. Clav. Ciceron. in v.* multa. Mulctam ei se dicere 42, 9. *cf.* 25, 3.

Mulctare 10, 28. Bono mulctata. — exsilio mulctare 31, 19. *conf.* 42, 43. — capite 4, 14. Fabius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit 10, 31. *h. e. effecit accusatione, ut a judicibus mulctarentur.* Agri parte mulctatis in centum annos induciæ datæ 1, 15. *cf.* 3, 67. Agri parte cedendum, si mulctarent 42, 50.

Mulctaticia pecunia 10, 23. *cf. cap.* 31. *it.* 24, 16.

Mulieberis 1, 57. Muliebre certamen. *i. q. de mulieribus.*

Multifariam 10, 31. *cf.* 8, 50. *it.* 21, 8. Interrupta multifariam acie 44, 41.

Multijugus 28, 9. Multijugis equis.

Multimodus 21, 8. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte destineri cœpti sunt. *ut edd. ante Drakenborchianam.*

Multiplex quam pro numero damnum 7, 8. *pro magis m. q. p. n. d.* Multiplex clades, cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi 22, 54. Multiplex cædes utrimque facta 22, 7. *ad quem locum vid. Bauerus pag.* 47.

Multiplicare 37, 54. Quarum (*provinciarum*) unaquælibet regi adjecta multiplicare regnum Eumenis potest *i. q. augere. cf.* 45, 13. *ubi* regnum a populo Rom. partum auctumque et multiplicatum *dicitur.* Multiplicatis summis honoribus 9, 26. *h. e. pluribus iisque summis honoribus functus.* Multiplicata servitus 1, 17. *de interregno.* Multiplicatis in arcto ordinibus 2, 50. Hæc per se ampla, pleraque multiplicata verbis regis 42, 61.

Multiplicatio augurum et pontificum 10, 6.

Multitudo 2, 45. Imperitæ multitudini nunc indignatio, nunc pudor, pectora versare. Abundante Lavinii multitudine 1, 3. Asperiorem domando multitudinem fecisse 3, 69. Omnis multitudo in unum quum convenisset, frequenti agmine petunt Thessaliam 32, 12. *cf.* 26, 6. Cetera multitudo 9, 39. *de militibus, quibus in ancipiti prœlio equites, ut pedites, succurrerant.* Ad multitudinem castigationem satis esse 28, 26. *militibus duces seditionis secutis.* Quum — discedere senatum ab se vetuisset, stipatus ea multitudine etc. 6, 15. *Ergo de senatu multitudo dicta. cf.* 1, 7. *ubi de asseclis dicitur.* Vocata ad concilium multitudine 1, 8. Simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis judices facti erunt etc. 6, 19. Multitudinem credens trahi spe posse 44, 26. Vid. *quotidianus.*

Multo 1, 11. Bellum multo maximum.

Multus 3, 60. Multa dies. — ab sole orto in multum diei stetere in acie 27, 2. *cf.* 9, 44. *it.* 10, 32. — ad multum diei

29, 45. Multa nocte solitus erat movere castra 35, 4. Multa jam edita cæde 5, 21. Magnitudine imperii, quo multam quondam Europæ, majorem partem Asiæ, obtinuerant armis 31, 1. Multum et consules se abstinebant 8, 11. Si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia cepisset 30, 3. Haud multum infra 5, 37. *pro multo.*

MUNDUS 8, 15. Vestalis suspecta propter mundiorem justo cultum.

MUNDUS 34, 7. Munditiæ et ornatus et cultus, hæc feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. *Laxiore significatu mundus hoc loco dicitur; alias enim separatur certe a vestimentis. cf.* 32, 40.

MUNIA 1, 42. Belli pacisque munia, non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. *cf.* 26, 31. *it.* 44, 41. Exacta acerbe munia militiæ 45, 36.

MUNICIPIA *a via publica dicta* 26, 8. Appiæ municipia; *et distinguuntur ab his,* quæ propter eam viam sunt. Municipium Latini nominis 40, 18.

MUNIFICE 1, 54. Prædam munifice largiendo. Si quid deest, munifice augebunt 2, 2. Rem Romanam omni tempore ac loco munifice adjuvisse 22, 37.

MUNIFICENTIA. Vid. *ludificari.*

MUNIFICUS 4, 60. Ut nemo pro tam munifica patria, donec quidquam virium superesset, corpori aut sanguini suo parceret.

MUNIMENTUM 9, 27. Quod sine munimento consederant. Ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent, alia in urbem — versa, aliis frons in Etruriam spectans 5, 2. Quæ munimenta inchoaverat, permunit 30, 16. Nec vi nec munimento capi poterat 10, 9. Munimentis, quibus sepienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat 38, 5. vid. *sepire.* Ob insignem munimento naturali locum 24, 29. Id munimentum (*Horatium Coclitem*) illo die fortuna urbis Romanæ habuit 2, 10. Quomodo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam repararent 3, 37. Sine ullo terrestri aut maritimo munimento 41, 2.

MUNIRE 1, 8. Crescebat interim urbs, munitionibus alia atque alia appetendo loca, quum in spem magis futuræ multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. *i. e. habitationi apta redderent.* Palatium primum — muniit 1, 7. Muniendo fessi homines 21, 37. — ad rupem muniendam *ibid. i. e. perfodiendam, atque ita viam muniendam.* Per munita pleraque transitu fratris ducebat 27, 39. Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore 2, 7. *cf.* 5, 39. Munitum situ naturali oppidum 44, 31. Nimis undique eam (*libertatem*) minimis quoque rebus muniendo 3, 2.

MUNITIO 5, 5. Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes.

MUNITOR 7, 23. Ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, prœlium initum. *cf.* 5, 19.

MUNUS 34, 49. Ut populus Rom. dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret. Omnium maxime tempestivum in multitudinem munus 4, 59. Nuptiale munus 30, 15. (*venenum*) — munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt 30, 17. *Sic sæpius, quam munus,* donum. Vid. *Drakenborch. ad* 5, 28. Datum (*iis*) munus, ut machinas in bello ferrent 1, 43. Ut suum munus tueretur 45, 11. In partes muneris sui benigne polliceri 6, 6. Munere vacare 25, 7. *i. e. onere militari, extra prœlium quidem.* Jam ad munera corporis senecta invalidum 6, 8. Abscedere muneribus militaribus 9, 3. (— munia militiæ 45, 36.) — munera belli 32, 16. Munus gladiatorium 31, 50. — gladiatorum 41, 20. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data 41, 28.

MURMUR 3, 56. Inter concionis murmur. Secundum orationem prætoris murmur aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium etc. 32, 22. *conf. Virgil. Æn.* 11, 296. Vide *fremitus.*

MURUS 1, 7. Ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. *Paullo post dicuntur* mœnia. *aut cespiticii, aut vallum, aut latericii intelligendi, quippe quibus opponitur lapideus murus, a Tarquinio structus, h. e. saxis quadratis. cf. cap.* 36. Donec recessisset a muris hostis (*Hannibal*) 26, 10. Murum portasque de cœlo tactas *ibid. cap.* 11. Eo eventu pugnant, ut postremo portis muroque se contineret Campanus 25, 22. Quum octingentis annis sine muris fuisset libera urbs, muris velut compedibus circumdata a tyrannis 39, 37. *Muro* circumdare templum voluerunt. ad aliquantum jam altitudinis excitata erant *mœnia* etc. 29, 18. Ut nudare tegulis *muros urbis* ad tegenda hibernacula sua pateretur. referrique tegulas et resarciri *tecta* — jussit 45, 28. Vid. *ducere.*

MUSSARE 28, 40. *De indignatione tacita* — soli Ætoli id decretum clam mussantes carpebant 33, 31. — mussantesque inter se rogitabant 7, 25. Vid. *Virgil. Æn.* 12, 657. 718.

MUSSITARE 1, 50. Jam enim ita clam quidem mussitantes, vulgo tamen eum appellabant.

MUTARE 5, 30. Victrice patria victam (*urbem*) mutari. Inter quæ se media lapsos possessionem pace incerta mutasse 9, 12. Quod nec injussu populi mutari finibus posset. (*Camillus*) nec nisi dictator dictus etc. 5, 46. Civitate quum donarentur ob virtutem, non mutaverunt 23,

20. *i. e. non commutaverunt suam civitatem cum Romana.* Mores quidem populi Rom. quantum mutaverint 39, 51. *pro mutati sint. Sic* 5, 13. annona nihil mutavit. Adeoque — — animi mutaverunt, ut etc. 9, 12. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 104. [*it. Vechner. Hellenol. pag.* 70. *sq. edit. Heusinger.*] Rationem belli gerendi hosti mutare 32, 31. Ut nihil odor mutaret 3, 10. *scilicet* mutari *dicuntur corpora, quum putrefiunt.* Sicut in frugibus pecudibusque non tantum — quantum terræ proprietas cœlique — mutat 38, 17. *i. e. pervertit. cf. cap.* 46. multo ante et corpora et animi mixti ac vitiati sunt. *Dicitur enim verbum mutandi non raro in significatione graviori, etiam translata. Sic Virgilius: quæ mentem insania mutat: i. e. corrumpit.*

Mutilatus 29, 9. Naso auribusque mutilatis. *cf. cap.* 18. naso auribusque decisis.

Mutuari 30, 12. Ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium.

Mutus 7, 4. Ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. Vid. *bestia.*

Mutuus 8, 24. Mutuum inter se auxilium.

Næ *scriptum olim etiam* Ne, *id quod magnæ confusioni locum dedit.* [*Conf. Parei Lexic. Crit. pag.* 776.] 26, 31. næ magis reipublicæ interest. *cf.* 9, 5.

Nam *connectendi caussa positum* 29, 8. nam avaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit. — *it. cap.* 39. nam quæ sibi crimini objiciantur. Vide *Dukerum ad Præfat. Flori.* Nam *Omissum.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 25.

Namque 9, 37. Vastationem namque sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat etc. *cf. cap.* 25. Prorogatæ namque consulibus jam in annum provinciæ erant 41, 6.

Nancisci 5, 45. Castra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti clamore invadunt, *cf.* 24, 31. Quum prospera elatus re, tum spem etiam haud dubiam nactus etc. 35, 27. Artibus opes domi nactus 1, 50.

Nare 21, 28. Cum refugientem in aquam nantem sequeretur. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 24. [*Vulgatam nolim cum Bauero sollicitare. Participia sæpe ἀσυνδέτως junguntur.*]

Nasci 9, 2. Ita natus est locus. — loca nata insidiis 24, 4. *cf.* 5, 54. *it.* 36, 17. Dum quacumque conditione arma viris in arma natis auferre festinant 9, 9. Puero post avi mortem in nullam sortem bonorum nato 1, 34. Natus inter jura legesque 4, 15. *cf.* 10, 16. Natus ad corrumpendam disciplinam militarem 29, 19. *cf.* 39, 1. Nata in vanos tumultus gens 5, 38. Inde illam absentis insectationem esse natam 1, 51. Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci 1, 9. Nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis, exsule avo, Pœni ipsi materno genere 24, 6.

Natura 5, 27. Quam (*societatem*) ingeneravit natura, utrisque est eritque. *Natura h. l. non cujusque hominis ingenium, indoles, est, sed mater omnium rerum, quam Cicero dicit.* Juvenem egregium, instructum naturæ fortunæque omnibus bonis, maximum momentum rerum ejus civitatis 8, 12. Naturâ inimica inter se esse liberam civitatem et regem 44, 24. Locorum situs, natura regionum 22, 38. *alibi*: ita natus est locus. Vid. *locus.* [Natura maris *pro* mare. *v.* ciere. *Sic Græci φύσις dicunt.*]

Naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos 44, 44.

Natus 2, 22. Magno natu homo. *cf.* 2, 8. 10, 38. — natu major frater 3, 13. Natu *sæpius omittitur, etiam τῷ* maximus *et* minimus *jungendum, item τῷ* minor 1, 3. 6, 34. 29, 29. 38, 57. Majores natu 1, 32. *i. q. senatus. ubi vid. Bauer. pag.* 48.

Navalia 3, 26. Contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt. Quæ ad bellum opus essent, navalibus, armis 45, 23. *Cave conjunctim legas* navalibus armis. *nuspiam enim apud Livium arma talia occurrunt, sed* auxilia navalia, *uti paullo ante, in hoc ipso capite, ac similia.* Vid. *in voc. sequ.* Aliam (*porticum*) post navalia 40, 51. Ex veteribus quinqueremibus, in navalibus Romæ subductis 42, 27. Sub ipsis navalibus castra habere 44, 32. *Vid.* deducere. *it.* subducere.

Navalis 29, 35. Ibi copiæ omnes, præter socios navales, in terram expositæ. — classici milites navalesque socii 21, 61. Quas gentes nullæ umquam nec arte, nec virtute navali æquassent 35, 48. Forsitan etiam navalia castra, relicta cum levi præsidio, oppressuros 30, 9. Tamquam navale bellum tempestatibus captandis et observando tempore anni gerant 5, 6. Duumvirum navalem, quem ut inauguraret etc. 40, 42. Eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit 41, 1. Navale prœlium 40, 52. Navalis triumphus 45, 42.

Navare 9, 16. Ut ad reconciliandum pacem consuli opera navaretur. *cf.* 25, 6.

Naufragium 5, 52. Vixdum e naufragiis prioris culpæ cladisque emergentes.

Navigare 44, 13. Eumenes ad consulem navigat, gratulatus, quod — — — Pergamum in regnum abit. Navem conscendit, et flumine Barbana navigat in lacum Labeatum 44, 31.

Navigium 44, 22. Qui in eodem velut navigio participes sunt periculi. Metu, ne complerentur navigia — — naves etc. 41, 3.

Navis 32, 21. Naves tectæ et leviores apertæ. *Illæ vocantur alias* constratæ,

v. c. 35, 46. *hæ sunt eædem cum* speculatoriis. Quinque missæ a Prusia rege tectæ naves 44, 10. Stantes in portu Rhodias apertas naves Eudamumque præfectum earum, inviolatas, atque etiam benigne appellatos dimiserunt 44, 28. Sparsæ per Cycladas insulas naves *ibid.* Cognito deinde, in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in ostio portus Eumenis rostratis — inclusas esse *ibid.* Lumina in navibus singula rostratæ, bina onerariæ haberent 29, 25. Naves longæ et rostratæ et quinqueremes 29, 26. *it.* 21, 30. *omnes bellicæ sunt.* Quinqueremes naves 41, 9. Navis regia inhabilis prope magnitudinis 33, 30. *cujusmodi naves non nisi ad ostentationem exstruebantur.* Naves, quas hippagogos vocant 44, 28. Vid. *Scheffer. de R. Nav.* 4, 1. Navis maritima 21, 63. — naves fluviatiles 10, 2. — actuariæ 25, 30. Robore navium — Romani longe regios præstabant 37, 30. — virtus navium *ibid. cap.* 24. Naves facere 35, 20. (*etiam* ædificare. Vid. *Duker. Latin. ICtor. pag.* 68.) — naves ornare jussus 37, 50. *i. q. instruere, armare.* Navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens 21, 27. Naves paratæ fuerunt, quæ (*tegulas*) tollerent atque asportarent 42, 3. Naves in salo stantes 44, 12. *conf. cap.* 28. Duumviri navales creati — — — navesque iis ornatæ sunt 40, 26. Navem eamdem secundo amni Scodram demisit 44, 31. Plaustris transveham naves haud magna mole 25, 11, *conf. Virgil. Æn.* 2. 235.

Naviter. Vid. *gnaviter.*

Nauticus 30, 25. Jussus e nauticis (*non* nautis) escendere in malum. *cf.* 28, 7. *it.* 29, 25. Nautici tabernacula detendunt 41, 3. *Ibid.* nautæ *opp.* nauticis, *qui sunt* milites. *Sic enim paullo post dicuntur.* Nondum aut pulsu remorum strepituque alio nautico exaudito 22, 19. — militum apparatu nautica ministeria impediuntur *ibid.*

Ne *omisso: quia verebantur* 2, 3. ne non reddita (*bona Tarquinii*) belli caussa; reddita belli materia et adjumentum essent. Ne nunc 3, 52. *pro nedum:* ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium. [Vid. *Parei Lexic. Critic. p.* 776.] Et ne cui fraudi esset 3, 53. *pro, et postulabant, ne etc.* Ne quis magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, (*scil. ut*) eum jus fasque esset occidi 3, 55. Viderent, ne magis etc. 35, 6. *fortasse legendum* magisne. Quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere? id quoque Graccho permittente etc. 40, 49. *pr. num. Nisi vero legas:* sibine liceret etc. *Sed Gronov. legit:* liberone sibi etc. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppressit 8, 10. *Similiter* 34, 39. ne caperetur, caussa fuit. Satisne est, nobis vos metuendos esse 3, 67. *pro nonne.* Ne æquaveritis Hannibali Philippum, ne Karthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis 31, 7. *pro licet non; s. si vel maxime concedam, non æquandum esse. cf.* 32, 21. Ne his debere impune esse 33, 49. *pro ne his quidem. Ita et* 44, 36. neque enim ne his cunctationem aperuerat suam. Ea, ne si utilia quidem sint, fieri oportet 4, 4. *i. e. ea fieri non oportet, si vel maxime utilia sint.* Ne Tarentum quidem, non modo arcem etc. 25, 15. *i. e. nedum, multo minus arcem.* Vid. *Intt. ad h. l.* Ne ut ex consueta quidem asperitate orationis — aliquid leniret atque submitteret 2, 61. Ut ne morte quidem Æneæ, nec deinde etc. 1, 3. *it.* 40, 25. ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset. *ubi quidem Gronovius pro* nec *legi volebat* nedum. *Est autem, ut e superiori loco patet, non inusitatum Livio, quod vulgatus exhibet.* Ut ne si bellum quidem quis inferat, tueri me — liceat 42, 41. *pr.* ut, si b. q. inferat, ne tueri quidem etc. Ne quem vestrûm — judicatum addictumve duci patiar 6, 14, *pro, non committam, ut etc.*

Nebula saltum omnem camposque circa intexit 26, 17. — nebula matutina texerat inceptum 41, 2. *Itaque et* 33, 7. *Pro* detexerat *legendum videbatur Dukero* texerat; *præsertim quum, ubi notio aperiendi adjicienda esset nebulæ, huic* dispulsa, discussa, disjecta, *et similia addi solerent.* Orta ex lacu nebula campo, quam montibus densior sederat, 22, 14. Vid. *dilabi.*

Nebulo 38, 56. Nebulonem modo, modo nugatorem appellat.

Nec *pro non* 1, 23. Nec ita multo post. *it.* 2, 22. — non sustinentes impetum 3, 22. *ubi variant libri in* nec. Sed nec extra fretum Euripi etc. 31, 22. *pro ne quidem.* Nec multi et incompositi 23, 1. *cf.* 7, 2. *it.* 42, 16. Nec libet credere, et licet 4, 29. *i. e. et libet non credere, et licet.* Sed neque vos tulissetis, nec nos spopondissemus, nec fas fuit etc. 9, 9. Nihil ex ea familia triste nec superbum timebat 2, 30. *pro simplici particula copulativa aut disjunctiva. cf.* 4, 60. *Ita et* neque *dici solet.* Nec dubie 2, 23. Nec tamen ne ita quidem prius mittendum ad etc. 22, 25. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 55.

Necare 22, 57. Vestales — stupri compertæ, et altera sub terra — ad portam Collinam necata fuerat, altera etc.

Necessarius 7, 26. Aqua etiam, præter cetera necessaria usui, deficiente.

Necessitas 9, 8. Apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque. Belli necessitatibus (*bello necessario*) eam patientiam non adhibebimus 5, 6. Hoc audito, Perseus contraxisse eum necessitates ratus ad bellum utique cum Romanis 44, 27. *scil. iis faciendis, propter quæ bellum necessario gerere debeat.* Venisse tempus ratus per ultimam necessitatem le-

gis agrariæ Patribus injungendæ 2, 43. Expressaque necessitas obsides dandi Romanis 2, 13. Sive errore humano, seu casu, seu necessitate 45, 8.

Necessitudo 8, 3. Privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos.

Necessum 39, 5. Num omne id aurum in ludos consumi necessum esset.

Necopinantes ignarique 40, 57. Stationes duas necopinantes ab Istris oppressas 41, 7. Vid. *improviso.*

Necopinatus 2, 22. Volscos — necopinata res perculit. *conf.* 9, 12. — ex necopinato 41, 5. Id cuique spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu occurrerit oculis 1, 57. Legionibus necopinato pavore fusis 7, 6. Inter torpidos somno, paventesque ad necopinatum tumultum 25, 38. Non sustinuere impetum necopinatum hostes 40, 48.

Nectere 27, 28. Ne cui dolus necteretur a Pœno. Ita undique regi dolus nectitur 1, 5. Et, qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, et nectebantur alii 2, 27.

Necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent 22, 2. *cf.* 25, 32. *it.* 28, 49.

Necunde 28, 1. Signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

Nedum *pro non tantum* 10, 32. Ubi et intrare, nedum vastare — prohiberentur. Vid. *Intt. ad h. l. cf.* 45, 9. *it. cap.* 29.

Nefandus 1, 60. Nefandum vehiculum. *i. e. per quod nefandum scelus commissum est; quod nefando insidentis scelere actum est per parentis corpus.* Respersæ fando nefandoque sanguine aræ 10, 41. Ne se sanguine nefando soceri generique respergerent 1, 13. Tot tam nefanda commissa (*scil.* esse) 29, 11. Vid. *contaminare.*

Nefarius 9, 34. Nisi rempublicam eo nefario obstrinxeris. *Ita non poterat non dicere Livius, quia* nefas *ablativo caret.*

Nefas ab libidine ortum 3, 44. Ut per omne fas ac nefas sequutari vindicem libertatis viderentur 6, 14. Tradamus — deos deorumque curam, quibus nefas est 6, 41, *cf.* 4, 3.

Nefastus 6, 28. Ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ. *i. e. infortunata, infausta, quasi nefas sit, inde victoriam reportare.* Vid. *Intt. it. Cel. Strothium ad h. l.*

Negare 6, 40. Neque nego, neque inficias eo. *i. e. nequaquam nego. Multa in utramque partem de hac negandi formula Intt. dixerunt, quos vide. Ipse Cicero Or. Rosc. Am.* 48. *dixit*: non enim novi, nec scio. *Quidni Livius in alteram partem simile quid dixerit?* Vid. *Strothius ad hunc locum.* Negabat cessandum, et (*scil. dicebat*) utique prius confligendum, quam etc. 35, 1. *conf.* 3, 48. [*ibique Stroth.*]

Negligenter 41, 18. Haud negligenter (*studiose*) corpus (*occisi*) occultavere. Exercitus imperatori erat negligenter adfuturus comitiis ferendæ legis 45, 35.

Negligentia 22, 9. Plus negligentia cærimoniarum auspiciorumque quam etc. *i. e. omittendis, prætermittendis etc.* Ab eadem negligentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant 43, 13. *pro levitate, improbitate.* Gentium jus — a nobis — negligentia Deorum prætermissum 5, 51. Negligentiæ laxior locus 24, 8.

Negligere 23, 11. Cur negligerentur, ignorabant. *i. q. non consulerentur.* In parvis rebus negligens ultor, gravem se ad majora vindicem servabat 2, 11. Deos tandem esse et non negligere humana 3, 56. Per præruptum, eoque neglectum hostium custodiæ, saxum in Capitolium evadit 5, 46.

Negotiari 33, 29. Negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes in commeatibus (*milites*) erant.

Negotium 3, 4. Ut negotium daretur, videre ne etc. *pro videndi.* Nec intra muros quietiora negotia esse 5, 16.

Nemo Romanus 8, 60. *cf.* 5, 21. *it.* 8, 30. — miles Romanus 37, 53. — hostis 36. 40. — omnium 10, 26. — unus 9, 16. Apud neminem auctorem invenio 6, 20. Neminem neque populum, neque privatum fugio 9, 1. Ut *nemo* eorum generis ac sanguinis sui memor in acie *esset*, præsidio sociis, hostibus terrori *essent* 26, 2. *cf.* 2, 54. 3, 39. 9, 11. 24, 20. Neminem, — verum esse, præjudicium rei tantæ afferre 3, 40. *i. e. non æquum esse, ut quisquam etc. Simili modo τὸ* neque *sæpius resolvendum est.* Vid. *verus.* Neminem eorum per Italiam ire liciturum 42, 36. *Si sana lectio, dissolvenda vox est: non quemquam — ire liciturum.* Vid. *Perizon. ad Sanctii Minerv.* 3, 7, 4. *Dukerus legi volebat* nemini enim, *probante quidem Drakenborchio.* Neminem unum esse, cujus magis opera putet rem restitutam 3, 12. Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse 2, 6. Vid. *unus.*

Nequaquam 3, 35. Nequaquam splendore vitæ pares decemviros creat. Nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis 5, 42. Nequaquam tantum publica calamitate mœsti Patres, quantum etc. 7, 6. Eique ea fides, nequaquam amicum Persea, inimicissimum fecerat 40, 54. Ut appareret — nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis 42, 39. Nequaquam par Antiocho futurus 45, 11.

Neque *pro particula copulativa.* Vid. *nec.* — neque *pro ne quidem* 10, 42. Neque — neque — et haud 21, 1. — neque — etiam 27, 10. — neque — nec 9, 9. — neque — et 8, 12. — neque — et ita 23, 23. — neque — neque — atque 24, 40. Neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare 41, 8. Neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum 43, 13. *Scilicet Latini interdum duplicem*

negationem pro una ponunt. Vid. *Intt. ad h. l. Itaque emendatio Gronovii* ulla *legentis non est necessaria.*

Nequidquam 5, 43. Per aliquot dies in tecta modo urbis nequidquam bello gesto. *i. e. frustra.* Bastarnas, nequidquam ad juga montium appropinquantes, 40, 58.

Nequius 41, 7. Utrum susceptum sit nequius (*bellum*) an inconsultius gestum, dici non posse.

Nervus ac vincula 6, 11. *cf.* 2, 24. Gladio nervos incidere 37, 42. Nervi conjurationis 7, 39. *i. q. auctores seditionis, qui paullo ante dicti erant, quippe in quibus omne robur exstaret.*

Nescire 2, 2. Ac nescio an modum excesserint. *pro nescio an non; habetque semper affirmationem, quæ sic modestius exprimitur. cf.* 3, 60. *it.* 23, 16. 37, 54. Nescire Tarquinios privatos vivere 2, 2, *i. e. non posse, non didicisse. cf.* 9, 3. Nescires, utrum inter decemviros, an inter candidatos (*Appium*) numerares 3, 35.

Nescius 42, 13. Non sum nescius.

Neu *præcedente* ut 2, 15. Sed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis invicem animi sollicitarentur. *cf.* 3, 44. *it.* 8, 32.

Neutiquam 7, 12. Dictatori neutiquam placebat. *cf.* 4, 27.

Neutro 6, 38. Re neutro inclinata. *i. q. in neutram partem. cf.* 1, 25. *it.* 8, 1. Neutro inclinata spes 42, 7.

Nexus 2, 23. Propter nexos ob æs alienum.

Nexus 2, 28. Nexu vincti. *Nisi cum Sigonio legas* nexi, vincti; *quod probatur Salmasio de modo usurar. p.* 837. *Enimvero non differunt* nexi *a* vinctis. *conf. Bauer. ad h. l. pag.* 104. Vid. 8, 28. *ibique interpretes.* Sorte ipsa obruebantur inopes nexumque inibant 7, 19. *i. e. operas in servitute pro pecunia, quam debebant, præstabant.*

Ni *in formulis sponsionum et ferendi judicii usurpari solitum. v. c.* 3. 57. Ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *cf. ibid. cap.* 24.

Nidor 38, 3. Inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam fœdo quodam nidore ex adusta pluma, quum totum cuniculum complesset etc.

Nihil, Nihilum 3, 20. Nihil delectu opus est. *pro non. conf.* 1, 27. *it.* 53. *it.* 25, 7. — nihil est, quod exspectetis tribunos 2, 55. — nihil morem intermittere 5, 27. — nihil sævire 3, 44. — nihil consulto collega 22, 45. — *Similiter:* nec vos — quod contendatis quidquam est 4, 4. Nihil patricium magistratum inseram concilio plebis 6, 38. [*ad q. l.* vid. *Stroth.*] Thebani *nihil* moti sunt, quamquam *nonnihil* succensebant Romanis 42, 46. — nihil infractus ferox Appii animus 2, 59. — si nihil morarentur 1, 53. Nihil aliud aversus 2, 8. *pro non ultra.* — nihil aliud 3, 19. *pro nulla alia re.* Nihil est aliud in re, — nisi ut omnia negata adipiscamur 10, 8. — *Similiter* 4, 4. quid enim in re est aliud, si etc. Nihilum deprecans, quin — — privatas in se iterum sæviret 3, 58. Nihil unum insigne 41, 20. — nihil sentire idem 4, 46. — nihildum 35, 20. De nihilo hostes corripi 34, 61. — hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta est 30, 29. — nihilo segnius 2, 47. Nihilo plus sanitatis in curia, quam in foro, esse 2, 29. Delectumque nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi solitus erat, — — habebant 5, 67. Nihilo ei pax tutior fuit 21, 2. Nihil aliud, quam admonere 4, 3. *pro nihil aliud facere, quam ut etc. cf.* 2, 49. *it.* 23, 3. 24, 36. Nihil minus, quam vereri 26, 20. Philippi præter legatum videmus nihil 32, 35. Quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat 8, 25.

Nimius 10, 26. Et copiarum satis sibi cum Decio, et nunquam nimium hostium fore. Nimio plus 28, 25, — nimio major multitudo 29, 38. Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia 2, 37. Nimius animi 6, 11. — imperii nimius 3, 26. et imperii nimium, et virum in ipso imperio vehementiorem rata. *Quamquam neutrum potius ibi esse plerique existimant, ut sit* nimium imperium. *cf.* 8, 9. *ubi* consulare imperium *dicitur* nimium.

Nisi *pro* sed, *præcedente* non 24, 20. Vid. *Drakenborch. ad* 5. 51. Ubi spem nisi in virtute haberent 34, 16. *pro nonnisi.* Vid. *Gronov. ad h. l. cf. Intt. ad* 26, 21. Nisi, victores se redituros ex hac pugna, jurant 2, 45. *alii: jurent. Sed sunt illa verba orationi obliquæ, tamquam parenthesis, eximenda.* Nisi si quando a vobis arma acceperimus 6, 26. *conf.* 8, 28. *it.* 26, 3.

Nitere 9, 40. Nitentia (*arma*) ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera. Galba nitens (*corpus*) et integrum denudet 45, 39. *Ironice.* Lucretius — recenti gloria nitens 3, 12.

Niti 28, 43. Quis super ceteros excellat, quo (*scil. honore*) me quoque niti non dissimulo. Barcinis nitentibus, ut etc. 21, 3. *i. q. postulantibus, agentibus etc.* Qui nitebantur perrumpere impetum fluminis 21, 28. Nisi genibus ab senatu petierunt, ut etc. 43, 2. *conf.* 44, 9.

Nitor 10, 4. Corporum habitum et nitorem, cultiora, quam pastoralia esse.

Nivalis 21, 54. Erat forte brumæ tempus et nivalis dies in locis Alpibus Apennìnoque interjectis. *Virgil. Æn.* 12, 702. Gaudetque nivali Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.

Nivosus 5, 13. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit. Aqua levata vento, quum super gelida montium juga concreta esset, tantum nivosæ grandinis dejecit, ut etc. 21, 58.

Nix 5, 2. Militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, sub pellibus durare etc. Secabant interdum etiam tum infinam ingredientis *(jumenta)* nivem 21, 36. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 33. *Vid.* Alpes. *it.* immiscere.

Nobilis 4, 28. Nobilior vir factis quam genere. — nobilia signa 26, 21. Centurionem, nobilem militaribus factis etc. 6, 14. Nobilis una imagine 1, 34. Nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit 22, 39. Ut in utramque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset 2, 5. — nobiles inimicitiæ 27, 35. — nobilissimæ 39, 4. *i. q. notissimæ.* — nobile scortum 39, 9. Nobiles equi 45, 32. Itineribus ac mutatione locorum nobiliorem (*alii: mobiliorem*) ac salubriorem (*exercitum*) esse 10, 25. *i. e. magis strenuum et tolerantem. Oppos.* agmen ignobile *ibid. cap.* 20. *h. e. fortitudinis immemor et præda oneratum.*

Nobilitare 28, 47. Quum jam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos. *i. e. claram exspectatamque fecissent. conf.* 1, 9.

Nobilitas 10, 7. Jam ne nobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere. Nobilitatem et regnum (*Scipionum*) in senatu accusabant 38, 54. *i. e. auctoritatem immodicam.* Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant 26, 12. *Omnino sæpius diversus numerus uno in loco eidem collectivo jungitur.* Vid. *Drakenborch. ad* 4, 16. Consulares et alii pari nobilitate adolescentes tribuni militum 44, 1. Nobilitatem — sinceram servare privatis consiliis non poteratis? 4, 4.

Nocere 9, 10. Ob eam rem noxam nocuerunt. — noceri enim ei, cui hac lege non liceat 3, 55. Secundum pœnam nocentium 2, 5.

Noctu 6, 18. Interdiu noctuque. Vid. *nox.*

Nocturnus imber 21, 54. Nocturnus error (*eos*) dissipavit 43, 10. — nocturna — trepidatio 10, 20. Jacere inter fures nocturnos ac latrones 3, 58. *conf.* 38, 59. — cœtus 39, 15. Nocturni visus 8, 6.

Nodus 40, 55. Qui nodum hujus erroris exsolvere possit.

Nolle 9, 34. Nolo ego istam in te modestiam. *i. e. non postulo, exspecto, a te.* Nolle inultos hostes, nolle successum, non Patribus, non consulibus 2, 45. Vid. *auspicium.*

Nomen 5, 18. Me jam non eumdem, sed umbram et nomen P. Licinii relictum videtis. Elephanti in acie nomen tantum sine usu fuerunt 44, 41. Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires quum attulissent 7, 29. — nomina ducum 29, 1. *Oppos. veris et metuendis ducibus.* Quum tres celeberrimi nominis haberet duces 4, 54. *cf.* 27, 40. In tanti nominis regibus 44, 25. Devictum et captum ingentis nominis regem, 30, 17. Nec diutius — quæstio per clara nomina reorum viguit 9, 26. Ne superesset (*Hasdrubal*) tanto exercitui suum nomen sequuto 27, 49. Vernaculis artificibus — nomen histrionibus inditum 7, 2. Nomen patrui Antigoni ferens 40, 54. Magnas opes sibi ac magnum nomen facere 1, 9. *conf. Virgil. Æn.* 9, 343. Nullum jam nomen esset populi Romani 26, 41. Quorum maximum nomen in civitatibus est suis 22, 22. Bellum magni nominis 31, 8. — nomen nobile bello 31, 18. Fulgor nominis Romani 21, 43. — primus Romani nominis 28, 32. — princeps Volsci nominis 2, 35. Ad delendum nomen Romanorum 21, 30. *al.* Romanum. *cf.* 3, 8. Volscum nomen prope deletum est. *cf.* 1, 10. Municipium Latini nominis 40, 18. Dum socii ab nomine Latino venirent 22, 38. Sociûm Latini nominis, quantus semper numerus 40, 36. Ita per se ipsum nomen Cæninum in agrum Romanum impetum facit 1, 10. Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditionem venit 40, 28. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et, — perveniunt 7, 17. — omnes Hernici nominis 9, 42. — vestrum nomen 37, 54. *pro vos.* Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit 2, 45. [Fabia gens *spuria videntur. Glossatoris, ni meus me sensus fallit, manum sapiunt.*] Hoc est nomen (*Appia gens*) multo, quam Tarquiniorum, infestius vestræ libertati 9, 34. Nomine increpare 7, 15. *Sic et* vocare, ciere, inclamare *dicuntur.* Ut Philippi statuæ, imagines omnes, nominaque earum etc. 31, 44. *i. e. inscriptiones.* Quum ad nomen (*nominatim citatus in delectu*) nemo responderet 2, 28. Virgis cæsis, qui ad nomina non respondissent 7, 4. Ad nomen singulis persolutum est stipendium 28, 29. Tarda nomina et impeditiora inertia debitorum 7, 21. Unius tantum criminis (*scil. nomine*) — in vincula te duci jubebo 3, 56. *Sic Dukerus, quem ad h. l. vide.*

Nominare 21, 16. Nominatæ consulibus provinciæ. *cf.* 44, 17. Quinque augurum loca adjecit, in quæ plebii nominarentur 10, 8. — magistri equitum a te ipso nominati 8, 23. — dictator nominatus 9, 28. Hannibali imperatori parem consulem nomino 24, 8. Priusquam nominarentur *(accusarentur)* apud dictatorem 9, 26.

Nominatim 2, 28. Citant nominatim juniores. *(de delectu.)*

Nominatio in locum ejus (*pontificis*) non est facta 26, 23. *i. q. suffectio.*

Non 24, 20. Non — nisi *pro non — sed.* Injussu tuo, imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam 7, 10. Non — sed 39, 28. *pro non modo, sed etiam.* Non decemviri tulerunt? 4, 4. *pro nonne. it.* 5, 53. Non in casis etc. Non loquor apud recu-

santem justa bella populum, sed tamen etc. 7, 30. *pro non quidem*. Non modo — sed etiam 24, 40. *pro non modo non — sed etiam*. Non modo — sed 1, 40. *pro non modo, sed etiam. cf.* 6, 7. *it.* 8, 20. Non Samnium modo, et Campanum 22, 25. *pro sed et C.* Non nisi — sed nisi 39, 28. *cf.* 28, 22. Non solum — sed 2, 2. *pro sed etiam. cf.* 8, 36. *it.* 28, 19. Non solum — sed ne — quidem 5, 42. *pro non solum non — sed ne — quidem. conf.* 5, 47. Non modo — sed ne quidem etiam 38, 58. Ne — quidem — non modo 25, 15. Non modo — ne quidem, *ut sensus desideret aliud adhuc* non. 1, 40. Non modo civicæ, sed ne Italicæ quidem stirpis. *cf.* 4, 3. 6, 34. 9, 19. 22, 23. 24, 40. 39, 36. *Id fit e more linguæ latinæ. Sed tamen* 35, 46. *occurrit* non modo non — ne quidem. *cf.* 4, 3. *it. cap.* 35. *Hujusmodi loca obvia sunt interdum etiam apud alios scriptores, illam exquisitiorem formam alias constanter sequentes. Itaque videntur illa utique ad normam plerorumque corrigenda esse. Ceterum in omnibus his locis negationem habent membra posteriora, sive* non modo, *sive* non solum *præcesserit. Sed eodem sensu cædem particulæ accipiendæ sunt, si vel maxime diserta negatio absit membro posteriori. Sic* 3, 6. Non modo ad expeditiones, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent. *cf.* 7, 32. *vid. Drakenborch. ad* 25, 26. Non modo patrum quemquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem etc. 6, 20. Non — tantum *sine membro posteriori* 10, 14. Non vero tantum metu (*signa clamorque*) terruere Samnitium animos. *ubi quidem Drakenborchius addendum censet:* sed etiam vano. *Plenæ orationis exempla sunt* 5, 3. *it.* 6, 39. Non senatum, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militiæ 5, 6. *vid. Drakenborch. ad* 8, 34.

Nos 7, 30. Gentibus, quæ inter nos vosque sunt. Nos *pr. historicis Livio dicuntur. Præfat. ult. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 6.

Noscere 10, 20. Accitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque *i. e. recognoscendas. cf. cap.* 36. Clamore magis, quam oculis, hostem noscunt 10, 33. *cf.* 27, 46. Quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur 45, 27. Græciæ civitatium instituta, mores, juraque noscere 3, 31. — hæc exploranda noscendaque esse 22, 55. — noscendisque singularum caussis 30, 24. *cf.* 27. 4. Inter traditionem imperii novitatemque successoris, quæ noscendis prius, quam agendis, rebus imbuenda sit, sæpe bene gerendæ rei occasiones intercidere 41, 15. Neque facile fuisse id vitium nosci, quum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem 8, 23. *cf.* 6, 18.

Noscitare 2, 28. Noscitabatur tamen in tanta deformitate. *cf.* 22, 6. Noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque et lineamenta corporis 26, 41. Quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant 8, 32. Circumspectare omnibus fori partibus senatorem, raroque usquam noscitare 3, 38.

Nosse 5, 6. Nec finem ullum alium belli, quam victoriam noverit. *i. e. habere voluerit.* Nec ullum — certamen adversus Patres noritis 6, 18.

Noster 9, 19. Utique numquam nostris locis laboravimus. *i. e. opportunis.* [*vid. Bauer. ad h. l. pag.* 298.] Nostrum est — vestrum est 39, 6. *i. q. nostra culpa est etc.* Secunda nostra fortuna 5, 51. — tempore nostro adverso 31, 31. *vid. Drakenborch. ad priorem locum. it. infra in v.* suus. Nostram ipsorum libertatem subrui et tentari patimur 41, 23. Quorum (*deorum*) est potestas nostrorum hostiumque 8, 9.

Nota 4, 29. Imperioso — Manlio cognomen inditum; Postumius nulla tristi nota est insignitus. Ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent 9, 36. Ad insignem notam hujus anni memoriæ proditum est 39, 50. Notæ secretæ 34, 61. *i. e. sermones non nisi cum uno habiti, qui, relati ab alio, argumento sint, illum unum certa mandata dedisse, quibus alias non habita foret fides. vid. Duker. ad h. l.* Notæ censoriæ ternæ 24, 43. — nota ignominiaque 31, 44. — censores — senatum sine ullius nota legerunt 32, 7. — iners nota censoria. Vid. *iners.* Insignes notæ (*censoriæ*) fuerunt 41, 27. Adjectæ mortuo notæ sunt: publica una — — gentilicia altera 6, 20.

Notare 27, 8. Ut viseret agros cultaque ab incultis notaret. *Sic* 27, 47. Scuta vetera hostium notavit. *it. ibid.* notari oculis. Moderationis eorum (*decemvirorum*) argumentum exemplo unius rei notasse satis erit 3, 33. Vestigio notato humano 5, 47. Ne ducem circumire hostes notarent 7, 34. Notata locis temporibusque referre alicujus decora 21, 43. Aliis senatusconsulto notantibus præfectum 27, 25. *i. e. notandum lacerandumque censentibus. cf.* 21, 25. *it.* 25, 3. Neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui 24, 16. Neque ab altero (*censore*) notatum alter probavit 42, 10.

Notio 27, 25. Ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus. *i. e. cognitionem.*

Notitia. Vid. *adducere.*

Notus 3, 44. Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. *i. e. qui Virginiam Iciliumque norant, fautores.* Exercitus nondum notus satis inter se 35, 3. Uterque inter se nondum satis noti (*duces*) 21, 39. Virginem plebeii generis, maxime forma notam, petiere juvenes

4, 9. Vix notis familiariter adridere 41, 20.

NOVARE 1, 59. Qui Turnum novantem res pro manifesto parricidio merita pœna affecissent. *cf.* 27, 24. *it.* 28, 36. — spes novandi res 29, 36. Tribunis plebis, jam diu nullam novandi res causam invenientibus 5, 2. Principes novandarum rerum 6, 18. Præcipites ad novanda omnia agebat 42, 30. In tribunis militum novatum 42, 2.(*in eorum electione.*) In his nihil novatum, nisi quod etc. 45, 31. Non — regni tædio quidquam apud eos novatum 5, 6. Magister equitum et ipse novat pugnam equestrem 4, 33. Alii ignarum (*ferebant*), belli quæ in dies fortuna novaret 44, 8.

NOVELLUS 2, 38. Novella Romanis oppida adimuntur. *i. e. nuper acquisita.* — novelli Aquileienses 41, 5. *i. q. coloni nuper eo deducti. cf.* 39, 55.

NOVISSIME 10, 1. Ita — duo millia armatorum, ruentia novissime in ipsas flammas —absumta.

NOVITAS 1, 34. Romanis conspicuum eum novitas divitiæque faciebant. Novitate ac miraculo attoniti 1, 47. Novitas successoris 41, 15.

NOVUS 6, 40. Neque novum neque inopinatum mihi sit. Assuetis regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal 45, 29. *i. q. invisitatum.* Galli nova re trepidi 5, 49. Consuli primo tam novæ rei ac subitæ admiratio incluserat vocem 2, 2. Novam in femina virtutem novo genere honoris donavere 2, 13. Novus veteri exercitus jungitur 7, 7. Rursus novus de integro — labor 5, 5. *cf.* 10, 29. Nova de integro pugna exorta est 22, 5. — novum de integro prœlium 24, 16. *it.* 30, 34. Conscriptos — in novum senatum appellabant lectos 2, 1. Si hoc modo — Furius recipere a Gallis urbem voluisset, quo hic novus Camillus — Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma esset 22, 14. *i. e. alter sospitator. Ita Hannibalis nomen pro infestissimo inimico P. R. dicitur ap. Ciceronem Verr.* 5, 12. *it. Or. Phil.* 13, 11. Vid. *Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 18. In novissimos te recipito 7, 40. Cum subsidiis ex novissima acie — ad præsidium collegæ missi 10, 29. *cf.* 31, 27. *it.* 42, 57.

NOX 9, 3. Qua cibi, qua quietis, immemor nox traducta est. Nocte deinde silentio — dictatorem dixit 8, 23. *cf.* 9, 38. — concubia nocte 25, 9. Nox interdiu visa intendi 7, 28. Nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati 1, 47. Ut — nocte ambo exercitus — suas quisque abirent domos 2, 7. *Mox:* silentio proximæ noctis. De accipiendis clam nocte in urbem regibus 2, 3. Non obversatam esse memoriam noctis illius, quæ pæne ultima atque æterna nomini Romano fuerit 6, 17. Quid hoc noctis — venisti 40, 9. *vid.* intempestus. *it.* sublustris.

NOXA 27, 8. In noxa esse *paullo post dicitur* scelus impium. *cf.* 32, 26. — noxam nocuerunt 9, 10. — noxæ eximere 8, 35. — dedi noxæ inimico 26, 29. *i. e. in potestatem inimico ad nocendum.* Noxæ damnatus 8, 35. — quam ob noxam ? 7, 4. — neminem noxæ pœnitebit 2, 54. Rempublicam non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conservandam esse 34, 61. Quandoquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur 2, 59. Reus haud dubius ejus noxæ 5, 47. Sine quæso — noxam, cujus arguimur, nos purgare 23. 6. Noxa liberati interfectores 45, 31.

NOXIA *i. q. noxa, eodemque sensu usurpatur substantive* 10, 19. Desertori magis, quam deserto noxiæ fore. *Vulgo Grammatici* noxam *crimen,* noxiam *vero* pœnam *denotare putant.* Adhuc privatis noxiis — conjuratio sese impia tenet 39, 16. *Bauerus ad h. l. pag.* 284. Noxis *legi vult, quod non est necesse.* Sine ullius eorum, quos oderat, noxia 41, 23. *cf.* 6, 28. Vid. *Duker. ad h. l.*

NOXIUS 7, 20. In Faliscos eodem noxios crimine vis belli conversa est. *cf.* 4, 15.

NUBERE 4, 4. Ut, in quam cuique feminæ convenisset domum, nuberet. Mamilio filiam nuptum dat 1, 49. *cf.* 23, 2. Melius me morituram fuisse, si non in funere meo nupsissem 30, 15. — nuptam pudicamque habiturus 3, 45. Quod juncta impari esset, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset 6, 34. Duæ filiæ sunt: utræque jam nuptæ 42, 34.

NUBES locustarum 42, 10. — jaculorum 21, 55. Vid. *obruere. Virgil. Æn.* 10, 808. *sq.* sic obrutus undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet. *Conf. idem Georg.* 4, 60. Rex contra peditum equitumque nubes jactat, et consternit maria suis classibus 35, 49.

NUDARE 3, 11. Qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat. Parietes postesque nudatos 38, 43. Vid. *Cic. Verr.* 4, 56. Nudatum tectum 42, 3. *i. e. lignum, cui tegulæ imponuntur, id quod* putrefaciendum *declarat.* Nudare muros defensoribus 21, 11. — Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus 21, 8. Hostem nudatum urbibus 9, 31. *i. e. cui urbes ademtæ.* Quum tuo exercitusque tui præsidio nudatam Italiam viderint 28, 42. *cf.* 30, 2. Nudatis omnibus præsidiis, patefactisque bello etc. 44, 6. Nudatus opibus (*Perseus*) 42, 50. Apparatus belli — qui et vos instruet, et hostes nudabit 26, 43. Omnium nudatos Manes, nullius ossa terra tegi 31, 30. Nudari latera sua sociorum degressu 1, 27. Vid. *Virgil. Æn.* 5, 586. Non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exspectarent 44, 27. Ætoli defectionem nudabant 35, 32. *i. e. præ se ferebant.* Magis, ut nudaret animos — quam spe, im-

petrari posse 34, 24. — nec illi primo statim creati nudare, quid vellent 24, 26. Ne, pœnâ ejus, consilia adversus Romanos nudaret 40, 24. Quæ nondum animos nudaverat 33, 21. *i. e. aperuerat, patefecerat. Gronovius et Creverius, fortasse rectius,* nudaverit *legunt. Sed tamen Livius haud raro ita indicativos in oratione obliqua ponit. v. c.* 36, 39. 37, 52. 43, 1. 45, 29. Vid. *Duker. ad* 3, 2. Vid. *detegere.*

NUDUS 3, 19. Hic [negando bella esse, arma vobis ademit, nudosque servis vestris et exulibus objecit. Nuda corpora et soluta somno trucidantur 5, 45. Dextrasque nudas ostentantes, ut gladios abjecisse adpareret 28, 3. *conf. Virgil. Æn.* 11, 418. Inermes nudique sub jugum missi 3, 28. *cf.* 9, 15. militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum. *cf. cap.* 6. *vide* 45, 39. *et Drakenborchium ad* 3, 26. *Nempe tunica tantum vestiti dicuntur* nudi. *Eodem modo Græcorum γυμνὸς dicitur.* Suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant 1, 27. In loco nudo atque inopi 28, 16. — colles nudi 37, 41. — via nuda et facilis *ibid. cap.* 42. Ut ne nudo quidem solo — alere se ac suos possent 26, 30. *cf. cap.* 35. Ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præsidiis agentem 29, 4. Id, quod constat, nudum videtur proponendum 3, 47.

NUGATOR *i. q. homo nequam, auctore Festo* 38, 56. Nectationem modo, modo nugatorem appellat.

NULLUS 40, 40. Nullis castris eo die exercitus victor mansit. Nullo *simpliciter dictum pro* nullo loco 22, 53. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 73. [*cui non assentior* nullâ *corrigenti. Ipsa lectionis varietas arguit,* nullo *a Livii manu profectum esse.*] Nullus repente fui 6, 18. [*Græcorum οὐδείς, μηδείς.*] In concordia ordinum nullos se usquam esse vident 3, 68. Nullasdum in Asia civitates socias habebat populus Rom. 29, 11. Nullodum certo duce 3, 50. Nullo patre natus 4, 3. *i. e. obscuro, ignoto patre; quemadmodum Melchisedecus in N. T. vocatur ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ.* Nulla rerum suarum non relicta inter hostes 8, 26. Philippi nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat 32, 35. *Dukerus legendum censet:* Philippus nullus usquam, nec *etc.* Nullis injuriis vestris — umquam æque quam munere — tribunos offensos 5, 3. *i. e. non æque offensos ullis injuriis etc.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

NUMEN 1, 55. Movetunt dii numen ad indicandam imperii Rom. molem. *i. e. annuerunt.* — numen deorum 8, 32. Evidens numen — rebus affuit Romanis 5, 51. Quorum (*deorum*) eluditur numen 9, 11. Hæc culti neglectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes 5, 52. Vindicasse ipsos (*deos*) suum numen, sua auspicia 7, 6. Numina Jovis Romani 18, 6. Quæ — præsentis deæ numine sæpe comperta nobis — referebantur 29, 8. In ducibus ipsis puniendis nullum deæ numen apparuit? immo ibi præsens maxime fuit *ibid.* Dictatoris edictum pro numine semper observatum 8, 34. Annuite, patres conscripti, nutum numenque vestrum invictum Campanis 7, 30.

NUMERARE 36, 21. Argenti bigati (*ovans*) præ se tulit centum triginta millia; et extra numeratum duodecim millia pondo argenti. Libertatis autem originem inde magis — numeres 2, 1. *i. e. repetas æstimes.* Quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum in Capitolio, numeratis 6, 41.

NUMERUS 9, 27. Et, majus quam pro numero auxilium, advenerant fortes viri. Hic hominum numerus 10, 38. (*de exercitu* 20,000 *amplius.*) Querentibus, ad numerum sibi colonos non esse 32, 2. *i. e. numerum colonorum legitimum.* Legatos e consularium numero mittendos ad eum senatus censuit 9, 38. Vid. *Gronov. Obs.* 1, 4. Quo magnum frumenti numerum congesserant Romani 21, 48. Certus numerus æris 5, 7. Quum — partem abesse numero sensisset 1, 7. *i. e. armento, gregi.* Ab Etruscis — — numerum (*lictorum*) quoque ipsum ductum 1, 8. Quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus 10, 8. Numerus Minervæ inventum 7, 3.

NUMQUID enim socordius ac segnius rempublicam administrati 6, 37. *Simpliciter interrogat, ponitur que Livio pro* an. Vid. *ecquis.*

NUNC *addito* quum maxime 29, 17. Nunc in expeditione, nunc in acie 3, 12. *cf.* 28, 28. Nunc — modo 8, 32. *pro nunc — nunc.* Nunc jam nobis — vobisque — promiscuus consulatus patet 7, 31. *cf.* 5, 2. *it.* 10, 19. Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 188.

NUNCIA 1, 34. Ejus dei nunciam (*aquilam*) venisse. Quæ (*vox*) nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset 5, 50.

NUNCIARE 1, 7. Nunciato augurio. *verbum proprium in tali re. cf.* 10, 40. 32, 9. Prodigia — pluribus locis nunciata acciderunt 31, 12. Priusquam consules provincias sortirentur, prodigia nunciata sunt 41, 9. Vid. *annunciare.* Nunciat, quæ occulte facta sunt 4, 24. *Sermo est de arcanis, quæ et diserte commemorantur paullo ante. Ea autem proprie dicuntur* enunciari, *contra,* nunciari, *quæ audita aut visa sunt.* Nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium nunciaretur 36, 3. *cf.* 38, 46. Nunciate regi vestro, regem Rom. Deos facere testes etc. 1, 22. *Sic Virgil. Æn.* 1, 137. regique hæc dicite vestro etc. Hæc nunciant domum Albani 1, 23. Nunciaret (*janitor domino suo*) T. Manlium — esse 7, 5. Tegulas relictas in area templi — — redemtores nunciarunt 42, 3. Nunciabant, agnum cum duobus capitibus natum 32, 9;

quinam? pro vulgo nunciabatur. Cum duobus consulibus exercitus amissi nunciabantur 22, 54. Hæc Rhodum nunciata; quæ per se tristia fuissent, quia majoris mali levatus erat timor — in gaudium renunciata verterunt 45, 25. nunciata *explicari debent per* nunciari jussa, *quoniam sequitur* renunciata. *Ac ne sic quidem a frigido pleonasmo immunis locus videri potest, nisi post* nunciata *majorem interpunctionem facias.* Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit 25, 9. *absolute dictum, ut sæpius.*

NUNCIUS 44, 15. Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere. *In voc.* nuncio *Drakenborchius ironiam esse putat, quia* nuncio *s.* nunciis *facere instituerent, quod exercitibus obtinendum foret. Enimvero Romani et ipsi per legatos, internuncios etc. talia tentarunt. Fortasse legendum* nunc. [*quod Perizonio in mentem venit. Sed verissime Drakenborchius. Neque probaverim Gronovii* nunciis. *Aptior singularis, cum augeat contemtus acerbitatem. Displicet Schelleri ratio.*] Remissique nuncii ab eo ad principes — in Athamaniam se venturum 38, 1. *pro qui dicerent, in Athamaniam etc. Similiter* 2, 47. missis ad consules nunciis, quo loco res essent. *conf.* 3, 18. Vid. *Drakenborch. ad* 38, 1. Regius nuncius populi Romani Quiritium 1, 24. Ego sum publicus nuncius populi Romani 1, 32. Cui rescribi nihil placuit; nuncio ipsius, qui litteras attulerat, dici etc. 42, 37. Trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse 42, 57. Trepido nuncio excitatus 1, 48. Ne se — tam tristem nuncium fere ad Cincinnatum paterentur 4, 41. Ludis relictis domus magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant 45, 1.

NUNCUPARE 1, 3. Julia gens auctorem nominis sui nuncupat. Martem incertæ stirpis patrem nuncupat 1, 4. Qua (*voce*) laturos eo spolia posteros nuncupavit 1, 10. *i. q. prædixit.* Quæ (*vota*) pro republica nuncupaverint tot consules etc. 10, 7. *i. e. susceperint, promiserint.* Quod Deos immortales inter nuncupanda vota expoposci, ejus me compotem voti vos facere potestis 7, 40. Quibus (*Diis*) vota nuncupavit 45, 39. Sicut verbis nuncupavi, ita — — — devoveo 8, 9. Verba legitima dedentium urbes nuncupare 9, 9.

NUNCUPATIO 21, 63. Sollemnem votorum nuncupationem fugisse.

NUNDINÆ 7, 15. Qui nundinas et conciliabula obire soliti erant. *Cel. Strothius ad h. l.* nundinas *de locis accepit.*

NUNDINARI 22, 56. Pœnum — in captivorum pretiis prædaque alia — nundinantem.

NUPER *de longiori tempore. Præfat. it.* 9, 34. *de spatio decem* (*sec. alios quinque*) *annorum.* — *et* 45, 39. *de triginta annorum spatio.* [Vid. *Clav. Ciceron. h. v.*]

NUPTIALIS 4, 4. Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coëgisset. Ut — ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret 30, 14. *cf. cap. sq.* nuptiale munus — *de veneno.*

NUSQUAM 1, 38. Ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est. Bellum nusquam alibi erat 39, 38. *cf.* 43, 9. Nusquam alio, quam ad vos, querelas detulimus 29, 17. De Scipione nusquam, nisi in senatu actum 29, 22. Persequutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes 3, 42. *cf.* 45, 44. quum hostes exercitus numquam eduxissent: *ubi quidem Dukerus et Creverius* nusquam *legi volunt.* Nusquam minus, quam in bello eventus respondent 30, 30. Nusquam inde Gallos longius vestigium moturos 44, 26. Nusquam te vestigio moveris 21, 44.

NUTARE 4, 37. Nutant circumspectantibus galeæ, et incerti trepidant.

NUTRIRE 4, 52. Cura corporum nutriendorum *i. e. fovendorum.* Materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus 1, 39. Vide *fovere.* Quod naturæ damnum utrum nutriendum patri — an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse 7, 4. *i. e. non fastidiendum, explicante Sigonio, aut, uti Gronovius volebat, remediis ac fomentis quasi adhibitis curandum.* Sorte quadam nutriendæ Græciæ datus 36, 35.

NUTUS 7, 30. Annuere nutum. *Eleganter; nutus enim fortunæ tribui consuevit.* Vide *Numen.*

OB 43, 7. quorum legatio ipso introitu, ob id quod Mictio — pedibus captus lectica est introlatus etc.

OBÆRATUS 26, 40. Mixti ex omni colluvione exsules, obærati, capitalia ausi plerique. *cf.* 6, 27.

OBARARE 23, 19. Quum hostes obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt.

OBEDIENTER 8, 19. Se sub imperio populi Rom. fideliter atque obedienter futuros. *cf.* 5, 12. *it.* 42, 35. Vid. *Obnoxie.*

OBEDIRE 5, 3. Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit. Utrimque enixe obeditum dictatori est 4, 26.

OBEQUITARE 9, 36. Obequitavit stationibus hostium. *cf.* 30, 12.

OBEX 9, 2. Eam quoque (*viam*) clausam sua obice armisque inveniunt. Obices viarum 9, 3.

OBJACERE 2, 65. Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes. Saxorumque ingentium objacentem molem invenere 9, 2.

OBJECTARE 9, 34. Contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objectata ab inimicis est. *cf.* 6, 27.

OBJICERE 22, 34. Duas legiones hosti ad cædem objectas. Obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam

objecerat, consulem lancea tranfixit 22, 6. *ubi vid. Bauer. pag.* 46. [*Durior illi visa constructio: vix jure, opinor.*] Hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium caput objecturum 22, 40. Qui Decimio in auctoribus ad piaculum noxæ objiciendis adsensi sunt 45, 10. Quia eum objectum Romanis esse volebant 42, 5. *cf.* 34, 9. Pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit 29, 8. *pro injecit. Sic:* religiones objectæ animo 41, 22. — quo *(die)* sibi eam mentem objecissent (*dii*), ut excidium patriæ fatale proderent 5, 15. *de divino monitu vel instinctu.* Quæ ubi objecta spes est 6, 14. Levi aura spei objecta 42, 39. Ab effusa fuga flumen objectum a tergo arcebat 1, 27. Brachio objecto flumine eos excludit 22, 52. Cervis etiam objectis, ut viam intercluderet 44, 11. Castellum loco edito contra arcem objecit 38, 4. — promontorium objectum 31, 46. Hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto portum ab omnibus ventis — tutum facit 26, 42. *Similiter Virgil. Æn.* 1, 160. insula portum efficit objectu laterum. Dum objectis foribus extremos suorum exclusere 5, 13. *cf.* 28, 6. Ubi conferti hastas ingentis longitudinis præ se Macedones objecissent 32, 17. *non transversæ, sed directæ, intelligendæ sunt.*

Obiratus 1, 31. Fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant deûm. Vid. *Gronov. ad* 42, 10. *ubi pro* ob ea irati *legi vult* obirati.

Obire 5, 52. Sollemne Fabiæ gentis obiit. *i. e. fecit. verbum proprium.* Ipse (*Numa*) plurima sacra obibat 1, 20. Consules obire tot simul bella 4, 7. Omnia militaria munera ipse impigre obiret 44, 4. Ibi inter se et regiones, quas obirent, et milites diviserunt 42, 37. Cum quibus (*legatis*) circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset 31, 21. Ne ad omnia simul obire unus non posset 10, 25. Simul se cum illis obituros (*mortem*) 5, 39.

Obligare 21, 21. Novis se obligat votis, si cetera prospera evenissent. Me vobis, priusquam provinciam aut castra viderem, obligavit fortuna 26, 41. Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest 9, 9. Habita fides ipsam plerumque obligat fidem 22, 22. Dextra data in id, quod petebatur, obligandæ fidei 30, 12. Fide sua obligata, pacato agmine transituros Bastarnas 40, 57. Nec moror, quo minus in civitatem, obligatam sponsione commissa — redeant 9, 11.

Obliquus 5, 16. Per agrum Cæretem obliquis tramitibus transgressi. *i. e. transversis.* Tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt 7, 15. Obliquis itineribus agmen sequebantur 41, 2.

Obliterare 8, 71. Res vetustate obliterata. *cf.* 26, 41. — res obliterata 29, 25. — præteritis silentio obliteratis 43, 2. — obliterata peccata 3, 59. Nondum obliterata memoria superioris belli 21, 29. Adversamque prospera pugna (*consul*) obliteravit 33, 36. Suo beneficio paternas simultates obliterans 41, 24. Non tamen obliterare famam rei male gestæ potuit 39, 20.

Oblitus 9, 18. Et exercitum Macedoniæ oblitum, degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset. Quamvis recentium fœderum et Deorum omnium oblitos, bellum gesturos 30, 23. Armorum hostiumque obliti 41, 2. Ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti 41, 18.

Oblivio 28, 29. Auferat omnia irrita oblivio, si potest.

Oblongus 21, 8. Missile telum hastili oblongo. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 9.

Obmoliri 33, 5. Qua (*arbore*) evulsa portæ instar extemplo patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur.

Obnasci 23, 19. Inter obnata ripis salicta.

Obniti 8, 38. In suo quisque gradu obnixi, urgentes scutis, pugnabant. Ibi Postumius, omni vi, ne caperetur, obnixus occubuit 23, 24. [*Gronov. et Drakenborchius* dimicans occubuit.] Obnisos vos stabili gradu impetum hostium excipere 6, 12. Stant obnisi Samnites 7, 33.

Obnoxie 3, 39. Sed magis obedienter ventum in curiam est, quam obnoxie dictas sententias accepimus.

Obnoxius 9, 9. Obnoxia pax. *i. e. iniqua, in qua timor alterius relinquitur.* Quæ serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus 42, 46. Si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar 23, 12. Vestra obnoxia capita pro licentia Fabii objicite 8, 34. *i. e. ut sint obnoxia.* Subjecti imperio et obnoxii 37, 53. Obnoxia sunt bona creditæ pecuniæ 8, 28. Obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam 6, 17. Tentari profecto patientiam, ut, si jugum acceperint, obnoxios premat 1, 50. Adeo obnoxios summiserant animos 6, 34. Subjecti atque obnoxii vobis minus essemus 7, 30. Optimum quemque — inhonoratos et deterioribus obnoxios silere 39, 27. Cui et palam facti parricidii gratia obnoxius erat 40, 56. Obnoxios pedibus eorum subjecit 45, 31.

Obnubere 1, 26. Caput obnubito.

Obnunciare 22, 42. Paullus obnunciari jam efferenti porta signa collegæ jussit. *Nempe consul consuli obnunciare potest, ut patet ex Ciceronis Or. Phil.* 2, 33. *i. e. auspicium triste nunciare, ad impediendum.* [*vid. Clav. Ciceron. h. v.*]

Oboriri 21, 8. Acrius de integro obortum est bellum. Adventu suorum lacrimæ obortæ 1, 58. Lacrimæ omnibus obortæ, et diu mœstum silentium tenuit 40, 8. *Sic Virgil.* sinum lacrimis im-

plevit obortis. Proficiscentibus indignatio oborta 2, 37. *i. q. indignari cœperunt.* Tumultus ingens (*in castris*) oboritur 42, 58.

OBROGARE 9, 34. Obrogat antiquæ legi nova. (*hodie vulgo:* derogat.) *Oppos.* abrogare legem *i. e. prorsus tollere.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

OBRUERE 30, 6. Obruerant itinera portarum. *i. e. obstruxerant, moles et impedimenta objecerant.* Obruta urbs agmine 34, 5. *pro obsessa, vel potius circumdata.* Obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Balearibus conjecta 21, 55. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 424. Divinis humanisque obruti sceleribus 3, 19. Quam obruerent cum male parta, male gesta, male retenta imperia 9, 34. Cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade 25, 38. Se mergentibus semper sortem usuris obrutum fœnore esse 9. 45. Mersam et obrutam fœnore partem civitatis 6, 17. *cf.* 35, 7. Hanc tribuni orationem (*accusationem*) ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut etc. 27, 21. *i. e. refutavit, irritam fecit.* Meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam 29, 14. *i. q. obliteratam.*

OBSCŒNUS 31, 12. Animalium obscœni fœtus. *i. e. monstrosi, et propterea mali ominis.* Vid. *Virgil. Æn.* 12, 876. Palam ab suo comitatu et obscœnis illis viris fremebant interfectum 33, 28. *paullo ante:* prosequentibus mollibus viris, qui joci caussa convivio celebri interfuerant.

OBSCURUS *Præfat.* Si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit etc. Vid. *officere.*

OBSECRARE 29, 15. Orare atque obsecrare, ut sibi senatum adire — liceret. Senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret statu 5, 49.

OBSECRATIO 4, 21. Obsecratio a populo, duumviris præeuntibus, est facta. Obsecratio in unum diem populo indicta 26, 23. Supplicationibus habitis jam et obsecratione circa omnia pulvinaria facta 31, 9. *cf. cap.* 8. *Differunt, ut genus a specie. Obsecratio autem fit avertendæ deorum iræ caussa.* Supplicationem obsecrationemque habendam 42, 20.

OBSECUNDARE 3, 35. Obsecundando mollire impetum aggrediuntur. *i. e. blande ac benigne cedendo.* Vid. *Gronov. ad* 23, 14. *cui loco hanc vocem restituendam censet.*

OBSEPIRE 4, 25. Obseptum plebi ad honorem iter. Hæc (*familia*) plebi ad curules magistratus iter obsepsit 9, 34. Omnia itinera obsepserant hostes 9, 43. Vid. *Intt. ad* 39, 1. Dolo viam obseptam 2, 6.

OBSEQUENTER 41, 10. Hæc collegæ obsequenter facta.

OBSEQUIUM 29, 15. Quum interim boni obedientesque socii, pro fide atque obsequio in populum Rom. continuis omnium annorum delectibus exhausti essent. Maximum (*onus, i. e. honorem, sibi*) tam honoratorum collegarum obsequio injungi 6, 6. *i. q. officio, humanitate, benignitate, complaisance.*

OBSERARE 40, 7. Infamandæ rei caussa januam obserari jubet. *cf.* 5, 41. *it.* 39, 14.

OBSERVARE 3, 21. Se id suffragium non observaturos. *i. e. electionem non probaturos, auctores se non futuros, pro nulla habituros.* Neque magis observaturos diem concilii, quam ipse, qui indixerit, observet 1, 50. Post illum observatum, ut, qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur 2, 5. Neque eos, quos statuit, terminos observat 21, 44. Vid. *terminus.* Nec novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere 42, 24. Negaverunt, eam lectionem se — observaturos 9, 30. Quum vacationes suas quisque populus recitaret; nullius, quum in Italia hostis esset — vacatio observata est 27, 38. *i. e. locum habuit, pro valida declarata est.* Vid. *sacrosanctus.* Non edicta imperatorum, non auspicia observentur 8, 34. Bellum, tempestatibus captandis et observando tempore anni, gerant 5, 6. Vid. *præstigiæ.*

OBSES 43, 10. Nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, posceret. Obsidem — se animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderit 39, 47. Nec obsidum nomine, (nam militare jussi sunt) et tamen re ipsa, ut pignus fidei essent 40, 47. *Vid.* citro. *it.* deponere.

OBSESSOR 9, 15. Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat, brevi ad spem eventus respondit.

OBSIDERE 29, 32. Faucibus utrimque obsessis. Quum loca non iniqua esse dicerent, præsidiis autem regis obsideri etc. 44, 35. *paullo ante:* quæ validis præsidiis insedissent. — qui armati Aventinum obsedissent 3, 50. — *etiam simpliciter dictum:* ad obsidendas angustias 31, 28. Quum obsessa ab armatis templa augusta præterirent 1, 29. Eorum catervæ tribunalia obsederant 3, 37. Obsessos primum audierunt 9, 7. Quum obsideri aures a fratre cerneret 40, 20.

OBSIDIO 5, 2. Spes major imperatoribus — in obsidione, quam in oppugnatione. — obsidio urbi infertur 6, 29. — in obsidione erat 23, 37. — obsidio segnis 10, 9. Populationem in agris, obsidionem in urbe exspecta 38, 14. *i. q. urbis.* Soluta obsidio 42, 56. Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximeret 31, 14. Vid. *solvere.* Ad Capuæ liberandum obsidionem 26, 8. Vid. *absistere.*

OBSIDIONALIS. Vid. *corona.*

OBSISTERE 22, 60. Non enim modo sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt. *cf.* 10, 19, *it. cap.* 43. Rogationi, qua se in ordinem cogi videbat, obsistere potuit 6, 38. Qui — hosti

obsistat 21. 41. (*obstet.*) Obsistentibus ad exitum Celtiberis 41, 26.

Obsitus 1, 14. Partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis jussit. Rivus — obsitus palustribus herbis 21, 54. Legati — obsiti squalore et sordibus 29, 16. — obsita erat squalore vestis 2, 23.

Obsolescere 21, 52. Suspecta ei gens erat, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam.

Obstare 1, 26. Recens meritum facto (*scil. improbo*) obstabat. *i. e. impediebat, quo minus pœna dignum putaretur, vel puniretur.* Ne id, quod placebat, decerneret — ambitio obstabat 5, 36. Non præsentem solum dictatorem obstitisse rei bene gerendæ, sed absentem etiam gestæ obstare 22, 25. *i. e. verbis elevare, minuere.* Conferti in portis, obstando magis, quam pugnando, castra tutabantur, 40, 25.

Obstinare, 23, 29. Obstinaverant animis vincere aut mori. Ubi obstinatam (*Lucretiam*) videbat, et ne mortis quidem metu inclinari 1, 58. Quo terrore quum vicisset obstinatam pudicitiam velut victrix libido *ibid.* Obstinata oratio tribunorum 6, 40. Obstinato ad mortem animo 5. 41. *cf.* 6. 20. Quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant 6, 3. Nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant 10, 11, *cf.* 3, 47. Obstinatum silentium 9, 7. Obstinatos claudere (*portas*), si exercitus admoveatur 9, 25. Obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit 28, 22. *cf.* 7, 32. 9, 32. 42, 65.

Obstrepere 21, 56. Aut nihil sensere, obstrepente pluvia, aut — sentire sese dissimularunt *alii:* obstrepescente. Certatim alter alteri obstrepere 1, 40. Quum T. Otacilius ferociter — vociferaretur atque obstreperet 24, 9. Quum Claudio obstreperetur, audientiam facere præconem jussit 43, 16.

Obstringere 10, 41. His vinculis fugæ obstricti stabant. Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris 9, 34. *cf.* 10, 38. Obstringere perjurio non se solum suumque, caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem 26, 48. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis 10, 38. Quum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi 9, 8. Nulla sum tibi verecundia obstrictus 30, 31. Quæ autem ad sacra pertinebant, a pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa 6, 1. *nova h. l. significatione, quam explicat Cicero pro Mur. cap.* 11. Vid. *fides.*

Obstruere 5, 1. Aliis (*munimentis*) frons in Etruriam spectans, auxiliis — obstruebatur. Quin hostes extracturi demersas moles sint, et minore molimento aperturi portum, quam obstruatur 37, 15.

Obstupefacere 2, 10. Ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. Nisi metus mœrorem obstupefaceret 25, 38. *i. e. sensum adimeret.*

Obstupescere 34, 27. Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu novorum consiliorum. Obstupuerant ad magnitudinem pristinæ ejus fortunæ virtutisque 39, 50.

Obtentus 1, 56. Ut sub ejus obtentu cognominis — animus latens opperiretur tempora sua.

Obterere 44, 22. Elephanti — exeuntes obterebant elidebantque 28, 23. Neque ex adverso tantum illati (*equites*) obvios obtrivere etc. 28, 23. *i. e. proculcare. cf.* 10, 28. 27, 41, 37, 44. Armis virisque ad obterendum — consulem concurrunt 9, 38. Implorare præsidium populi, qui omnia jura populi obtrisset, 3, 56. Hannibalis virtutem fortunamque extollit: populi Rom. obterit senescentem cum viribus majestatem 23, 43. Quum — Pœnus mancipia Romana, et ex ergastulo militem, verbis obtereret 24, 15.

Obtestari 23, 26. Quoad multum ac diu obtestanti (*Hasdrubali*) quatuor millia — in supplementum missi ex Africa sunt. Reprehensans singulos, obsistens obtestansque deûm et hominum fidem, testabatur, nequidquam deserto præsidio eos fugere 2, 10. *cf.* 10, 19. Morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obtestorque 30, 12.

Obtestatio 26, 25. Diram exsecrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites composuerunt. *i. e. jusjurandum.* Vid. *Clavem Ciceron. in* obtestatio *ad locum ex Or. pro Balbo.* Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat, ad preces obtestationesque versæ, per omnia delubra vagæ etc. 27, 50.

Obtinere 2, 10. Neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu etc. Quum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam avocasset 1, 6. Possessum semel obtinerent imperium 3, 36. *i. e. obstinato retinerent. cf.* 4, 16. 7, 18. 26, 20. Privatus fasces et imperium obtinuit 9, 34. *i. q. in tenendo perseveravit. cf. cap.* 29. Judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis 29, 1. *i. e. ad recipienda, quæ per injuriam erepta erant, retinenda etc.* Vid. *Gronov. ad Tacit. Annal.* 2, 84. In senatu caussam obtinuere 8, 21. *alias:* tenere. Vid. *infra in h. v.* Magnisque contentionibus obtinuit, ne (*rogatio*) perferretur 41, 6. Ulteriorem ripam amnis armis obtinebant 21, 26. Quonam modo perpetua pace quietos obtineamus 8, 13. Omnia circa Karthaginem obtineri armis 30, 29. *cf. cap.* 19. Omnia obtinet cædes, nec in ullam patrem

tutum perfugium est 9, 43. *cf.* 5, 49. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit 29, 27. Etruria — latitudinem obtinens Italiæ 5, 54. Quum omnia non opes magis Romanæ, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret 8, 15.

Obtingere 6, 31. Aurelio Italia provincia obtigit. *Verbum proprium de sorte provinciarum. paullo ante:* Macedonia sorte evenit. *Eodem significatu* obvenire *dicitur.*

Obtorpescere 22, 3. Si ad convellendum signum manus præ metu obtorpuerint. Obtorpuerant quodammodo animi 32, 20. Ut obtorpuisse inops consilii videretur 44, 2.

Obtrectatio 2, 40. Adeo sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur. Vid. *carpere.*

Obtruncare 4, 46. Multique in ruina majore quam fuga oppressi obtruncatique. *cf.* 5. 16. *it.* 7, 29. Ita regem obtruncant 1, 5. Regem in prœlio obtruncat et spoliat 1, 10. Scribam pro rege obtruncat 2, 12. Barbarus eum quidam palam — — obtruncavit 21, 2. Vid. *oculus.*

Obtundere 7, 2. Quum sæpius revocatus (*in scenam*) vocem obtudisset *i. e. raucedinem sæpius cantando sibi contraxisset.* — obtusus vigor animi 5, 18. Obtundendo, docendoque, quam ea res ipsis patriæque salutaris esset, pervicit etc. 26, 38.

Obvenire 29, 34. Se in tempore pugnæ obventurum. *i. e. laborantium pugnam suscepturum. Ita et* occurrere *dici solet.* Vid. *infra in h. v.* Ea provincia Manlio obvenit 7, 16. Vid. *obtingere.* A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit 40, 35. Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit 41, 9. Cui Pisæ provincia obvenisset — ad comitia reverti jussit 41, 14. Consul, cui provincia Macedonia obvenisset 42, 18. Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit 9, 31. *cf.* 10, 12.

Obversari 31, 11. Magnam partem eorum (*transfugarum*) palam Karthagini obversari dici. Obversata vestibulo carceris mœsta turba 6, 16. Vagati in urbe, obversatique prætorio erant 29, 24. — obversatus eo die in foro 33, 47. *cf.* 38, 1. Vid. *Gronov. Obs.* 3, 24. Ægro animi eadem illa in somnis obversata species 2, 36. Non obversatam esse memoriam noctis illius etc. 6, 17. Ante oculos obversabatur 34, 36.—dum incautius ante signa obversatur 41, 18.

Obvertere 6, 24. Ut circumagi signa, obvertique aciem viderunt in hostem. *cf.* 9, 21. – inde signa in hostem obvertit *ibid. cap.* 35. Ante signa obversus in aciem 6, 7. Obversis cominus ad ineundum prœlium armis 2, 10. Obversa in regionem Magnesiæ duobus imparibus promontoriis 44, 11.

Obviam 31, 14. Civitas omnis obviam effusa. — multitudo 45, 35. Venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi 9, 6. Qui se infesto venienti obviam objecerat 22, 6. Vid. *objicere.* Obviam eundum pravæ cupiditati 7, 9. Me obviam ire crimini, et offerre me inimicis reum 9, 26.

Obvius 26, 25. Castra obvia hosti posuerunt. *nisi vero cum Gronovio legatur* obviam. In obvio classi hostium esse 37, 23. Quos casus obvios obtulit 42, 63. Effusa omnis obvia turba 44, 46. *Drakenborchio placet* obviam *legi.* In radicibus Alpium obvius fui (*sine casu*) 21, 41. Quibus redeuntibus — — obvius exierat 41, 25. Venienti agmini consulis obvius fuit 44, 4.

Obvolvere 48. 12. Obvolutis capitibus se in Tiberim præcipitaverunt. *cf.* 23, 10.

Occæcare 22, 43. Occæcatus pulvere effuso hostis. Caligo occæcaverat diem 33, 7. Ira et pavore occæcatis animis 38, 21. — adeo occæcat animos fortuna 5, 37. Spes cupiditati admota ita occæcavit animum, ut etc. 43, 10. Ni spes vana pacis occæcasset consilia 42, 43.

Occasio 4, 31. Locus ad occasionem *i. e. rei feliciter gerendæ.* — occasio ad rem gerendam 37, 26. — occasionem aperuere ad invadendum 4, 53. *cf.* 9, 27. Res per occasionem gesta egregie est 7, 7. *cap.* 6. *hæc sunt:* forte ita tulit casus. Per occasionem partis alterius pugnam conserere 21, 8. *i. e. quum pars altera occasionem aut præbet, aut nanciscitur.* Per occasionem fraude præparatam 37, 26. Per istius legis occasionem 6, 41. Armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des 22, 39. Occasionibus potius, quam virtute petere honores 6, 41. Antiochus suam fore Ægyptum, si tum occasio esset, censebat 33, 41. Numquam talem occasionem habituros, si eam prætermisissent 38, 33. Quia, si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox omissam quæras 25, 38. Occasionem bene gerendæ rei amisere 31, 36. Quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset 10, 42. Occasionem ratus 21, 11. *absol. pr. ne deesset occasioni oblatæ.*

Occasus 3, 52. Occasu urbis vultis finiri imperium?

Occidens. Vid. *hibernus.*

Occidere 23, 24. Arbores levi impulsu occidere. *i. q. concidere, labi; erant enim incisæ.* Aliique super alios et jumenta et homines occiderent 21, 35. Occidisse supra ducenta millia hostium — ex quatuor consulibus duos occidisse 23, 11. Cum illo (*Servio*) simul justa ac legitima regna occiderunt 1, 48. Velut ad

spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ 5, 42.

OCCIDERE 29, 18. Omnibus suppliciis cruciatos trucidando occidit. *cf.* 2, 51. 3, 10. 9, 37. 10, 39. Vid. *in voc. sq.* Occidi exercitus hostium 23, 12. Ad duo millia eorum M. Pinarius prætor in acie occidit 40, 34.

OCCIDIO 3, 28. Ne in occidione victoriam ponerent. *Etiam* occasio *dicitur, v. c. ap. Cicer. Or. Phil.* 14, 14. Quum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent 28, 43. *cf.* 4, 58. *it.* 9, 38. 30, 32.

OCCINERE 6, 41. Si occinuerit avis. *i. q. cecinerit; sed illud verbum de auspiciis proprie dicitur. cf.* 10, 40. *ult. Uterque locus docet, de læto augurio pariter* occinere *dici, ac de tristi: quod negabat Cel. Strothius ad superiorem illum locum. Ceterum nonnulli legunt* occinerit, *dissentientibus de formatione præteriti, Grammaticis.*

OCCIPERE 29, 27. A meridie nebula occepit. Ex loco infesto agere porro armentum occepit 1, 7. Delectum habere occipiunt 4, 55. Tarquinius regnare occepit 1, 49. Qui magistratum statim occiperet 3, 18. *cf.* 31, 50. Hi ex interregno magistratum occepere 6, 5. Extemplo magistratum occeperunt 3, 55. Collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit, 41, 17.

OCCUBARE 1, 7. Cacus — morte occubuit. *Vid.* occumbere. *conf. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 547.

OCCULCARE 27, 14. Turbarunt (*elephanti*) signa ordinesque, et partim occulcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant, nudaverant una parte aciem.

OCCULERE 25, 8. Sylvâ prope viam sese occuluerunt. *cf. cap.* 16. *it.* 23, 22. Vid. *Virgil. Æn.* 1, 312.

OCCULTISSIME 9, 2. Castra, quam potest occultissime, locat. Quam occultissime trajecto amni 21, 27.

OCCULTUS 9, 31. Ingens hostium exercitus itinera occultus insederat. Legatum occupare montes jubet, occultumque id jugum capere, quod ab tergo hostibus foret 4. 32. — in occulta valle instructi 10, 14. Si valles occultiores insedissent etc. 21, 32.

OCCUMBERE 2, 7. Quod — matura gloria, nec dum se vertente in invidiam, mortem occubuisset, — ictus clava morte occubit 1, 7. *vid. Intt. ad* 26, 25. Ignobili atque inhonesta morte occubuit 29, 18. Proditos rati, qui pugnantes mortem occubuissent 31, 18. *Vid.* mors. *it.* occubare.

OCCUPARE 1, 38. Aream ad ædem in Capitolio Jovis — occupat fundamentis. Forma urbis occupatæ magis, quam divisæ similis 5, 55. *cf.* 6, 4. *vid. Tacit. Annal.* 15, 38. Occupare alicujus consilia 24, 7. — tempus occupandi res *ibid. cap.* 24. Quos forte armatos tumultus occupaverat 6, 3. Si occupasset obsidio Lacedæmonis exercitum 34, 33. Brutus, illis luctu occupatis etc. 1, 58. Occupatus certamine est animus 22, 15. Ut quosque studium privatim aut gratia occupaverat 5, 8. Omnes deinde alias curas una occupavit etc. 29, 16. Quum, qui prior auctor tam sævi exempli foret, occupaturus (*Manlius*) insignem titulum crudelitatis fuerit 24, 18. Occuparent Patres ipsi suum munus facere 2, 48. *cf.* 1, 14. *it. cap.* 31. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere 21, 39. Pro eo, qui occupasset aggredi, opus factum esse rati 44, 12.

OCCUPATIO 10, 45. Quæ (*Etruria*) — occupationem populi Rom. pro occasione rebellandi habuisset.

OCCURRERE 31, 29. Legati ad id concilium occurrerunt. *pro venerunt.* — ad opem ferendam occurrunt 36, 24. Non alias ullum spectaculum tanta multitudo occurrit 45, 7. Ad primum adventum Romanorum occursurus 21, 16. *i. q. affuturus.* Huic (*concilio*) ut occurrerent 31, 28. *i. q. ad hoc c.* Quibus (*comitiis*) quia Æmilius occurrere non potuit 39, 6. *i. e. quæ obire nequiit.* Revocati ab suis neutri prœlio occurrerunt 10, 43. *cf.* 31, 29. Sed pudor, si irrito incepto abscederet obsidione, occurrebat 36, 35. *i. e. in mentem veniebat.* — quum præter vim et cædem nihil cuiquam occurreret 6, 19. *cf.* 5, 54. *it.* 25, 24. Occurrebat animis, quantos exercitus — tuerentur 23, 48. Huic timendo hosti utrum — improvisus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus? 21, 41. *Drakenborchius in delendum censet, quoniam* 6, 32. *sequi* vestigiis *dicatur.*

OCCURSARE 2, 45. His freti occursant portis. *paullo ante:* obequitando castris provocandoque. Occursant (*Galli*) in ripam 21, 28. *nisi vero cum Gronovio legas* in ripa. [*Adscripserat Ernestius: "male. nam et* quo *et* ubi *occursarint, quæri dicique potest. Sic Bauerus."*] Barbaris per calles notos occursantibus 38, 40.

OCCURSUS 5, 41. Vacuis occursu hominum viis.

OCIOR 7, 26. Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit.

OCIUS 10, 40. Signa ocius proferri jubet. *cf. cap.* 5. Ocius demigrare Pydnam cogit 44, 6.

OCTOJUGES 5, 2. Nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.

OCTUPLICATUS 4, 24. Mamercum — tribu moverunt. octuplicatoque censu ærarium fecerunt. *i. e. ut ei tributum pendendum esset ærario, octuplo majus eo censu, quem ante habuisset.*

OCULUS 26, 2. Ne Capua in oculis ejus caperetur. *cf.* 3, 57. Nisi oculos quoque hominum liberassent ab tanti memoria decoris 6, 20. Quo magis argui præstigias jubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos 6, 15.

Circumferens truces minaciter oculos 2, 10. Ante oculos habére urbem latam in triumpho suo 5, 30. Donec territum prodigii talis visu, oculisque simul ac mente turbatum, Valerius obtruncat 7, 26. Consul, demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit 9, 38. Vid. *demittere*.

Odiosus 41, 6. Palam res odiosas fieri.

Odium anceps 27, 17. — inexpiabile 39, 51. — exsecrabile 9, 26. Civitas, secum ipsa discors, intestino inter Patres plebemque flagrabat odio 2, 23. Odiis majoribus certarunt, quam viribus 21, 1. Nec esse in vos, odio vestro, consultum ab Romanis credatis 30, 44. *i. e. quod vos odio persequantur*.

Offendere 2, 9. Quum nihil aliud offenderit. *h. e. invisum esset. Bauerus ad h. l. pag.* 86. *leg.* offenderet. Tamquam Atilius primo accessu ad Africam offenderit 28, 43. *i. q. infeliciter bellum gesserit. cf.* 35, 26.

Offensare 25, 37. Flere omnes repente et offensare capita.

Offensio 41, 24. Qui offensionem apud Romanos (*pr. Romanorum.*) timebant.

Offerre 1, 51. Oblato falso crimine. — oblata vani furti invidia 6, 16. Pœnam ejus *(Manlii)* oblatam prope oculis suis etc. 6, 20. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis 9, 3. Donec ab Roma legati aut victoriam illis certam aut pacem offerrent 9, 9. Qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores *affertis*, moram ullam *offerret* etc. 24, 8. (*objiceret.*) Horum criminum vos reos in omnia secula offerte 8, 34. Concordiæ ducis exercitusque non ausi offerre se 2, 60. *h. e. concordes aggredi, iis obviam ire. cf.* 3, 50. Non satis audentibus singulis invidiæ se offerre 3, 50. Offerre errorem alicui 10, 14. — ultro offerre 39, 21. Palantes, veluti forte oblati, populatores Capenatis agri 5, 18.

Officere *Præfat.* Nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me consoler, *ubi tamen legitur a nonnullis* lumini, *quia proprie dicatur* luminibus officere, *i. e. ædificando prospectum ac lucem adimere. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 2. *cf.* 2, 30. *it.* 4, 31. *it. in v.* obscurus. Id officere, id obstare libertati 2, 2. Vid. *degeneratum*.

Officina 6, 20. Ædes atque officina monetæ. *cf.* 7, 28.

Officium 8, 22. In officio Fundanos esse. (*fide.*) Functus officio 2, 36. *i. e. quum exposuisset, quæ a Jove monitus nunciare debuerat*. Liberaliter dextreque obeundo officia 1, 34. Officii cura (*scilic. in prosequendo*) 42, 49. Remissis quatuor triremibus — quæ officii caussa ab domo prosequutæ fuerant 26, 19.

Offundere 2, 40. Offusa oculis animoque religio. Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit 10, 5. Terror oculis auribusque offusus 28, 29. — ne quis terror vobis offundatur 34, 6. Ut qui nihil minus eo die, propter offusam caliginem, quam prœlium exspectasset 33, 7.

Olea 45, 25. Ramosque oleæ supplices jactantes.

Omen concordiæ rei maxime in hoc tempus utili 5, 18. Qui (*dictator*) — omen plebeio consuli — dederit 6, 39. *i. e. creando*. Omen ad rem terra gerendam 31, 45. *i. e. omen æque minus felicis expeditionis terrestris*. In omen magni terroris acceptum 21, 63. *nisi cum aliis* ut omen *legas*.

Ominari 26, 18. Clamore ac favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. *Contra* 3, 61. *in partem deteriorem*. Ac prope certa spe ominatos *esse* homines, finem *esse* Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho consulis *fore* 44. 22.

Omittere 44, 8. Ut qui, offerentibus sese rebus, omisisset e manibus ea, quæ mox repeti non possent. Omissis Sidicinis — Campanos adorti 7, 29. Ut neque omitterent eum (*hostem*) neque congrederentur 22, 12. Omissa dignitatis libertatisque memoria 23, 4. — omissa verecundia 23, 3. Omissis armis capessunt fugam 33, 8. — omiserunt mota arma 21, 11. — inter sarcinas omissas repente 8, 39. Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi 5, 43. Vid. *occasio*. Omissis rebus aliis præ cura unius 3, 46. Omisso ad castra itinere 9, 35. Desertam omissamque ab hominibus rempublicam 4, 43. Omissa irrita re 2, 7. Id quamquam omissum jam *ex* omnium cura Latinorum — videbatur 1, 45. Armisque omissis saxa — amplexos trucidat 5, 47. Omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant 5, 55. Omisso discrimine, vera an falsa jaceret 6, 14. Omisso bello 6, 15. Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox omissam (*al. amissam*) quæras 25, 38. Omittite Sagunti — mentionem facere 21, 18.

Omnis 30, 31. Omnia quæcumque. — primum omnium 6, 11. — omnium primum 24, 10. *cf.* 42, 1. *it.* 45, 12. — omnia ultima pati 37, 54. In stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca 3, 15. *i. q. totius*. Inde admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos etc. 7, 34. Prætorumque — — omnes interficiuntur 24. 32. [*Mira constructio. vid. I. F. Gronov. ad. h. l. Drakenborchius diversa confundit. Conferre poterat* cunctus. *Sic et* ὅλως *junctum genitivo codices hic illic exhibent. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sicul. init. it. ad Eclog. pag.* 582.] Ubi tantus pavor animis omnium

est injectus 27, 9. *Alii leg.* hominum. *Sed quia, notante Gronovio ad* 9, 8. *nonnisi de uno genere hominum sermo est*, omnium *præferendum videtur; quamquam eodem sensu subinde etiam* homines *dicuntur. vid. Crevor. ad h. l.* Bona omnia populo Rom. Gracchoque ipsi precarentur 24, 16. Adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis esse? 6, 17. *conf. Virgil. Æn.* 5, 808. Hæc suadeo, qui, ut non omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis didici 36, 7. *f.* omnium. [*Hoc qui Ernestio potuerit in mentem venire, parum intelligo.* Omne bellum *opponitur* Romano.] Quum experienda omnia ad ultimum — censuisset 42, 48. Omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt 7, 30. *Creverio illud* omnes *delendum videtur: etiam Bauero ad h. l. pag.* 258.

Onerare hostes 2, 65. *i. e. saxis dejectis retro urgere ex edito loco, s. opprimere.* Saltus regiis castris oneratus 32, 11. *nisi cum Dukero, probante Drakenborchio, legas* occupatus. Nec his corporibus, quibus — non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armatorum (*in Capitolio*) 5, 39. *aut* aggravare *intelligendum, aut* inopes. Assentatione immodica pudorem, onerare 31, 15. — collaudatos eos oneratosque ingentibus promissis 24, 13. — pari constate utrumque nunc laudibus, nunc promissis onerat 10, 14. *cf.* 32, 12. Collaudati oneratique promissis, jubentur, ut etc. 25, 8. Præmiorum ingentium spe oneratus 29, 32. In pretio salis maxime oneratæ tribus 29, 37. — vino oneratos 9, 30. Oneratum fortunæ apparatibus suæ, prædam verius, quam hostem — incruentus devicit 9, 17. Ut suis ipse oneratus viribus ruat 6, 19.

Onerarius 25, 27. Qui onerarias retro in Africam repetere juberent. *scil. naves. cf.* 30, 10.

Onus 21, 27. In quibus (*navibus*) equi virique et alia onera trajicerentur. Et prætori et consilio haud mediocre onus demtum erat de Scipione cognoscendi 29, 21. Ingens onus a populo Romano sibi — injungi 6, 6, *i. e. honorem.*

Onustus 29, 27. Salvos incolumesque, victis perduellibus victores, spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque, mecum domos reduces sistatis. *cf.* 1, 4.

Opacus 3, 25. Quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca sedes erat. Pervenere deinde in tam opacum iter, ut, præ densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cœlum vix posset 40, 22.

Opera 21, 43. Opulenta et ditia stipendia facere, et magna operæ pretia mereri. *vid. Küstner. Chrestom. Enn. pag.* 56. *alias* operæ pretium *de ipsa re, cui haud frustra impensa opera est. Præfat. t.* 1, 24. Nec Hannibali — operæ esse, e gationes audire 21, 9. *i. e. vacare, usui esse.* — neque consulibus operæ erat, id negotium agere 4, 8. *cf.* 5, 15. *it.* 29, 17. — externorum inter se bella — persequi non operæ est satis superque oneris sustinenti res a populo Rom. gestas scribere 41, 25. Non operæ est, referre 1, 24. Castigati fortium statim virorum operam edebant 3, 63. Nemo ante me novus imperator militibus suis prius, quam opera eorum usus esset, gratias agere jure ac merito potuit 26, 41. Se suo sumtu operam reipublicæ præbere 5, 4. Annua æra habes, annuam operam ede *ibid.* Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est *ibid.* Æmilius serius biennio se consulem factum Fulvii opera ducebat 38, 43. *i. e. culpa. interdum enim* opera *et in malam partem dicitur. v. c.* 41, 16. (*Se*) videre lucem, forum, civium ora M. Manlii operâ 6, 14. *nisi vero* operâ *intelligantur.* [*Hui!*]

Operari 10, 39. Dum hostes, operati superstitionibus, concilia secreta agunt. *vid. Intt. ad Tacit. Annal.* 2, 14. Regem — operatum his sacris se abdidisse 1, 31. *cf.* 21, 62. *vid. Virgil. Georgic.* 1, 339. Quo (*tempore*) corpus addictum atque operatum reipublicæ esset 4, 60.

Operire 21, 61. Nix — pluteos ac vineas Romanorum operuerat. Ædiles plebis videre, ne qua sacra in operto fierent 39, 14. Multi sæpe militari sagulo opertum — conspexerunt 21, 4.

Operosus 4, 8. Rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu (*censore*) egere.

Opes 1, 4. Maximique, secundum deorum opes, imperii principium. *i. q. secundum deorum imperium.* Jam deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant 5, 49. Deorum etiam adhibuerant opes 10, 38. *pro opem.* Hic omnes spes opesque sunt, quas (*quem exercitum*) servando patriam servamus 9, 4. In minime pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes 9, 22. Ut urbanis artibus opes augeret 9, 42. *i. e. factionem sibi majorem, auctoritatemque conciliaret. cf. cap.* 46. nec in curia adeptus erat — opes urbanas. *ibique Bauer. pag.* 300. Vid. *effuse.*

Opimus bos 7, 37. — campos opimos ad prædam petiere 31, 41. Opimum regnum 38, 8. — spolia opima 4, 20. *conf.* 1, 10. *i. e. ampla, gloriosa.* Vid. *infra in v.* spolium.

Opinari 44, 22. Hæc partim opinari, partim sperare possum.

Opinio 28, 40. Duarum rerum subeundam opinionem esse. *i. e. judicium duplex.* Ne invidiæ et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat 45, 38. *i. q. ne pro invido et ingrato habeatur.* Opinio sine auctore exierat 8, 36. (*rumor.*)

Opis 10, 29. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. *cf.* 44, 7. Deorum

ope, Valeri, opus est 8, 9. Tua præsenti ope (*Jovis*) servatam urbem esse 1, 12. Rem summa ope taceri jubent 1, 56. — summa ope petere 32, 21. *cf.* 3, 15. Vid. *Drakenborch. ad* 45, 13.

Oportet 6, 18. Vobis (*dii*) dent mentem oportet, ut prohibeatis.

Opperiri 33, 14. Cum iis copiis dimissi, qui specularentur, quam in partem effunderent sese, opperiebantur. Ut — opperiretur tempora sua 1, 56. *conf.* 5, 6. *it.* 30, 10. Ibi stetit classis, simul opperiens, ut terrestres copiæ trajicerentur, simul ut etc. 42, 48. Exercitus — mercedem pactam opperiens 44, 26.

Oppetere 9, 4. Ut non gravius accepturi viderentur, si nunciaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse.

Oppido *pro valde* 39, 47. Pleraque oppido quam parva erant. Oppido adolescens sacerdos lectus 42, 28.

Oppidum *de urbe Roma, non quadrata tantum illa, quæ in monte Palatino circaque erat, sed de urbe κατ' ἐξοχὴν appellata dicitur* 42, 36. eos (*legatos*) in oppidum intromitti non placuit. Vid. *Duker. ad* 35, 9, — lustrandum oppidum (*Romam*) supplicationem obsecrationemque habendam 42, 20. Oppidum *et* urbs *de eodem loco, in eodem loco.* 31, 40. *cf.* 5, 29. *it.* 8, 29. — *de Sparta* 34, 41. Oppidum, quod caussa belli esset 24, 42.

Opplere 22, 49. Quum — sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset. — totam urbem opplevit luctus *ibid. cap.* 56.

Opponere 30, 10. Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adversus hostem opposuit. Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes — opposuere 5, 5. Validamque stationem pro castris opponit 6, 23. *cf.* 10, 36. *it.* 23, 29. Vid. *Gronov. ad posteriorem locum. it. supra in v.* apponere. Lectis collibus ad tegendas insidias oppositis 25, 15. Et ab his columnis, quæ incommode opposita videbantur, signa amovit 40, 51. *i. e. obstantia, minus conspectas reddentia.*

Opportune 6, 36. Alia bella opportune quievere. *conf. cap.* 18.

Opportunitas 45, 30. Pars prima (*Macedoniæ*) habet — opportunitatem Amphipolis. — maritimas opportunitates ei præbent portus *ibid.* In occasionis momento cujus prætervolat opportunitas 25, 38.

Opportunus injuriæ 28, 19. *i. e. obnoxius. Similiter* 24, 24. his audiendis credendisque opportuna multitudo. Probabile erat, eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maxime opportuna injuriæ esset 2, 13. [*ad q. l. vid. Stroth.*] Opportuni propinquitate ipsa Macedoniæ sumus 41, 24. Consul — minime opportunus vir novanti res 4, 13. *i. e. parum idoneus, fortis, ad resistendum Mælio. Contra* 24, 37. Henna — præfectumque præsidii haud sane opportunum insidiantibus habebat. *Hic enim vigilantissimus ac fortissimus intelligi debet.* Frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportuni aderant 22, 32. Nocte an interdiu opportuniores (*stationes ac vigiliæ*) essent insidianti 30, 4. Exemplo fuit, collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent 4, 57. *i. e. quanto facilius colligeretur atque attingeretur.* Alios sua ipsos invidia opportunos interemit 1, 54. Perculsos pavore rata, simul opportuniores, quod intenti quum maxime operi essent 7, 23. Oppidanos per muros, urbisque opportuna loca in stationibus disponunt 27, 28. Præsidio circa portas opportunaque mœnium dimisso 30, 12. Vid. *Gronov. ad* 25, 30. Sors opportuna fuit; P. Furius idem, cujus ea provincia fuerat, remaneret 42, 4. *i. q. ita opportuna fuit, ut eum remanere vellet.* [*Leg.* ut P. Furius etc. *Conjunctionem absorpsit verbum proximum.*]

Opprimere 10, 32. Improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Oppressi celeritate Hannibalis omiserunt mota arma 21, 11. Si in præda occupati barbari subito opprimantur 41, 3. Ex improviso oppressi fuerant 23, 37. Sine tumultu rem omnem oppressere 2, 4. Ne naves minime navali prœlio aptæ opprimerentur 30, 10. *cf.* 9, 37. *it.* 37, 4. Ad opprimendum Gallicum tumultum 31, 11. *i. q. finiendum.* Quum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset 1, 7. Plenos crapulæ eos lux oppressit 9, 30. — somno gravem Quinctium oppressum 7, 39. Quos non oppresserat ignis, ferro absumti 30, 6. — nisi quos cædes oppressit 25, 39. — ad arma trepidantes cædes oppressit 9, 37. Eum oppresserunt 2, 52. *i. e. falsa accusatione effecerunt, ut damnaretur. Sic et* 1, 51. oblato falso crimine insontem oppressit. — se eam quæstionem oppressurum exstincturumque 26, 15. *utrumque eleganter ab incendio ductum.* Ut eumdem terrorem, quo civium animos domi oppresserat, Latinis injiceret 1, 51. Mulieris pectore oppresso 1, 58.

Oppugnare 42, 32. Sine sorte se Macedoniam oppugnaturum — nec posse collegam, salvo jurejurando, secum sortiri. *nisi cum Rubenio, de sententia Crevorii, legendum* optaturum. *Fortasse rectius legatur* occupaturum, *eodem sensu.* Ne obsessi modo ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus 25, 38. Claram victoriam vincendo oppugnantes, non, sæviendo in adflictos, fieri 42, 8. Vide *aggredi.*

Oppugnatio 44, 13. Opera oppugnationum fieri cœpta. Vid. *obsidio.*

Optabilis 40, 56, Ut orbitas mihi, quam alii detestantur parentes, optabilis esse debeat.

Optare 4, 15. Cui tribunatus plebis magis optandus, quam. sperandus etc. Perdere prius, quam perire optantes 9, 14. Quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent 21, 43. *cf.* 28, 39. Permissoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit 6, 25. *Similiter Virgil. Æn.* 1, 425. pars optare locum tecto.

Optimus 38, 15. Longe optimi bello regionis ejus. Haud parvæ rei judicium senatum tenebat, qui vir optimus in civitate esset. — Scipionem — judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse 29, 14. In civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse 35, 34. *i. e. optimatem.* Ut qui optimo jure rex Romæ creatus sit 9, 34. *Formula in creatione magistratuum et sacerdotum adhiberi solita. it.* optima lege. *vid. quos laudat Gronovius ad h. l.* Jupiter optimus maximus. Vide *Drakenborchium ad* 4, 2.

Optio 26, 29. Quum extra sortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit. Si utique optio domini potioris daretur 42, 30.

Opulentia 10, 38. Et forte eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant. Epulæ quoque legationibus paratæ et opulentia et cura eadem 45, 32.

Opulentus 9, 36. Opulenta Etruriæ arva. — campi — frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti 22, 3. Prout res haud opulentæ erant 3, 57. *i. e. tenues, unde dona diis magnifica afferri non possent.* Genti opulentissimæ viris armisque 1, 30. *cf.* 9, 31. *it.* 28, 37. opulentior armis virisque insula. Opulento tum oppido imperitans 1, 2. Opulentissima olim in terris gens 1, 7. Opulentus rex 45, 34. Minus opulento agmine 33, 41. (*de classe.*) Opulentior factio 32, 32. (*in seditione.*) Victor opulentus rerum omnium copia 9, 36. Victorem opulentum prædæ exercitum reduxit 35, 1. Exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit 4, 34. *cf.* 21, 5. Quid — tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet? 45, 39. Castra opulenta, convecto ex propinquis — armis commeatu 2, 14.

Opus *Præfat.* Ut orsis tanti operis successus prosperos darent. *Ibid.* res immensi operis. — in parte operis mei licet mihi præfari 21, 1. Quod sui maxime operis erat 38, 9. *it.* 36, 34. sui operis esse credens. Tamquam artifices improbi, opus quærunt 5, 3. Opere magno munitum (*emporium*) 21, 57. *cf.* 9, 2. Exhaustus magnificentia publicorum operum 1, 57. Opera urbana 1, 53. *de ædificiis.* Unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit 1, 29. Molem ad Terracinam, ingratum opus etc. 40, 51. Vallum fossamque, ingentis utramque rem operis, per tantum spatii duxerunt 5, 5. Opera oppugnationum fieri cœpta 44, 13. Fessosque milites omnibus uno die belli operibus 26, 47. *cf.* 5, 5. Fessum militem prœliis operibusque habebat 21, 11. Operis labore fessus (*exercitus*) 21, 27. Quum diu fatigatus ibi prœliis operibusque essem 39, 28. Recentia in Illyrico hibernæ expeditionis opera 43, 19. *res gestæ.* Operis plus quam antea fecisti 45, 37. *de imperatore.* Viam objectis per omnes transitus operibus inexpugnabilem fecit 31, 40. Obsidendoque vi et operibus urbem expugnavit 10, 45. Opera et difficilia esse, et tempus datura, ad ferendam opem, imperatoribus suis 26, 45. Quod se in fabrorum ministeriis ac servili tamdiu habitos opere indignabantur 1, 57. Quod filium — in opus servile — dederit 7, 4.

Opus 37, 18. Pararique, quæ ad transitum Hellesponti opus essent. *cf.* 45, 18. Ubi jus, ubi injuria opus sit 2, 3. Quæ curando vulneri opus sunt 1, 41. Si quid aliud opus esset 43, 6. Ita facto maturatoque opus esse 1, 58. Opus esse sibi domino ejus convento 7, 5. Nec dictatore umquam opus fore reipublicæ 6, 6. Quod cuique privatim opus sit, id modo accipi velint; opus esse nihil invidiosa continuatione honoris 6, 39. Ad consilium pensandum temporis opus esse 22. 51. — quanti argenti opus fuit 23, 21. *Sic etiam Cicero dixit.* [Vid. *Clav. Ciceron.*]

Ora superi maris 9, 2. *de tractu latiore, qui oræ adjacet. Sic Virgilius: cui littus arandum dedimus.* Omnis regio ad Dium et Philam, oraque maris, — — oculis subjicitur 44, 3. Adjunctaque omni ora Græcorum inferi maris, a Thuriis Neapolim et Cumas 9, 19. Devehendum in ultimas maris terrarumque oras 21, 10. Oceani ora 28, 37. Ora Illyrici 38, 17. Sub Ciminii montis radicibus jacens ora 9, 37. Galli oram extremæ sylvæ quum circumsedissent 23, 24. *pro, oram extremam sylvæ q. c.* Velut propugnantes per oras extremæ testudinis 44, 9. Orasque et anchoras præcidunt 28, 36. *de funibus nauticis. cf.* 22, 19.

Oraculum 9, 3. Quæ ubi tam discordia inter se, velut ex ancipiti oraculo, responsa data sunt etc. Ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione adsequeretur 26, 19. Se oraculo egressum extemplo his omnibus divis rem divinam thure ac vino fecisse 23, 11. *de oraculo Delphico.* Vid. *uti.*

Orare 28, 5. Auxilia regem orabant. — suppliciter vitam orabant 44, 42. Oravit etiam bona venia 7, 41. — oro vos 39, 37. *sine regimine positum. Sic* 4, 3. obsecro vos *dictum est.* Orare precibus 2, 2. *Sic* 1, 16. petere precibus. — morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro ob-

testarque 30, 12. Sororem dudiane (*Perseo*) Prusiæ prœcanti ac oranti 42, 12.

ORATIO rebus dubiis inventa est 8, 36. Oratio nequaquam ejus pectoris ingenuique, quod simulatum ad eum diem fuerat 1, 39. Media oratione studia hominum sedavit 10, 15. Medium orationem habuit, ut nec augere nec minuere videretur belli famam 10, 26. Oratio incomta — militariter gravis 4, 40. Et res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset 4, 6. *nempe* altercatio *est, quum alternis loquuntur. Sunt igitur* perpetuæ orationes, *quæ una continuatione recitantur. cf.* 8, 33. Oratio — nihil eorum est factum 36, 8. Adversariorum certe orationibus contentus essem 5, 4. *i. e. vocibus, objectionibus, quas reddere ac retorquere aliituerat.* Scipio principum orationibus laceratti 29, 19.

ORATOR 1, 15. Pacem petitum oratores mittunt *i. e. legatos de pace petenda, qui et* oratores pacis *dicuntur* 9, 45. *etiam* oratores pacis petendæ *cap.* 45. Legatos — pacis petendæ oratores — miserunt 30, 27. Priusquam a Delphis oratores redirent 5, 16. *cf.* 22, 17. *it.* 37, 28. Vid. *caduceus*.

ORBATUS 40, 11. Pater senex, et filio solus orbatus. Vid. *solus*. Nullam — (*rempublicam*) incolumem esse orbatam publico consilio 23, 2.

ORBIS 34, 9. Totus orbis muri. *i. e. totus ambitus.* In orbem se tutari 4, 39. *i. q. facto orbe. it.* 28, 22. in orbem pugnantes. Quum — exercitus — senis horis in orbem succederet prœlio 6, 4. — cogebantur breviore spatio et ipsi orbem colligere 2, 50. Quinque dierum spatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat 1, 17. Ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret 3, 36. Quam in exiguum orbem contracta castra essent 7, 37. Ut idem in singulos annos orbis volveretur 3, 10. Cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia 21, 16.

ORBITA 32, 17. Rota una (*turris expugnandæ urbi in aggere admovendæ*) in altiorem orbitam depressa.

ORBITAS 26, 41. Ut familiaris pæne orbitas ac solitudo frangit animum.

ORBUS 2, 47. Republica ex parte orba, amisso altero consule. — duo consules velut orbam rempublicam reliquerant. Ne se — orbum liberis facerent 1, 26. Orba consilio auxilioque Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur 1, 54.

ORDINARE 9, 17. Disciplina militaris — in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum pervenerat. Scipio — voluntarios milites ordinavit centuriavitque 29, 1. Quoniam vos instructos et ordinatos cognosco 26, 48. Ordinata per hastatos triariosque pugna 22, 5. Armandi, ordinandique, et instruendi des artem ignarus 24, 48. Vid. *ornare*. Ordinare sese omnem exercitum velle 40, 39. Nec regii — cum ordinatis et certo incedentibus gradu, manus conserere audebant 42, 59.

ORDINARIUS 41, 18. Quando duo ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant recte comitia habere posse.

ORDIRI 38, 12. Quod nunc ordiri pergam. Magnoque principio sibi orsus bellum videbatur 35, 51. Initium ordiundæ rei *Præfat.* — orsa operis *ibid. pro cœpto opere.* — ab Liguribus orsus est bellum 32, 29. Orsique bellum sunt ab repentina oppugnatione castrorum Romanorum 41, 26.

ORDO 3, 18. Consules ad senatum referunt, consensuque ordinis fides indici data. Aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse 4, 2. Honestum ordinem ducere 3, 44. *i. e. superioris alicujus centuriæ ducem esse. Ipsi autem primi ordinis centuriones dicuntur* primi ordines. *vid. Intt. ad* 30, 4. — ordines duxisse aiebant 2, 23. Quia semper pares ordines duxerant 8, 8. Ne prohiberent consulem, quem cuique ordinem assignari e republica esset, eum assignare 42, 33. *Ibid.* id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines — — attribuerentur. Ordo militandi — mutatus 25, 6. (*degradatio.*) Pedestris ordinis se aiunt nunc esse, operamque reipublicæ extra ordinem polliceri 5, 7. Tu — adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti 8, 7. Signaque et ordines peditum atque equitum confundit 9, 27. Decemviri querentes, se in ordinem cogi 3, 51. — nimium in ordinem se ipsum cogere *ibid. cap.* 35. Longus post me ordo est idem petentium decus 2, 12. Multiplicatis in arcto ordinibus 2, 50. *i. e. brevioribus eamque ob caussam pluribus militum seriebus, pro angustiis loci, factis, quum quidem lato agmine incedere non liceret. Opponitur* explicare ordinem 2, 46. *conf.* 1, 27. Compressis ordinibus — unoque continente agmine 5, 8. Cœlius triplicem rei gestæ ordinem edit: unam traditam famâ; alteram etc. 27, 27. *notetur generum diversitas. Femininum haud dubie a Livio relatum fuit ad* rem gestam. Relatis ordine, quæ vidissent, quæque audissent 42, 25. Ordinemque omnem facinoris legatorum ministeriique sui exposuit 40, 55. Dant ordine (*deinceps*) omnes fidem 1, 58. Suos imperatores recte et ordine et ex voluntate senatus fecisse 28, 39. Vid. *simplex*.

ORIGO 2, 14. Origo moris nata in bello, nec omissa in pace. *mira syllepsis!* Origo prima 7, 2. — originum memoria 38, 39. *de Iliensibus.* — Origines Catonis *per πρόληψιν citatæ, quum multis annis post scriptæ sint* 34, 5. Primæ origines proximaque originibus etc. *Præfat.* Lucerum nominis et originis caussa incerta est 1, 13.

(an? etymol.) [Errat Ernestius: eadem hominis etiam etymologiam spectat.]

Oriri 8, 38. Quum consul oriente nocte silentio diceret dictatorem. Ab orto usque ad occidentem solem 22, 7. Claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus 45, 30. Ne se ortum, ejusdem sanguinis — petire sinerent 2, 9. i. q. a se, Veientibus Tarquiniensibusque. Ne orientem morem pellendi reges etc. 2, 9. Equorumque oriens pulvis 21, 46. vid. propitquare. Oriundi ab Sabinis 1, 17. i. q. orti. Alba oriundum sacerdotium 1, 20. Oriri omissum. Præfat. — dum novi semper scriptores, aut — — credunt. pro: dum novi semper scriptores oriuntur, qui — — credant. vid. Bauer. ad h. l. Vid. humilis. it. nasci.

Ornare 1, 48. Ornato exercitu pedestri distributoque. i. e. armis instructo. Vid. exercitus. Ut ornari omnes copias — et decurrere jubeant armatas 40, 47. Quum arma, viros, equos cum cura inspexisset, ornato exercitu obviam venienti consuli processit 44, 1. cf. 29, 1. Magistratus mulis tabernaculisque, et omni alio instrumento militari ornabantur 42, 1. Qui suos ornati provinciis — æquum censebant 40, 35. i. e. copiis, legatis, magistratus iis decerni. Ut duumviros navales classis ornandæ reficiendæque caussa idem populus juberet 9, 30. Duumviri navales creati — — — navesque iis ornatæ sunt 40, 26. Naves ornatas a Brundisio senatus censuit mittendas ad etc. 43, 9. Ut aurata scuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur 9, 40.

Ornamentum 41, 18. Parietibus affigunt vasa omnis generis, usui magis, quam ornamento in speciem, facta.

Ornatus 9, 40. Campani — gladiatores — eo ornatu armarunt. Similiter 7, 14. agasones, partim captivis, partim ægrorum armis ornatos, imponit. Paternis spoliis, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant etc. 10, 46. Jovis O. M. ornatu decoratus 10, 7. i. e. triumphans.

Ortus 40, 22. Quæ cuniculis ortu similia brumalibus erant. Tum solis ortus erat 42, 58.

Os 9, 10. Postumius in ore erat. i. e. laudabatur. Ne in ora hominum pro ludibrio abiret 2, 36. Vestras conjuges, vestros liberos traductos per ora hominum 2, 38. Mælium ab ore civium famem suis impensis propulsantem 6, 17. Quum — pater, vultusque et os ejus spectaculo esset 2, 5. Eo fuit habitu oris 21, 2. Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri 21, 4. Et qui vicerant alacres, spolia cæsorum hostium humeris gerentes, ante ora sua adducere — — et pedites etc. 42, 61. Quo ore ut Syracusas aut Romam ei ostendi posse 26, 32: qua audacia, impudentia. In ore Tiberis Ostia urbs condita est 1, 33. — os (amnis) intrabile 22, 19. Ante os ipsum portus anchoras jacit 25, 11. Speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi præbuerit 28, 6. Porta velut in ore urbis posita 31, 24. Os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum deos descendunt 45, 27. cf. 10, 1. Ore (dolii) in cuniculum verso 38, 7.

[Oscensis. Vid. argentum.]

Ostendere 4, 59. Ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. i. e. simulavit. Quum duplex numerus Romulo se ostendisset 1, 7. Nec ostenderunt prius bellum, quam intulerunt 1, 11. Quorum ingentem multitudinem quum ostenderet subjecta late planities 9, 35. Decio caput jecinoris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse 8, 9. i. q. retulisse, narrasse. vid. Bauer. ad h. l. pag. 269. Scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, cædem deinceps tyranni, seque ejus auctorem ostendit 1, 6. Aruspices responderunt, eo bello — victoriam ac triumphum ostendi 36, 1. Si quid melius fortuna ostendisset 36, 27.

Ostentare 2, 42. Prodigia cœlestia prope quotidianas in urbe agrisque ostentantia minas. Ostentabatur in spem Pomptinus ager 6, 4. i. q. sæpius promittebatur, si spes plebi injiciebatur dividendi illius agri. Ceterum Dukero ad h. l. formula hæc, ostentare in spem, non immerito suspecta est. Appellatio provocatioque adversus injuriam magistratuum ostentata tantum inanibus literis, ab data sit 3, 30. Multiplicata mœroes ex prædis ostentatur 30, 23. mos ostentatur his repetitum. Spolia Curiatorum — ostentans 1, 26. (indignans.) Decemviri, qui primo tribuniciis homines, quia id populare habebatur, circum se ostentaverant plebei, patriciis juvenibus sepserant latera 3, 37.

Ostentatio 7, 4. Cognomen Imperiosi — ab ostentatione sævitiæ ascitum.

Ostentator 1, 10. Factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi — gerens etc.

Ostentum 26, 6. Matrem — pro pupillo eo procuratorem familiare ostentum — dixisse ferunt.

Ostium fluminis 24, 40. — portus 25, 30. — Vulturni fluvi. cap. 22. — ostium late res. — Pheras Zephyri amnis 44, 8. Hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto 26, 42. Stantibus in ostio portus Eumenis rostratis 44, 28. Lembum unum in ostio amnis multitudine gravatum mersertunt 44, 46.

Ortonus 40, 35. Oscenses provinciam Coss. habuerunt.

Otium consuetudine in dies blandius 28, 18. Ab seditionibus urbanis otium fuit 4, 35. — ab externis ferme bellis otium fuit 10, 1. Quum otium ad flumen esset, neutris lacessentibus 44, 40.

OVARE 1, 11. Dupliciquo victoria ovantem Romulum Hersilia conjux orat. *i. q. lætum. Sic* 8, 7. ovans gaudium *dicitur. [vid. Gesner. ad Claudian. XXII. de Laudib. Stilich. Lib. II. v.* 68.] Dupliciqne victoria ovantes Veios redeunt 5, 45. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt 1, 25. *conf. cap.* 26. — læti ovantibus victoria obviam irent 27, 45. Tuum sequentes currum (*triumphalem*) Jovis templum gratantes ovantesque adire 7, 13. — ovantesque moris sui carmine 10, 26. Medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret 39, 29. Quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis etc. 1, 26. *conf. Virgil. Æn.* 2, 274.

OVILE 26, 22. Datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus. *i. e. in Septis, campi Martii loco, per comitia, suffragiis ferendis transeundo.*

OVUM 41, 27. Ova ad notas curriculis numerandis.

PABULARI 6, 30. Pabulatum cohortes misere. *cf.* 40, 25. *et.* 30.

PABULATOR 10, 26. Circumventis pabulatoribus. *cf.* 27, 43. Pabulatores et lignatores 41, 1.

PABULUM 1, 7. Ut quiete et pabulo læto reficeret boves. Quum jam altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant 23, 48.

PACARE 3, 17. Liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis etc.

PACATUS 40, 57. Fide sua obligata pacato agmine transituros. *cf.* 24, 20. — quieto exercitu pacatum agrum — peragravit 43, 4. — in pacato agro castra posuit 2, 59. *conf.* 36, 20. *it.* 37, 46. — nec diu in pacato mansit 23, 27. *Nisi vero cum Cel. Strothio legas* pacto. *Sane speciose. Sed tamen* pacatum *et ad alias res, quam ad* agrum, locum, *referri, et de* gentibus *etiam dici solet; id quod ex locis Livii, infra a nobis citatis, patet.* Vagi milites in pacato, in hostico — errent 8, 34. — Africam pacatam esse 28, 44. — pacato mari 24, 8. Agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat 35, 4. *ut inter eos, qui sunt in pace. cf.* 28, 34. — pacatum ab se abisse 43, 5. — pacatis Liguribus 39, 12. Justis quondam hostibus populi Romani pacatis servire 42, 8. Pacatæ et sociæ civitates 43, 17. Quibus quum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset 31, 17. *paullo ante :* paciscebantur autem etc. *Ergo Philippus respondit, de pacto Abydenis cogitare non licere.* Postquam nihil pacati referebant 43, 18. *Locus illi simillimus.*

PACIFICATOR 27, 30. Adhibitus ab Ætolis et ex finitimis pacificator Amynander etc.

PACIFICARE 5, 23. Inter hæc pacificatum legati a Volscis — venerunt. — nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis, et colloquii hujus salutaris interpres fueris 7, 40. *cf.* 44, 35.

PACISCI 22, 53. Pacti, ut arma atque equos traderent etc. *de dedentibus sese sub certis conditionibus. Contra et de illis pacisci dicitur, qui duras conditiones aliis imponunt. cf.* 38, 9. *ad q. l. vide Perizonium.* Qui stipendium populo Romano dare pactus est 21, 41. *s.* coactus. *Sic Bauerus pag.* 37. [*sed prudenter addens :* " nemo tamen illud mutaret."] Pacti quinquaginta talentis pacem impetraverunt 38, 15. — hanc mercedem unam pro eo munere paciscor 26, 50. *cf.* 24, 49. Pacto inter se, ut victorem res sequeretur 28, 31. — Fidemque hodie pactæ pacis desiderat 31, 29. *cf.* 9, 11. *it.* 29, 12. Nisi cum deditis pacisci se pacem 40, 25. Principis filiam Etutam pacto fratri eum invidisse 44, 30. *alias feminæ* pactæ *dicuntur. vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 1, 1.

PACTIO 4, 4. Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coëgisset.

PACTUM 9, 11. Quin tu — aut omnia irrita facis, aut pacto stas? Pacto convenit, ut — Himera amnis — finis regni Syracusani ac Punici imperii esset 24, 6. Pacto transitionis Albanorum 1, 27. Quonam se pacto paucos — crederet præsidio tam valido — vim allaturos 9, 16. Consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur 1, 32.

PÆNE 21, 40. Quum plures pæne perierint, quam supersunt. *vid. ad h. l. Bauer. p.* 35.

PAGATIM 31, 26. Templa deûm, quæ pagatim sacrata habebant. *cf. cap.* 30. *vid. Clav. Ciceron. in v.* paganus.

PAGINA 9, 18. Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet.

PAGUS 25, 5. In pagis forisque et conciliabulis.

PALÆSTRA 29, 19. Libellis eum palæstræque operam dare.

PALAM 6, 14. Ea res si palam fiat. *h. e. si thesaurus ille protraheretur.* — si luce palam iretur 22, 24. Celata morte — suas opes firmavit, tum demum palam facto etc. 1, 41. *Fortasse legendum* facta *scil. morte. Sic* 34, 44. Ea res indicio conseiorum palam facta, delataque ad senatum est. Cui et palam facti parricidii gratia obnoxius erat 40, 56. Creditori rem palam populo solvit 6, 14. *Contra* 29, 19. Inscio avunculo clam. *vid. Intt. ad* 25. 18. Barbarus eum quidam palam — obtruncavit 21, 2. Auctores signa relinquendi — palam in concione audiuntur 5, 6.

PALARI 7, 17. Multosque populatores agrorum vagos palantes oppressit. Qui a prœlio adverso aut clade captæ urbis palati fuerant 5, 46. Agmen fugientum fusum ac per agros trepida fuga palatum 7, 8. *cf.* 23, 40. Quum — — palatique

passim vaga — raperent pecora 2, 50. Vagique per agros palantur 5, 44. Incursione ab oppidanis in palatos facta 5, 45. Aliquot palati milites agrestium concursu interfecti sunt 44, 30. In boves palatos ab suis gregibus inciderunt 22, 17.

Pallor 2, 23. Fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti. *Vix dici posse videatur* corpus pallore peremtum. *Proprie igitur* peremti *ad* macie *tantummodo referendum; ad* pallore *per* σύλληψιν.

Palma 33, 35. Quæ cujusque stipitis palma sit. Palmam belli Punici patrati petis 28, 41.

Paludamentum 1, 26. Cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi. *i. e. veste elegantiori militis honestioris. vid. Ferrar. R. Vestiar. P. 2. L. 3. c. 5.* Paludamento circum lævum brachium intorto 25, 16. *nempe id fieri solebat ante pugnam.*

Paludatus 45, 39. Consul, proficiscens, prætorve, paludatis lictoribus, in provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat. *Haud dubie legendum cum Gronovio* paludatus cum lictoribus. Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus 41, 5. Cn. Sicinius prætor, paludatus ex urbe profectus 42, 27.

Palustris 22, 2. Vigiliis tandem et nocturno humore palustrique cælo gravante caput etc. — palustris via *ibid. cap.* 9.

Pandere 2, 30. Dum se cornua latius pandunt. — quia latius pandere aciem non potuit 28, 33. — postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit 22, 4. *cf.* 41, 26. Ubi primum e faucibus angustis panditur mare 28, 30. *de freto Gaditano.* His, quæ nunc panduntur, fatis, 5, 16.

Pangere 7, 3. Ut, qui prætor maximus sit, — clavum pangat. Obsides dare pepigerant 43, 21. Ne antea quidem se aut de pace audisse aut inducias pepigisse 27, 30. — pacem 37, 19. — amicitiam 38, 9. — societatem 42, 40.

Par 1, 5. Neque enim erat ad vim apertam par. — nequaquam par ad virtutem 26, 16. Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum 1, 26. Numquam plebem in parte pari reipublicæ fore 6, 37. Par utrumque (*al.* utrimque) prœlium fuit, 41, 26. Illum in rebus asperis unicum ducem ac parem quæsitum Hannibali 22, 26. *i. e. adversarium. cf.* 9, 17. *it.* 28, 49. *vid. Gronov. ad illum locum.* Hannibali imperatori parem consulem nomino 24, 8. Pari præsidio relicto Collatiæ ad portas 1, 59. *i. q. sufficiente, satis valido.* Quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in — Fabio — conspectum est 5, 52. *scil. ei facto, quod etc. Nisi malis cum Creverio:* quam par vestro factum est, quod etc. *vid. Drakenborch. ad h. l.* Candida veste, et paribus candore armis insignes 9, 40. Fama — et vanitate et fabulæ par 26, 19.

Parare consilium viribus 1, 8. *i. q. comparare, æquare.* Nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parata est 21, 60. Legem — quum a tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent, ipsi præoccupaverunt ferre 4, 30. Legem parabat ferre 33, 30. Argento parata mancipia 41, 6. *i. q. comparata.* Qui primo ab Roma magnis præmiis paratos gladiatores arcessere solitus erat etc. 41, 20. Ne ipsi posterive eorum uspiam pararent haberentve, nisi in Veiente — agro 26, 34. *de possessionibus.* Insuescere militem nostrum, non solum parata victoria frui etc. 5, 6. *al.* parta. Parantibus utrisque se ad prœlium 9, 14. — et jam nunc ita se parare Appium etc. 3, 40. Pararet se ad petendum (*consulatum*) 40, 37. Dum Romani parant (*scil. se ad bellum*) consultantque etc. 21, 7. Jussis ad iter (*scilic. se*) parare 42, 53. Res, non verba, ad purgandum sese paravit 29, 22. Consulibus Italiam Macedoniamque sortiri parantibus 32, 28. Parabat ducere in Illyricum 44, 30.

Paratus *substant.* 10, 41. In oculis erat omnis ille occulti paratus sacri. *i. q. apparatus.*

Paratus omni loco castris ponendis 33, 6. — plebs parata delectui 4, 6. — prædæ magis, quam pugnæ paratos esse 7, 16. — juventutem — in armis paratam imperio futuram 9, 36. Exercitus uti paratus esset, quo senatus censuisset 42, 35. Neque trajicientem et paratum trajicere 34, 60. — paratus confligere 22, 19. Quum sine detrectatione paratus pugnare eo die fuisset 44, 37. Oratione ad tempus parata — movisset 28, 43. *i. e. accommodata.* Relictis ruinis, in urbem paratam, Veios transmigrarent 5, 50. Ut, parvo metu admoto, paratum indicem esse adpareret 40, 55. Gentii regis parata societas 44, 26. *h. e. quæ iniri poterat.*

Parcere 25, 25. Ut a cædibus et ab incendiis parceretur. *conf. Virgil. Æn.* 6, 854. Ut neque lamentis neque exsecrationibus parceretur 8, 7. Nulli deinde mortalium parci 5, 41. Plus pæne parcendo victis, quam vincendo, imperium auxisse 30, 42. Parce, sis, fidem ac jura societatis jactare 34, 32.

Parens 4, 3. Romulis parens urbis. Certare ausi sumus cum parentibus quæque civitas et conditoribus suis 37, 54. *prius a posteriori explicatur. Sed vicissim* conditor *improprie dici solet. vid. supra in h. v.* Parens plebis Romanæ 6, 14.

Parentare 24, 21. Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum — vociferandumque ferociter, parentandum regi sanguine conjuratorum esse.

Parere *alicujus dicto* 8, 4. Samnitium dicto pareamus. *Gronovius legi volebat*

Samnitibus, quia dicatur dicto alicui audientem esse. *Enimvero, id si licuerit tentare, actum utique fuerit de arbitrio usus loquendi. vide Dukerum et Drakenborchium ad h. l.*

PARERE 7, 34. Quonam modo isti ex Sidicinis — victoriam pepererunt? — victoria — quantam de Samnitibus — nemo pepererat 10, 38. — illi male partam victoriam male perdiderunt 9, 9. Ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret 9, 46. Sallentino agro pax parta 10, 2. — pace terra marique parta 1, 19. Quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset 10, 42. Fortuna oblata est — — huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi 5, 44. Qui Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant 3, 70. *cf.* 27, 45. Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit 7, 1. Quod diu parturit animus vester, aliquando pariat 21, 18. Accessisse ad vires eam, quæ longo tempore, multis magnisque meritis pareretur, auctoritatem 42, 11. *al.* pararetur. Amicitia meritis parta 42, 46. Opima parta sunt spolia 1, 10. Majore, quam ex continenti, præda parta 22, 20. *cf.* 10, 39.

PARIES 44, 11. Transfosso pariete iter in urbem patefacere. (*de fornicibus urbis muro septæ*) Vid. *erigere*.

PARITER ultimæ (*gentes*) propinquis 38, 16. *pro, quam s. ac propinquæ*. Romani exercitus nec pariter ambo ducti 10, 19. *i. e. dissimilibus imperiis regebantur*. Obeundo pericula ac labores pariter 1, 54. Fabius *pariter* in suos, *haud minus*, quam in hostes intentus, prius ab illis invictum animum præstat 22, 15. *vid. ad h. l. Bauer. pag.* 54.

PARMA 2, 6. Ut, contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. *vid. Virgil. Æn.* 9, 548.

PARMATUS 4, 29. Ut parmatis, novæ cohorti hostium, locus detur.

PARRICIDA 8, 50. Neu se, ut parricidam liberûm, aversarentur. (*de interfecta a patre filia.*)

PARRICIDIUM 44, 1. 'Orsus a parricidio Persei, perpetrato in fratrem, cogitato in parentem. Parricidium fratris 40, 24. Funesta duo consulum prætoria, alterum parricidio filii, alterum consulis devoti cæde 8, 11. Ne gratuita præterita parricidia essent 1, 47. Coriolanum quondam damnatio injusta, miserum et indignum exsilium, ut iret ad oppugnandam patriam, impulit; revocavit tamen a publico parricidio privata pietas 28, 29. Pro manifesto parricidio 1, 59. (*novarum rerum molimina.*) Vid. *maculare*.

PARS transitione, pars fuga dissipati, 16. *conf.* 1, 53. 5, 38. 10, 2. Pars præsidio relicti 1, 59. *Sic enim cum Gronovio legendum*. Magna pars forte, ut in quemque inciderat, raptæ 1, 9. Magna pars in agrum Antiatem delati, — circumveniuntur 5, 45. Fessi deinde et Romam utraque pars miserunt legatos, et inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant 41, 25. Interdiu noctuque alii succedentes, pars scalas muris, (*pars*) ignem portis inferrent 43, 18. *Solet enim interdum omitti.* Et Volsci — magna pars et in ipso certamine, et post in fuga cæsi 6, 24. *pro et Volscorum — magna pars cæsa.* Pauci armis abjectis pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt 35, 36. *conf.* 9, 14. 30, 24. 44, 28. Multitudo, pars procurrit in vias, pars in vestibulis stat, pars ex tectis etc. 24, 21. Equorum pars magna nantes etc. 21, 27. Equi, pars in mari — absumti, partim nervos succiderunt in littore Macedones 44, 28. *Debebat esse* partis *scil. eorum. Et in eod. cap. est:* pars eorum. Ea maxima pars volonum erat 23, 35. *pro ii maximam partem volones erant. cf.* 24, 16. Quod senatus juratus, maxima pars, censeat 26, 33. *pro maximam partem. Sunt etiam qui legant* quod senatus maxima pars censeat. Etsi magnæ parti (*senatus*) urbs maxima — — horreum populi Romani fore videbatur 7, 30. Pars major (*scil. historicorum*) auctores sunt 30, 3. Ne quis templum aramve injussu senatus, aut tribunorum plebis partis majoris, dedicaret 9, 46. Multam quondam Europæ, majorem partem Asiæ obtinuerant armis 31, 1. Ea gens in parte magis, quam in ditione Karthaginiensium erat 21, 5. Ejus populi partisque victoriam fore 8, 6. Profectus ab urbe, utraque parte Tiberis, ratibus exercitu — trajecto 7, 17. Descripta suis quæque partibus (*castra*) 21, 34. *Hæc sunt partes ipsius areæ, quas cohortes tendunt, Græcis μέρη dictæ.* Quia post Tatii mortem ab sua parte (*Sabinorum*) non erat regnatum in societate æqua 1, 17. In eo cornu (*dextro*) — ab sinistra parte 9, 27. Ut, ab utra parte (*acie cornu*) cedere Romanus exercitus cœpisset, inde se consul devoveret 8, 6. Demersam partem a parte civitatis 6, 25. Ex eo tempore in duas partes discessit civitas: aliud integer populus — aliud forensis factio tenebat 9, 46. De decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis 6, 42. *cf. cap.* 37. Horum inductio *in parte* simulacrum decurrentis exercitus erat, *ex parte* elegantioris exercitii etc. 44, 9. *vid. Bauer. ad h. l. pag.* 319. Pro virili parte *Præfat. Hæc forma vulgo ad vires refertur. Falso. Est enim de persona potius capienda, ut sit: quantum ad me pertinet, pro mea parte. Sed conf. Bauer. ad h. l. pag.* 2. [*Vid.* virilis, *et cf. Bauer. ad Sanct. Minerv. T. II. pag.* 157. *sq.*] In parte laboris ac periculi esse 31, 1. Ut in parte prædæ essent 5, 46. (*participes prædæ fierent.*) Parum est, si, cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis, nisi partem

petendo totum traxeris 6, 40. In partem prædæ suæ vocatos deos 5, 21. Neque enim mari venturum, aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant 21, 17. *conf. cap.* 22. *i. e. eo genere belli. vid. Gronov. ad h. l.* Per eumdem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebis volebat 7, 22. *i. e. communicari cum plebe.* Qui partis — Romanorum fuerant 45, 31. — qui partium regis fuissent *ibid.* Consules facere vestrarum partium 8, 67. Partim Samnitium — defecisse ad Pœnos 23, 11. *Gr.* *ἀρχαϊκῶς pro partem. conf.* 26, 46. Hernicos ad partes paratos 3, 10. *i. e. subornatos esse auctores falsi rumoris, ut ab optimatibus gratiam inirent.* Ex omnibus partibus (*in curia*) postulabatur, ut Coss. eam rem ad senatum referrent 42, 3. Partem abesse numero (*boum, gregis*) 1, 7. Invalido exercitu et magna parte pestilentia absumto 41, 6. Parte membrorum captus 41, 16. Qui exploratum in omnes partes dimissi erant 8, 7.

Participare 2, 52. Juvit et Virginius collega, testis productus, participando laudes. *cf.* 3, 12.

Partiri curas in inferendum atque arcendum bellum 21, 21. Consules partiti provincias 2, 41. — inter prætores ita partita imperia 42, 31. P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias 22, 26.

Parturire 21, 18. Quod du parturit animus vester, aliquando pariet.

Partus 40, 4. Apud eum plures enixa partus.

Parum 4, 7. Quod — parum recte tabernaculum cepisset. *i. q. vitiose.* Vid. *recte.* Templum — violare parum habuisse, nisi detexisset fœde 42, 3.

Parumper subsidiarios tutatus est locus 5, 38. *cf.* 10, 19. Primam periculi procellam — — parumper sustinuit 2, 10. Averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos 3, 58. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt 40, 32. Duas mihi aliquis conciones parumper faciat 45, 37.

Parvus 10, 45. Parvo admodum plures. *i. q. paullo plures.* Quod parvæ et raræ per ea tempora litteræ fuere 6, 1. Tam parvus animus tanti populi esse? 6, 18. Parvumque (*Servium Tullium*) ipsum servisse 1, 39. A parvo eductus *ibid.*

Pascere 25, 12. Perduelles — qui vestros campos pascunt placide. Dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles 24, 24. Milites — mittit, pecoraque diversos alium alibi — pascere jubet 9, 2. Pecora, quæ pastum propulsa essent 25, 8. Si pulli non pascentur 6, 41. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 251.

Passim omnes clamoribus agunt 9, 45. — in omnes passim partes capessunt fugam 40, 32. — totis passim castris 30, 5. Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur 6, 38. *vid.* diffugere. *it.* distrahere.

Passus. Vid. *supra in v.* crinis.

Passus 9, 24. Castra ut sex millia (*scil. passuum*) removerentur. Vid. *Drakenborch. ad* 6, 32. Vid. *mille.*

Pastor. Vid. *supra in v.* agrestis.

Patefacere 7, 33. His omnia, quæ nunc erectæ micant hastæ, patefacta strage vasta cernetis. Latius patefacta acies 9, 27. Nudatis omnibus præsidiis patefactisque bello 44, 6. Transfosso pariete iter in urbem patefacere 44, 11.

Pater 23, 12. Patres conscripti *senatores Karthaginiensium appellantur, multo quidem liberius et insolentius, quam cap. seq.* dictator Karthaginiensis *commemoratur. Ceterum de patribus Romanis, iisque, qui Conscripti erant.* vid. 2, 1. *it.* 9, 29. Patres certe ab honore — adpellati 1, 8. Minimus quisque natu Patrum 3, 20. Patres Romani 6, 15. *Sic dictator R. dixit.* Patrum memoria institutum fertur 39, 42. *Locus difficilis. vide Dukerum et Drakenborchium, qui ex persona Livii hæc dicta putant. Sed possunt etiam ad Catonis ætatem referri, ut tum patrum memoria institutum dicatur.* — *Nec minus difficilis alter* 8, 5. hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus vestris, Latini, hæc L. Tarquinius vobiscum postea fecit; *ubi patres videri possint majores esse, qui vero non sunt; intelligit enim patres eorum, quibuscum Tarquinius pacem fecit.* — *Omnino sciendum est, apud historicos angustiorem quodammodo ac certiorem sententiam propriumque magis tribuendum esse verbis* patrum memoria. *Nam etsi, ut hoc loco, ita alibi non nimis urgenda vox* patrum, *sed ambigua videtur; omnium minime tamen idem in oratoribus interpretandis facere licet. Interdum tamen apud nostrum etiam in contrariam partem pro justo brevioribus temporum spatiis dicitur* patrum memoria, *v. c.* 31, 12. *ubi septem anni intelligendi sunt; quemadmodum* 3, 68. *de proxima ætate; contra* 4, 4. *de duabus saltem ætatibus accipi debent.* Tiberine pater — te sancte precor 2, 10. Vid. *Virgil. Georg.* 4, 369. *conf.* nivalis. Haud frustra te patrem deûm hominumque hac sede sacravimus 8, 6. Mars pater 8, 9. Vid. *Mars.* At tu, pater deûm hominumque 1, 12. *Sic genitor apud Virgil. Æn.* 1, 155. *ubi vid. Intt.* Ludis mane servum quidam paterfamilias — sub furca cæsum medio egerat circo 2, 36.

Patere nulli fraudis occasioni 24, 37. — patens vulneri equus 31, 39. Servis etiam regnum Romæ patere 1, 40. Quid vellet — tacitis ambagibus patuit 1, 54. plebeio homini vix ad tectum necessarium — suus pateret ager 6, 36. In patentem ad conspectum undique campum 10, 4. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens

21, 7. Clausala latere urbis, quod in orientem patet. præfluens 44, 31. Solum infestum esse Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens 43, 18. Inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias 29, 2. *paullo ante:* inter cornua et mediam aciem, intervalla patentia satis late fecerant. Via — patens apertaque 9, 2. Qua patere visum maxime iter 21, 28. Dierum plus triginta — patentem (*regionem*) 38, 59. *de itinere.*

Paternus 2, 58. Odisse plebem plus quam paterno odio. — plenus suarum, plenus paternarum irarum 2, 61. Non tam, quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipsorum odiis inter se accensæ 44, 25. Vid. *Intt. ad h. l.* Paternum amicum et hospitem 42, 42. Pro paterno nostro hospitio 42, 40. *i. e. quod fuit nobis cum patre tuo.* Admonere paterni beneficii 1, 47. *a patre accepti.*

Patescere 22, 4. Paullo latior patescit campus.

Pati 7, 1. Non patientibus tacitum tribunis. — tacite habere idque pati statuerat 42, 16. Hæc scelera — hæc dedecora pati parati estis 5, 53. Si qui minus patientes dedecoris sint, pro victimis immolari 39, 13. Captari ætates et erroris et stupri patientes *ibid.* Neque legum neque libertatis patiens 45, 32. Ut bello ac pace pati legitima imperia possis 8, 35. — non ut ea (*bella*) a magistratibus sociis atque amicis paterentur 43, 8. Quum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est 21, 31. Ægre id Romana pubes passa 1, 9. Nec ultra, nisi regem — videbantur passuri 1, 17. In ægre Patres passos accipio 6, 39. Ut — tam et hoc gentes humanæ *patiantur* æquo animo, quam imperium *patiuntur Præfat.* Nec vitia nostra, nec remedia pati possumus *ibid.*

Patientia 5, 6. Et animis et corporibus suis virilem patientiam inesse. Quum omnibus, intolerandis patientiæ humanæ, cruciatibus lacerarelur 24, 5. Vid. *duratus.*

Patrare 44, 25. Pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem. *cf.* 2, 26. *it.* 40, 52. *vid. Duker. ad h. l. Proprie* patrare *nihil aliud significat, nisi perficere; uti vel e verbo* impetrandi *intelligitur, quod quidem honestissime dicitur. Itaque non mirum est, simplex verbum in utramque partem dici. Sic* bellum, facinus, jusjurandum, *alia* patrari *Livio dicuntur.* Ad jusjurandum patrandum, id est, sanciendum etc. 1, 24. Pater patratus *ibid.*

Patria 8, 5. Sit sane hæc patria potior, et Romani omnes vocemur. *i. e. sedes ac domicilium rerum et fortunarum nostrarum; sæpius enim ab optimis quibusque scriptoribus patria sine respectu ad natales dicitur.* Devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis 5, 41. Ut in sua sede maneret patria 5, 51. *pro populo Romano.* Legiones eamdem, quam per pavorem amiserant patriam — virtute recuperavere 7, 13. Oppugnari atque capi (*patriam*) passurum 4, 2. *cf.* 5, 53. — materna patria 1, 34. Agique, tamquam cum patria, nobiscum, æquum censemus 5, 4. *h. l. senatus intelligendus est.* Deos patrios, patriam, ac parentes — illorum intueri manus 1, 25. Antiqua patria 3, 58. Vid. *castra.*

Patricius, qui patrem ciere possent 10, 8. — patricia virgo 4, 4. Stipatus agmine patriciorum 6, 38. — caterva patriciorum juvenum 4, 14. *Patriciatus sub regibus debatur ex SCto, referente ad senatum rege; posthæc facta lex curiata. Libera republica requirebatur SCtum et lex. Ex.* 6, 40. *adparet, ad patriciatum necessariam fuisse legem.* Vid. *progenies.*

Patrimonium 6, 14. Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi.

Patrius 2, 5. Eminente animo patrio (*paterno*) inter publicæ pœnæ ministerium. Quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset 7, 5. Restituerent in patrium ac legitimum regnum 38, 1. *i. q. paternum, avitum, quod a majoribus deinceps veluti per manus traditum fueret. vid. Dukerus ad h. l.* Oblitus — imperii patrii consulumque edicti 8, 7. *f.* paterni. *vid. Bauer. ind. in h. v. Enimvero* 7, 8. *legitur:* majestatem *patriam* veritus. Negligendo patrios ritus, peregrinosque asciscendo 1, 20. Vid. *penates.*

Patrocinium 5, 6. Nec se patrocinium mollitiæ inertiæque mandasse tribunis. Jam dictatorem profiteri patrocinium fœneratorum 6, 15. Hoc patrocinium receptæ in fidem et in clientelam vestram universæ gentis perpetuum vos præstare decet 37, 54.

Patronus 3, 29. Ut exercitus (*servatus a Cincinnato*) eum patronum salutaverit. Antiatibus — dati ab senatu ad jura statuenda ipsius coloniæ patroni 9, 20.

Paucitas 2, 64. Paucitas damno sentiendo proprior erat. Ut loco paucitatem suorum adjuvaret 9, 35. Quæ res et paucitatem eorum insignem — faciebat 2, 50.

Pavere 7, 34. Admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos etc. Paventes adverso tumultu 21, 28. Paventesque ad necopinatum tumultum 25, 38.

Pavidus e somno 1, 58. — pavida consilia et imperia 44, 6. — clamor fugientium 41, 11. Restitit pavidus atque inhibuit frenos 1, 48.

Paullatim 21, 14. Circumfusa paullatim multitudine.

Paullisper 9, 8. Tentata paullisper intercessio est.

Paullulum 35, 5. Consul obtestabatur milites, ut paullulum anniterentur etc. Debellatumque mox fore, si anniti paullulum voluissent, rebantur 23, 13.

PAULLULUS 8, 11. Paullula via. — equi hominesque paulluli et graciles 35, 11.

PAULLUM editi loci 5, 38. — quum radices montis paullo plus, quam mille passuum ad mare relinquant spatium 44, 6.

PAVOR captæ urbis 8, 3. — nocturno pavore attoniti 7, 36. — pavore aliis in tanta clade torpentibus 24, 43. *vid.* lymphaticus. *it.* terror. Quos pavor pertulerat in sylvas 7, 15. Incautus ad credendum — pavor 9, 12.

PAX superba 9, 11. — infida 9, 45. — fida 5, 4. — si bonam pacem dederitis, et fidam et perpetuam 8, 21. — Italiam bona pace florentem 30, 21, — obnoxia 6, 28. Non fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est 9, 5. Neque illi terra neque mari est pax 22, 39. Pace terra marique parta 1, 19. Satis explorata pace ejus anni 43, 9. Veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide Celtiberos fecisse 40, 50. In locum pacis Gracchum adducturus 25, 16. *conf. cap.* 23. Medius maxime atque utrisque opportunus locus. (*ein ficherer, neutraler Ort.*) [*Sed vid. Stroth. ad priorem locum.*] Inventa pace deûm 6, 1. — quæ ad pacem deûm pertinebant 24, 11. — pacem deûm peti precationibus placuit 42, 2. *cf.* 6, 41. *i. e. benivolentia, favor.* vid. *venia.* Pacem fœdusque petentes 9, 37. — in pace fuit 39, 56. — in pace — in bello 5, 52. Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt 2, 13. Pacis per omnem Apuliam præstandæ populo Rom. auctores 9, 20. — oratores pacis *ibid. cap.* 43. — pacem pacisci 29, 12. *it.* 31, 29. 40, 25. 44, 25. — patrare 40, 52. *conf.* 44, 25. Claudii pace et Valerii mortui loquar 3, 19. Pace dixerim deûm 10, 7, *sensu peculiari.* Is alteri populo cum bona pace imperitaret 1, 24. — classis bona cum pace accepta est 28, 37. — cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit 21, 32. *i. e. nemine impediente. cf.* 21, 24. Vid. *infectus.*

PECCATUM. Vid. *delictum.*

PECORA 1, 4. Ad pecora segnes. *h. e. in pascuis. Opponitur enim:* in stabulis, *ubi etiam pecora. Sequitur tamen* venando etc. *Forsitan sub* pecoribus *feræ intell. Sic Virg.* pecora inertia *opposuit* leoni. [*Ita poëtæ, non historici.*] Agrestis taurus, qui pecore aberrasset 41, 13. In vastis Lusitaniæ — montibus pecora consectando 21, 43. Pecora jumentaque torrida frigore 21, 32.

PECTUS 21, 54. Pectoribus tenus aucta (*aqua*) continuo imbri. Quibus (*cladibus et laboribus*) nequiverint tamen dura illa pectora (*Samnitium*) vinci 10, 31. Ea pietate omnium pectora imbuerat 1, 21. Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis 1, 56. Unde novum in pectore Bruti ingenium 1, 59. Oratio nequaquam ejus pectoris ingeniique *ibid.* Pectus animorum iræque tacitæ plenum 7, 10.

PECUA captiva 26, 34. *cf.* 5, 48.

PECUARIUS 33, 42. Ædiles plebis — multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt. *h. e. qui gregibus pecorum alendis quæstum facerent, sed e publicis, pro certo vectigali conductis, pascuis. cf.* 35, 10. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

PECULATUS 33, 47. Isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus. *paullo ante:* quantum peculatus averteret.

PECULIARIS 3, 19. De vestra plebe, quam partem, veluti abruptam a cetero populo, vestram patriam peculiaremque rempublicam fecistis.

PECULIUM 2, 41. Peculiumque filii Cereri consecravisse. *Drakenborchio videtur h. l. latiori sensu de toto patrimonio, nota alias etiam significatione, accipiendum esse.*

PECUNIA captiva 10, 46. — pecuniæ (*scil. debitæ*) judicatus 6, 14. Ante — quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit 29, 18. Dies pecuniæ 34, 6. *i. e. solutionis.* in eamdem diem pecuniæ — præbenda publicani se conducturos professi erant. Cetero (*auro*) usi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui 27, 10. Ut pro frumento pecunia Romæ legatis eorum curareturt 44, 16. *propria in hoc genere forma dicendi, quum absens pecuniam per alium solvit.* Unde in eos sumtus pecunia erogaretur 1, 20. Vid. *erogare.* Pecunia in stipendium 23, 12. Negaverunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent 27, 9.

PECUS. Vid. *pecora.*

PEDES 28, 9. Etiamsi pedes incedat. *pro pedibus. Sic et* equitem *dici supra notavimus ad h. v.* Tria millia civium Romanorum, ducenti equites 40, 18. *pro tria millia peditum. Non raro autem omittitur.* Vid. *Drakenborch. ad* 40, 36. Non pediti solum cedere, sed ne equitem quidem sustinere, peditis præsidio audentem. Jam signa quoque legionum appropinquabant etc. 30, 11. *Manifeste h. l. pedites pro* velitibus *accipiendi sunt, quum* legionariis *opponantur. cf.* 33, 7. *it.* 14. *ubi* armatura levis *opponitur* equitibus, *iique sunt* pedites, *sed iidem* velites. Veteranus pedes 21, 44.

PEDESTER 7, 13. Pedestria stipendia. Pedestribus navalibusque copiis 37, 53. *Hic ipsa oppositio docet,* equites *etiam sub* pedestribus copiis *comprehensos esse. Similiter* pedibus *et* navibus ire *opponuntur, ut omnes modi terrestris itineris faciendi illic intelligantur, atque hinc illa superior forma haud dubie ducta est.* Vid. *Intt. ad illum locum.* Paucos dies — exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit 26, 51. Pedestris ordinis se nunc esse 5, 7. *i. e. milites legionarios esse, peditesque*

stipendia facere. Dukerus pedestrem ordinem pro ordine plebeio accipiendum putat. Vid. *exercitus.* Sed habere hostem pedestri fidentem Marte: cui si æquari robore virium velit, et sibi pedites comparandos esse 24, 48.

PEDETENTIM 21, 28. Sed, pondere ipso stabiles (*elephanti*) dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

PEJUS 1, 47. Eo nunc pejus mutata est res.

PELLERE hostem 7, 8. *cf.* 40, 32. Ab sua parte Romanum pepulit 2, 6. Et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint: quod ubi animadvertit, veritus, ne moti semel pellerentur 33, 36. Jam prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur Romanis 40, 32. Vano cum incepto mœnibus pepulissent Romanos 44, 31. Ex equo tum forte Mettus pugnabat; eo pelli facilius fuit: pulsum Romani persequuntur 1, 12. Ubi Cilnium genus præpotens, — pelli armis cœptum 10, 3. Monebant etiam, ne orientem morem pellendi reges inultum sineret 2, 9. Se patrio regno, tutoris fraude, pulsos 1, 40. *i. q. privatos.* Pellendo finibus dominos 6, 41. Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi 34, 26. *pro expulsi. cf. cap.* 38. Vid. *Drakenborch. ad* 35, 37. Non mediocri cura Scipionis animum pepulit (*Syphax*) 30, 14. *i. q. commovit. eleganter. Similiter ibidem:* ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivæ. Vid. *Gronov. ad* 8, 3.

PELLICERE 3, 44. Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius, amore ardens, pretio ac spe pellicere adortus etc. Ut in societatem pellicerent 21, 19.

PELLIS 5, 2. Militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, sub pellibus durare. Vid. *Intt. ad h. l.*

PELLITUS 23, 40. Profectus erat in Pellitos Sardos. *Inde sic nominati, quod barbarorum more pellibus vestium loco usi erant.* Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.*

PELTA cætræ haud dissimilis est 28, 5. — peltastæ *ibid. conf. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 490. Vid. *cætratus.*

PENATES publici privatique 3, 17. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Dii te penates patriique — creat vocatque regem 1, 47. Partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque, tulisse ad penates suos virique sui 1, 48. Ædes deorum penatium in Velia de cœlo tacta erat 45, 16. Ut — ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret, 30, 14.

PENDERE 44, 27. Qui ea pependerant spe. *Drakenborchius* ex ea *legi vult. Enimvero etiam sine præpositione* 7, 10. *leguntur hæc:* tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus. — sollicitis ac pendentibus animi *ibid. cap.* 30. Vid. *Intt. ad h. l.* Qui ex vobis (*socii*) pendemus 42, 13. Adeo nihil tenet solum patriæ, — sed in superficie tignisque caritas patriæ pendet 5, 54.

PENDERE 45, 26. Vectigal dimidium ejus, quod regi pendissent. *Vossius Gramm.* 5, 26. *hoc loco utitur, ut ostendat, etiam dici posse* pendi; *sed Drakenborchio magis placet sententia Sigonii emendantis* pependissent. Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent 2, 9. Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum 9, 41. Ut, quas quisque meritus est, pœnas pendat 23, 3. Si tum parum ignominiæ pensum est 45, 23.

PENE. Vid. *pæne.*

PENES quos sunt auspicia more majorum? nempe penes Patres 6, 41. Ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent 2, 24. Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse etc. 10, 8. Si penes Romanos victoria esset etc. 42, 29.

PENETRALIA 9, 46. Civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit. Tradamus ancilia, penetralia etc. 6, 41. *ubi pignora imperii adservabantur, ancilia, palladium etc. scilic. in sacello ad templum Vestæ.* Prytaneum, id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur 41, 20.

PENETRARE in silvam 9, 35.

PENITUS 26, 28. Philippum — ad intima penitus regni abisse. Clamorque eorum penitus in regiam pervenisset 1, 49. In totam penitus aciem (*terror*) pervasit 8, 9.

PENSARE 22, 51. Ad consilium pensandum temporis opus esse. Quum oculis magis, quam ratione pensarent vires 30, 32. — pensare adversa secundis 27, 40. Quandoquidem honesta pensamus, sic, ut aut sola, aut prima certe pensari decet principi orbis terrarum 34, 58. Transmarinæ quoque res quadam vice pensatæ 26, 37. *i. q. jactatæ, ut modo in hanc, modo in alteram partem inclinaret pondus. Sermo est de vicissitudinibus fortunæ et nunciis ex utroque genere Romam perlatis.*

PENSIO 30, 37. Decem millia talentûm argenti, descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent. *i. e. singulis annis tantumdem pecuniæ, solut ratam partem totius summæ.* Vid. *Intt. ad* 6, 35. *it. ad* 7, 27. Justi crediti solutionem in — pensiones distribuit 42, 5.

PENSITARE 4, 41. Ne ab se consularia consilia exquirerent, quæ pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent.

PENSUM 4, 52. Quum principio statim anni, velut pensum nominis familiæque, seditiones agrariis legibus promulgandis cieret. *Sic fere Cicero Phil.* 2, 44. *Anto-*

nii uxorem tertiam pensionem diu debere populo Romano, dixit, h. e. interfectionem mariti.

PENSUM 26, 15. Queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam pensi fuisset. Id illi, cui nihil pensi sit, facile esse 42, 28. Versari inter se conjuges, liberosque suos, quibus nihil neque dicere pensi, neque facere 48, 7.

PENURIA hominum 6, 30. — mulierum 1, 9. — frumenti 4, 25. — omnium rerum 9, 13.

PER ludos 2, 18. *i. q. ludis, tempore ludorum. Similiter:* per inducias 30, 31. — per meridiem profecti 42, 64. Fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens 9, 17. — per cruciatum et ad contumeliam 26, 13. — Vid. *Drakenborch. ad* 6, 18. Qua (*contumelia*) per nostram ignominiam ludos commisere 2, 38. *pro cum. Similiter:* vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur 3, 42. *cf.* 3, 61. — satin' per commodum omnia explorassent 30, 29. Legati — — per ludibrium auditi dimissique sunt ab quærente per jocum Hieronymo 24, 6. Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est 1, 11. Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet 5, 4. — nec ipsi per intermissiones has intervallaque lentiorem spem nostram facimus 5, 5. Recipi, nisi aliquanto post, per Antiochum, non potuit 33, 18. *scil. quoniam impediebat, obstabat Antiochus.* Demetrius per vinum, quod excluderetur, paullisper vociferatus 40, 7. *h. e. quia ebrius erat.* Ne quid per (*propter*) frequentiam juvenum — agi posset 5, 2. — per valetudinem id bellum exsequi nequierat 8, 12. Per hæc, ne quo errore milites caperentur, edicunt consules etc. 8, 6. *i. q. propterea.* Per caussam renovati ab Æquis belli 2, 32. *sub prætextu. Eodem sensu:* per speciem reconciliandæ pacis 42, 52. Si coarguatur ab alio, ac per se fatenti etc. 39, 12. *i. q. sponte.* Per fas ac fidem decepti 1, 9. Concordiam per æqua per iniqua civitati conciliandam esse 2, 32. *i. e. quocumque modo, quantovis pretio.* Per ego te — fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor etc. 23, 9. [*ad quem locum vid. Stroth. p. 234. Græcorum πρὸς σὲ θεῶν, πρὸς σὲ γόνων, a Porsono nuper Euripidi Med. 325. vindicatum. Compara Homer. Il. 22, 345. μή με, κύον, γόνων γουνάζεο. ubi miram Heynius ellipsin comminiscitur.*] Jurantes per quidquid deorum est *ibid.* Jam per omnia ad dimicandum satis paratus 10, 39.

PERAGERE verbis auspicia 1, 18. *i. e. pronunciare, declarare. cf. cap.* 32. Sua item carmina Albani suumque jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt 1, 24. Liberi jam hinc populi Romani res — peragam 2, 1. Impletas modis saturas — peragebant 7, 2. Peragere verum indicium 6, 16. Peragit deinde postulata 1, 32. Priusquam aut ille postulatum perageret. aut etc. 3, 47. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri 3, 40. *conf.* 39, 15. Sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam 9, 8. Consul — Decii non cœptas solum ante, sed cumulatas nova ... laudes peragit 7, 37. Cui rata ista pax erit, quam — non jussu populi Rom. peregerimus 37, 19. *Haud dubie cum Drakenborchio legendum* pepigerimus. Vid. *Intt. ad h. l.* Vos autem, si reum perago, quid acturi estis 4, 42. *h. e. si agente me condemnabitur.* Diebus peractis 1, 39.

PERAGRARE 35, 12. Peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebatur. Venando peragrare circa saltus 1, 4. Quieto exercitu pacatum agrum — peragravit 43, 4.

PERBENE detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum 24, 32. — fortunam perbene fecisse, quando etc. 45, 3.

PERBREVIS 4, 1. In portu emporium brevi perbreve factum est. — perbrevis ævi Karthaginem esse 28, 35. Perbreve tempus regni ejus fuit 41, 20.

PERCELLERE 34, 15. Integri recentibus telis fatigatos adorti hostes primum acri impetu, velut cuneo, perculerunt. Quum scuto scutum imum perculisset 7, 10. Quo tantum valent genere pugnæ, ut, quacumque parte perculere impetu suo, sustineri nequeant 40, 40. Aricinos res inopinata perculerat 9, 14. *i. q. perturbaverat.* In Veientem, alieno pavore perculsum, ferocior redit 1, 27. Omnibus perculsis pavore 1, 47. *in foro.* Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis 1, 56. Ingens pavor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit 2, 37. *conf.* 3, 38. Hic dies — Persea perculit, ut etc. 42, 67. *f. leg.* perpulit. [*Noli tentare vulgatam. Bene sibi opponuntur:* Romanis refecit animos, Persea perculit. *Ceterum non nego, hæc verba sæpe confundi.* Vid. *Intt. ad* 3, 30. 3, 38.] Primus adventus hostium perculit incolas loci: collectis deinde ex necopinato pavore animis etc. 44, 13. Perculsum jam fama hostem fundunt fugantque 9, 44. Suo ipse conatu perculsus prætor 44, 12. *i. e. afflictus.* Feciali Postumius genu femur perculit 9, 10. *pro percussit; et fortasse sic legendum. Sæpius enim hæc duo, inprimis* perculsus *et* percussus, *confusa sunt a librariis.* Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint 45, 41.

PERCENSERE 5, 52. Ne omnis generatim sacra omnesque percenseam deos. Quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit 6, 12. Ita quum percensuisset Thessaliam

34, 52. *i. e. formulam regiminis dedisset ad censum, ex censu, a censu.*

PERCIPERE 7, 26. Adeo duorum militum eventum — utraque acies animis perceperat. Crebræque nunc querelæ, nunc minæ percipiebantur 2, 35.

PERCITUS 21, 53. Ingenium percitum ac ferox. *i. q. vehemens.* Percitum ira in patrem spes erat criminis aliquid novi deferre 7, 5. — percitus ira Camillus 6, 38.

PERCOMMODE 25, 25. Tumulus — percommode situs ad commeatus excipiendos.

PERCONTATIO 45, 8. Prima percontatio (*quæstio Paulli ad Persea*) fuit. Vid. *percunctatio.*

PERCUNCTARI 3, 48. Sinas hic coram virgine nutricem percunctari. — percunctantur obvios 22, 7. — percunctando exquirere 9, 3. — quum — percunctantes (*transfuga*) doceret *ibid. cap.* 24. *cf.* 40, 21. Legatos mittunt ad percunctandos Karthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum expugnasset 21, 18. Ut consulem percunctaretur, liceretne — pugnare 23, 47. *i. q. consuleret.* Consules quum (*scil. in senatu*), quid ergo se facere vellent (*Patres*), percunctarentur 2, 28.

PERCUNCTATIO 24, 19. Directa percunctatio ac denunciatio belli. *i. e. quum quæreretur, bellumne mallent, an pacem.* Vid. *percontatio.*

PERCURARE 21, 57. Vixdum satis percurato vulnere.

PERCURSARE 23, 42. Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris negligentius, quam si in Romano vagarentur agro.

PERCUSSOR 40, 12. Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.

PERCUTERE 9, 25. Virgis in foro cæsi ac securi percussi. Vid. *Drakenborch. ad* 1, 27. Duo securi percussi viri insignes 45, 31. Porcum saxo silice percussit 1, 24. Ut — lictor — forem — virga percuteret 6, 34.

PERDERE 9, 14. Ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire optantes. Per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia. *Præfat.* Quum — Saguntinos crudelius quam Pœnus hostis perdidit, vos socii prodideritis 21, 19.

PERDIFFICILLIMUS 40, 21. Viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum.

PERDITUS 23, 2. Improbus homo, sed non ad extremum perditus. Quænam hostibus in perdita re consilia essent 5, 39. — vir unus res perditas restituit 25, 37. *cf.* 26, 6.

PERDOMARE 9, 20. Apulia perdomita. *cf. cap.* 41. — itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint, (*Hispania*) postrema omnium, nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris, perdomita est 28, 12. Inopiâque omnium rerum eos perdomuit 40, 41. Multis secundis prœliis Sardos perdomuit 41, 17.

PERDUCERE 26, 2. Multos imperatores temeritate atque inscientia exercitum in locum præcipitem perduxisse. Forte vocatum perductumque in regiam vocari juberet 40, 55. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 312. *sq.* Prima frons valli ac fossa perducta est 44, 37. Oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est 36, 23. Orationibus in noctem perductis 38, 51. — ni altercationem in serum perduxissent *ibid. cap.* 50. Perductus est ad centum talenta 38, 14. *i. e. coactus est offerre etc.*

PERDUELLIO 1, 26. Qui Horatio perduellionem judicent secundum legem. *cf.* 2, 41. Vid. *Clav. Cicer. in h. v.* Et utrique censori perduellionem se judicare pronunciavit 43, 16. Vid. *Gron. ad* 23, 14. Perduellionis se judicare Cn. Fulvio 26, 3. *i. q. accusare. vid. Muret. Var. Lect.* 19, 16.

PERDUELLIS *pro hoste, ex usu antiquiorum temporum; quemadmodum et* perduellio *de omni facinore capitali dicebatur.* Divus exstinguet perduelles vestros 25, 12. *cf.* 42, 20. — victis perduellibus (*Karthaginiensibus*) 29, 27. — perduelles superati Perseus et Gentius 45, 16. Vid. *Cic. Offic.* 1, 12.

PEREGRE 40, 19. Prodigia multa fœda et Romæ eo anno visa, et nunciata peregre. Alios peregre in regnum Romam accitos 2, 6. Peregre habitando 5, 52.

PEREGRINUS 42, 31. Jurisdictio inter peregrinos. — peregrinus terror 3, 16. — frumentum 2, 35.

PEREMTUS 2, 23. Fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti.

PERENNIS 5, 2. Ut perennem militiam facerent *i. e. ut hiemando continuarent bellum.* Perennis aqua 1, 21. Juventutem — velut ex perenni fonte unde hauriat. Thraciam subjectam esse 42, 12. Copia, pluribus circumjectis fontibus, perennium aquarum 42, 54.

PEREQUITARE aciem 5, 28. — quum ea via longius perequitasset. *cf.* 23, 47.

PERERRARE 1, 53. Pererraturum se omne Latium.

PEREXIGUUS 7, 37. Nec procul ab hoste locum perexiguum — castris cepit. Nam ad vescendum facto perexiguo, utique milites, utebantur 22, 52. *scil.* argento.

PERFACILE 25, 36. In tumulum quidem perfacile agmen erexere.

PERFAMILIARIS 25, 18. Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus. Brevi perfamiliaris haberi — — est cœptus 42, 17.

PERFERRE 10, 2. Gravissimus navium non pertulit alveus fluminis. Perfertur ad urbem terror 3, 3. — quod ubi in totam

concionem pertulit rumor 2, 54. — calmor in totam concionem perlatus 8, 32. Romanos ira eadem, quæ per medium aciem hostium tulerat, et in castra pertulit 9, 13. Præfecti classis id unius erat jus, ut agere de ea re sine rogatione ulla perlata posset 45, 25. Quas (*leges*) quum solus pertulisset 2, 8. Si hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ essent etc. 3, 37. Rogationem pertulit 3, 54.

PERFICERE 9, 8. Justa omnia in deditionem perficere. *Videtur legendum aut:* in deditione *aut:* peragere in deditionem, *i. e. ut omnia redeant ad deditionem, et per eam perficiantur.* Perficere bellum 5, 4. *conf.* 1, 19. —lustrum 24, 43. — sacrificium 10, 38. — mandata 1, 56. — senatusconsulta 26, 29. — censum 1, 44. Prius, quam judicium de eo (*Pleminio*) populi perficeretur 29, 22. Prius, quam infanda merces perficeretur 5, 49.

PERFODERE 4, 22. Donec, perfosso a castris monte, erecta in arcem via est. Momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt 44, 11.

PERFREQUENS emporium 41, 1.

PERFRINGERE 4, 28. Ictus saxo, perfracto capite, acie excessit.

PERFUGA 30, 16. Et perfugæ et fugitivi. — perfugæ fugitivi captivique 38, 11. *ita ex formula fœderum dici consuevit. cf.* 31, 19. *ubi tamen extra talem formulam eadem occurrunt.*

PERFUGERE 28, 7. Quum in fidem Ætolorum perfugissent. Pars maxima incolumis Romam perfugere 5, 29. — eo turba omnis perfugit 1, 8. — ad Porsenam perfugerunt 2, 9.

PERFUGIUM in patris misericordia et justitia habeat 40, 10. *cf. cap.* 11. Perfugium sibi nusquum gentium esse.

PERFUNGI cura 26, 17. — auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos jam fato, dedidimus 9, 1. *usitatius de lætioribus dicitur.* Nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adolescente proponam 28, 40.

PERFUNDERE religione animum 10, 38. — perfusus ultimi supplicii metu 9, 16. — perfusus horrore venerabundusque 1, 16. Quum perfusum fletu appareret omnibus, loqui non posse 40, 12. Quin tu ante vivo perfunderis flumine? in infima valle præterfluit Tybris 1, 45. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 719.

PERGERE 36, 42. Pergit protinus navigare Peloponnesum. — pergit ipse ire ad urbem oppugnandum 23, 28. — pergeret porro ire 21, 22. *cf.* 21, 30. *it.* 21, 2. Pergit inde infestus in agros Romanos 3, 6. *nonnulli codices præpositionem ignorant: quæ forma utique rarior et exquisitior est.*

PERGRANDIS 29, 29. Regnum ad fratrem regis Œsalcem, pergrandem natu — pervenit.

PERHORRIDUS 22, 16. Inter — saxa ac — arenas stagnaque perhorrida situ.

PERICLITARI 1, 42. Seu Patrum seu plebis animos periclitaretur *i. q. experiretur. Sic et* 6, 15. satis periclitatus voluntates hominum. Donec res suas, quibus periclitari nolebant — trajicerent 38, 25. *i. e. periculum adire.* Ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet 42, 21.

PERICULOSUS 10, 25. Periculosum esse — ne ad omnia simul obire unus non posset.

PERICULUM ipsum, discrimenque id poscere 3, 18. Quod defensores suos — — in ipso discrimine periculi destituat 6, 17. Periculum summæ rerum facere 6, 22. — universo periculo summa rerum committebatur 22, 12. *cf. cap.* 32. Pericula classium externarum 5, 54. *i. e. damna inde metuenda.* Postquam mœnibus jam Romanis, pulso hoste, periculum esse desierat 3, 23. Neque a penuria frumenti — periculum fuit 4, 25. Ut, quæ in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent 23, 49. *i. e. jactura ærarii esset. cf.* 25, 3. Id esse periculum, ne suas preces etc. 10, 7. *cf.* 45, 23. Vid. *procella.*

PERIMERE 1, 11. Sua ipsam peremtam mercede. Fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti 2, 23. [Vid. *Bauer. Ind. ad Exc. Liv. in v.* Syllepsis.] In rabiem et pudorem tam parvæ perimentis pestis versi 38, 21.

PERINDE 7, 5. Nec *perinde, ut* maluisset plebes — *ita* ægre habuit etc. Perinde ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura 7, 6. Et, perinde quum alia specie, tum eminentibus — magnum terrorem præbebat 37, 40. Sed nec perinde Patres moti sunt 4, 37. *i. q. non tantopere.* Perinde ac debellatum in Italia foret 28, 38. Nequaquam perinde atque in capta urbe etc. 5, 42. Perinde *ac* reipublicæ gerendæ, *ac* non solvendæ religione, gratiâ creatus esset 7, 3. Perinde ac deberet 22, 37.

PERIRE *Præfat.* Per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia. Infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter perisset, censebat 40, 55. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 313.

PERITUS 37, 20. Veterani omnes et periti belli erant. *cf.* 4, 17. Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Per æque invia, sed assuetudine peritius, et meliore cum spe — degressi in campos 44, 5. Peritus militiæ 8, 8. Periti religionum jurisque publici 41, 18.

PERLABI 28, 11. In ædem Jovis foribus ipsis duo perlapsi angues.

PERLÆTUS 10, 21. Supplicatioque perlæta fuit.

PERLEGERE 38, 28. Censores — senatum perlegerunt. Princeps in senatu tertium lectus etc.

PERLEVIS 24, 34. Machinator bellico-

rum tormentorum operumque, quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Inclyti populi regesque perlevi momento victi sunt 21, 48.

PERLICERE 3, 44. Virginem—Appius amore ardens, pretio ac spe perlicere adortus etc. *cf.* 10, 11. *it.* 26, 7. —donis 21, 26. Modo minis, modo spe perlicere, ut etc. 45, 5. Victorem finitimorum omnium populorum in servitutem perlici posse 4, 15. Gentium quoque regem, jam diu dubium, in societatem perlici posse 43, 18. —ad transitionem 24, 48. Ad belli societatem perlicere jussus 42, 27.

PERLITARE 41, 14. Bove perlitare jussus. *i. q. litare. cf. cap. seq. it.* 7, 8. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. (*substantive.*) [Vid. *Stroth. ad h. l.*] Primisque hostiis perlitatum est 36, 1. Qui se, quod caput jecinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit 41, 15.

PERLUCERE 41, 2. Qua (*nebula*) dilabente, ad primum teporem solis, perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux etc.

PERLUSTRARE 22, 46. Hunc Trutea quum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis etc. *i. q. oculis quærens. cf.* 25, 9. Quum gregem perlustrasset oculis 1, 7.

PERMANARE. Vid. *vena.*

PERMANERE 40, 54. Unus incorruptus permanserat. *de pertinaci constantiâ.* Et, quantum ad Karthaginienses duces attinet, invictum (*Atilium*) ad ultimum permansisse 28, 43.

PERMARINUS 40, 52. Ædem (*dedicavit*) larium permarinûm.

PERMISCERE 9, 6. Iisdem præsidiis, sæpe iisdem manipulis permisti fuerant. Ad hæc audienda quum circumfusa paullatim multitudine permixtum senatui esset populi concilium 21, 14. Vid. *permixtus.*

PERMISSIO 37, 7. Permissionem extra civium corpora fieri juberent. *nempe in liberum arbitrium ejus, cui se dederent.*

PERMISSUS 38, 14. Permissu consulis. —Achæorum *ibid. cap.* 34. *cf.* 3, 43. *it.* 5, 18. *et* 21.

PERMITTERE 3, 21. Se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere. Eo se periculo posse liberare eos si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant. Quum omnes victi metu permitterent etc. 22, 2. Ismenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum permitti æquum censebat 42, 44. *cf.* 45, 4. —si in fidem Masinissæ sese permisisset 29, 30. — ipsos se in deditionem consulis caduceum præferentes permisisse 8, 20. Hæc una via omnibus ad salutem visa est, ut in fidem se permitterent Romanorum 36, 27. Neque enim liberum id vobis permittit Philippus (*utrum bellum an pacem habeatis*) 31, 7. Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent 10, 5. Equites per patentes in hostium acie vias permittere equos jubeat 29, 2. Detraxit frenos equis; atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset 8, 30. Permittite equos in cuneum hostium 40, 40. *cf.* 3, 61. *it.* 30, 11. Equi permissi 10, 5. —permissus equitatus 3, 70. *i. q. immissus.* Quum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes in vicem non magis mutua, quam inexplicabili facilitate, certatum esset 27, 29. *sc. quum uterque alterius arbitrio rem permitteret.* Qui enim vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum credebant 2, 56. *i. e. eum licenter abusurum munere suo ad etc.* Numitori Albana permissa re 1, 6. *i. q. in potestatem data; cf.* 4, 49. Cujus imperio consilioque summam reipublicæ tuendam permiserant 42, 49. Per quos (*legatos*) senatui de vobis permittatis 36, 35. *sc. arbitrium statuendi etc. cf. ibid. cap.* 12. Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse 24, 14. Vid. *Drakenborch. ad* 33, 44. Permissoque, ut etc. 6, 25. (*absolute*) *cf.* 38, 14. *it. sequ.* Utrum — an 45, 5.

PERMIXTUS 27, 35. Provinciæ non permixtæ regionibus, sed diversæ extremis Italiæ finibus. Permixtus, ubi cuspide uti et cominus gladio posset, roboris majoris Romanus eques erat 30, 18. Vid. *permiscere.*

PERMULCERE barbam 5, 41. Omnibus memoria patria iras permulsit 7, 40. Ipsis placido sermone permulcentibus aures 28, 25. Ut sermone familiari minorem filium permulceret 40, 21.

PERMUNIRE 27, 12. Castra raptim ante noctem permunita. *cf.* 7, 16. *it.* 39, 16. Castris permunitis 44, 37.

PERNICIALIS 27, 23. Quæ tamen (*pestilentia*) magis in longos morbos, quam in perniciales evasit.

PERNICIES 21, 35. Saltusque, haud sine clade, majore tamen jumentorum, quam hominum pernicie etc. *Ubi vid. Bauer. pag.* 30. [*sui, pernicie delenti, ego quidem non assentiar.*]

PERNICITAS 9, 16. Præcipua peditum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit. (*Papirius Cursor.*)

PERNICITER 26, 4. Eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerunt, et vehi post sese, et desilire perniciter etc.

PERNIX 28, 20. Levium corporum homines et multa exercitatione pernicium. — pernicissimum corpus 44, 34.

PERNOCTARE 27, 38. Et earum coloniarum juniores jurejurando adacti, supra dies triginta non pernoctaturos se esse extra mœnia coloniæ suæ etc. *i. q. mansuros, manentes.*

PERNOX luna 5, 28. it. 22, 11.

PERNUMERARE 28, 34. Dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent. *cf.* 6, 15. Quod usuris pernumeratum esset 6, 35.

PEROPPORTUNE ad praesentis quietem status 1, 42. In exeuntem e curia impetus factus esset, ni peropportune tribuni diem dixissent 2, 35.

PEROPPORTUNUS 10, 45. Nec populo R. magna solum, sed peropportuna etiam ea victoria fuit. Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum 21, 2. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem 40, 57.

PERORARE 21, 11. Quum Hanno perorasset etc.

PEROSUS decemvirorum scelera 3, 58. — plebs consulum nomen haud secus, quam regum, perosa erat 3, 34. (*active accipiendum.*)

PERPACARE 36, 42. Nedum enim omnia in Graecia perpacata erant.

PERPAUCAS naves subductas esse 37, 11. *cf.* 4, 52. *it.* 5, 8.

PERPELLERE 9, 30. Accitos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant etc. *cf.* 2, 31. Multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret 1, 59. Saepe iterando eadem, perpulit tandem, ut etc. 1, 45. Perpulerunt, ut ad arma conclamaretur etc. 3, 50. Obtestatus P. C. ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, aestimarent, perpulit, ut id quoque ferretur 7, 41. Perpellit — — ut legatos — mittat 29, 23. Fama recens belli Gallici perpulit civitatem, ut Furius dictator — crearetur 6, 12. *cf.* 9, 24. *et* 31. Perpulere plebeii — ut Minucius praefectus annonae crearetur 4, 12. *cf.* 5, 51.

PERPERAM 26, 28. Quod extra perperam dederat. *cf.* 1, 33.

PERPETI 40, 55. Alii tormenta etiam inficiantem perpessum adfirmant.

PERPETRARE 44, 37. Sacrificio rite perpetrato. *cf.* 23, 45. — perpetratis, quae ad pacem deûm pertinebant 24, 11. — perpetrato bello 24, 45. *cf.* 28, 41. *it.* 44, 22. — pace perpetrata 33, 21. Rebus divinis rite perpetratis 1, 8. In monte sacrificio rite perpetrato 44, 22. Perpetrata caedes 45, 5. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 323.

PERPETUUS 9, 17. Perpetuis praeceptis artem ordinare. *nostri: in systema redigere, in formam artis.* Quod eos montes perpetuo dorso inter se jungit 41, 18. Saltus duo alti angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti 9, 2. Cujus ordinis languore perpetui jam tribunii plebis — lingua criminibusque regnarent 3, 19. Acciperent eam (*Victoriam auream*) tenerentque et haberent propriam et perpetuam 22, 37. Perpetuae orationes. Vid. *oratio.*

PERPLEXE 30, 20. Non perplexe, sed palam revocant. *cf.* 6, 13. Nihil jam perplexe, ut ante, quum dubiae res — erant, sed aperte pronunciatum 33, 34.

PERPLEXUS 38, 32. Perplexum responsum — perplexa legatio 36, 5. — perplexius (*carmen*) scripturae genere 25, 12. Perplexum Punico astu responsum 35, 14.

PERPOPULARI 34, 5[illegible] ripas cum caedibus et incendiis perpopulari. — infestius perpopulato agro Fregellano 26, 9. *cf.* 22, 3. *et* 9. Retro ad Istrum, perpopulati Thraciam — redierunt 44, 27.

PERPORTARE 28, 46. Naves onerarias — captivos Karthaginem perportantes.

PERQUAM paucis suffragio populi relictis locis 9, 30.

PERRARUS 29, 38. Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. Vid. *Init. ad* 6, 1.

PERROGARE 32, 23. Populi Achaeorum, quum sententias perrogarentur. *cf.* 9, 19.

PERRUMPERE 1, 24. In medium agmen perrumpunt. — in urbem 10, 41. — in vestibulum perruperant templi 3, 18. Qui quum saepe conati nequissent perrumpere ad suos 4, 39. Perrumpere ordines hostium 9, 39. — impetum fluminis 21, 28. — cuneos 8, 10. — agmen 8, 30. — eadem qua transierant 4, 39.

PERSCINDERE 21, 58. Omnia perscindente vento et rapiente.

PERSCRIBERE 24, 18. Si quid emtum paratumque pupillis — aquae fore perscribebatur. *Pecunia dicitur perscribi, quum perscripturam ab argentariis alieno nomine solvitur.* Vid. *Clav. Ciceron. in h. v. it. Duker. ad h. l.* Si res populi Romani perscripserim *Praefat.*

PERSECARE 40, 19. Id *persecare* novum praetorem, ne *serperet* iterum latius, Patres jusserunt. *i. q. resecare, conficere.*

PERSEDERE 45, 39. In equo dies noctesque persedendo.

PERSEGNIS 25, 15. Pedestre proelium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEQUI quaerendo 3, 19, *i. q. instare.* — reliquias belli 9, 29. Inter consules provinciis comparatis bello Graeci persequendi Publilio evenerunt 8, 22. Apparuit, nihil per alteros stare, quominus incepta persequerentur 6, 33. Se — persequi ingratos cives velle 2, 6. Mortem meam idem tu persequi non poteris 40, 11. *i. e. ulcisci.*

PERSEVERANTER 4, 60. Patres bene coeptam rem perseveranter tueri.

PERSEVERANTIA 5, 4. Indignitas perseverantiam imponere debuit. Impetu potius bella, quum perseverantia gerat *ibid. cap.* 6.

PERSEVERANTIOR caedendis in fuga fuit 5, 31. *i. q. in caedendis fugientibus.*

Perseverantius 21, 10. Quo lenius agunt, segnius incipiunt; eo, quum cœperint, vereor, ne perseverantius sæviant. Tumultuarius exercitus acrius primo impetu, quam perseverantius pugnavit 41, 10.

Perseverare 22, 38. Quo id constantius perseveraret. *pro, et ut in eo constantius perseveraret.* Vid. *Gronov. ad h. l.* Ferociorem [illegible] perseverandum in bello faceret 6, 23. *conf.* 5, 4. *it.* 38, 42. Quod nos ad perseverandum stimulet 5, 4. *scilic. in bello.* Instare, et perseverare, defungique cura 5, 5. Perseveratum in ira est 2, 35. Qui in bene cœpto perseverasset 45, 15. Aut, perseverantem, sub judicii tempus plebem offensurum 4, 44. *i. e. si perseveraret.*

Persignare 25, 7. Triumviri — sacris conquirendis donisque persignandis *i. e. donariis, quæ furtim subducta essent, colligendis et in tabula consignandis.*

Persolvere jus 1, 32. Vid. *portio.*

Persona 3, 45. Si nec caussis, nec personis (*lex*) variet. Latiorque et re et personis quæstio fieri 9, 26. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit 3, 36.

Personare 3, 10. Tribuni coram in foro personare, fabulam compositam Volsci belli etc. His vocibus curia et forum personat 7, 6. Incondita multitudo — variis vocibus personabat 43, 10. Id forte temere ab uno exclamatum totis passim personabat castris 41, 2.

Perspicere 40, 22. Ut præ densitate arborum, immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cœlum vix posset. Vid. *Drakenborch. ad* 22, 6.

Perstare 44, 33. Diem totum perstabant. In cœpto perstare 42, 10. — pertinacius in incepto perstabat 32, 23. — perstaret in incepto immitis animus 8, 33, *conf. cap.* 34. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 650. In recusando perstabat 10, 13. — In societate Romana cum fide perstare 23, 14.

Persternere 10, 47. Ab ædilibus curulibus — via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.

Perstringere 1, 25. Horror ingens spectantes perstringit, et — torpebat vox spiritusque.

Persultare 44, 9. Haud secus, quam stabili solo persultabant. (*in testudine.*) Quam sæpe in agro eorum impune persultassent 34, 20. *i. e, prædas inde egissent, rapinas exercuissent.*

Pertæsus 3, 39. Nec nominis homines tum pertæsum esse. — decemvirorum vos pertæsum est *ibid. cap.* 67. Vid. *Drakenborch. ad illum locum.*

Pertendere 5, 8. Perpauci in majora castra, pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt.

Pertentare 27, 10. Pertentatis — coloniarum animis. *conf.* 2. 3.

Pertinacia 2, 27. Nec cessisset provocationi consul — nisi ægre victa pertinacia foret etc.

Pertinax sententia 4, 57. *h. e, in qua pertinaciter aliquis perseverat.* Quod pertinacius in armis fuerant 45, 27.

Pertinere 1, 20. Pertinent sacra ad flaminem. *i. q. ejus curæ subjecta sunt.* Ad quos pertineat facinus 31, 12. *h. e. qui patraverint.* Pertinet ad plures exemplum, quam calamitas 26, 38. *h. l. i. q. nocet pluribus.* Exemplum pertinet ad Macedonas continendos 39, 26. *i. e. valet, vim habet.* Idque omen pertinuisse postea eventu rem conjectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli 5, 21. *i. q. significasse.* Pertinet sensus in omnia 25, 24. *i. e. pervenit.* — Pertinet caritas reipublicæ per omnes ordines 23, 49. (*extenditur.*)

Pertrahere 30, 12. Vivus (*Syphax*) ad Lælium pertrahitur. *scil. captivus.* Ad pertrahendam eam navim 40, 4. *ubi Perizonius legi vult* retrahendam. Donec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit 29, 34. In concionem quoque eos iisdem precibus pertraxerunt 45, 10. *cf.* 10, 19. In castra (*restitantem*) pertraxerunt 7, 39. Tribuni pleb. — in concionem pertracto, multis objectis probris, diem dixerunt 43, 8. Vid. *actuarius.*

Pervadere 42, 5. Ea contagione velut tabes — id pervaserat malum. Postquam — Epicyden adesse, pervasit rumor 24, 31. Quum pervasisset castra rumor 5, 18. Non jam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit 2, 23. Famaque ea forum atque urbem pervasisset 5, 7. Quum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur 21, 14. Murmur repente populi tota spectacula pervasit 45, 1. Ad terga pugnantium pervasit 42, 7. Doridem cum exercitu pervasit 42, 13. Terror pavorque — *in* totam penitus aciem pervasit 8, 9. *Bauerus ad h. l. pag.* 270. in *delendum censet.* [Vid. *Drakenb. Suspicor Livium scripsisse:* dein totam penitus aciem pervasit. *Ut syllabarum repetitio, id quod sæpe accidit,* (*velut in Platon. de Republ. Lib. II. Tom.* 6. *p.* 221. *ed. Bipont. ubi leg.* διὰ θυσιῶν καὶ διὰ ἡδονῶν) *vulgatam pepererit: nisi dicas, duas lectiones,* deinde, dein, *hic, ut alibi, commistas esse. Ceterum Livius* dein *adamat.* Vid. *Drakenborch. ad* 8, 3, 6.] Ut pervadere expeditus nuncius non posset 9, 43. *cf.* 26, 7. *it.* 28, 3.

Pervagari 26, 45. Piscatores — vadis pervagatos stagnum. Errabundi domos suas, ultimum *illud* visuri, pervagarentur 1, 29. *al.* illas. Vid. *Bauer. pag.* 47. Pervagati Samnium consules 10, 39. (*cum exercitibus*) ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum 38, 17. Vid. *Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 98.

Pervastatis passim agris 21, 7, *conf.* 8, 19 *it.* 10, 37. Quid tandem me facere

decuit, quum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphipolim pervastasset, multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa millia pecorum abegisset? 42, 41. Vid. *evastare*.

Pervehere 5, 40. Plaustro conjugem ac liberos vehens — virgines sacraque in plaustrum imposuit, et Cære — pervexit. *cf.* 44, 45. — tranquillo pervectus Chalcidem 31, 23. Vehicula Mictioni publice locata; quæ eum Brundisium commode perveherent 43, 8.

Pervelle 8, 18. Illud pervelim — proditum falso esse, venenis absumtos.

Pervenire 5, 5. Ad finem operis tandem perventum. Necdum a singulis — pervenerant factiones 1, 17. *f.* evenerant. *Bauerus pag.* 24. *legi vult:* provenerant. [*quod placet. Ernestii conjectura non nauci est.*] Nisi Hispanorum cohors, ad id ipsum remissa ab Hannibale pervenisset 22, 18. *ubi cum Gronovio legendum* supervenisset. Equites — et elephanti — et tritici modiûm — millia ab rege Masinissa ad exercitum — pervenerunt 32, 27. Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non ascendit 7, 30. Tertio demum die ad verticem perventum 40, 22.

Perversus 21, 33. Perversis rupibus juxta invia ac devia assueti discurrunt. *infestas et incommodas Creverius interpretatur, laudans Virgilii Æneid.* 7, 584. *Sed vid. la Cerda ad hunc locum, unde sua sumsit Creverius. Equidem, dum auctoritatibus, pro genuina lectione, vindicetur,* perversis, *eo quidem significatu, quo accipi h. l. solet, etiam a Cel. Strothio, qui* transversis, obliquis, *interpretatur, vitiosam istam lectionem esse arbitror. conf. Bauer. ad h. l. pag.* 27.

Pervertere 21, 5. Ubi pedes instabilis, ac vix vado fidens vel ab inermi equite, equo temere acto, perverti posset.

Pervestigare 31, 13. Locris sacrilegium pervestigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita.

Pervicacia 9, 34. Pervicacia tua et superbia coëgit me loqui. *in partem deteriorem h. l. pro* pertinacia *est accipienda, quum alias et in bonam partem dicatur.* vid. *Drakenborch. ad h. l.*

Pervicacius caussam belli quæri 42, 14.

Pervicax 42, 62. Deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiæ futuros testes. Pugna tam pervicax multos absumserat 42, 7.

Pervidere 33, 5. Ut neque quæ cujusque stipitis palma sit, perviderі possit. *i. q. accurate discerni.*

Pervigilium 23, 35. Castra Campana, ut in pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit.

Pervilis 31, 50. Annona quoque eo anno pervilis fuit.

Pervincere 42, 45. Multis rationibus pervicerat Rhodios, ut — Romanam societatem — retinerent. *nisi legatur cum Drakenborchio* pervicerat, Rhodii ut etc. *i. e. persuaserat.* His orationibus pervicerunt, ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se 39, 28. — instando stimulandoque pervincit, ut etc. 29, 31. *cf.* 2, 40. *it.* 4, 12. Horum parentes cognatique ægre pervicerunt, ut legati ad consulem Romanum mitterentur 23, 5. Fatigato sæpe idem petendo senatu tandem pervicerunt, ut etc. 42, 18. Postquam ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset 10, 24.

Pervius saltus 9, 43. — specus 10, 1. — ut pervium ordinem faceret 30, 10. Frontibus velut pedestris acies urgebat, perviæque naves pugnantibus erant 26, 39. *i. e. ordines navium laxi, ut transitus navibus aliis esset.*

Perurere 24, 20. Perusti late agri. *cf.* 26, 13. Perusti artus, nive rigentes nervi 21, 40. vid. *præustus.*

Pes cum pede collatus 28, 2. — pede collato pugnare 38, 21. *cf.* 10, 29. — ad pedes pugna ierat 21, 46. Pede presso eos, — — principes recipiebant 8, 8. Peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse 3, 62. Tuo consilio equitem ad pedes deduxerit 4, 40. Ad pedes descensum a Romanis 9, 22. Pedibus suis domum rediisse 2, 36. *Opp.* lectica delatus in curiam. Quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset 3, 27. Ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent 24, 18. Nec ullo (*Saguntinorum*) pedem referente, ne relicto a se loco hostem immitteret 21, 8. Minimum pedibus itineris confectum. plerumque provolventes se simul cum armis aliisque oneribus, cum omni genere vexationis, processerunt 44, 5. Pedibus proficisci 26, 19. *h. e. in terra continenti. Opponitur:* navibus ire. Argos et Lacedæmonem — sub pedibus tuis relinquemus; quæ titulum nobis liberatæ Græciæ servientes deforment? 34, 32. Obnoxios pedibus eorum subjecit 45, 31. In quam sententiam quum pedibus iretur 5, 9. Quum omnes — in sententiam ejus pedibus irent 9, 8. Vid. *inferre.*

Pessimum 2, 1. Quin pessimo publico facturus fuerit. *Sic etiam* 4, 4. *legendum videbatur Gronovio, non:* pessimo exemplo publico. *Similiter Tacitus* egregium publicum *dixit. Apud nostrum* 4, 44. *hæc sunt:* ut in parcendo uni malum publicum fiat.

Pestifero sidere icti 8, 9. Tarquinius — mihi sibique — pestiferum hinc abstulit gaudium 1, 58. Adversus unum pestiferum civem 6, 19.

Pestilens annus 4, 52. — gravis pestilensque omnibus animalibus æstas 5, 13. — in pestilente atque arido circa urbem solo luctari 7, 38. Ne improbum vulgus a

senatu aliquando libertatem salubri moderatione datam ad licentiam pestilentem traheret 45, 18. Pestilens collegæ munus esse. agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos 2, 41. *alibi* veneno illitum *tale munus dicitur.*

PESTILENTIA orta 9, 28. — sedata 7, 3. — urens simul urbem atque agros 10, 47. *Ceterum* pestilentia *et* pestis *promiscue dicuntur* 4, 25. *cf.* 25, 26. vid. *Heyn. Opuscul. Vol.* 3. Et loco gravi et tempore anni (medium enim æstatis erat) ad hoc insolito odore ingruere morbi vulgo: cujus pestilentiæ metu profecti etc. 37, 23. Exercitus, qui Arimini pestilentia adfectus erat 41, 5. Pestilentiâ, quæ priore anno in boves ingruerat, eo verteret in hominum morbos 41, 21.

PESTIS publica 8, 18. *i. q. pestilentia, vel potius veneficium sub nomine pestilentiæ.* Pestis ac bellua immanis 29, 17, *i. e. bellua pestifera.* — illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum avertisse atque alienasse 30, 13. Ad quam pestem frugum (*locustas*) tollendam 42, 10. Terrorem assiduum a Volscis fuisse, quam pestem adhærentem lateri suo tot super alia aliis bellis exhaurire nequisse 6, 10. Qui superessent pauci, si multiplici gravarentur stipendio, alia perituros peste 23, 48. Qui (*Decius*) pestem (*cladem in prælio*) ab suis aversam in hostes ferret 8, 9. Ibant, unius familiæ viribus Veienti populo pestem minitantes 2, 49. Ut alii alia peste (*mortis genere*) absumti sint 25, 19. *cf.* 10, 28. locumque eumdem suæ pestis et Gallorum ac Samnitium fore. *i. e. interitus.* vid. *Virgil. Æn.* 10, 54. In aliam fœdiorem pestem incidebant 44, 42. Pestis anceps 35, 27. (*de incendio castris illato.*) vid. *Virgil. Æn.* 5, 683.

PETERE 35, 10. In unum locum petebant ambo patricii; et rei militaris gloria recens utrumque commendabat. *de comitiis consularibu.* Ad pacem eum precibus petendam 9, 16. — precibus ab diis petitum 5, 18. Pacemque Deûm peti precationibus — — placuit 42, 2. Ad pacem precibus petendam 43, 4. Petente Flacco pro Ætolis (*scilic. inducias*) induciæ datæ 36, 28. Diemque comitiis a — prætore urbano petiit 43, 16. Petere — se quoque in gratiam reconciliatæ pacis posse uti 44, 14. *pro petere, ut possit etc.* Magis tentata est triumphi spes, quam petita pertinaciter 28, 38. *nisi, quoniam duriusculum est,* spem petere, *cum Dukero legere malis* petitus: *quod tamen necessarium non videtur.* Græcia in servitutem petita 45, 22. Quod iter petiturus esset, ignarus 44, 2. *in eod. capite est:* viam petere. vid. *Intt. ad h. l.* — petere cursum — fugam 9, 23. — vallum 8, 38. Pulsumque se inde Volscos — petiturum 1, 53. *i. q. sese aditurum auxilii petendi causa.* Vid. *virgo.*

PETITOR 3, 44. Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit.

PHALANGITÆ 37, 42.

PHALANX Macedonum gravis atque immobilis 32, 9. *cf.* 9, 19. — phalanx immobilis et unius generis 9, 19. *cf.* 8, 8. *ipse Livius interpretatur per cuneum* 32, 17. Cujus (*phalangis*) confertæ et intentis horrentis hastis intolerabiles vires sunt 44, 41. Vid. *leucaspis.*

PHALARICA. Vid. *falarica.*

PHALERÆ 22, 52. Si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat — omnis cetera præda diripienda data est. Vid. *Virgil. Æn.* 9, 359.

PIACULARIS 29, 19. Sacrum piaculare fieri, ita ut prius ad collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri moti, violati essent, quæ piacula, quibus diis, quibus hostiis, fieri placeret. Piacularia sacrificia 1, 26. Piaculare sacrum fecerunt 29, 21. Ut — piacularisque Junoni fierent 42, 2.

PIACULUM 39, 47. Sine piaculo rerum prætermissarum. Hinc sine piaculo in hostium urbem — transferemus? 5, 52. *i. e. sine læsione sanctitatis deorum.* Decius — — piaculum omnis deorum iræ 8, 9. Piacula iræ deûm conquirere jussus 40, 37. *cf.* 22, 9. Quum piaculorum magis conquisitio animos, quam corpora morbi afficerent etc. 7, 3. Vid. *placamen.* Piaculum hostiam cædi 8, 10. *cf.* 29, 8. *et* 19. Ipsum (*Postumium*) se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculaque pro populo Rom. dare 9, 10. *cf.* 6, 21. Ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur etc. 1, 26. Ut luendis periculis publicis piacula simus 10, 38. Ne, quod piaculum commiserunt, non suo solum sanguine, sed etiam publica clade luant 29, 18. Quæ — sine piaculis ingentibus expiari (*non*) possint 28, 27. Si quid ante admisissem piaculo dignum 40, 13. Dea — a violatoribus (*sui templi*) gravia piacula exegit 29, 18. Nisi aliquod profecto nefas esse, quo, si intersimus spectaculo, violaturi simus ludos, piaculumque merituri 2, 38. Auctoribus ad piaculum noxæ objiciendis 45, 10. Hæc — legatio etiam insolentioris — legationis satis magnum piaculum esset 45, 23. Dedendum id piaculum (*Hannibalem*) rupti fœderis 21, 10. *i. e. ad expiandam violationem fœderis.* vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 11. *cf.* 8, 9.

PIE 1, 22. Ita pie bellum indici posse. *i. q. legitime, sine violatione fidei.* Magis pie (*ut frater*) quam civiliter (*leges respiciens*) vim fecisse 38, 56.

PIETAS 44, 1. Favere pietati fideique (*adversus socios et amicos*) deos, per quæ populus Romanus ad tantum fastigii pervenerit.

PIGNERARE 29, 36. Bona pigneranda pœnæ præbebant. *i. e. relinquebant, ut iis publicandis pœna numeretur.* vid. *Drakenb.*

borch. ad 8, 35. Quum — quorum propinqui extra urbem interlusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pigneratos haberent animos 24, 1.

PIGNUS 33, 22. Oppidorum ac vicorum falsas et in tempus simulatas, sine ullo pignore, deditiones factas esse. *h. e. non obsidibus datis, non traditis armis.* Romani pignus pacis (*Clæliam obsidem*) ex fœdere restituerunt 2, 13. Quos (*equites*) pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant 9, 15. Nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, posceret 43, 10. Ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent 5, 42. Adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ, filias — matrimonio jungere velle 32, 38. *nisi* pignus *capiatur de traditione Argorum, quod non probabile admodum est. Ceterum pro* ad *aut* id *melius legeris, aut prorsus* ad *sustuleris.* vid. *Duker. ad h. l.* Pignora conjugum ac liberorum 2, 1. Fortunæ pignora 9, 18. *i. e. boni duces bellici.* Conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani 26, 27. *int. Palladium.* Quid. de æternis Vestæ ignibus signoque, quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur, loquar? 5, 52. Dimissi circa domos apparitores, simul ad pignora capienda 3, 38. *cf.* 37, 51. *it.* 43, 16.

PIGRITIA *et* PIGRITIES 6, 4. Pigritiâ ædificandi. *i. e. quod ædificare nollent.* Pigritiâ singulos sepeliendi promiscue acervatos cumulos hominum urebant 5, 48. Imminens nex — Romanis pigritiem ad sequendum locis ignotis fecit 44, 42.

PILA 40, 51. Portus et pilæ pontis in Tiberim etc.

PILA librata ponderibus figuntur 7, 23. Vid. *supra in v.* libratus.

PILEATUS 33, 23. Magis in se convertit oculos Cremonensium — colonorum turba pileatorum, currum sequentium. *i. e. tamquam libertorum imperatoris. cf.* 45, 44.

PILENTUM 5, 25. Ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur (*matronæ.*)

PINNA. Vid. *decutere.*

PISCIS. Vid. *exsistere.*

PIUS 2, 38. Nisi aliquod profecto nefas esse, quo, si intersimus spectaculo, violaturi simus ludos — ideo nos ab sede piorum, cœtu concilioque (*ludis*) abigi. Decium consulem purum piumque deis immortalibus visum 10, 7. Quippe nec satis piam (*causam doloris*) adversus sororem nec etc. 6, 34. Adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello 42, 23. — justum piumque bellum 9, 8. vid. *Drakenborch. ad h. l.* Justum est bellum — quibus necessarium; et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes 9, 1. Vide *arma.*

PLACABILIS 4, 42. Hortensii placabile ad justas preces ingenium. Vid. *Cel. Ruhnken. ad Vellei.* 2, 22.

PLACAMEN 7, 2. Ludi quoque scenici — inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. *cf. cap. sequ.* velut aversis jam diis, aspernantibusque placamina iræ. Vid. *piaculum.*

PLACARE 8, 33. His vocibus quum in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent. Ad placandos deos, mitigandosque homines 9, 1. *cf.* 8, 33. nec preces, quæ sæpe hostem mitigavere, quæ deorum iras placant. Placare Manes 1, 20.

PLACATUS 2, 60. Tum duci, tum — Patribus quoque placatior exercitus rediit.

PLACERE 33, 31. Quum primum ei res suæ placuissent. *i. q. quum primum satis potens esset. vid. B. Patruus ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 11. Ubi satis placuere vires 39, 30. *i. e. satis magnæ et idoneæ visæ sunt.* Placet hibernis locus 24, 20. *i. q. ad hiberna.* Tum bellum et fortia consilia placeant 9, 11. Togaque et forum placuere 22, 26. *i. e. rebus forensibus, caussisque agendis operam dedit. vid. Gronov. ad Tacit. Annal.* 2, 7. In omnibus circulis atque etiam, si diis placet, in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant 44, 22. *i. e. quod maxime stultum; solent enim hæc verba ironice dici. cf.* 4, 3. 6, 40. Neque illos recte fecisse — neque senatui placere, deditos spoliari 39, 54. *de senatus decreto.*

PLACIDE 38, 20. Animadvertit meridiana regione terrenos et placide acclivos ad quemdam finem colles esse. Vid. *pascere.* A quibus placide oratio accepta est 2, 3.

PLACIDUS 3, 15. Accipiunt civitatem placidiorem consules. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset 3, 45. Vid. *mare.*

PLAGA una (Materinam ipsi appellant) non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit 9, 41. *plaga h. l. pro parte exercitus hostilis dicta est. Cel. Strothius* pagum *vel* tribum *interpretatur.*

PLAGULA 39, 6. Vestem stragulam pretiosam, plagulas — Romam advexerunt. *pro aulæis, tapetibus, accipiuntur a Dukero, quibus parietes et lecti cubiculares obducuntur. Apud Suetonium in Tito cap.* 10. *sunt dimotæ plagulæ in lectica; sed lecticæ tum non in usu videntur fuisse. Possis huc commode referre locum Eutropii* 9, 12. *ubi lecticulæ pallia occurrunt. proprie plagulæ sunt segmenta lintei panni etc.*

PLANICIES (*et* PLANICIA) submissa fastigio 27, 18. *i. e. mons declivior a fastigio, nec descensu abrupto, sed, qui sensim in planiciem abit. dum veniatur in æquum. Similiter* 25, 16. omnia fastigio leni subvexa. Partem planiciæ aut Jovis templum aut oppidum tenet 44, 6.

PLANUS 9, 26. Urbs sita in plano — a planioribus aditu locis 1, 33. Angelus muri erat in planiorem patentioremque, quam

cetera circa, vallem vergens 21. 7. Omnia æqua ac plana erunt Romano in perfidum hostem pugnanti 9, 3. Nec cum quibus, nec quem ad finem consilia pervenerint, sat planum traditur 6, 18.

Plaustrum 9, 30. In plaustra somno vinctos (*tibicines*) conjiciunt ac Romam deportant. Nec prius sensere, quam, plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. Plaustris cum aqua sequentibus 42, 57. Plaustris transveham naves haud magna mole 25, 11.

Plebeius 22, 34. Nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, id est hominem novum, fecissent.

Plebicola 3, 68. Assentatores publicos, plebicolas istos etc. *cf. cap.* 33.

Plebiscitum. *Dicitur etiam divisim* plebis scitum, *interjecta copula* que; *item* plebisque scitus 27, 5.

Plebs *it.* Plebes 3, 14. Alloqui, plebis homines. *cf.* 8, 23. de plebe multitudo 5, 39. Vid. *Drakenborch. ad* 5, 12. *it. supra in v.* multitudo. *Honestius autem* de plebe *dicitur, quum sermo est de ordinum in republica diversitate, in primis, qua in magistratibus creandis huc respiciebatur. Nam qui ex ordine plebeio in senatum allecti erant, et ipsi* de plebe *dicuntur. v. c.* 6, 42. Sextius de plebe primus consul. *cf.* 7, 17. Marcius Rutilus dictator et censor primus de plebe. (*alibi, v. c.* 6, 37. *est etiam* ex plebe.) *Itaque et* plebeius consulatus *memoratur* 6, 39. *et* plebeii magistratus 6, 11. *Unde porro intelligitur.* plebeios *et* de plebe *nihil a se invicem discrepare. Antiquioribus autem temporibus, ut ultima repetamus, quum non nisi patricii senatores essent, quotquot* plebeii *erant, iidem etiam* de plebe *h. e. non* senatores, *nec* patricii *erant, et contra.* Vid. *Duker. ad* 39, 18. A plebe, consensu populi, consulibus negotium mandatur 4, 51. Prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum 25, 12. Ea mihi, populo plebique Romanæ — bene verruncent 29, 27. Ut plebs ab optimatibus dissentirent 24, 2. Plebem suam impelli posse, ut arma caperent 2, 35. Non enim populi, sed plebis eum magistratum esse 2, 56. *vid. infra in v.* populus. Tribunus plebis tulit ad plebem, plebsque scivit 34, 53. Tribunus plebis plebem rogavit plebesque scivit 3, 55. Saginare plebem populares suos etc. 6, 17. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 230. Plebis ædificiis obseratis 5, 41. Si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis etc. 2, 1.

Plecti. Vid. *delictum.*

Plenus 1, 14. Plenis portis effusi hostes. *i. e. ut portæ multitudine repleantur.* Pleno gradu ad castra hostium tendunt 9, 45. Vid. *gradus.* Eunt in pugnam irarum speique pleni 2, 45. — pleni adhortantium vocibus 1, 25. — ignominiæ cladisque pleni 4, 10. — pleni populationum 9, 43. — lacrimarum 7, 31. *it. cap.* 41. — crapulæ 9, 30. — minarum iræque 8, 30. Vid. *Drakenborch. ad* 3, 25. Plenus iræ minarumque 6, 38. Omnia votorum lacrimarumque plena 7, 30. Plenior aliquanto animorum irarumque 6, 18. Exercitum — plenissimum prædâ domum reportavit 41, 28. Athenas, plenas quidem et ipsas vetustate famæ, multa tamen visenda habentes 45, 27.

Plerique *pro multis* 10, 18. Eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus. Vid. *Duker. ad Epit.* 34. *Id postea magis frequentatum est ætate argentea.*

Plerumque 40, 46. Ex infestis hostibus plerumque socii fideles. *i. q. non raro.* Oppidum finium plerumque Persei 43, 10. Finis incliti per Europæ plerumque, atque Asiam omnem regni 45, 9. *adjective. nisi vero cum Dukero legas* pleraque.

Ploratus 2, 33. Clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut solet, primo ortu et Romanis auxit animum etc. *Vid. Drakenborch. ad h. l. it. ad* 26, 9.

Pluere 3, 10. Inter alia prodigia et carnem pluit. *Sunt, qui carne præferant. Sic* lapidibus pluit 1, 31. — terra pluit 34, 45. Vid. *sanguis. Etiam* pluvit *in aliis locis optimi codices exhibent.* Anagninæ terra pluerat 45, 16.

Plures Samnitium cecidere, plures Romani vulnerati sunt 9, 36.

Plurimus 41, 4. Longe plurimos hostium occidit. *al. leg.* plurimum — ubi plurimum belli fuerat 2, 31. — quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset 21, 57. Quod veteres centuriones quamplurimum ad id bellum scribi censuisset 42, 33. Plurimum audaciæ — plurimum consilii 21, 4. Plurimum periculi ac laboris 21, 7. Quorum secundum Ætolos plurima fuit opera in eo bello 36, 7. — plurima præda 10, 45. Plurimo — clamore — orto excitos reges 1, 39. Cœlum visum est ardere plurimo igni 3, 5. — facibus ardentibus plurimum simul ignem conjecerunt 28, 37. Cui plurimum (*simpl.*) vos, imperatori vestro, crederetis 7, 40.

Plus 40, 2. Quum plus annum æger fuisset. *pro per annum amplius.* — paullo plus ducentos passus a castris Romanis 31, 34. Asseres — — defigebantur, distantes inter se paullo plus, quam quanta belluæ latitudo est 44, 5. Nulla (*navis*) plus quam triginta remis agatur 38, 38. Plus tamen hostium fuga, quam prœlium absumsit 2, 42. Quingentos passus, non plus, a vallo aberant 40, 31. Se dies non plus undecim in ea provincia fuisse 41, 7. Plus mille capti 24; 41. *cf.* 42, 23. Parte plus dimidia rem auctam 29, 25. Qui (*annulorum aureorum*) tantus acervus fuit — — haud plus fuisse modio 23, 12. Hæc ego, quo melior — — eo plus horreo 34, 4. Qui prædium — 'pluris sestertiûm 30 millium haberent 45, 15. Ne summum ho-

norem pluris, quam — — æstimarent 7, 41.

Pluvia 21, 56. Aut nihil sensere obstrepente pluvia, aut — sentire se dissimularunt.

Pocillum mulsi — sese facturum 10, 42. *i. e. sacrificandi caussa oblaturum; pro, pocillo facturum.*

Poculum 40, 4. Haurite poculum, si segnior mora juvat.

Pœna 8, 30. Dictatorem avidum pœnæ venire. *scil. sumendæ a magistro equitum.* Has dea pœnas a templi sui spoliatoribus habet 29, 18. Pœnæ capiendæ ministerium 2, 5. (*supplicium.*) Hujus atrocitas pœnæ duarum nobilissimarum in Italia Græcarum civitatium animos irritavit 25, 8. Pœnaque in vicem fidei cesserat 6, 34. Tantum pœnarum diis hominibusque dedimus 5, 51. *i. e. dii vindictam a nobis sumserunt, et nos pro injuria hominibus illata puniti sumus. Neque enim eodem semper modo hæc formula reddi potest.*

Pœnitentia 40, 54. Pœnitentià crudelitatis suæ. Pœnitentiæ relinquens locum 44, 10.

Pœnitere 1, 8. Me haud pœnitet eorum sententiæ esse. *i. e. non dubito etc.* Pœniteat nunc vos plebeii consulis 4, 3. *i. q. pudeat.* — neminem noxæ pœnitebat 2, 54. Quem pœnitere votorum, quæ pro republica nuncupaverint etc. 10, 7. Nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat 9, 27. Volumnium provinciæ haud pœnituit; multa secunda prœlia fecit 9, 42. Ut nos cladium nostrarum non pœniteat 28, 39. Quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Rom. pœnituit 9, 18. *cf.* 22, 12. Quum jam virium haud pœniteret, consilium deinde viribus parat 1, 8. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 549. Quippe minime pœnitere se virium suarum, si bellum placeat 8, 23. *pro satis virium sibi esse etc. cf.* 4, 58. Quarum Rhodios semper non minus puderet, quam pœniteret 45, 10. Vid. *pudere.* Ætolos quoque — si pœnitere possint, posse et incolumes esse 36, 23. Sub haud pœnitendo magistro, ipso Anco rege 1, 35. Neque pudendum aut pœnitendum eum regem Macedonibus — — fore censebat 40, 56.

Polire 40, 51. Columnasque circa poliendas albo locavit. *verbum proprium de opere albario vel tectorio. Vide Cel. Ruhnkenium ad Velleii 2, 22. conf. Kustn. Chrestom. Enn. pag.* 37.

Pollere 1, 24. Quanto magis potes pollesque. — qui (*populus*) certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque 8, 33. Qui (*Jupiter*) plus potest polletque 8, 7. Nec arma modo, sed jura etiam Romana, late pollebant 9, 20. Etruria terra marique pollens 5, 54. Multum illi terra, plurimum mari pollent 1, 23. Quandoquidem tantum intercessionem pollere placet 6, 35. Quæ (*fortuna*) plus consiliis humanis pollet 44, 40. Plurimum in bello pollere videntur militum copia et virtus 9, 17. Vid. *potens.*

Polliceri. Vid. *pollicitatio.*

Pollicitatio 42, 38. Decepti pollicitationibus regis — pollicitatio benigna 31, 25. *Sic et* 9, 30. benigne polliceri.

Polluere 6. 41. Omnes cærimonias polluimus. *cf.* 7, 2. — vulgata dein religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis 10, 23. Polluta semel militari disciplina 8, 34. Sacram hanc insulam (*Samothracam*) et augusti totam atque inviolati soli esse? — cur igitur — pollutam homicida sanguine regis Eumenis violavit? 45, 5. *i. e. polluit atque violavit. nisi legatur cum Gronovio* pollutus. Hoc (*connubium*) si polluit nobilitatem istam vestram 4, 4. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est 7, 2.

Pomœrium verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse etc. 1, 44. Pomœrium profert *ibid.* Verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium 1, 26.

Pompa 2, 54. Consulares vero fasces, prætextam curulemque sellam, nihil aliud, quam pompam funeris putent. claris insignibus velut infulis velatas ad mortem destinari.

Pondo 8, 14. Usque ad mille pondo clarigatio esset. *i. q. mille æris, sive mille asses, qui tam libram pondo erant. Sic Dukerus.* Torquis aureus duo pondo 44, 14. *Gronovius Pec. Vet. p.* 36. Duapondo *legi vult. i. e. duas pondo libras. cf.* 21, 62. Donum ex auri pondo (*pondere librarum.*) quadraginta Lanuvium — portatum est. *cf.* 28, 45.

Pondus 5, 51. Qui (*hostes*) cæci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt.

Pone 44, 16. Ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum — in publicum emit.

Ponere 4, 20. Dictator coronam — in Capitolio Jovi donum. posuit. *cf.* 26, 24. 32, 27. 42, 6. *vid.* donarium. *it.* sacratus. Sacrum (*aurum*) omne judicatum et sub Jovis sella poni jussum 5, 50. Qui ex fraterna cæde raptum diadema ad pedes victoris hostis prostratus posuerit 45, 19. In prytaneum — vasa aurea mensæ unius posuit 41, 20. Tabula in ædem Matris Matutæ cum indice hoc posita est 41, 28. Aramque ibi posuit 10, 23. — in ædem Herculis signum dei positum 38, 35. *cf.* 31, 44. Signa ænea quinque in ærario posuerunt 31, 50. *pro reposuerunt servanda. Hæc forma usitatior est, quam casus quarti.* Statuamque auratam — patris Glabrionis posuit 40, 34. Legatorum — statuæ publice in Rostris positæ sunt 4, 17. Cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis 6, 15. *ubi vid. Bauer. p.* 228.

Principes ex eadem legione in subsidiis posuit 40, 27. Modico præsidio in urbe posito 40, 29. Positisque sedibus consederunt 42, 39. Velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ 5, 42. Ni abditi post tumulum opportune ad id positum etc. 28, 13. *i. q. situm.* Navium carinæ — quum essent positæ 28, 45. Vid. *carina.* In conspectu erant posita in plano (*castra*) 5, 28. In urbe alieno solo posita 4, 48. *i. q. statuta, constituta, condita. ita enim historici, in tali re. loqui solent. cf.* 39, 27. Cum urbe simul positæ traditæque per manus religiones 5, 51. *i. e. constitutæ, sancitæ. Sic* poni *dicuntur* leges, mores etc. Qui de quæstione in se posita senatum consuluisset 42, 22. Lati clavi, annuli aurei positi 9, 7. Vid. *annulus.* Pilis ante pedes positis, gladiis tantum dextras armemus 6, 12. Piloque posito, stricto gladio in hostem impetum facit 7, 16. Cætratos — hastis positis, quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet 33, 8. *i. e. reclinatis, demissis, ut e Græco* κατaβaλῶν *Polybii vertendum fuisse putat Crevierius. cf.* 35, 35. Tabulam posuisse, et jurasse (*Flavium, scribam*) se scriptum non facturum 9, 46. Posito bello 1, 53. Positis externorum periculorum curis 1, 19. Positis omnium aliarum rerum curis 7, 32. Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint 8, 13. Inter quos (*auctores*) me ipse in re dubia poni malim 29, 25. Ut in dubio poneret, utrum — matronæ sua sponte, an nobis auctoribus, fecissent 34, 5. — in incerto 4, 23. *pro reponere, relinquere.* Virtutem in superbia, in audacia, in contemtu deorum hominumque ponis 9, 34. Haud in magno equidem ponam discrimine *Præfat.* Quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum 1, 25. In quo (*Papirio*) tum summa rei bellicæ ponebatur 9, 38. Ad mœnia urbis venisse — in gloria ponebant 26, 37. In Romanos odii regnum posuerat præmium 41, 23. *i.q. proposuerat.* Si quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat eum cibo 6, 40. *pro apponat.*

Pons fluminis 23, 24. — Romani ponte Ticinum jungunt 21, 45. Ponte sublicio tum primum in Tiberi facto 1, 33. — Portum et pilas pontis in Tiberim (*locavit*) 40, 51. Per facillimæ custodiæ pontem effugium 44, 46.

Pontifex *pro Pontifice maximo* 31, 44. Vid. *Jac. Gronov. ad* 1, 32. Pontificum scita 1, 20. — scribæ 22, 57. — penetralia 9, 46. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Pontifices suffecti 25, 2. — ante hunc nemo — pontifex creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset *ibid. cap.* 5. Vid. *legere.*

Populari 3, 6. Urbem Romanam subita deûm ira morbo populari (*passive dictum.*) Ut Africæ oram (*classis*) popularetur 24, 8. Si qua licentia populando effusus exercitus 9, 31. Consul quum aliquoties per omnem hostium agrum populabundus isset 3, 3. *cf.* 2, 63. *it.* 25, 14.

Popularis *qui est ejusdem populi* 37, 27. tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. — Karthaginienses, duces suarum gentium inter populares 30, 33. Saginare plebem populares suos 6, 17. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 230. Tribuni plebis popularem potestatem lege populari celebrabant 2, 42. Dictator — in actione minime popularis 22, 25. *Gronovius malebat* populari. Consensu opprimi popularem virum 6, 20. — populare ministerium agro assignando sociis 4, 11. — populare ingenium 3, 17. *i. e. populo tractando, capiendo, aptum.* Quod populari silentio rempublicam proderet 2, 27. Nihil minus populare, quam regnum 6, 19.

Populatio effusa 10, 2. — in agris 38, 14. *i. e. agrorum.* — populationibus fessi 9, 20. — populationum plenus 2, 43. *h. e. rerum populando congestarum.* Populationes agri 2, 23. Adde huc populationem agrorum 7, 30. Vis Sabinorum ingens prope ad mœnia urbis infesta populatione venit 3, 26. Populatione maritimæ oræ distringere copias regias 44, 35. Quum populationem sepulchris diruendis exercuisset 31, 26. Non populationem, nec prædonum parvas manus — adesse 3, 3. Prædæ populationumque spes 22, 1.

Populator 3, 68. Nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero. *cf.* 10, 21. *it.* 22, 12. Ut obsidentibus frumentum populatores agrorum præberent 5, 43. Orare —, ut præsidium adversus populatores mittat 44, 44.

Populus 2, 56. Non populi, sed plebis eum magistratum esse. — ea mihi populo plebique Romanæ — bene verruncent 29. 27. *cf.* 3, 19. — prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum 25, 12. Inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque 8, 6. Populo Romano Quiritium 41, 16. Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit 7, 26. — In omnibus Græciæ gentibus populisque 45, 31. Neminem neque populum neque privatum fugio 9, 1. Nec facturum æqua Samnitium populum 7, 31. — ex omnium Samnitium populis 10, 14. — ab frequentibus populis 9, 20. *cf.* 21, 34. perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. *ubi vid. Bauer. pag.* 29. Non ex eisdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit 6, 12. Adversus superbissimum regem ac ferocissimum populum 1, 53. *ubi vid. Bauer. pag.* 73. Mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum 5, 48. Omnium

actionum in senatu primam habuit pro victore populo retulitque etc. 2, 30. Se (*tribunos plebis*) ad populum laturos 10, 13. *i. q. ad plebem. cf.* 3, 19. *it.* 7, 42. Frumenti vim binis æris in modios populo (*plebi*) diviserunt 31, 50. Concursus populi, mirantium, quid rei esset 1, 41. Tantæ urbis populus 45, 25. Vid. *gens.*

Porricere 29, 27. Cruda exta victimæ in mare porricit. Vid. *Virgil. Æn.* 5, 238.

Porrigere manus ad cœlum 30, 21. Manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos Manes porrigentem etc. 7, 6. Ratem unam — a terra in amnem porrexerunt 21, 28. In spatium ingens ruentem porrexit hostem 7, 10. *eleganter prostravit, ad proceritatem hominis simul exprimendam.* Ab situ porrectæ in dorso urbis 1, 3. *in longitudinem extensæ.* Regio Pæoniæ, qua ab occasu præter Axium amnem porrigitur 45, 29. Simul, ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demtum introrsus porrectis ordinibus duplicat 33, 8. *i. e. dimidio de fronte demto introrsus porrectos ordines duplicat. cf.* 25, 21. Sinistro crure porrecto 8, 8. Et facem Setiæ ab ortu solis ad occidentem porrigi visam 29, 14.

Porro 1, 7. Ex loco infesto armenta porro agere occepit. — quum infensus ira porro inde abiturus videretur *ibid. cap.* 53. Si — regnum — præceps inde porro ad servitia caderet 1, 40. Æque adhuc prosperum plebeium ac patricium (*imperium*) fuit porroque erit 10, 8. Divinare — quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri essent 40, 36.

Porta extraordinaria 40, 27. *i. e. prætoria, ubi tendebant extraordinarii.* — dextra et sinistra principalis porta *ibid.* — quæstoria *ibid.* — nocte per aversam portam silentio excesserunt 10, 34. Vid. *aversus.* Porta Collina urbem intravere 10, 51. — Capena cum exercitu ingressus 26, 10. — Carmentali in urbem ductæ 27, 37. Portarum exitus 9, 37. — turres 44, 31. — fores 25, 30. Vid. *claustra.* Plenis portis effusi hostes 1, 14. — in ipsis portis hostium 21, 30. *it.* 54. Castra Romanorum oppugnare simul omnibus portis adgressi sunt 40, 25. Ante portas Karthaginis 30, 23. *Vid.* fauces. *it.* murus.

Portare 45, 1. Magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant. Iis quoque (*regulis*) quæ darentur, portata 27, 4. Equestria hæc spolia, capta ex hoste cæso, porto 8, 7. Frumentum portari placere 36, 2. Frumento portato ad exercitum in eum annum opus esse 40, 35. Vid. *vehere.* Hoc copiarum in Hispanias — portatum est 42, 18. Has spes cogitationesque secum portantes 1, 34.

Portendere 5, 15. Quidnam eo dii portenderent prodigio. — aliud, magnitudinem imperii portendens, prodigium 1, 55. — quam sibi spem (*oraculum*) portenderet 29, 11. Dii — auguriis auspiciisque — omnia læta ac prospera portendunt 26, 41. Ab numero avium, quæ augurio regnum portenderant 1, 8. Qui (*Dii*) clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni portenderunt 1, 41. Si extis eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur 8, 6. Ab eadem negligentia, qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant 43, 13. Triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens 44, 37. Quo maturius fatis, ominibus, oraculisque portendentis sese victoriæ compotes fierent 29, 10. Ominatur, quibus quondam auspiciis patres eorum pugnaverint ad Ægates insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos 30, 32. *Hic manifeste dicitur* portendere auspicia; *quod negabat Dukerus. non bene. nam* portendere *est* ostendere.

Portentum 6, 40. Hoc portenti non fiat in urbe Romana, ut L. Sextium — — consules videas? Ne quis id pro portento acciperet 44, 37. (*defectionem lunæ.*)

Porticus 40, 51. Porticum extra portam Trigeminam, et aliam post navalia etc.

Portio 7, 1. Pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse. Quibus aliquid novi adjectum commodi sit, eis laborem etiam novum pro portione injungi 5, 4. *i. e. pro commodi, stipendii magnitudine.* Æquis portionibus persolveretur 6, 35. *Usitatius foret,* pensionibus, *atque ita legendum videbatur Cujacio, sed codices non addicunt; nec est necessarium, quia pensiones tamen sunt portiones æquæ, plerumque certe, summæ universæ.*

Portorium 32, 7. Portoria venalium — item Castrorum portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt Vid. *Drakenborch. ad h. l.* Portoria et vectigalia 40, 51.

Portus 45, 30. Alii (*portus*) ad insulam Eubœam, alii ad Hellespontum opportune versi. Ex patenti utrimque coactum in angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi præbuerit 28, 6. Ante os ipsum portus anchoras jacit 25, 11. Portum et pilas pontis in Tiberim (*locavit*) 40, 51. Ex Italia profecti — — portum tenuerunt 44, 1. Castra munita, portus ad omnes casus 44, 39. *i. q. perfugium. Vid.* ostium. *it.* statio.

Poscere 1, 24. Sagmina te, rex, posco. *cf.* 7, 34. Vid. *exposcere.* Privatis dictatorem poscere reum verecundiæ non fuit 9, 26. Arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poscent 6, 6.

Posse 8, 33. Qui (*populus*) certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque. Tantoque magis ferito, quanto ma-

gis potes pollesque 1, 24. Qui (*Jupiter*) plus potest polletque 8, 7. Deûm monitu quæri cœptum, quo plurimum populus Romanus posset 17, 6. Si aliquid possent Masinissæ honoris causa, et fecisse, et facturos esse 42, 24. Ab illis, etiam quæ non possint, tentari 9, 26. Quidnam se facere vellet, quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent 1, 54. Omnia ut posses in nobis, dii dederunt 30, 12. Tantum hæ peregrinæ voluptates ad exstinguendum vigorem animorum possunt; tantum contagio disciplinæ morisque adcolarum valet 38, 17. Concionem Argivorum postulabat rex, ut id sciri posset 32, 40. *pro sciretur, cognosceretur. Sic, pleonastice, sæpius dicitur.* Vid. *Gronov, ad* 32, 13. Deleri totus exercitus potuit 32, 12. *pro potuisset. cf.* 44, 27.

Possidere 1, 46. Jam usu haud dubie regnum possederat (*Servius.*) Usu possidemini 6, 18. Vid. *usus.* Agrum — (*Masinissam*) vi atque armis possedisse 42, 23.

Post 41, 9. Postque ea. — postve eos censores 39, 3. Post paucis diebus 32, 5. *usitatius post casum ponitur hoc sensu. cf.* 40, 47. *et* 57. Post tertium diem 6, 1. *i. q. tertio die. Eadem ratione dicitur: ante diem tertium, v. c. Kalendas Octobres.* Hannibalem post paullo audistis 22, 60. *cf.* 5, 55. Jam nulla spe post (*posthæc*) relicta 8, 8. *de triariis pugnam, quum laboraretur, suscipientibus.*

Postea 41, 24. Legati deinde postea missi ab rege. Inde postea ad Demetriadem — sub ipsis mœnibus urbis colloquutus fuerat 44, 24. — postea deinceps 45, 14.

Posterius 26, 34. Alios in vincula condendos, ac de his posterius consulendum. *pro posthæc.*

Posterus 1, 10. Nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos ea spolia posteros nuncupavit. *i. q. futuros reges.*

Postferre 3, 64. Qui libertati plebis suas opes postferrent.

Posthabere 7, 36. Qui (*Decius*) auctor omnia posthabendi — perpulit consulem, ut hostes — aggrederetur. *i. e. auctor erat, ut sine mora etc.*

Posticus 23, 8. Hortus erat posticis ædium partibus. *cf.* 40, 2. Per posticum ædium 45, 6.

Postmodo 26, 29. Ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterent, et postmodo sermones præbuerint *cf.* 2, 24. *it.* 25, 38. Prope malebant. postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu, quam etc. 3, 41.

Postmodum 2, 9. Hæc indulgentia Patrum asperis postmodum rebus — adeo concordem civitatem tenuit, ut etc. Sæpe ex injuria postmodum gratiam ortam 1, 9. Ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset, jurejurando adegit 2,' 1. Timens consul, ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione — acciderent 2, 2.

Postremo 4, 14. Et primum circumspectans versari; postremo quum etc. — lacessere ad pugnam: primo obequitando castris provocandoque; postremo etc. 2, 45. *pro, primo — deinde — postremo. Sic denique, etiam apud Ciceronem, pro secundo,* deinde, *quamquam rarius, reperitur.* Non modo patrum quemquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem etc. 6, 20.

Postremus 1, 24. Ut illa palam prima postrema — recitata sunt.

Postulare 5, 47. Prout postularet locus. — quæ belli usus postulabant 34, 6. Postulabantur ergo nobiles homines 9, 26. *i. q. accusabantur.* Ut virginem in servitutem assereret, neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias 3, 44.

Postulatum 3, 53. Quærentibus legatis, quæ postulata plebis essent, — ea postulavit, ut etc. Peragit deinde postulata 1, 32.

Postulatus 4, 9. Quum res peragi intra parietes nequisset, ventum in jus est. Postulatu audito matris tutorumque, magistratus secundum parentis arbitrium dant jus nuptiarum. *Sic apud Ciceronem reperitur* peccatus.

Potens 21, 54. Rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent. Neque pugnæ, neque fugæ satis potentes cæduntur 8, 39. Ut potentes rerum suarum atque urbis Pœnum inde pro Romanis acciperent 23, 16. Consules imperii potentes fecit, ut imperare militibus obsequentibus possent 22, 42. Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut etc. 8, 13. Juvenem jam esse dictitans Hieronymum ac regni potentem 24, 4. — potentes maris 27, 30. *Virgil. Georg.* 1, 27. Auctorem frugum tempestatumque potentem. *Idem Æn.* 1, 80. Nimborumque facis tempestatumque potentem. Una natura freti æstusque totius certaminis potens 28, 30. Utemini potentiore ad obtinenda ea, quæ vultis 6, 18. Ad id parum potentes erant, 9, 26. *scil. ut impedirent quæstiones.* Blanditiis, satis potentibus ad animum amantis 30, 7. Fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens 9, 17. Foris nobis, quam domi, feliciora potentioraque arma esse 31, 7. Vir impiger ac divitiis potens 1, 34. Ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis esset 1, 54. Imperia legum potentiora quam hominum 2, 1. Cur ego plebeios magistratus, cur Sicinium potentem pollentemque video 2, 34.

Potentatus 26, 38. At ille quum ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus.

Potentius 25, 1. Ubi potentius jam esse id malum apparuit.

Potestas 8, 33. Penes quem (*populum*) omnium rerum potestas esset. Omnium rerum vobis ad consulendum potestas est 8, 13. Se in potestate tot principum civitatis futuros 40, 46. *i. q. facturos, quæ ipsis placuissent.* Amissa omni de se potestate 8, 27. Senatus populi potestatem fecit 27, 7. *i. e. populo rem permisit.* Si Marcius dimicandi potestatem non faciat 9, 38. Claves portarum custodiamque murorum suæ extemplo potestatis fecit 43, 22. Familiam in potestate habere 8, 15. *h. e. non manumittere.* Castella integra in potestatem venere 9, 38. Quum — legatum æque sontem — in ea potestate reliquerit 29, 19. Imperia ac potestates 4, 54. Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit 23, 11. Major potestas 6, 11. *i. e. dictatura.* Potestas sacrosancta (*tribunorum plebis*) 4, 44. *conf. cap.* 3. Neu potestas tribunicia — violet intercessione sua Romanum imperium 8, 34. Ante tribuniciam potestatem creatam 5, 2. *conf. cap.* 6. *it.* 4, 3. Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum in Capitolio, numeratis 6, 41. Dulcedine potestatis ejus capti 5, 6. Jure sacrosanctæ potestatis 29, 20. (*de prehensione*) potestas libera suffragii 6, 40.

Potio 21, 4. Cibi potionisque desiderio naturali modus finitus. *cf.* 24, 16.

Potior 7, 27. Fides publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. — omnium rerum potior cura 5, 25. *cf.* 4, 57. Se — — multo, quam servum, potiorem 1, 48. Neque ego potiorem quemquam ad ministeria facinorum — — invenire potui 42, 41. Qua (*lectione*) potiores aliquot lectis præteriti essent 9, 30.

Potiri 32, 13. Cymines atque Angeas primo impetu potiti sunt. Haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundæ 8, 2. Donec mari potiuntur hostes 25, 11. *i. q. mare teneant, ut in potestate habeant.* Spe potiundi ad pœnam corporis ejus amissa 40, 56. Omnes — id moræ, quod nondum pugnarent, ad potienda sperata rati — poscunt 21, 45.

Potissimum 1, 34. Roma est ad id potissimum visa. *ad q. l. vid. Bauer. p.* 51. *cf.* 3, 67. Qua primum, qua potissimum parte opem ferrent 21, 11. Isque potissimum urbi præesset 24, 9. Quid dicere potes, cur te potissimum ducem Hannibali hosti opponant 24, 8.

Potissimus 5, 12. Cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit abitus. *cf.* 26, 40. *it.* 8, 33.

Potius *Præfat.* Cum bonis potius ominibus — libentius inciperemus.

Præ 1, 6. Parvum Lavinium præ ea urbe, quæ conderetur, fore. *i. e. in comparatione ad illam urbem. cf.* 3, 26. Vix præ strepitu audita lex est 10, 13. *i. q. propter. cf.* 9, 14. 31, 24. 45, 7. Postquam, omissis rebus aliis, præ cura unius, nemo adibat 3, 46. Quum præ indignitate rerum stupor silentiumque inde ceteros patrum defixisset 6, 40.

Præaltus 10, 2. Ostium fluminis prealti. — per præaltas fluvii ac profundas voragines 22, 2. *cf.* 21, 54.

Præbere 40, 54. Quum multa assoleat veritas præbere vestigia sui. Jam altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant 23, 48. Præbet errorem, quod etc. 4, 61. *i. q. excitat.* — metum defectionis quum præbuissent 21, 11. *i. e. quum effecissent, ut metueretur, ne deficerent.* — terroris speciem mendacio haud vanam præbere 24, 30. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit 26, 10. *cf.* 10, 20. *it.* 25, 26. Macedonia maxime curam præbebat 43, 12. Persi — regi famam — bello clara Macedonum gens — — præbebat 42, 49. *scil. apud Romanos.* Is timor frequentem senatum magistratui præbuit 26, 13. Scenam ædilibus prætoribusque præbandam 41, 27. Triginta navibus Servilio præbitis 28, 10. *cf.* 24, 18. Se suo sumtu operam reipublicæ præbere 5, 4. Quod milites Romanos præbuisset ad ministerium cædis 45, 31. Qualem (*suppellectilem militarem*) præberi consulibus mos esset 30, 17. Commercium juris præbendi repetendique 41, 24. Exclusos Romanos præbuere hosti ad cædem 25, 15. Longa vita (*Cyrum*) vertenti præbuit fortunæ 9, 17. Præbituri vos telis hostium estis 4, 28. Desisse postremo præbere ad contumeliam os 4, 35.

Præcavere 3, 53. Decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis præcavere jubentur. Auctor magis, — quam res, ad præcavendum vel ex supervacuo movit 2, 37. Satis undique provisum atque præcautum est 36, 17. *cf.* 22, 42. *it.* 24, 8.

Præcedere 22, 51. Cum equite, ut prius venisse, quam venturum, sciant, præcedam. *cf.* 38, 41. Ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis præcessi 38, 51. Is, ubi Rom. equites, insignemque inter eos præcedentem consulis filium, — cognovit 8, 7.

Præceps in occasum sol erat 10, 42. — præcipiti jam ad vesperum die 25, 34. *cf.* 4, 9. Adeo in alteram causam non collega solum præceps ierat etc. 2, 27. Tum ire cœperint præcipites (*mores*) *Præfat.* Si — regnum — præceps inde porro ad servitia caderet 1, 40. Præceps ad id certamen agitur 8, 7. Elephanti sicut præcipites per arctas vias magna mora agebantur 21, 35. *ubi vid. Bauer. p.* 30. Omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt 24, 7. — præceps ingenio in iram erat 37, 7.

Ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri 5, 47. In præceps dare rempublicam 27, 27. Nimiam (*libertatem*) et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et præcipitem esse 34, 49. Quod defensores suos semper in præcipitem locum tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat 6, 17. Præceps periculo victoria 9, 24. *cf.* 4, 11. — præceps pavore fugientium agmen 22, 47. Præceps in provinciam abiit 41, 10. Præceps legatio 21, 18. *i. e. parum consulto missa.* Genus Numidarum in Venerem præceps 30, 11. Quod æs alienum — præcipites ad novanda omnia agebat 42, 30.

Præceptum 9, 31. Postquam — ad signa undique coibant, et notis ordinibus in vetere disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies etc.

Præcerpere 45, 1. Præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt.

Præcidere hastas 32, 17. — caput 23, 24. — anchoras 28, 36. — præcisis manibus 26, 12. Præciderant spem pacis 42, 50. — ne spem reditus præsiderent sibi 24, 31. *cf.* 3, 7. *it.* 29, 15. Non præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris 4, 3.

Præcinere sacrificiis 9, 30. *it.* sacris *ibid.*

Præcipere 1, 7. Tempore illi præcepto, at hi numero avium regnum trahebant. Non præcipiam gratiam publici beneficii 6, 26. Nisi, antequam omnia præcipiant, divisus (*ager*) sit 6, 5. Dum ipse longius spatium fuga præciperet falsa imagine castrorum 22, 41. — iter præcipere 3, 46. *i. q. anteire. cf.* 31, 39. *vid. Virgil. Æn.* 10, 277. Aliquantum ad fugam temporis præceperunt 30, 8. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum 22, 38. ipse tribus quinqueremibus Piræeum præcepit, accepitque naves ibi relictas 32, 16. Fama prius præcepta res erat 21, 32. Vid. *ante.* Ex eo, quod acciderat, spem futuri præcipientes 42, 61. *cf.* 7, 26. *it.* 31, 49. — ut præciperetur victoria animis 10, 26.

Præcipitare 23, 19. Præcipitasse se quosdam, non tolerantes famem, constabat. *scil. in fluvium, Dukero ita supplente.* Plurimi in fossam præcipitavere (*se*) occisique sunt 25, 11. Forte ita tulit casus, ut Genucius — — in insidias præcipitaret 7, 6. Quum ad Cannas præcipitasset Romana res 27, 40. Dum bellum majore animo gerunt, quam consilio, præcipitavere in insidias 5, 18. Præcipitata raptim consilia 31, 32. — ad rempublicam præcipitandam 22, 12.

Præcipue 42, 31. Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum etc. *viri docti* præcipuum *aut* præcipui *legi volunt. Sed nihil mutandum videtur. Sic enim* præcipue *et* proprie *reperitur, v. c.* 25, 18. Proprie quidquam. Non, ut præcipue amici, sed ne præcipue inimici simus 41, 24.

Præcipuus 3, 14. Præcipuum quidquam gloriæ aut invidiæ. Præcipuum supplicium pati 9, 8. *i. e. præ ceteris.* Duobus fratribus regulis hæc (*munera*) præcipua 43, 5.

Præclarus 28, 28. — tot tam præclaris imperatoribus uno bello absumtis.

Præco 6, 14. Caput patrimonii subjecit præconi.

Præcursor 26, 17. Prœlia inter extremum Punicum agmen præcursoresque Romanorum fiebant *i. q. velites.*

Præda belli, 2, 39. *de agro Volscis ademto.* — pecorum 9, 31. — hominum 31, 18. — prædæ abactæ hominum pecorumque 4, 21. *cf.* 2, 63. — quum prædam ex agris agerent 1, 1. *cf. cap.* 5. *it.* 3, 38. *et* 68. — præda populorum 9, 23. *h. e. in populis facta.* Quum avertere eam prædam (*boves*) vellet 1, 7. Captus nemo, quia ira et indignatio immemores prædæ fecit 41, 4. Prædam — — divisit ad epulandum militibus 42, 56. Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas etc. 7, 30. Prædam omnem suo tantum militi dedit 3, 29. Præda opulenta 10, 39. — prædæ populationumque spes 22, 1. *it. cap.* 9. Legionem — prædæ sibi futuram 24, 36. — ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint 9, 36. — quum se suaque prædæ esse regi sineret 1, 56. — ne quis liberum corpus violaret, reliqua prædæ futura 25, 25. — datur præda oppidum 2, 25. Præda vere futura, si belli hostes meminissent 41, 3. Quid aliud quam præda victoris erimus 32, 21. Desertaque præda injuriæ puella stabat 3, 48. Quem (*Darium*) prædam verius, quam hostem incruentus devicit 9, 17. *cf. cap.* 40. Nihil aliud agens, quam ut, quanta maxima posset, præda ex victo Romanis reservaretur 44, 27. Res hostium in præda captas, quæ belli jure nostræ videbantur 9, 1. Argenti tulit ex præda — militibus ex præda 120 asses dedit 31, 19. Nefanda præda se ipsos ac domos contaminare suas 29, 18.

Prædamnatus 4, 41. Totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem etc. — tot judiciis confessos prædamnatosque venire ad populi judicium 5, 11. Prædamnata spe æquo dimicandi loco 27, 18. *i. e. abjecta, vel damnata, ut quidam libri habent.*

Prædari 22, 3. Medio Etruriæ agro prædatum profectus. *Sic* precatum, *quod vid.* Quum — — ipse cum promptissimis juvenum prædatum atque in expeditione iret 1, 54. Imperarent, ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur 7, 31. Prædatum enim tantummodo pleræque classes ierant 29, 26

Cohortes in agro hostium prædatum misit 24, 20. *cf.* 9, 31. — per speciem prædandi ex hostium agro 24, 47. — tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi 6, 41. *de agrorum divisione.* Exercitum prædabundum ad Anienem amnem pervenisse 2, 26.

PRÆDATOR 10, 2. Et in terra prosperum æque in palatos prædatores prœlium fuerat. *cf.* 4, 53. Gubernatores nautæque conquisiti, qui prædatores fuissent navibus 40, 28.

PRÆDES 22, 6. Prædibusque ac prædiis cavendum populo. *pleonastice dictum. vide B. Patruum ad Cic. Verr.* 1, 54. Prædibus acceptis, eo anno ædificia perfecturos 5, 55.

PRÆDESTINARE 45, 40. Quos prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat.

PRÆDICARE 4, 53. Tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuisset. *i. q. denuncians.*

PRÆDICATIO 4, 49. Quod in urbe nuper direpta — minus prædicatione tribuni prædæ fuerit.

PRÆDICERE 10, 14. Ad prædictas hostium latebras succedit. *i. q. ante dictas. cf. ibid. cap.* 41. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 21. Itaque monere, prædicere, ut pontem — — interrumpant 2, 10. *i. q. imperare. cf.* 21, 10. *f. leg.* præcipere. [*Non opus mutatione. vid. Stroth. ad h. l. it. mox* prædictum.]

PRÆDICTUM 23, 19. Quia prædictum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret. *i. e. imperium.* Velut ex prædicto ambo Scotussam petierunt 33, 6.

PRÆDISPOSITUS 40, 56. Nuncios prædispositos misit ad Perseum.

PRÆDIVES 45, 40. Perseus contra prædives bellare cum Romanis incepit. *cf.* 4, 13.

PRÆDIUM 45, 15. Et eos, qui prædium prædiave rustica pluris sestertiûm triginta millium haberent, censendi jus factum est.

PRÆDO 38, 40. Alibi prædo, alibi prædæ vindex cadit. *i. q. latro. cf.* 2, 12. 3, 3. 10, 2. 25, 8. 34, 21.

PRÆESSE 25, 16. Qui in Bruttiis præerat. *scil. exercitui. dicitur autem* præesse, *ut* interesse, *subinde sine casu adjecto.* Vid. *interesse.* Præesse annonæ 2, 27.

PRÆFARI 5, 41. Pontifice maximo præfante carmen. *i. e. verba præeunte.* — sollemne carmen precationis, quod præfari magistratus solent 39, 15. *cf.* 8, 9. *it.* 22, 1. Qui (*Ætoli*) pauca præfati etc. 33, 12.

PRÆFATIO 45, 5. Quum omnis præfatio sacrorum (*procul, o! procul este profani, aut simile quid*) eos, quibus non sint puræ manus, sacris arceat.

PRÆFECTUS 9, 20. Præfecti Capuæ creari cœpti: *Gronovius malebat* Capuam. A — præfecto urbis senatus habitus 8, 20. *al.* urbi. *illam formam retinet Livius* 3, 3. *et* 24. *alibi.* Turmarum præfecti 8, 7. Navali prœlio adversus præfectos regis Antiochi 40, 52.

PRÆFEROX 3, 38. In paucos præferocis animi conatus etc. *cf.* 5, 36.

PRÆFERRE 8, 10. Et prælatus ille facilitati submittentis se comiter respondebat. *nonnulli legunt* facilitate. Alii, se suosque mulcatos querentes, atroci responso judicium suum præferebant 8, 12. *i. q. præ se ferebant, declarabant, quales essent sententiam dicturi.* Prætulit triumphi diem 39, 5. *i. e. præcepit, maturius destinato habuit.* Alia in speciem præferentes 42, 14. *i. q. præ se ferentes.* Præferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiæ acceptæ 27, 34. *cf.* 7, 5. 37, 37. 39, 28. Prælati hostes insidias 2, 14. *h. e. prætergressi insidiantes, s. locum insidiarum.* Ut effusa fuga castra sua — prælati urbem peterent 5, 26. *i. q. prætérlapsi.* Præter castra etiam sua fuga pavore prælati 6, 29. *cf.* 7, 24. *vid. Gronov. ad* 28, 30. Raptique gurgite, et in obliquum prælati 29, 32. Quum aliquas alto præferri onerarias naves ex specula significatum foret 44, 29. Neque captivi ulli ante currum ducti, neque spolia prælata 31, 49.

PRÆFERVIDUS 9, 18. Quid, si vini amor indies fieret acrior? quid, si trux ac præfervida ira?

PRÆFESTINARE 23, 14. Concedendo plebei senatum, ubi velint, defecturos se, ne deficere præfestinarent, effecisse.

PRÆFICERE 1, 19. Sacerdotes suos cuique deorum præficere. *i. e. constituere, qui deorum cultum curent. Similiter annonæ præfici dicuntur, qui curant et administrant.* [*Si tamen locus Livii sanus, nec cum Dukero corrigendum* eorum (*sacrorum.*) *Certe alterius locutionis ratio diversa.*] Præfeceruntque ludis ipsum imperatorem 34, 41. *i. q. præsidere, honoratissimo loco sedere voluerunt. apud Suetonium idem honos imperatoribus habitus dicitur ab iis, qui suis sumtibus ludos ederent. Gr.* προεδρία.

PRÆFLORARE 37, 58. Gloriamque ejus victoriæ præfloratam ad Thermopylas esse. *i. q. præreptam.*

PRÆFLUERE 1, 45. Infima valle præfluit Tiberis. *i. q. præterfluit. cf.* 44, 31.

PRÆFRINGERE 27, 33. Ad eminentem ramum cornu alterum galeæ præfregit. *male alii legunt* perfregit. *cf.* 8, 10. Si quas (*hastas*) incidissent aut præfregissent 32, 17.

PRÆFULGERE 45, 43. Sicut præfulgebat huic triumphus recens; ita apparebat, ipsum per se intuentibus nequaquam esse contemnendum.

PRÆGELIDUS 21, 54. In locis Alpibus

Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludium prægelidis.

PRÆGRAVARE 7, 23. Prægravata inhærentibus (*telis*) gerebant scuta. Exonerare prægravante turba regnum cupiens 5, 34. *i. e. nimia.* Si summa petantur, et dantem et accipientem prægravatura 35, 42. *i. q. incommoda et noxia futura.*

PRÆGRAVIS 44, 4. Quum Romanus imperator, major sexaginta annis, et prægravis corpore, omnia militaria munera ipse impigre obiret.

PRÆGREDI 35, 30. Ubi ea (*castra*) sunt prægressi. *pro prætergressi, quæ est lectio aliarum editionum.*

PRÆGUSTARE 40, 59. De mensa oleas prægustasse mures in prodigium versum est.

PRÆIRE 26, 27. Hac circumfusus multitudine — Romam præivit. Obsecratio facta est, duumviris præeuntibus 4, 21. *Scil. verba: quod alibi additur, v. c.* 42, 28. Præeunte verba Lepido, pontifice maximo id votum susceptum est. *cf.* 9, 46. Agedum, pontifex publicus populi Romani, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam 8, 9. [*ubi vid. Stroth.*] Omnia, uti decemviri præierunt, facta 43, 13. *i. e. præceperunt, quemadmodum et legi volebat Duherus, quoniam hoc significatu nuspiam præire apud Livium occurreret.*

PRÆJUDICARE 26, 2. Ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro præjudicato (*Marcius*) ferret. Præjudicatum eventum belli habetis 42, 61.

PRÆJUDICIUM 3, 40. Neminem — verum esse præjudicium rei tantæ afferre. *i. e. æquum esse, a nemine, jurene sint magistratus, an minus, præjudicari. Sic optime Gronovius; alii aliter, sed contortissime. cf.* 5, 11. *it.* 26, 29. Habere eum — — legatorum in eam rem præjudicium, 39, 27.

PRÆLIGARE 22, 16. Arida sarmenta præligantur cornibus boum.

PRÆLONGIS hastis velut vallum ante clipeos objecit 31, 39. *cf.* 22, 46. *it.* 37, 42.

PRÆMATURUS. Vid. *festinatio.*

PRÆMEDITARI 40, 23. Jam ante præmeditatis in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent. *Gronovius legi volebat præmeditati. Sic* 38, 3. *Enimvero passivum neminem offenderit.* [*Conf. Veckneri Hellenolex. pag.* 107. *edit. Heusinger.*]

PRÆMITTERE 44, 30. Præmissis ad Appium literis, ut se ad Genusuum opperiretur etc.

PRÆMIUM 9, 40. Ditem hostem, quamvis pauperis victoris præmium esse. A quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam, habetis 21, 40. In Romanos odii regnum posuerat præmium 41, 23. Promittens, si sibi præmio foret, se Arpos proditurum esse 24, 45.

PRÆMOLIRI 28, 17. Præmoliendas sibi ratus jam res conciliandosque regum gentiumque animos. *i. q. præparandas, meditandas.*

PRÆMONERE 22, 18. Hæc nequidquam præmonito magistro equitum, Romam (*Fabius*) est profectus. Quum aruspices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuissent 25, 16.

PRÆMORTUUS 3, 72. Scaptium ipsum id quidem, etsi præmortui jam sit pudoris, non facturum.

PRÆMUNIRE 5, 38. Non loco castris ante capto, non præmunito vallo, quo receptus esset.

PRÆOCCUPARE 29, 24. Avertit a vero falsis præoccupando mentes hominum. — adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum 33, 32. Ad præoccupanda aliorum consilia 24, 7. — præoccupati beneficio animi 6, 20. Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse 21, 20. Apud præoccupatos Locrensium clade animos nullum misericordiæ locum habuerunt 29, 22. (*Plemínius cum suis.*) Præoccupatis non auribus magis, quam animis 42, 14. Ad præoccupandas in Bœotia res 42, 56. In eo enim victoriam verti, si et loca opportuna, et socii præoccuparentur 35, 18. Ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint 42, 47. *cf.* 6, 12. Præoccupatum inferiore loco succedens tumulum 22, 28. Legem — ipsi præoccupaverunt ferre 4, 30.

PRÆOPTARE 9, 45. Suas leges Romanæ societati præoptaverint. — Punicam Romanæ societatem — præoptandam esse 23, 43. — otium urbanum militiæ laboribus præoptat 44, 22. *cf.* 28, 21. *it.* 22, 30. Nemo non illos sibi, quam vos, dominos præoptet 29, 17.

PRÆPARARE 4, 57. Primoribus Patrum splendore gratiaque ad petendum præparatis. *i. e. subornatis.* Alii jam ante ad hoc præparati 1, 47. Clarissimis viris ex composito præparatis ad petendum 5, 14. Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt 10, 41. *cf.* 28, 29. Ex multo ante præparato 45, 31. Frumentum in decem annos præparare 42, 12. *i. q. comparare, comportare.*

PRÆPEDIRE 7, 36. Torpidus somno insuper pavore exanimat; quo præpediti, nec arma impigre capere nec obsistere — poterant. *cf. ibid. cap.* 6. *et* 44. Pudor præpediebat 9, 6. Aliquoties dicere incipientem quum lacrimæ præpedissent 44, 45.

PRÆPILATUS 26, 51. Præpilatisque missilibus jaculati sunt.

PRÆPOLLENS divitiis gens 1, 57. — virtute fortunaque quum sua, tum publica, præpollens 5, 34.

PRÆPONERE 27, 15. Blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem custodiæ loci, cui præpositus erat. Antipatrum

— in lævo *(cornu)* præposuit 37, 41. Agro dividendo dandoque — præpositi 40, 37.

PRÆPOTENS opibus populus 7, 31. — rex 42, 50. — armis Romanus 9, 31. — Cilnium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum 10, 3.

PRÆPROPERE 2, 45. Veiens hostis — eo magis præpropere agere; lacessere ad pugnam etc. *cf.* 22, 3. Raptimque omnia præpropere agendo 22, 19

PRÆPROPERUS 22, 41. Temeritati consulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit. *i. q. præcipiti.*

PRÆRAPIDUS 29, 32. Duobus in conspectu hostium in prærapidum gurgitem haustis etc.

PRÆROGATIVA 5, 18. Prærogativa tribunum militum non petentem creant. Quum comitia consulibus rogandis haberet, prærogativa — declaravit 26, 22. Prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ 10, 22. Ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia, iisdem tribunis plebis creandis sequerentur 3, 51. *i. e. creationem superiorem, tamquam prærogativam, cujus suffragia ceteræ centuriæ solebant sequi.* In Hasdrubalis locum, haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua — imperator — appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur 21, 3. *vid. ad h. l. Bauer. pag.* 3.

PRÆRUPTUS 38, 20. Si qua periculosa et prærupta *(loca)* occurrant. Inter confragosa omnia præruptaque 21, 32. Per præruptum — saxum in Capitolium evadit 5, 46.

PRÆS. Vid. PRÆDES.

PRÆSAGIRE 45, 39. Proficiscenti præsagientibus animis victoriam triumphumque destinavimus. Jam hoc ipsum præsagiens animo, præparaverat ante naves 30, 20.

PRÆSCISCERE 27, 35. Et præsciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant. *pro præscire, ex archaismo.*

PRÆSCRIPTUM 10, 22. Postridie ad præscriptum consulis — comitia habita.

PRÆSENS 1, 12. Tua præsenti ope servatam urbem esse. *i. e. præstanti, efficaci.* Præsentibus ac secundis diis ire in prœlium jubet 7, 26. *paullo post*: dii hominesque illi affuere pugnæ. — præsentis deæ numen 29, 18. Amicitiam in perpetuum, auxilium præsens *(in præsens)* a vobis petitum 7, 30. *possis etiam interpretari*: sine mora ferendum. *vid. Bauer. ad h. l. pag.* 256. — minor in præsens cura 6, 27. *ubi Gronovius legi vult* minus præsens. Utrum præsens eorum deditio fieri possit, an in diem differatur 9, 9. Adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria præsentior erat 8, 2. Id vero haud secus, quam præsentem mercedem regni, aspernata plebes 2, 41. Ut partem aliquam *(scil. pecuniæ)* præsentem ferret 44, 25. Cujus summæ dimidium præsens numeretur 38, 8. *i. q. repræsentaretur.* — præsens omne daturos 36, 4. — præsentia talenta 37, 45. *cf.* 29, 16. *it.* 44, 27. Præsens pecunia 27, 10. — præsens victoria 5. 27. *i. q. haud dubia.* Rerum præsens effectus 44, 34. — præsenti admoto terrore 45, 4. — præsentior res 2, 36. *i. e. magis urgens, periculosior.* Qui in re præsenti fuerunt 40, 29. *de libris Numæ e terra effosis.* In re præsenti cognoscere 42, 23. — cur præsentes evocarent 45, 31. *h. e. ut præsentes essent.* Hi pacti erant, eques denos præsentes aureos, eques etc. 44, 26. *paullo post*: quod præsens pepigissent. Vid. *absens.*

PRÆSENTIA 6, 26. Pacem in præsentia, nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. *Lubenter uti Livium* in præsentia, *in oppositione etiam variarum particularum,* postmodo, mox, *item* in perpetuum, in futurum etc. *docuit ad h. l. Drakenborchius.* In præsentia omnia præter bellum omitti placere 3, 40. Duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bubus — — donati 7, 37. In præsentia — in posterum 8, 7. Nullo in præsentia responso dato 42, 43.

PRÆSES 3, 7. Deserta omnia, sine capite, sine viribus, dii præsides ac fortuna urbis tutata est. *i. q. dii tutelares.* Præsides provinciarum exercitus 23, 48. *i. e. defensores.* — siccine vestrum militem ac præsidem sinit is vexari? 6, 16. *cf.* 28, 42. Juris atque eloquentiæ consultos urbi ac foro præsides habendos 10, 22. Dii immortales, imperii Romani præsides, 26, 41. Sacrificio Minervæ, præsidi arcis in urbe, facto 45, 28.

PRÆSIDERE 22, 11. Alii, ut urbi præsiderent, relicti. *i. e. præsidio essent.* Nullus jam exercitus Samnio præsidet 10, 17. *cf.* 23, 32. Ad prætorem venerunt præsidentem classi Brundisio Calabriæque circa littoribus 24, 40.

PRÆSIDIUM 9, 45. Cum levibus præsidiis urbium relictarum. — præsidio excessere 22, 17. Præsidia *dicuntur omnia ea loca, ubi sunt milites Romani. Hinc castra dicuntur* præsidia. Præsidio loci ejus relicto — legato cum classe instructa parataque 24, 40. Stativum præsidium pro castris 44, 50. *cf.* 41, 1. *eodem sensu* 10, 4. *dicitur* præsidium Romanum, *i. e. statio.* — qui signa relinquit aut præsidio decedit 5, 6. Cum præsidio legionis unius Pisis præerat 41, 11. — præsidio ejus loci præerat 27, 42. Qui Luceriæ in præsidio erant 9, 15. Scipione in præsidio ibi relicto 29, 7. *cf.* 31, 16. Is opportunus visus locus communiendo præsidio 2, 49. Fabii cæsi ad unum omnes præsidiumque expugnatum 2, 50. Liguatores ei cum præsidio occurrunt 10, 25. Triarii — in præsidio castrorum manere jussi 40, 27.

Nudatis omnibus præsidiis patefactisque bello 44, 6. Rhegium — in præsidium missa legio 28, 28. — præsidia summittere 32, 15. *i. q. auxilia in præsidium summittere.* Quatuor cohortes sociorum Latini nominis in præsidium Locros adduci 29, 19. Qui — præsidium eorum (*Samnitium*) in urbem acceperant 9, 16. In arcem præsidio armisque obtinendam 1, 6. Ubi navis intra præsidia sua fuisset 45, 23. In præsidia adversariorum, appellationem et tribunicium auxilium patricii confugerunt 9, 26. In ea (*lege*) firmum libertati fore præsidium 3, 45. Utrum sub illo præsidio (*Pleminio etc.*) Locros esse sinatis 29, 18. Præsidio esse saltum aperientibus 44, 4. Quove præsidio unus per tot gentes dissonas sermone moribusque pervenisset 1, 18. *i. e. qua ratione, quo auxilio, quo duce.* Præsidia fortunarum et corporum 28, 22. *h. e. pretiosa, uxores, liberi.*

PRÆSTANS 21, 39. Scipionem Hannibal — præstantem virum credebat.

PRÆSTARE invictum Romanum imperium 9, 17. *i e. promittere et spondere invictum semper fore.* Pecis per omnem Apuliam præstandæ populo Rom. auctores 9, 20. Ni præstaretur fides publica 2, 28. Quonam modo id præstaturus esset 9, 24. *cf.* 31, 11. Stipendium ejus anni exercitui præstarent 5, 32. *i. q. suppeditarent.* Regem excusavit, quod stipendium serius quoad diem præstaret 42, 6. Alia, quæ imperarentur, præstare paratos esse. Milesii, nihil præstitisse memorantes, si quid imperare ad bellum senatus vellet, præstare se paratos esse, polliciti sunt 43, 6. Edixit militibus, ut silentium quieti nautis sine certamine ad ministeria exsequenda bene obedientes præstarent 29, 25. Transitum per Thraciam tutum et commeatus Bastarnis ut Philippus præstaret 40, 57. Ut vetustate et gradu honoris nos præstent 7, 30. *cf.* 3, 61. *it.* 44, 38. Proxenus tum causa, tum eloquentia præstare visus est 41, 25. Quantum numero, quantum genere militum præstarent tironibus 42, 52. Dico, quantum vel vir viro, vel gens genti præstat 31, 7.

PRÆSTIGIÆ 8, 15. Quo magis argui præstigias jubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos.

PRÆSTITUERE 10, 20. Præstituta die. *cf.* 3, 22. *it.* 6, 4. — nullo præstituto militiæ tempore 23, 25. Diemque præstituit, intra quem de conditionibus peractis responsum acciperet 45, 11.

PRÆSTO 37, 20. Ad jussa præsto esse jubet. Ad portas Camillo præsto fuere 5, 45. Ut Potitii ad tempus præsto essent 1, 7. Præsto est enim acerba memoria 25, 38.

PRÆSTRINGERE 40, 58. Fulguribus præstringentibus aciem oculorum.

PRÆSTRUERE 28, 42. Præstruit sibi fidem fraus. *i. q. ante præparat.*

PRÆSULTARE 7, 10. Quando adeo ferox præsultat hostium signis.

PRÆSULTATOR 2, 36. Sibi (*Jovi*) ludis præsultatorem displicuisse.

PRÆTEGERE 44, 9. Prætecta (*scuta habebant*) pugnantium more. *nempe ut tegeretur corpus. Sed Drakenborchio et Dukero legendum videtur* prætenta. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 320.

PRÆTENDERE legem postulationi suæ 3, 45. *ibid. cap.* 47. Quem decemto sermonem prætenderit. *h. e. præmiserit, ut speciosum foret. cf.* 39, 28. Ubi deorum numen prætenditur sceleribus. *ibid. cap.* 16. Id ipsum argumenti prætendentibus (*legatis*) orationis 45, 42. — titulum prætendere belli 37, 54. *ubi vid. Bauer. pag.* 255. Id modo — intercessioni suæ prætendebant 6, 36.

PRÆTENTUS 10, 2. Tenue prætentum littus esse. — armata acies toto prætenta in littore 22, 20.

PRÆTER 38, 41. Fines præter Apollinis — templum superant. Qua ab occasu præter Axium amnem (*Pæonia*) porrigitur 45, 29. Quum præter mœnia eorum infrequentia conspecta signa essent 7, 8. Præterque aciem ipsam Gallorum — ad castra effuso cursu ferebantur 10, 29. Pacato mari præter oram Italiæ — vectus 28, 49. Ne quis præter armatos violaretur 4, 59. *ubi Drakenborchio restituendum videbatur* præter armatus, *ut* præter *pro* præterquam *acciperetur*. Vid. *ipsum ad* 5, 52.

PRÆTEREQUITARE 3, 61. Jam fugam undique capessentes pleroque a castris avertunt, præterequitanteque absterrent.

PRÆTERFERRE 21, 55. Simul latebras eorum improvida prælata acies est. Vid. *præferre.*

PRÆTERFLUERE. Vid. *perfundere.*

PRÆTERGREDI 49, 54. Ne tentata quidem oppugnatione. prætergressus etc.

PRÆTERIRE 6, 40. Utrumque ex Patribus præterire liceat. *de comitiis consularibus.* Retinuit quosdam Lepidus a collega (*censore*) præteritos 40, 51. *h. l. quos voluerat in legendo senatu præterire.* Vid. *Gronov. ad* 34, 1.

PRÆTERMITTERE 5, 51. Quum vindicari deberet (*jus gentium*) eadem negligentia deorum prætermissum. Cœliusque et alii id — prætermiserunt scriptores 23, 6.

PRÆTERQUAM hostili odio 30, 6. *pro præterquam quod ex hostili odio. cf.* 10, 20. *Sæpius enim illud* quod *desideratur.* Vid. *Drakenborch. ad* 22, 53. Vestalibus nempe una illa sedes est, ex qua eas nihil umquam, præterquam urbs capta, movit 5, 52. *sed hic est haud dubie legendum* præter; *quippe quod etiam adverbialiter dicitur.* [Vid. *omnino Drakenborch.*

ad h. l.] Nec ullius rerum suarum relicti, præterquam corporum, vindices 5, 42. Nihil præterquam vigilatum est in urbe 3. 26. Quum aliud, præterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent 3, 40. Adeo nihil, præterquam seditionem fuisse — — constat 7, 42. Omnium, præterquam multitudinis suæ — immemores 9, 35. Præterquam majestate petentium, religione etiam adtoniti homines — creavere etc. 5, 14. Nec — quidquam est, præterquam ut — hominum numero simus 4, 4.

PRÆTERVEHI 21, 41. Quum prætervehere navibus Galliæ oram. — quam *(oram)* prætervecti fuerant. *cf.* 22, 20.

PRÆTERVOLARE 25, 38. In occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas.

PRÆTEXTUS 36, 6. Sub levi verborum prætextu.

PRÆTOR *pro magistratibus omnium populorum. Sic* Atheniensium 31, 24. — Saguntinus 21, 12. — Bœotorum 42, 43. — Epirotarum 29, 12. — Prænestinus 9, 16. *ubi vide Drakenborchium.* Prætor urbis 31, 4. Vid. *Gronov. ad* 22, 33. — qui jus in urbe diceret 6, 42. Nisi quod, non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule uno plebeio tres patricios magistratus curulibus sellis prætextatos tamquam consules sedentes, nobilitas sibi sumsisset, *prætorem* quidem *etiam jura reddentem, et collegam consulibus* etc. 7, 1. Prætor maximus 7, 3. *q. consul; ex antiquiori dicendi consuetudine.* Prætor in eam provinciam profectus erat 29, 21. *pro proprætore.* Vid. *Duker. ad* 39, 29. Consulente collegio prætorum 22, 10. Vid. *Drakenb. ad h. l.* Nos tamen minime decet, juventutem nostram, pro militari rudimento, assuefacere libidini *prætorum* 21, 3. *al.* imperatorum. Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 4.

PRÆTORIUM 26, 15. Dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis sociûm imperavit, uti etc. *Hi ergo, in primisque legati, sed et centuriones præcipui, in consilium adhiberi solebant.* — prætorium missum 21, 54. Tria prætoria circa Capuam erecta 25, 22. *i. e. tres exercitus ibi erant, quorum tentoria proprie dicuntur prætoria.* — in prætorio tetendere Albius et Atrius 28, 27. Vagati enim *in urbe (legati)* obversatique *prætorio* erant 29, 24.

PRÆVALERE *Præfat.* Prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt. *cf.* 2, 55. *it.* 5, 15.

PRÆVALIDUS 26, 16. Quibusdam delendam censentibus urbem prævalidam etc. *cf.* 40, 47. *it.* 3, 43. Prævalidus juvenis 7, 5.

PRÆVEHI 9, 35. Equites Romani, prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent etc. Præter undecim fasces equo prævectus senex etc. 24, 44.

PRÆVENIRE 9, 23. Quo quum prior Romanus exercitus — magnis itineribus prævenisset. Prævenit inceptum eorum Marcellus 24, 13. Ut beneficio prævenirent desiderium plebis 3, 16.

PRÆVERTERE 24, 5. Fuga prævertere metum suppliciorum. Coactique novi consules omnibus eam rem præverti 8, 13. Nec posse — bello prævertisse quidquam 2, 24. *cf.* 9, 17. *ad quem locum vide Drakenborchium. it. Bauerum pag.* 106. Decemviros, quo cuique eorum videatur, exercitus ducere; nec rem aliam præverti 3, 40. Si Punicum Romano prævertisset bellum 9, 17. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 317. Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi prævertenda esse dixisset, redire — jussit 36, 27.

PRÆUSTUS 21, 40. Præusti artus, nive rigentes nervi. Membra torrida gelu etc. *al.* perusti. *quod vid. it.* hasta.

PRANDERE 9, 31. Ut prandeat miles, firmatusque cibo viribus arma capiat. Ut ante lucem viri equique curati et pransi essent 28, 14. *Sunt, qui* curati *ad equos,* pransi *ad viros referri velint, indignum esse rati, s* prandere *dicantur equi. Enimvero utrumque maxime ad viros refertur, ad equos secundario, per σύλληψιν.*

PRATA 8, 19. Ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vacci prata, diruto ædificio, publicatoque solo, appellata. *i. q. area, campus.* Vid. *Cic. Orat. pro domo cap.* 38. Ager — quæ postea sunt Muria prata appellata 2, 13. Prata Flaminia 3, 54.

PRAVUS 1, 53. Dux belli pravus. Si occæcatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset 8, 32. Præsidium ab Lysimachia — deduci pravo — consilio jussit 37, 31. *i. q. stulte, per imprudentiam.* — pravæ mentis homo 4, 49. Deformatum ordinem prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis præteriti essent 9, 30. *paullo post:* sine recti pravique discrimine.

PRECARI 35, 31. Nihil quemquam ab diis immortalibus precari posse, quod non Magnetes ab illis haberent. Consulibus designatis imperavit senatus, ut — hostiis majoribus rite mactatis, precarentur, ut etc. 42, 28. Deos - - ipsos ablatos esse; parietes postesque nudatos, quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus superesse 38, 43. Legatos — ad socios — precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat 7, 31. Sororem dedisse (*Persea*) Prusiæ precanti ac oranti 42, 12. Eam precari mentem hostibus, ut ne etc. 9, 14. *pro imprecari.* [Vid. *precatio.*]

PRECARIO 34, 62. Precario ab se iter per eum ipsum agrum, tamquam haud dubie Karthaginiensium juris, petisset.

PRECARIUS 8, 35. Donatur tribuniciæ potestati precarium, non justum auxilium

ferenti. Non orare solum precariam opem, sed pro debita petere, 3, 47. Specie — æquum est fœdus: re apud Achæos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est 39, 37. *i. q. precario dato.*

Precatio 9, 5. Ubi (*in fœdere*) precatione res transigitur. *pro imprecatione, eaque dira. cf.* 21, 45. [Vid. *precari.*] Inter precationem deûm 2, 8. *i. q. preces ad deos directas.* Pacemque deûm peti precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris essent, placuit 42, 2.

Preces 1, 16. Precibus pacem exposcere. *Sic et petere, orare junguntur precibus. v. c.* 5, 18. Eadem multis precibus orant 2, 2. Ad pacem cum precibus petendam 9, 16. — *sine præpositione* 43, 4. *Videtur hæc inprimis forma sollemnis et religiosa fuisse, eodemque modo sine emphasi dicta, uti* fraudem fraudare, servitutem servire, occidione occidi, *alia.* Preces suas acceptas ab diis immortalibus ominati 42, 30. Matronæ in preces et obtestationes versæ 27, 50. *it.* ad preces 8, 35. Efficaces habebant preces 9, 20. — infimæ preces 29, 30. Precibus infimis petiere 8, 2.

Prehendere 29, 21. Locrensibus se permittere, ut, quod sui quisque cognosset, prehenderet: si quid non compareret, repeteret. *cf.* 3, 11. Quemcumque lictor jussu consulum prehendisset 3, 11. *etiam* comprehendere *sic dicitur. vid. Drakenborch. ad h. l.* Ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito, quam conversus in Patres impetus esset etc. 2, 29. Quum M. Claudius — iret ad prehendendam virginem etc. 3, 47. I — lictor — da viam domino ad prehendendum mancipium 3, 48.

Prehensare 1, 47. Circumire ac prehensare minorum maxime gentium Patres.

Premere 22, 12. Premendorumque superiorum arte — sese extollebat. *i. e. criminandorum et in invidiam adducendorum. cf. cap.* 59. *Gronovius, non male, sic volebat legi:* premendoque superiorem — sese extollebat. Venisse tempus premendæ plebis 2, 34. (*in angustiis frumenti.*) Manlium malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere 7, 4. Premebat reum — crimen unum 3, 13. *i. e. maxime nocebat. cf.* 39, 40. Eques, luce demum ausus incursare in hostem, carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit 8, 38. Dum — quies nocturna hostes premeret 22, 50. Ventus, premente nebula, cecidit 29, 27. Obsidione munitionibusque cœpti premi hostes 1, 57. Premendo præsidiis angustos saltus eorum 40, 41. Luceriam premendo 22, 14. *i. q. oppugnando.* Presso pede eos, retrocedentes in intervalla ordinum, principes recipiebant 8, 8.

Prendere 29, 20. Quem — prendere tribuni juberent. *cf.* 8, 33. *it.* 9, 34.

Prensare 4, 60. Concursum itaque ad curiam esse, prensatasque exeuntium manus, et Patres vere appellatos. *de gratias agentibus, non petentibus.* Vid. *prehensare.*

Pretium recte et perperam facti 5, 47. *per syllepsin dictum; nam perperam factis pretia, h. e. præmia, non proponuntur.* Pretium recte facti triumphum haberet Paullus 45, 37. *pr. præmio.* Mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum 5, 48. Satis tamen ampla (*Sicilia et Sardinia recuperatæ*) pretia essent 21, 43. Capita hostium, pretia libertati facta 24, 15. Nullo satis digno moræ pretio tempus terunt 21, 48.

Pridie quam rogationis ferendæ dies adesset 22, 25. *vid. Gronov. ad* 23, 31. Pridie quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum est 37, 56.

Primo 22, 43. Querentiumque annonam primo, postremo famem. vid. *postremo.* Primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam etc. 4, 2. *i. e. in principio certaminum.* Quum primo vocatæ — consulem dicerent omnes centuriæ 10, 15.

Primordium urbis *Præfat.*

Primores 1, 1. Processisse Latinum inter primores. *i. q. in primam aciem. Ita et cap.* 12. ipse ad primores Romulus provolat. Primoribus equestris gradus lectis 2, 1. Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne 23, 12. Primores equitum centurionumque 25, 6. Satis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis, quam militibus 1, 57. Primores Patrum 1, 9. — primores duorum populorum 7, 8. Prorsus auferri a primoribus ad plebem summum imperium credebant 4, 1. *i. e. a patriciis.* Primore juventute conscripta 24, 20. Primores civitatis 1, 43. *e quibus* 12 *centuriæ equitum ab Servio Tullio delectæ.*

Primus 2, 20. Provolant in primum. — nec sustinere frons prima tam longum certamen — potuisset 10, 14. — inter prima signa 10, 41. Arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant 10, 41. *cf.* 25, 21. In primis parum proderat 3, 65. *i. e. iis, quibus primum auxilio essent.* In primo *sequ.* dein 2, 40. *vid. Gronov. ad* 10, 14. Primum ipsum bellatorem ducemque 9, 1. Equitum peditumque longe primus erat 21, 4. Prima hodierna luce 1, 16. Primisque hostiis perlitatum est 36, 1. Primus tumultus 1, 6. *pro initio tumultus. cf.* 10, 28. Intentus ad primum initium moti certaminis 6, 12. *Sic* prima origo *dicitur* 7, 2. Ut illa palam prima postrema — recitata sunt 1, 24. Ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum 42, 48. *vid. Drakenborch. ad* 4, 58. Primo quoque tempore 42, 8.

Princeps 21, 4. Equitum peditumque idem longe primus erat: princeps in præ-

lium ibat, ultimus conserto prœlio excedebat. *cf.* 1, 11. *it. cap.* 26. princeps Horatius ibat. Princeps terrarum populus *Præfat.* Regionum principes donis coluerat 40, 57. Principes novandarum rerum 6. 18. Principes et auctores transcendendi Alpes 40, 58. Stationibus per principes regionum urbis dispositis 24, 21. *i. e. per primarias regiones. Sic recte interpretatus est Cel. Strothius.* Digna Romano principe 45, 40. (*Æmilio Paullo.*) — princeps civitatis 3, 1. — princeps *simpliciter dictus eodem sensu* 5, 30. — principes plebis 6, 34. — principes coloniæ 3, 4. — juventutis 6, 13. *de Latinis. cf.* 9, 25. Princeps senatorum 40, 45. Equites enim illis (*Romanis*) principes juventutis, equites seminarium senatus 42, 61. Jussis excedere e templo (*senatu*) legatis, non Pleminius modo — principum orationibus lacerari 29, 19. (*scil. senatus.*) Princeps tertiæ legionis 25, 14. *est idem, qui sequitur, princeps primus tertiæ legionis.* — princeps primus centurio *ibid. Lipsius autem cum Dukero legi malebat* princeps primæ centuriæ, *aut* prioris centuriæ. *Sed vulgata recte se habet, intelligiturque centurio primi principis, i. e. primæ centuriæ principum. Sic Cæsar B. C.* 3, 64. omnibus primæ cohortis centurionibus interfectis, præter principem priorem. *vid. Salmas. de re militari pag.* 60. Quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset 3, 17. *h. e. auctor sui cognominis, Valerius Publicola. vid. Gronov. ad h. l.* Sabinum advenam principem nobilitatis vestræ — illi antiqui patricii in suum numerum ac ceperunt 10, 8. Lectus a Sempronio princeps in senatu 27, 11. Princeps legationis 7, 31. — qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat 9, 4. Princeps ætatis suæ belli domique 9, 34. Principium quoque signa 30, 34. *pro principum. cf.* 36, 9. *it.* 37, 39. [*vid. Drakenborch. ad* 2, 27.]

PRINCIPALIS 10, 33. Manipulos legionum principali via inducit. — porta principalis dextra 4, 19. *cf.* 40, 26.

PRINCIPIUM 39, 31. Atrox in principio prœlium fuit. — principio anni tribuni nihil moverunt 5, 26. Quod utroque anno eadem curia (*Faucia*) fuerat principium 9, 38. Maximique secundum deorum opes imperii principium 1, 4. In quos (*clivos*) post principia integris ordinibus tutus receptus fuit 2, 65. *h. e. iis, qui post primos ordines aciei erant. Aliter, contra quam putabat Cel. Strothius* 7, 12. principia *sunt accipienda. ibi enim ex adjecto* prætorio *intelligitur, opinor, de principiis castrensibus, prætorio vicinis, sermonem esse.*

PRIOR 4, 13. Prioris anni consules. *i. q. proximi superioris.* Priores decemviri 3, 36. Quo die illum omnes centuriæ priorem consulem dixissent 29, 22. *h. e. qui primus ex duobus declaratus et renunciatus est.* Quia Italiæ cura prior potiorque erat 23, 28. *etiam simpliciter* priorem curam *pro* potiori *dixit noster. v. c.* 2, 48. Quod adeo toti plebis fuissent (*consules,*) ut Patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui, quam patricio, cura fuisset 3, 59. Equus, prioribus pedibus erectis etc. 8, 7. Si priore fœdere staret 21, 19. *vid. ad h. l. Bauer. pag.* 19.

PRISCUS 8, 6. Disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Homines prisci Latini 1, 32. *in formula.*

PRISCUS *nomen proprium. vid Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 52.

PRISTINUS 9, 23. In quæ (*castra*) infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis. *i. e. uno de superioribus diebus, non proximo, ac ne proximis quidem.*

PRISTIS 44, 28. Adjectæ ad hunc numerum quinque pristes erant.

PRIVATIM infestus 9, 38. *i. q. privata de causa.* Maximo privatim periculo 6. 39. Et privatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent 6, 41. *nisi legas cum Creverio* privati. Privatim se tenere 23, 7. *i. q. in privato s. domi.* Quod ad se privatim attineat 5, 30.

PRIVATUS luctus 5, 39. — dolor 2, 58. *nempe privatis de caussis.* Privatum meritum 3, 63. — privata pietas 28, 29. — in privato servari 32, 16. *Oppos. in publicum prodire.* Ut ipsi in privato animadverterent in eas 39, 18. — in publico — *ibid. cf.* 36, 8. Proripere se ex privato 2, 24. Consules, in privato abditi, nihil pro magistratu agere etc. 9, 7. Privatus, si vis absit 3, 38. *omnino privatus opponitur magistratibus, omnis generis, etiam provincialibus, sacerdotibus item, flaminibus etc. vid.* 5, 52. *it.* 38, 5. *quamquam ipsi sacerdotes sunt privati. vid. Cicer. Catil.* 1, 2. *Etiam magistratus, comparati cum regibus, subinde* privati *dicuntur.* [*Omnino hujus vocis, ut Græcæ* ἰδιώτης, *sensus ex oppositione intelligitur.*]

PRIUS 31, 3. Ne — auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus — esset. *i. q. olim.* Prius sedendo ad Suessulam et tum etc. 7, 37. — prius — deinde 22, 9. Prius præcipere 21, 32. *Sic pluribus verbis compositis ex* præ *jungitur* prius, *v. c.* præmeditari 38, 3. — prævenire 9, 23. *alia.* vid. *ante.* Meminisse eum debere prius, se consulem P. R. quam fratrem P. Claudii esse 39, 32. *pro potius.* Priusque quam Carthagine subveniretur 29, 25. Prius — — nunc 37, 54. Quid ad ea responderet, aut, si prius mallet, expromeret etc. 42, 24.

PRIUSQUAM complexum accipio 2, 40. *vid. Drakenborch. ad* 9, 13.

PRIVUS 7, 37. Milites — singulis bubus binisque privis tunicis donati. Ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent etc. 30, 43.

PRO collegio decemvirorum 38, 36, *i. e.*

ex auctoritate ac nomine collegii. cf. 4, 26. — pro collegii sententia 4, 44. Pro pontifice 2, 27. *i. q. ut pontifex.* Pro imperio 1, 51. *ut rex.* Nihil pro magistratu (*Cost.*) agere 9, 7. Tribunus militum pro consule ad Veios fuerat 4, 41. *Sic* 10, 25. pro prætore. — quem relinqueret pro se 23, 27. *i. e. loco suo. sed possunt tamen illa* pro consule, pro prætore *nominative capi, si verbum finitum sequatur. vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 54. Ut pro rege, non pro obside, omnibus ordinibus fuerit 42, 6. Pro servis saltem ad hoc bellum emtis vobis simus 25, 6. Ut pro bonis et fidelibus sociis facerent 24, 48. *h. e. ita uti boni et fideles socii facere solerent. cf.* 35, 46. Haud pro dubio consulem esse 6, 40. *i. q. haud dubie, haud dubium etc.* Pro firmato stetit magistratus ejus jus 4, 7. *pro tamquam firmatum.* Pro victis abierunt 8, 1. — pro victis esse 10, 35. — pro hoste esse 42, 5. *vid. Drakenborch. ad* 8, 17. Patres contra, non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere 4, 54. Ut nihil, ne pro minimis quidem, debeant 6, 41. *i. q. ne minimum quidem. Eleganter. Sic Cic. Verr.* 1, 45. pro præde. *vid. Clav. it.* pro bono facere, *pr.* bonum. Et loca sua et genus pugnæ pro hoste fuere 39, 30. *i. e. hosti opportuna, faventia. cf.* 9, 24. Pro inopia commeatum 36, 7. *pro habita ratione commeatuum.* Ne cui vestrum majus id audaciusque consilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro ætate mea, videatur 26, 41. Hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore ac vetustate gentis gloriæ fuit 9, 43. Antiquos mores pro his novis sumere 3, 68. Fierique se pro tribu ædilem videret 9, 46. *i. q. a prima tribu.* Pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse — viderunt 22, 1. Neque se pro eo, quod — servassent exercitum — pœnam ullam meritos esse 9, 8. Consederant utrimque pro castris duo exercitus 1, 25.

PROAVUS 34, 58. Seleucus, proavus ejus etc. *pro abavo. vid. Intt. ad h. l.*

PROBABILIS 7, 14. Quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat. Quod et virginitati decorum et consensu obsidum ipsorum probabile erat 2, 13. *i. e. probabatur.* Probabilis causa transitionis 26, 12.

PROBABILITER 42, 48. Et minime tamen probabiliter.

PROBARE villam publicam 4, 22. *de censoribus dicitur, quum a redemtoribus ex locationis formula extructam invenerunt. cf.* 45, 15. *it. Cic. Verr.* 1. 50. Neque ab altero (*censore*) notatum alter probavit 42, 10.

PROBE factum esto 22, 10. *formula in antiquis legibus sæpe obvia. Sic* recte atque ordine facere. Si is homo, qui devotus est, moritur, probe factum videri 8, 10. *i. q. expiatio facta est.*

PROBATUM. Vid. *comperire, jaculari, ingerere.*

PROBUS 32, 2. Probum argentum. *Sic proprie dicitur. Oppos. adulterinum. hinc nummi probi sunt genuini.* Vid. *interrimentum.*

PROCACIUS 28, 24. Flagitatum stipendium procacius, quam ex more et modestia militari erat.

PROCAX 42, 54. Probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt.

PROCEDERE 1, 44. Et in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Ante portam processerunt 35, 48. — quum stationes procederent 5, 48. *scil. in locum assignatum, explicante Drakenborchio, vel, ut Gronovio placebat, a fusis licet fame continuarentur.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 210. [*Accedo Gronovio. Baueri interpretatio quæsitior.*] Navibus inde — processit 40, 41. Ornato exercitu obviam venienti consuli processit 44, 1. Universi (*Patres*) — processere 2, 35. *palam deprecati sunt pro etc.* Instructis ordinibus — processere in aciem 8, 9. Procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque 21, 43. Consules in sedem processere suam 2, 5. Hieronymum — quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem etc. 24, 5. Quum in concionem et consules processissent 4, 6. Legiones — ad prosequendos commilitones processerant 29, 26. Postero die in Elimeam ad Haliacmona fluvium processit 42, 53. Jam et processerat pars major anni 3, 37. Quum anceps prœlium in multum diei processisset 9, 44. — eoque iræ processit *ibid. cap.* 26. Nec ultra minas tamen processum est 3, 46. Velut Licinio processisset 2, 44. *pro feliciter cessisset.* — magisque ex sententia respublica vestra vobis procedat 22, 11. Ubi id parum processit 1, 57. Ne Eumeni quidem — — quidquam satis procedebat 44, 13. Procedunt æra militibus 5, 7. *cf.* 25, 5. Procedunt stipendia militibus *it.* 27, 11. *Similiter Cicero* (*Verr.* 5, 9.) tibi ista laudatio procedat in numerum. Vid. *Gronov. ad* 5, 48. In multum vini processerat 37, 7. Vid. *mentio.*

PROCELLA 6, 32. Prosperæ spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. *cf.* 23, 44. Imber — sonituque primo largioris procellæ strepitum molientium portam exaudiri prohibuit 24, 46. Hæc velut procella 37, 41. *scil. telorum, procidit enim: tela ingerere.* Primam periculi procellam — parumper sustinuit 2, 10. Qui tantas jam nunc procellas, prœlia atque acies jactando inter togatos ciet 22, 39. Procellis tribuniciæ 2, 1. — seditionum 28, 25. — procella eruptionis 43, 10. Procella equestri circumfundere 29, 2. *cf.* 10, 5. 30, 18. 35, 5.

PROCELLOSUS 28, 6. Venti ab utriusque

terræ prealtis montibus subiti ac procellosi se dejiciunt. — ver procellosum eo anno fuit 40, 2.

PROCERES 10, 28. Orat proceres juventutis, in hostem ut secum impetum faciant, *i. e. equites. cf.* 3, 61.

PROCIDERE 21, 14. Quassata turris prociderat. — Victoria — ad Victorias, quæ in antefixis erant, hæsit, neque inde procidit. *cf.* 31, 46. Tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant 21, 8. Secundum talem orationem universi rursus prociderunt, ramosque oleæ supplices jactantes etc. 45, 25.

PROCLAMARE 22, 26. Proclamando pro sordidis hominibus causisque adversus rem et famam honorum. Patre proclamante, se filiam jure cæsam judicare 1, 26.

PROCONSUL *de proprætore* 37, 46. *vide Dukerum ad h. l. it. ad* 39, 29. *de prætore* 41, 15.

PROCONSULARIS 5, 2. Qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint. *de tribunis militum consulari potestate.*

PROCUL 6, 16. Jamque haud procul seditione res erat. — nec procul seditione aberant 8, 32. Res repetentes legatos nostros haud procul afuit, quin violarent 5, 4. *cf.* 9, 2. Ut haud procul esset, quin Remum agnosceret 1, 5. Procul jaculari 37, 30. *i. q. e longinquo.* — muro urbis conjuncta procul videtur 44, 46. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii 8, 8. procul muro 21, 7.

PROCULCARE 10, 36. Et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit.

PROCUMBERE 1, 7. Herculem — et ipsum fessum via procubuisse. Prosternunt corpora humi, sic ut passim procumberent 38, 21. More adulantium procubuerunt 30, 16. *cf.* 7, 31. Sub hæc dicta lacrimantes (*legati Karthaginienses*) procubuerunt 42, 23. Male densatus agger pondere superstantium in fossam procubuit 10, 28.

PROCURARE 10, 8. Divinis rebus procurandis. — ludorum primum initium procurandis religionibus datum 7, 3. — procurare prodigia 5, 15. *conf.* 41, 13. — familiare ostentum 26, 6. Ad hæc consultanda procurandaque etc. 1, 21. Itaque in prodigium versa ea tempestas, procurarique aruspices jusserunt. simul procuratum est, quod etc. 40, 2. Ea (*prodigia*) Patres procurari, uti pontifices censuissent, jusserunt 41, 16.

PROCURATIO 4, 8. Speciosi ministerii procurationem intuentes. *de præfectura annonæ. cap.* 12. curatio ministerii *dicitur.*

PROCURRERE 30, 10. Quæ procurrere speculatoriæ naves in hostem possent. *cf.* 10, 36. Si ferocius procucurrissent 25, 11. Utrimque in pugnam procursum est 21, 8.

PROCURSARE 3, 61. Quid latrocinii modo procursantes pauci, recurrentesque tererent tempus.

PROCURSATIO 5, 19. A procursationibus — edicto, ne quis injussu pugnaret, ad opus milites traducti. Procursationes leviaque certamina vario eventu inita 23, 40.

PRODERE 2, 54. Desertam ac proditam causam publicam queri. — si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret 22, 44. — ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat 10, 19. *Sic explicanda sunt*: prodere libertatem 2, 38. — disciplinam 2, 59. — salutem 9, 14. — publica 26, 36. Induxisse in animum, ut superbo quondam regi, tum infesto exsuli, proderent (*patriam etc.*) 2, 5. Tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipso per tot casus expertum, proditumque, quia non prodiderat, omnium ab se abalienavit animos 45, 6. Eodem anno Alexandriam proditum conditam 8, 24. *scil. memoriæ.* Alia prodita dies ad frumentum majore apparatu petendum 25, 13. Interregem prodamus 3, 41. *verbum sollemne de hoc genere electionis. cf.* 5, 40. *it.* 5, 31. Prodendi exempli caussa, ne quid usquam fidum proditori esset 1, 11. Quæ vox (*cantherium in fossam*) in rusticum inde proverbium prodita 23, 47.

PRODICERE 3, 57. Tribunus ei diem prodixit. *alias proferre, ampliare. cf.* 3, 61. — prodicta die 6, 20.

PRODICTATOR 22, 8. Quod numquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creavit. *cf. cap.* 31.

PRODIGIUM 1, 31. Missis ad id visendum prodigium, in conspectu — crebri cecidere cœlo lapides. — perita — cœlestium prodigiorum mulier *ibid. cap.* 34. *it.* 55. Prodigia aliquot visa nunciataque sunt 26, 23. — nunciata acciderunt 31, 12. — hostiis majoribus procurata 26, 23. Prodigia — jam alia vulgata miracula erant 24, 10. Vid. *suscipere.* Propter prodigia, quæ evenerant 40, 59. In prodigium versum est *ibid.* Prodigium expiatum 41, 13. Prodigia expiari, pacemque Deûm peti — placuit 42, 2. Neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri 43, 13. Trahere in prodigium 44, 37. Vid. *publicus.*

PRODIRE 43, 14. Tu — ex edicto — censorum ad delectum prodito — in delectu prodibis.

PRODITIO 24, 45. Quumque res Romana contra spem votaque ejus velut resurgeret, turpius videatur novam referre proditionem proditis olim — ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esset. Suis per speciem societatis proditionem reservat 1, 27. Per dolum ac proditionem prope libertas amissa est 2, 3.

PRODITOR 2, 59. Invectus haud falso in

proditorem exercitum militaris disciplinæ, desertorem signorum.

PRODUCERE 3, 64. Consules producti ad populum interrogatique. *cf.* 10, 26. Vid. *Duker. ad* 45, 2. Primores Patrum productos. interrogando de singulis, quæ ferebantur ad populum, fatigabant 6, 36. Eum quum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis — — de his, quæ in Istria essent acta, in concionem quoque produxerunt 41, 7. Omni genere honoris producere eum non destitit 40, 56. [*Græcorum* προάγειν.] Quum res prope ad interregnum producta esset 4, 25. *cf.* 7, 21. *ubi est* perduxit *eadem de re.* In serum noctis convivium productum 23, 48. *i. q. protractum. Sæpius ea significatione hoc verbum commutatum cum* perducere. Vid. *Duker. ad* 38, 49.

PRŒLIUM 31, 2. In prœlio esse — prœlia facere 35, 1. — novale 40, 52. Manlius prætor secunda aliquot prœlia eum Lusitanis fecit 40, 34. Uno prœlio victus bello victus esset 9, 19. — profligato prœlio 28, 2. Quod nec in acie ancipiti usquam certaverant prœlio 5, 41. Dura ibi, prœlia aliquot facta 40, 16. *Gronovius malebat* dubia. In ipso itinere tumultuario prœlio conflixit. agminibus magis, quam acie pugnatum est 29, 36. Nonne intercursu matronarum inter acies duas prœlium sedatum est 34, 5. Fatigatio ipsorum equorumque, incerta victoria, diremit prœlium 31, 33. *de concursu alarum equitum.* Nusquam prœlium, omnibus locis cædes est 5, 45. *cf.* 1, 25. Equitem — redire in prœlium jubet 1, 27. *i. q. in aciem, ordinem.* Vid. *ad h. l. Bauer. pag.* 43. Defungi prœlio festinat (*Horatius*) 1, 25. *de pugna cum duobus adhuc Curiatiis.* Prœlio — signis collatis pugnasse 40, 50. Par utrumque prœlium fuit 41, 28.

PROFANUS 5, 52. Hæc omnia in profano deseri placet sacra. *cf.* 9, 9. *ubi* profani *et* sacrosancti *(tribuni plebis) opponuntur.* Interea dedite profanos nos, quos salva religione potestis 9, 9.

PROFECTIO tanti spectaculi 26, 26. *de classi.* Classico signum profectionis dedit 2, 59. *cf.* 9, 38. *it.* 10, 17. Ubi profectione hostium concessam victoriam videt 10, 12. *i. e. fuga.* Quem terrorem non pugnæ solum eventu, sed nocturna profectione, confessi sunt 7, 33. Si hæc profectio et non fuga est 2, 38. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Etrusci abhorrens mos etc. 2, 14.

PROFECTUS 1, 15. Ab illo profectu viribus datis tantum valuit etc. *i. e. principio.*

PROFERRE pomœrium 1, 44. — proferre inde castra Romanum 10, 33. — de proferendo exercitu agere 3, 20. Cujus (*agri publici*) ingentem modum possidere privatos paullatim proferendo fines, constabat 42, 1. Nunc signa extra vallum proferte 22, 29. — signa in aciem consul proferret 9, 43. Ut commeatus — ex agris deviis in viam proferrent 26, 8. Omnium rerum, etiam parvarum, eventus proferebatur in dies 10, 39. Si diem proferimus etc. 25, 38. Vicit sententia, quæ diem non proferebat 41, 1. *i. e. proferri nolebat.* — prolatæ in annum res 4, 25.

PROFESSIO 35, 7. Postquam professionibus detecta est magnitudo æris alieni.

PROFICERE 3, 61. Parvaque certamina in summam totius profecerant spei. — in summam belli profectum foret 31, 37. *cf.* 10. 14. *it.* 18.

PROFICISCI 2, 4. Consules — profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere. *i. e. domo egressi; neque enim Roma exierant.* — profecti ex loco 21, 27. Cum classe profectus [Karthaginem 25, 27. *cf.* 29, 27. Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur 24, 17. — in eam legationem profecti 21, 63. Grave erat, in Æquos — proficisci ? 3, 63. *i. e. ad bellum c. A. gerendum.* Ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur 7, 31. Consules — per Marsos Pelignosque profecti 8, 6. Qui obvios percunctando aliquos, profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant 22, 54. *ubi vid. Bauer. pag.* 75. Magnis copiis peditum equitumque profecti 2, 19. *pro cum m. c. Sic sæpissime.* Vid. *Intt. ad* 22, 9.

PROFITERI 5, 7. Voluntariam extra ordinem professis militiam. Profiteri patrocinium fœneratorum 6, 15.

PROFLIGARE 3, 50. Profligata res est. *i. q. maximam partem transacta, victa.* Hac expeditione consulis motum latius erat, quam profligatum bellum 9, 37. — bellum — commissum ac profligatum conficere 21, 40.

PROFUGUS 1, 1. Æneam ab simili clade domo profugum, sed ad majora initia rerum ducentibus fatis etc. *Sic Virgil. Æn.* 1, 2. fato profugus. Profugus domo 1, 34. (*patria.*)

PROFUNDERE 23, 20. In questus flebiles — sese in vestibulo curiæ profuderunt.

PROFUSE tendentibus suis in castra 10, 36.

PROGENIES nepotum 1, 13. *h. e. ipsi nepotes. cf. cap.* 16. — liberorum 45, 41. Sicinium, progeniem ejus, quem etc. 3, 54. *de uno homine rarius dicitur. apud Livium tamen adhuc aliquoties occurrit. v. c.* 9, 34. *it.* 21, 10. Patriciique progenies eorum (*Patrum*) appellati 1, 9. Macedonia progeniem ediderat 42, 52. Ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit 7, 4.

PROGNATUS deo 1, 40.

PROGREDI 38, 15. Progredienti præter paludes. Ad — urbem progressus omni exercitu civium etc. 28, 13.

PROHIBERE 31, 25. Agros sociorum populationibus prohibiturum. Prohibiti

in æde Jovis vesci 9, 30. Jam se ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant 3, 28. Imper — strepitum molientium portam exaudiri prohibuit 24, 46. Adversus ea, quæ concitaverint, armari civitatem defendique prohibeant 4, 2. Diique et homines prohibuere redemtos vivere Romanos 5, 49. Ab regina Romana *(captivam)* prohibitam — servitio partum Romæ edidisse 1, 39. Lasciviam a vobis prohibetote 23, 11.

PROJICERE 2, 23. Magno natu quidam cum omnibus malorum suorum insignibus se in forum projecit. Quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus 25, 37. Projecto lævâ scuto 7, 10. Projecto præ se clipeo 32, 25. *i. q. prætento.* Non esse tamen desertam omnino rempublicam neque projectum consulare imperium 2, 27. Projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus 22, 44. — insepultos projecit 29, 9. Nec continentis modo projectas oras prætervecta 22, 20. *i. q. prominentes, excurrentes in altum.* Pabulum lignaque projicere jubent — ex quibus (*jumentis*) onera dejecta erant 41. 3.

PROLABI 1, 56. Velut si prolapsus cecidisset. *cf.* 5, 21. — prolapsaque in vulnus moribunda cecidit 1, 58. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret 5, 47. Quod rem temeritate ejus prolapsam restituit 6, 22. Rem prope prolapsam restituit 45, 19. Quin disciplinam militarem, culpa tua prolapsam, pœna restituas 8, 7. Equus — quum prolapsum per caput regem effudisset 27, 32. In misericordiam prolapsus est animus victoris 30, 12. In hæc deflenda prolapsos ab recenti nuncio animos 29, 4. Adolescens cupiditate regni prolapsus 40, 23. Prolapsum clade Romana imperium 23, 5.

PROLATARE 2, 36. Cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita. — prolatandis comitiis 7, 21. Nihil prolatandum ratus, ne se quoque — cunctantem casus aliquis opprimeret 21, 5. Si ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur 37, 19. *cf.* 27, 46.

PROLATIO 22, 13. Punicum abhorrens (*os*) ab Latinorum nominum prolatione. *cf.* 23, 5. Aruspices, in bonum versurum id prodigium, prolationemque finium et interitum perduellium portendi, responderunt 42, 20. *cf.* 31, 5.

PROLOQUI 4, 2. Audeat Canuleius in senatu proloqui. *cf.* 39, 15. Pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, et, quod proloqui etiam piget, vesci humanis corporibus docendo 23, 5.

PROMERE 30, 12. Apud ignaros regis casus, neque, quæ acta essent, promendo, nec minis — valuit etc. Quum promtum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimique ferrent 3, 34. Vid. *promtus.*

PROMINERE 28, 43: Prominet maxima pars gloriæ cupiditatis in memoriam et posteritatem. *i. e. spectat maxima etc.* Penitus prominere in altum 37, 23. *de promontorio. cf.* 27, 48. — prominens acies 22, 47. *de cuneo.*

PROMISCUE 3, 47. Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere? Promiscue urbs ædificari cœpta 5, 55.

PROMISCUUS 34, 44. In promiscuo spectare ludos, *i. e. sine discrimine ordinum. cf.* 29, 17. Habuere et in promiscuo præterea pecuniam. ex ea communiter locarunt 40, 51. *cf.* 5, 13.

PROMISSA barba 5, 41. — multos mortales capillum ac barbam promisisse 6, 16. Promissa barba et capilli efferaverant speciem oris 2, 23. Vid. *cæsaries.*

PROMITTERE 10, 14. Pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promissis onerat. *cf.* 32, 11. promissis ingentibus oneratum.

PROMONTORIUM in altum excurrens 37, 23. — prægressus signa Hannibal in promontorio quodam 21, 35. *i. e. in monte prœalto et eminente. Sermo enim est de Alpibus.*

PROMOVERE 10, 4. Castra in agrum Rusellanum promovit. — vere primo in Vaccæos promotum bellum 21, 5. Agger promotus ad urbem 5, 7.

PROMTUS lingua 2, 45. — adolescens et consilio et manu promtus 2, 33. — non promtus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus 5, 3. *Etiam sine tali adjectione promtus ad ingenii laudes pertinet.* Vid. *Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 75. Omnia cara in promtu relicta 22, 42. Promtiorem *(gentem)* veniæ dandæ 25, 16. Mœnia haudquaquam promta oppugnanti 23, 1. Cum promtissimis juvenum prædatum atque in expeditiones iret 1, 54. Levis armatura — promtissimum genus ad lacessendum certamen 44, 4. Vid. *promere.*

PROMULGARE 6, 39. Ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora essent. Rogationemque promulgarent, ne etc. 41, 6. Tribunus pl. promulgavit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent 42, 19. *Si sanus locus, quod Drakenborchio non videtur, notandus est, qui promulgandi verbum simpliciter dictum exhibeat.*

PRONUNCIARE 32, 25. Mos erat, comitiorum die primo, velut ominis caussa prætores pronunciare Jovem, Apollinemque et Herculem. additum legi erat, ut iis Philippus rex adjiceretur etc. Pullarius — tripudium solistimum consuli nunciavit. consul lætus auspicium egregium esse — pronunciat 10, 40. Consulti augures vitiosum videri dictatorem pronunciaverunt

8, 23. *cf.* 23, 31. Prœlio in posterum diem pronunciato 24, 14. *i. e. promisso.* Vocatis ad concionem certa præmia pronunciat 21, 45. *i. q. proponit, pollicetur.* Pronunciatum iter 30, 10. *i. e. indictum. cf.* 4, 59. *it.* 27, 43. Quum in omnes more militari se animadversurum — pronunciasset 5, 47. Nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est 40, 24. Ea pronunciata Campanis 25, 22. *pr. denunciata.* Quum pronunciatum repente, ne quis præter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis 4, 59. *substantive.*

PRONUS 4, 59. Urbs prona in paludes. Pronior in vitia sua 22, 3. *h. e. qui facile ad ea prolabitur et in agenda sequitur.* Pronius ad fidem 21, 28. *i. q. credibilius.* In hoc consilium pronior erat animus regis 42, 59. In vinum, in Venerem proniores 45, 23.

PROPAGARE 23, 25. Consuli propagari in annum imperium. *alias: prorogare, idque, quoniam lege ad eam rem opus est, magis proprie dicitur. Sed nec desunt exempla verbi* propagare *similiter apud alios scriptores usurpati.* Vid. *Oudendorp. ad Sueton. Aug. cap.* 23. Eo bello terminos populi Romani propagari 36, 1.

PROPALAM minantes bellum 5, 36. — in vulgus 22, 12. — propalam duces loqui 10, 20. Propalam obviam ire cupiditati parum ausi 3, 35. Propalam licentiam suam malle, quam omnium libertatem 3, 37. Imperiis deûm propalam expositis 8, 6. Nunc propalam Macedoniam in servitutem petere 42, 52. Non eos tantum, qui se propalam per vanitatem jactassent etc. 45, 31. Vid. *furtum.*

PROPATULUM 26, 13. Magno rogo in propatulo ædium accenso. *cf.* 24, 16. Vulgo apertis januis in propatulo epulati sunt 25, 12. Tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito 5, 13. *de lectisternio privato.*

PROPE 34, 33. Nox prope diremit colloquium. *Dukerus accipit pro* nocte propinqua, *atque ita scripsisse Livium putat. Drakenborchius* noctem exsistentem *interpretatur.* Quum pavida e somno mulier nullam opem prope, mortem imminentem videret 1, 58. Quum hostes prope ad portas essent 2, 24. Filii prope puberem ætatem erant 1, 35. Prope secessionem plebis res — venit 6, 42. *cf.* 26, 48. Quum circumfusa turba esset prope in concionis modum 2, 28. Ea majori gaudio, quo prope metum res fuerat 1, 25. *int. magis.* Vid. *propius.* Et jam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret 10, 18. *alibi: haud procul erat.* Ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur 2, 30. Jam prope erat, ut ne consulum quidem majestas coërceret iras hominum 2, 23. Jam prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur Romanis 40, 32.

PROPEDIEM 1, 46. *it. cap.* 48. *de spatio* 25 *annorum.*

PROPELLERE 2, 11. Ut — pecus quoque omne in urbem compelleretur neque quisquam extra portas propellere auderet. *paullo post* expellere. Ad illecebras propulsa pecora 2, 51. — pecora, quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere 25, 8. Alteram *(partem)* quum hostes propulissent 41, 18.

PROPEMODO 24, 20. Quum propemodo muris accessisset.

PROPENSUS 42, 6. Æque propenso animo — præstaturum esse.

PROPERARE 39, 10. Vitricus ergo — pudicitiam, famam, spem vitamque tuam perditum ire hoc facto properat. Edictum — ut — — opemque ferre, quo postulent res, properent 38, 20. Properans — amnem trajicere 44, 43.

PROPERE 2, 28. Tum vero ad sellas consulum propere convolavere *etc. Sic ediderat Gronovius. Drakenborchio* prope *placebat.* Vid. *præpropere.* Servio propere accito 1, 41. Nisi expromeret propere 2, 12. Ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo 36, 28.

PROPINQUARE 21, 46. Densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit. *conf. Virgil. Æn.* 9, 33.

PROPINQUUS 6, 18. In propinquum certamen aderat et Manlius. *i. e. imminens, instans.* Vid. *Intt. ad h. l.* — ex propinquis itineris locis 6, 25.

PROPIOR pugna 9, 35. *ubi cominus res geritur.* Propior petendo quam gerendo magistratui 8, 35. — propior excusanti se, quam glorianti 27, 17. — paucitas propior damno sentiendo 2, 67. — propior dolor plebi fœneris ingravescentis erat.

PROPITIUS 39, 11. Quod probus adolescens (dii propitii essent) obscœnis — sacris initiari nollet. *Formula optantis ac bene precantis.* Tiberine pater, te sancte precor, hæc arma et hunc militem propitio flumine accipias 2, 10. Satis sperans propitios esse Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset 5, 46. Quam propitiis rem, quam adversis agant Diis 9, 1. In ea arce urbis Romanæ *(Victoriam)* sacratam, volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore populo Romano 22, 37.

PROPIUS esse in Asiam ex Græcia, quam ex Italia in Græciam trajicere 36, 41. Propius fastidium gloriæ senes sunt, quam desiderium 28, 40. Propius urbem 29, 5. — quo propius spem belli perficiendi sit 28, 12. — quo propius spem venerant 26, 37. — ut propius periculum fuerint, qui vicerunt 21, 1. *f.* propiores. *Sic Bauer. pag.* 2. — propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi 25, 11. Propius montes consistunt 1, 27. Propius hostem 42, 58. Propius vero est 40, 50. Flumen

erat haud magnum propius hostium castris, ex quo etc. 44, 40.

PROPONERE 9, 46. Fastos circa forum in albo proposuit. Signum pugnæ proposuit 7, 32. Propositum bello se fore ratus 28, 2. *instar scopi, quem non desinat petere Scipio. Sic Gronovius explicat.* Præmia atque honores, qui remanerent, ac militare secum voluissent, proposuit 23, 15. Servis quoque dominos prosequutis libertatem proponit 21, 45. *i. e. ostendit, præmii loco. cf.* 39, 17. Nedum ego, perfunctus honoribus, certamina mihi atque æmulationes cum adolescente florentissimo proponam 28, 40. Id, quod constat, nudum videtur proponendum 3, 47. *(narrandam.)* Omnium igitur simul rerum — discrimine proposito 6, 35.

PROPRÆTOR *de prætore* 40, 16. *Vid. Dukerus ad* 39, 29.

PROPRIE 25, 28. Neve alteri proprie sibi paciscerentur quidquam. Ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant 25, 33. *Oppos. auxilia.* Vestramque amicitiam ac societatem proprie non violavi 34, 32. A prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et usu doctis, monendi imperatores sunt 44, 22. *i. e. præcipue.* Vid. *Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 9.

PROPRIETAS 38, 17. Quantum terræ proprietas cœlique, sub quo aluntur, mutat. *i. e. clima, quod dicunt, et quæ sunt cum eo conjuncta. Gr. ἰδίωμα.* — multæ frugum proprietates 45, 30.

PROPRIUS 3, 70. Ni suo proprio eum prœlio equites — exceptum aliquamdiu tenuissent. Quæ propria deorum — contemtio atque injuria est 6, 41. *i. q. ad deos pertinens.* Quo, bono publico, sibi proprias simultates irritavit 35, 46. Superbo decreto addidit propriam ignominiam 35, 33. Nunc proprii unius et parvi ad tuendam Nolam præsidii præda sumus 23, 42.

PROPTER 9, 2. Castra propter aquam vallo circumdant. *al.* prope. *cf.* 28, 46. *it.* 34, 32. Quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus 10, 8. *i. q. ut plebeiis etiam inter illos locus esset.*

PROPUGNACULUM 22, 18. Socii Romanorum propugnacula adversus vineas statuere etc. — telaque in propugnacula congerere cogebantur 24, 1. Firmissimo propugnaculo uti, quod litterarum nihil ad quemquam attulisset 34, 61. *i. e. defensionis hoc argumento etc.*

PROPUGNARE 26, 6. Legati pro vallo acriter propugnant.

PROPUGNATOR 9, 39. Cadunt antesignani: et, ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies. *cf.* 37, 11.

PROPULSARE 21, 46. Periculumque intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum. Mælium ab ore civium famem suis impensis propulsantem 6, 17.

PRORA 44, 28. Concitatio remorum, directæque in se proræ. Vid. *spectare.*

PRORIPERE 8, 30. Misso repente senatu se ex curia proripuit. *cf.* 2, 24. *it.* 24, 26. Ex tota urbe proripientium se ex privato 36, 8. — accensus ira domo se proripuit 29, 9. Victum se sine prœlio clamitans proripuit 44, 6.

PROROGARE 26, 1. Prorogatum imperium est, atque exercitus, quos habebant, decreti. *conf.* 9, 42. vid. *propagare.* Prorogatæ namque consulibus jam in annum provinciæ erant 41, 6. Inter re sortirentur uter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret 42, 4.

PROROGATIO 42, 30. Prorogationem imperii portendi. *ubi quidem Perizonius Animadv. Histor. pag.* 229. *legendum esse docuit* propagationem, *quia decreti, aut legis nulla mentio esset, per quam fieret prorogatio; itaque simpliciter continuationem intelligi.* vid. *Drakenborch. ad* 23, 25. *Ceterum* prorogatio imperii *prima memoratur* 8, 26.

PRORUERE 9, 14. Vellerent vallum atque in fossas proruerent. Quantum inter turres muri erat prorutum 32, 24. *conf.* 22, 5.

PRORUPTUS 44, 8. Et supra rupes ingentes gurgitibus facit, et intra prorupta, in mare evolvendo terram etc.

PROSCENIUM 40, 51. Theatrum et proscenium.

PROSECARE 5, 21. Qui ejus hostiæ exta prosecuisset, ei victoriam dari. vid. *Intt. ad Sueton. Octav. cap.* 2.

PROSEQUI 3, 52. Sequuta exercitum plebs — prosequuntur conjuges liberique *conf.* 27, 15. Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente nos illinc profectos? 7, 30. Quæ (*legationes*) et ad prosequendum Scipionem officii caussa convenerant, et prætorem provinciæ — sequutæ fuerant 29, 26. Præcipue tamen convertit oculos animosque, quum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna, hostem, euntem consulem prosequuntur 42, 49. Magnis proficiscentem donis prosequitur 42, 67.

PROSILIRE 5, 2. In concionem prosiliunt (*tribuni pl.*) sollicitant plebis animos. *conf.* 28, 14.

PROSPECTARE 24, 21. Pars ex tectis fenestrisque prospectant. *conf.* 22, 14. Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo 7, 30. Classis — prospectantibus e terra — spectaculo erat 29, 26.

PROSPECTUS 22, 46. Ventus adversus Romanis coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit *conf.* 10, 32. Prospectu in urbem agrumque capto 1, 18. Oraque maris, late patente ex tam alto jugo prospectu, oculis subjicitur 44, 3.

PROSPECULARI 3, 43. Siccium — pros-

peculatum ad locum castris capiendum mittunt. *conf.* 33, 1.

PROSPER 7, 4. Si quid ex progenie sua parum prosperum sit. — cetera prospera evenissent 21, 21. *nisi legatur* prospere. Nec tamen illi umquam postea prosperi (*al.* prospere) quidquam evenit 29, 18.

PROSPERARE 8, 9. Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis.

PROSPERE 5, 51. Invenietis omnia prospere evenisse sequentibus deos, adversa spernentibus. *Creverius legit* prospera. Inter multa prospere gesta 42, 49. *conf.* 22, 28. *it.* 29, 30.

PROSPICERE 44, 16. Commeatus a prætore prospectos in hiemem habere. Ex speculis prospicerent adventantem hostium classem 21, 49.

PROSTERNERE 9, 6. Circa viam — omnium egeni corpora humi prostraverunt. Prosternunt corpora humi 38, 21. Qui (*motus terræ*) multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit 22, 5.

PROTEGERE 22, 49. Ut alieno crimine innocentiam meam protegam. — fraudem audacia protegens 25, 5. Si fractæ essent opes Romanorum, quæ tum protegerent Karthaginienses, suam omnem Africam fore 42, 29. Pantaleon constanter impavidus mansit ad protegendum regem 42, 15. Sui protegendi corporis memor 2, 6. Unusquisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet 21, 41. Sibi Capitolinam arcem protegenti (*Manlio*) 6, 20.

PROTINUS 9, 28. Consules, egregia victoria parta, protinus inde — legiones ducit. Apparebat, non admissos protinus Karthaginem ituros 21, 9. Protinus in campum ex itinere profectus 24, 9. Auxiliis protinus per civitates Galliæ militibusque colonis imperatis 41, 5.

PROTRAHERE 27, 3. Novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. Quum — protrahere inimicum mercede onustum — posset 44, 26. Ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret 45, 5.

PROTURBARE 5, 47. Jamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri.

PROVEHERE 40, 14. Illo etiam gaudio provehente. *scil.* se. *conf.* 7, 47. — provectus annis 21, 2. — paullulum ab suis equo provectus 8, 7. Hæc spes provexit (*se*), ut etc. 2, 50.

PROVENIRE 45, 13. Neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati quæ ibi proveniant.

PROVENTUS 45, 41. Secundarum rerum velut proventus sequutus est. *Nempe proventus in bonam partem dicitur. Gr.* φορά.

PROVERBIUM 6, 8. Proverbio increbuit. Vid. *increbescere.*

PROVIDENS 25, 34. Dux cautus et providens Scipio.

PROVIDENTIA 30, 5. Seductos obtestatur, ut, quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentia expleant curaque.

PROVIDERE 44, 35. Ubi, quid petatur, procul provideri nequeat. Providendum et præcavendum 24, 8. *cf.* 22, 42. — omniaque cauta provisaque fuerunt 23, 43. *conf.* 2, 34. Vid. *B. Patruum ad Tacit. Ann.* 2, 14. Quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit 3, 34. Providendum, ne quid — motus faceret 3, 49. Hæc cogitantem providere jubebat, ut aut ad pacem etc. 44, 24. Ut ordine ac sine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, providit 44, 33.. Provisa quatio 44, 39.

PROVIDUS 23, 35. Nec eum provida futuri fefellit opinio. *Sic plane Horatius de formica:* incauta futuri.

PROVINCIA *proprie dicitur de finibus iis, intra quos bellum gerendum est.* 40, 1. consulibus nulla (*provincia*) præter Ligures, quæ decerneretur, erat. *conf.* 2, 40. *it.* 5, 12. — quam (*Africam*) nec senatus censuit in hunc annum provinciam esse etc. 28, 40. — velut Italia ei provincia decreta 21, 5. *conf.* 27, 21. Provinciæ, quæ in bello erant, decretæ 41, 9. Prætorum provinciæ in sortem conjectæ 30, 1. — consules inter se provincias partiti 9, 31. — provincia sine sorte, sine comparatione extra ordinem data 6, 30. Cui classis provincia evenerat 44, 1. *conf.* 42, 48. Prætoribus provinciæ decretæ: duæ jure Romæ dicendo etc. 42, 28. — juris dicendi Romæ provincia 39, 45. — ut Fulvio extra ordinem urbana provincia esset 24, 9. *conf.* 25, 3. *vid.* conficere. *it.* otiosus.

PROVOCARE 5, 3. Ne nos comitate ac munificentia nostra provocemus plebem. (*absolute.*)

PROVOCATIO non est longius ab urbe mille passuum 3, 20. Provocatio adversus magistratus ad populum 2, 8. Si a duumviris provocarit, provocatione certato 1, 26. *ad q. l.* vid. *Bauer. pag.* 40. — de provocatione certatum ad populum est *ibid.* Cum hoste per provocationem pugnavi 45, 39.

PROVOLARE 2, 46. In primum infestis hastis provolant. *conf.* 2, 20. *it.* 3, 62. — provolat eques atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit 10, 41. Ipse ad primores Romulus provolat 1, 12.

PROVOLVERE 24, 10. Fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut serias doliaque, quæ in eo loco erant, provoluta velut impetus torrentis tulerit. Provolventes se simul cum armis etc. 44, 5.

PROXIME morem Romanum 24, 48. — proxime speciem 30, 10. *conf.* 2, 48. *it.* 21, 1. Ut fides ac jusjurandum proxime legum ac pœnarum metum civitatem regerent 1, 21. Vid. *proximus.*

PROXIMO *adverb.* 4, 23. Bellumque

tanto majore, quam proximo, conatu apparatum est. *Sunt tamen, qui* proxime *legi malint.*

Proximus 2, 33. Cædeque in proxima urbis facta. *pro in proximis.* Proximo legum ac pœnarum metu 1, 21. Vid. *proxime.* Proximus invidiæ 3, 51. — qui proximi forte tribunali steterant 8, 32. — qui proximus eum forte steterat 29, 7. Ut quisque proximus ab oppresso sit 37, 25. Silentio proximæ noctis 2, 7. *h. e. proxime sequentis.* Post acceptam proximam pugnæ cladem 2, 51. *sic eod. capite:* hesterna felicitas pugnæ. Se — regem a proximis scelerata conjuratione pulsum 2, 6. Ut in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent 6, 20. Proxima quæque tectorum 5, 41. Triduo proximo 29, 20.

Pruinæ 5, 2. Militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, sub pellibus durare. *cf. cap.* 6.

Prytaneum 41, 20. Prytaneum, id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur.

Psaltria 39, 6. Tunc psaltriæ sambucistriæque, et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Puber 2, 50. Unum prope puberem ætate relictum. — jam filii prope puberem ætatem erant 1, 35.

Pubes 1, 9. Ægre id Romana pubes passa. — *paullo post:* juventus Romana. *conf. Virgil. Æn.* 1, 399. Quum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam avocasset 1, 6. Ad hæc Albana pubes, inermis ab armatis septa — — silentium tenet 1, 28.

Pubescere 8, 8. Flos juvenum pubescentium ad militiam.

Publicanus omnibus malis artibus et reipublicæ et societatibus infidus damnosusque 25, 1. — ubi publicanus est, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem sociis nullam esse 45, 18.

Publicare 31, 13. Publicata pecunia. *i. e. in publicos usus confiscata.* Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere 3, 58. In carcere necari, bonaque ejus publicari 29, 19. De Aventino publicando lata lex 3, 31. *i. q. ædificationibus destinando.*

Publice vescuntur (*Prytanes*) 41, 20. *i. q. sumtibus publicis.* — nullo publice emolumento 6, 39. Exsulatum publice ire 5, 53. *de* [*toto populo Veios migraturo.* Cumanis — permissum — ut publice latine loquerentur, et præconibus latine vendendi jus esset 40, 42. Legatorum — statuæ publice in rostris positæ sunt 3, 17. *i. e. auctoritate publica. cf.* 2, 41.

Publicum 2, 9. Arbitrium salis in publicum sumtum. Tabernas in publicum emit 39, 44. Bonisque eorum in publicum Ardeatium redactis 4, 10.

Publicus 41, 6. Non publico tantum se premi imperio. *nisi cum Dukero legas* publice. Publica pœna 2, 5. *qua quis reipublicæ caussa afficitur.* — solicitudo 2, 41. *de republica.* — indignatio 3, 48. *De reipublicæ damno.* Publica decora 2, 13. *i. e. propter merita in rempublicam.* — consilia de voluntate senatus 1, 42. — post publicam caussam privatum dolorem habere 2, 56. Publicus pavor 5, 39. — publicum parricidium 28, 29. — incendium 5, 53. *de urbe a Gallis incensa.* — commodum 3, 68. *i. e. patriciis et plebeiis commune.* — malum publicum 4, 44. — pessimum publicum 2, 1. Hostis publicus *(Manlius)* 6, 19. Dum in eo publico essent 23, 49. *scil. ministerio, negotio. Gr.* λειτουργίᾳ. Ut, quæ in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque in publico periculo essent 23, 49. Publicum et privatum jus 2, 55. — publicum servitium 1, 25. Venditisque ibi publicis locis 41, 27. — ager publicus populi Rom. 40, 38. — quod ejus *(agri)* publicum populi Rom. esset 31, 4. Duo non suscepta prodigia sunt, alterum, quod in *privato loco* — — alterum, quod in *loco peregrino* — — *publicorum* prodigiorum causa etc. 43, 13. Ut veteres cloacæ primum per publicum (*sub stratis viarum publicarum*) ductæ, nunc privata passim subeant tecta 5, 55.

Pudere 40, 8. Prope ut puderet regii nominis. *i. e. tamquam nimis augusti, quum sint vires inferiores regio fastigio.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 294. Neque pudendum aut pœnitendum eum regem 40, 56. Vid. *pœnitere.* Quarum non minus puderet quam pœniteret 45, 10. Pudendæ clades 25, 6. Pudet deorum hominumque 3, 19. Pudere se numeri sui nequidquam aucti 3, 31.

Pudor 3, 44. Omnia pudore septa. (*de Lucretia*) *cf. cap. sq.* pudicitia saltem in tuto sit. Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii 3, 31. — cum pudore populi Romani 44, 19. — quantus pudor esset obsideri 40, 27. Vid. *Virgil. Æn.* 5, 455. Pudor maritimæ ignominiæ 35, 27. (*ob cladem navalem)* — pudor intuendæ lucis 9, 7. — tantusque pudor regi pavoris ejus fuit 44, 10. Duos tamen cum eo pudor tenuit 2, 10. Pudor deinde commovit aciem *ibid.* Haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repetiturum 6, 38. Pudor detrectandi certaminis 8, 7. Cum pudore summo in concionem vestram processi 3, 67. Bellum ingenti pudore nostro tractum 45, 39.— ne tibi pudori essem 40, 15. Vid. *præmortuus.*

Puella 29, 28. Blanditiis quoque puellæ adhibitis. (*de recens nupta.*)

Puer 8, 24. Minister ex regiis pueris. — Hannibalem (*scil. puerum*) annorum ferme novem pueriliter blandientem patri 21, 1. Pueri *pr.* liberis 40, 37.

Pueriliter 21, 1. Hannibalem — pueriliter blandientem patri Hamilcari etc.

Pugna 28, 2. Pugnam conserere. — mediam tueri 22, 45. *i. e. aciem.* — pugnam pugnatam 6, 42. *cf.* 9, 37. — pugnam integram ediderunt 8, 9. — pugna haudquaquam ambiguæ victoriæ 10, 12. Circa jacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur 7, 26. Quia non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo 38, 20. Vid. *propior.* Ordinata per hastatos triariosque pugna 22, 5. *i. q. acies. cf. cap.* 45. Pugna cum vulneribus et cæde 41, 3. Æquis manibus hesterno die diremistis pugnam 27, 13. Pugnam capessere 2, 6. (*de binis ducibus.*) Testes honestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverso pectore, ostentabat, 2, 23. (*de uno centurione.*) Quo, jactati tempestate pugnæ, receptum haberent 44, 39. Primo stetit ambigua spe pugna 1, 7. *Vid.* moles. *it.* pervicax.

Pugnare 31, 24. Conspici se pugnantem egregium. — fessi labore ac pugnando 21, 35. Duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat 7, 26. — Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum 9, 44. Omnia æqua et plana erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti 9, 3. Ne quis extra ordinem in hostem pugnaret 8, 6. *cf. cap. sq. it.* 3, 12. 25, 18. — in suas leges pugnatum esse 6, 39. — in nuda hostium latera pugnabat 27, 18. Adversus eos se pro alteris pugnaturos 9, 14. *cf.* 5, 8. Imperium dictitare spretum, tamquam non eadem mente pugnari vituerit, qua pugnatum doleat 8, 31. Prœlio — signis collatis pugnasse 40, 50. Etiamsi pugnando acie vicisset 44, 39.

Pugnator 24, 15. Fortissimus quisque pugnator esse desierat.

Pugnax 22, 37. Pugnaces — missili telo gentes.

Pulcher 22, 30. Pulcherrimum ejus victoriæ fuit. Pulchrum videbatur, suos Romæ regnare 2, 6. Adesse finem regnis, rei inter Deos hominesque pulcherrimæ 2, 9.

Pulchritudo boum 1, 7. Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem — raptam ferunt 1, 9.

Pullarius 10, 40. Pullarium in auspicium mittit.

Pullus 6, 41. Si pulli non pascentur.

Pullus 42, 2. Lana pulla terra enata. Vid. *amictus.*

Pulsare 2, 29. Pulset tum mihi lictorem.

Pulvinar 5, 52. Num alibi, quam in Capitolio, pulvinar suscipi potest. *i. e. lectisternium institui.* Supplicatio omnibus deis, quorum pulvinaria Romæ essent, indicta est 24, 20.

Pulvinarium 21, 62. Corvum — in ipso pulvinario consedisse. *i. q. pulvinar.*

Pulvis 42, 58. Visus et plurium et propior solito pulvis trepidationem in castris Romanis fecit. Pulverem majorem quam pro numero excitabant. Insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant 10, 41. *Conf. Virgil. Æn.* 11. 876.

Punctim magis, quam cæsim — petere hostem 22, 46.

Punctum 3, 27. Puncto sæpe temporis magnarum rerum momenta verti.

Punire 3, 55. Plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset — tergo ac capite puniretur.

Pupillaris 24, 18. Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum, cœptæ conferri.

Pupillus 26, 6. Matrem ejus quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostentum. *paullo post puer dicitur.*

Puppis 30, 24. Onerariæ Karthaginem puppibus tractæ sunt.

Pure lautis corporibus, candida veste — venerabundi templum iniere 5, 22. — ni moritur, neque suum neque publicum divinum pure faciet, qui sese devoverit 8, 10. — pureque et caste a matronis sacrificatum 27, 37.

Purgamentum 1, 56. Cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam.

Purgare 23, 24. Purgato inde capite — calvam auro cælavere. Ad purganda ea, quæ inimici decernerent 27, 20. *i. e. crimina, ob quæ decernerent, refellenda. cf.* 8, 23. — crimen purgatum est 38, 48. Vid. *suspicio.* Accedebant blanditiæ virorum, factum purgantium cupiditate atque amore 1, 9. Qui purgarent, nec accitos ab eo Bastarnas, nec auctore eo quidquam facere 41, 19. *i. e. qui dicerent excusandi caussa etc.* Velle quidem et laborare — regem, ut purganti, se nihil hostile dixisse aut fecisse, fides habeatur 42, 14. Ut innocentiam suam purgaret 9, 26. *i. q. purgando defenderet. cf.* 4, 25. Ut purgaret se, quod id temporis venisset 1, 50. Sine quæso — noxam, cujus arguimur, nos purgare 25, 6. Nihil novi factum purgare 34, 5. *i. e. dicendo purgare.*

Purus 24, 14. Puro ac patenti campo. — purum ab humano cultu solum 1, 44. Uti loco puro ea prodigia — procuraret 25, 17. *Opponitur* polluto. Duas mihi aliquis conciones parumper faciat — puram alteram, integrioris judicii, et a favore et odio, universo judicante populo Romano 45, 37. *Drakenborchius conjiciebat:* alteram integrioris judicii, et puram a favore et odio. Decium — purum piumque deis immortalibus visum, æque ac si T. Manlius — devoveretur 10, 7.

Purpurati et propinqui regis 30, 42. *cf.* 31, 35. *it.* 44, 26. — honorati Phi-

lippi amici *vocantur* 40, 54. Cum purpuratorum et satellitum manu 42, 51. Scandentes in Capitolium auratos purpuratosque 45, 39. (*de imperatoribus Romanis. alibi de exteris.*)

PUTREFACERE 21, 37. Saxa infuso aceto putrefaciunt. Nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum 42, 3.

QUA 1, 44. Qua murum ducturi erant. *i. e. qua parte, ubi. cf.* 5, 43. Evastatis prius agris, — qua — diversa agmina iere 33, 29. *per quos. cf.* 45, 9. Retro, qua venerat — regionem repetiit 40, 58. *unde. cf.* 44, 2. Qua proxime itinera ad hostem ducerent 40, 21. *Gronoviana habet* quæ; *haud dubie operarum vitio; nam ipse Gronovius alibi aliter h. l. laudavit.* Qua quisque ducturus esset; summotis iis, quam potissimum peteret 44, 2. *scil. e superiori* qua *repetendum est* viam. *cf.* 9, 2. Nihil movebant, qua consules, qua exercitum increpando 2, 45. *pro partim — partim. cf.* 2, 35. *it.* 10, 38.

QUADRIGÆ alborum equorum 24, 5.

QUADRUPLATOR 3, 72. Populum R. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum.

QUÆRERE 9, 17. Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut — quærerem — ut quærere libeat etc. Caussa seditionum nequidquam a Pœtelio quæsita 4, 12. Puro pioque duello quærendas (*res repetitas, nec tamen redditas*) censeo 1, 32. Difficilia loca, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant 9, 31. *cf.* 5, 54. Sibi gloriæ satis quæsitum esse 36, 40. *cf.* 7, 1. Eaque ipsa affinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quæsierat 6, 34. *i. e. conciliaverat.* Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæsita sunt 2, 43. *i. e. reperta.* Ut illa ignominia tribus exercitibus quæreretur, 25, 6. *i. q. afferretur.* Imbellem Asiam quæsisset 9, 19. *h. e. optasset.* Quem rogatione Petillia quærere vellent 38, 55. *i. q. quæstionem instituere, exercere. cf.* 42, 21. Quum quæstiones severius — exerceret, contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objectata ab inimicis est etc. 9, 34. *cf.* 32, 26. *it.* 45, 16. Senatus — jussit — consulem — quærere et animadvertere in eos etc. 40, 53. Quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere 40, 49. *Nisi fortasse, cum aliis, legendum* anne, *vel etiam* num. — quæro de te 8, 32. Nec a me nunc quisquam quæsiverit 9, 9. Quæro de te — — existimesne etc. 40, 35.

QUÆSITOR 9, 26. Quæsitores idoneos ejus criminis esse.

QUÆSTIO 39, 14. Quæstio consulibus extra ordinem mandata. — quæstione habita 9, 16. — qui de quæstione in se posita senatum consuluisset 42, 22. Quum (*dictator*) quæstiones severius, quam quibusdam potentibus tutum erat, exerceret 9. 34. Tribunis mil. de morte collegæ per senatum quæstiones decernentibus tribuni pl. intercedebant 4, 50. Quæstio (*scil. in eos,*) qui ita non redissent — prætori decreta 41, 9. *paullo post:* hæc in posterum causa jurisque dictio — consuli decreta est. Reliquias Bacchanalium quæstionis cum omni exsequutus est cura 39, 41.

QUÆSTORIUM forum 41, 2. *Dukero* forum *suspectum est, et glossema videtur. Schellius autem post* quæstorium *interpungendum censebat. Atque illud quidem verum est,* quæstorium *simpliciter dici a Livio, v. c.* 10, 32. *Neque tamen absonum videatur necesse est, quum subintelligi debeat* tentorium *aut simile quid, addi* forum. *Est enim quæstorium pars castrorum, ubi quæstor suum tentorium habet, haud procul prætorio. Inde* porta quæstoria *dicitur* 34, 47. *cf.* 40, 27. *Eo minus forum quæstorium offendere debebat.*

QUAM 33, 1. Ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit. — dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Rom. pendere 45, 18. Mors, quam matura, tam acerba 7, 1. Postero die quam venit 36, 39. *cf.* 29, 35. Homo non, quam isti sunt, gloriosus 35, 49. Major, quam pro numero, jactura 21, 59. Re majore, quam quanta ea esset 30, 23. Si transire ad Romanos velint et duplex stipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigissent 34, 19. Quibus quid aliud, quam admonemus 14, 3. Vid. *alius.* Ipsorum, quam Hannibalis, interesse 23, 43. *int. magis. Sic* 29, 29. Jure gentis, quam auctoritate. Quam plurimis locis possent 31, 17. *i. q. quotquot locis.* Vid. *plurimum.* Non tantum gaudii ab recenti metu attulerunt, quam averterunt famam 37, 51. Cogitaret populus Rom. potius, cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia etc. 8, 25. Quandoquidem non facile loquor — quam quod loquutus sum etc. 2, 56. *pro non tam facile etc.* Quam, ne ante, quam etc. 21, 40. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 85. haud secus quam (*intell. si*) vallo septa inhorreret acies 8, 8. Quod Antiocho quam similem daret sedem 35, 15.

QUAMVIS 1, 4. Posse quamvis languida mergi aqua *i. e. valde, admodum, cf.* 22, 8. Quæ ad usum quamvis longi temporis sufficerent 38, 19. *pro quantumvis.*

QUANDO quod taciti indignarentur etc. 37, 57. *pro quandoquidem. conf.* 9, 8. *et* 40. Vid. *Drakenborchius ad* 40, 9. Futuros se, quando ita videatur, in potestate Patrum adfirmant, 3, 52.

QUANDOCUMQUE se moverint 7, 30.

QUANDOQUE *pro quandoquidem* 9, 10. *ult. — pro aliquando* 21, 8. *ult. — pro*

quandocumque 1, 31. *med.* Vid. *Gronov. ad* 1, 24. *Tacit. Annal.* 1, 6.

QUANDOQUIDEM 1, 54. Quidnam se facere vellet, quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent. Quandoquidem — est apud te virtuti honos etc. 2, 12. Quandoquidem — supplicii sui nulla mentio fieret 3, 54. Quandoquidem — nostra tueri — non vultis, vestra certe defendetis 7, 31. Quandoquidem — — extra ordinem in hostem pugnasti 8, 7. *al.* quandoque.

QUANTO jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur 6, 38.

QUANTOPERE 4, 3. *init.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

QUANTUM procederet longius, eo majorem etc. 44, 7. *Sic* 3, 15. *it.* 6, 34. Vid. *Intt. ad* 5, 10. Quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria et pleraque invia loca excipiebant 40, 22. quantum incresceret æstus, et vultus minus vigentes et voces segniores erant 44, 36. Quantum a mari recessisset, minus obvium fore 21, 31. Quantum — tanto magis 32, 5. — quantum quisque plurimum 30, 13. — quantum maxima voce potuit 7, 9. — quantum ad — duces attinet 28, 43.

QUANTUS 9, 37. Itaque, quantus non umquam antea, (*tantus*) exercitus ad Sutrium venit. Potius cum quanto studio — quam qua stultitia etc. 8, 25. Quanta maxima poterat vi 9, 10. *cf.* 24, 35. Quanto maximo possent tumultu 42, 7. Quanta eximia celeritate poterat 42, 15.

QUANTUSCUMQUE 32, 5. Data quantacumque quiete temporis. *Jac. Gronovius legi vult* quanticumque. *Sic* 27, 31. celebritatem quantæcumque victoriæ. Quod inter assiduas clades et lacrimas unum quantumcumque ex insperato gaudium affulserat 30, 10. *in partem deteriorem dictum.* Omnia adhuc, quantacumque petestis, obtinuistis 6, 18.

QUANTUSLIBET 9, 18. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo.

QUASSARE 33, 17. Reficere quassata muri. — quassata turris prociderat 21, 14. Non sufficiebant — muri, quassatæque multæ partes erant 21, 8. Quassata fractaque arma 21, 40. Multæ quassatæ armamentisque spoliatæ naves 30, 39. *cf.* 37, 31. Secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rempublicam excepisse 27, 40.

QUASSATIO 22, 17. Capitum irrita quassatio.

QUASSUS 25, 3. In veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus impositis. — quassi muri 26, 51.

QUATENUS vallum castrorum cingit 28, 39. — incerti, quatenus Volero exerceret victoriam 2, 55. Nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noritis? 6, 18.

QUATERE 10, 41. Ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent. Quum equus — magna vi caput quateret 8, 7.

QUE 2, 42. Largitiones, temeritatisque invitamenta. *pro, hoc est, temeritatis invitamenta. vide supra in* et, *quod eamdem vim explicandi habet. vid. Drakenborch. ad* 7, 15. *it. B. Patruum ad Taciti Annal.* 2, 14. Oculisque simul ac mente turbatum 7, 26. — diique et homines 5, 51. Omnes legatique et tribuni 29, 22. Senatuique vobisque et sociis ac nomini Latino 31, 7. Quibus (*divis*) quoque modo supplicaretur 23, 11. Omnem enim sacram pecuniam, quæque apud Pleminium, quæque apud milites erat, conquisitam etc. 29. 21. Quique Campanorum, quique Hannibalis militum erant 24, 19. *pro et — et.* Quæque dicta ab rege, quæque responsa erant 42, 14. Filiamque ei suam rex despondit 1, 39. *i. q.* itaque. Adferrique catenas et circumsistere lictores jussit 36, 28. Oroandemque Cretensem — — appellat 45, 6. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 325. Tantoque consensu 1, 46. *pr.* tum vero.

QUERELA. Vid. *iners.*

QUERI 40, 54. Querenti querens et ipse aderat. Querendo indignandoque 2, 38.

QUERIMONIA publica 25, 1. Vid. *excedere.* Querimoniæ acceptæ cladis, 8, 1. Quum multæ antea querimoniæ ultro citroque jactatæ essent 7, 9.

QUESTUS flebiles 23, 20. — cum magnis fletibus questibusque 22, 61.

QUI *pro quomodo* 28, 43. Quî ego minus in Africam — trajicerem? Quî sibi minus privato ad concionem populum vocare liceat 3, 39. Quî vos minus hodie decem tribunos plebis feceritis *ibid. cap.* 64. Nam aliter quî credituros eos, non vana ab legatis super rebus tantis adferri? 2, 4. Quî enim convenire etc. 29, 20. Quî enim restitissent etc. 30, 10. Neque — videre, quî conveniat etc. 42, 50.

QUI 1, 43. Quibus equos alerent, viduæ attributæ. *i. q. quarum pecunia, sumtu. hinc licet explicare illud e XII. Tabb.* Ni solvendo fuerit, eum secanto. Qui vere rem æstimare velit 3, 19. *pro si quis.* Eventum senatus, quem videbitur, dabit 6, 26. *ad Græci sermonis formam pro* qui. *Sic* 29, 20. Quos iis videretur. — *it.* 31, 3. quem videretur ei. Paullo ante lucem, quod æstivis noctibus sopitæ maxime quietis tempus est 9, 36. Ut in Tusculanos animadverteretur, quorum eorum ope — bellum fecissent 8, 37. Qui — ad subita belli mitti posset 6, 32. *pro quis.* Et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant, simul perlicit donis etc. 21, 26. *pro, et eos, qui eorum ipsorum sedes etc. s. et qui eorum — eos.* Quod res desideraret supplementi 43, 12. Quis deficientibus (*telis*) 30, 25. Rogitat, qui vir esset. Ubi nomen patremque ac patriam accepit 1, 7,

Ut, qui natus sit, ignoret, cujus sanguinis etc. 4, 2. His ita in senatu ad id, quæ cujus provincia foret, decretis 36, 2. Quâ (*ruina facta, l. via*) — utrimque in pugnam procursum est 21, 8. Quid de religionibus atque auspiciis, quæ (*quorum*) propria Deorum — contentio atque injuria est, loquar? 6, 41. Hæc Romana esse, non versutiarum *Punicarum*, neque calliditatis *Græcæ*, apud *quos*, fallere hostem, quam vi superare, gloriosius fuerit 42, 47. Quod quidam auctores sunt 30, 26. *pr.* cujus rei q. a. s.

Quia 29, 6. Spes autem affectandæ ejus rei ex minima re affulsit, quia latrociniis magis, quam justo bello — gerebantur res. *Sic vulgo editur. Sed Drakenborchius illud* quia *vel* quod, *ut nonnulli dederant, recte expunxit. est enim Livio usitata illa ellipsis; eademque ratio est harum particularum, quæ τῷ* enim. *vid. supra in h. v.*

Quicumque 1, 7. Quicumque alius transiliet mœnia mea. Sic eat, quæcumque Romana lugebit hostem 1, 26.

Quid 4, 5. Quid si non, quantum — bis jam experti essemus. *Haud dubie dictum pro* quasi, *atque ita fortasse legendum.* Nec a me nunc quisquam quæsiverit, quid ita spoponderim? 9, 9. *pro cur. cf.* 28, 43. *it.* 32, 21. Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent 42, 36. Ne quid cederent plebi 3, 21. *i. q. ne cederent. Sic abundat sæpissime. v. c.* 3, 48. Si quid inclementius in te sum invectus. Ut hæc ara, quam illa, si quid potest, sanctius et a castioribus coli dicatur 10, 23. *pro si qua ratione fieri potest.* Quibus quid aliud, quam admonemus 4, 3. *pro quid aliud agimus, quam ut iis etc. vid. supra in* nihil. Quid est dicere aliud etc. 6, 40. Vid. *esse.* Quid ita? 41, 7. *cf. cap.* 24. *it.* 3, 40. 6, 15. 9, 9. 42, 40. Quid aut terrestribus aut navalibus copiis opus esset 44, 18. Quid eam vocem animorum, non plebi Romanæ, sed Volscis — allaturam? 4, 2. Ne quid novum (*novi*) 34, 3. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 218. Quid? dies qualis, quo etc. 40, 13. *ubi vid. idem pag.* 303.

Quidem 8, 33. Nam populi quidem — ne iram quidem umquam atrociorem fuisse etc. Semper quidem et alias frequens (*ludicrum*) 33, 31. *His nihil in sequentibus respondet. Solent autem* tamen, attamen *et similia post* quidem *desiderari.* Novo quidem et singulari genere odii 40, 12. *videtur h. l. legendum esse* quodam. *Neque enim substantivum præcedit, quo illud* quidem *referatur. ita demum eleganter in tali textu ponitur.* Si quidem nos, ne quum volueritis quidem, creare interdum poteritis 6, 41. Et quidem non homines tantum, sed deos etiam suo honore fraudaturi 45, 39. Vid. *et.* Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem 9, 19. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 298.

Quidquam 9, 8. Nec quidquam ex ea, præterquam corpora nostra, debentur Samnitibus. Nec aperti quidquam erat, quod peteret 31, 39. — prædæ nec erat quidquam *ibid.* 45. *vid. Intt. ad* 32, 37.

Quidquid 2, 35. Quidquid erat Patrum, reos diceres. — quidquid deorum est 3, 25. Quidquid deorum hominumque Romanorum esset 2, 5. Quidquid in exercitu sit 1, 25. *i. q. omnes milites.* Generosius in sua quidquid sede gignitur etc. 38, 17. *ubi vid. Bauer. pag.* 263. Quidquid — appropinquabant 21, 54. — quidquid ab urbe longius proferrent arma 7, 32. *vid. Intt. ad h. l. cf. Virgil. Æn.* 11. 292.

Quies 8, 6. In quiete utrique consuli eadem dicitur visa species. *al. per quietem.* Vid. *somnus.* Gallis vix quietem ferentibus in mari 44, 28. Si qua ejus mali (*pestilentiæ*) quies veniat 3, 6. *cf. cap.* 16. per aliorum quietem malorum. Quies certaminum 21, 8. Ut me hesternæ quietis (*prœlio non commissi*) pœniteat 44, 38.

Quiescere 3, 36. Bella opportune quievere. — quiescunt Romana fœdera 21, 10. *i. e. non violantur.* Quiesse 3, 48.

Quietus 2, 34. Quieta omnia a bello. — ne tribunal quidem satis quietum erat 8, 32. Quieto exercitu pacatum agrum peragravit 43, 4. Quieto sedente rege ad Enipeum 44, 27.

Quilibet unus ex iis, quos nominavi 9, 17. — unus Quiritium quilibet 6, 40. Vid. *unus.* Ancus — cuilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par 1, 35.

Quin 8, 4. Quid abest, quin — dicto pareamus. Vid. *abesse.* Quin supersint aliqui nuncii 27, 49. *pro immo potius.* Quum undique adclamassent, quin ederet, quid fieri velit etc. 40, 40.

Quinqueremes naves 41, 9.

Quinqueviri mensarii et eorum negotia 7, 21.

Quintana 41, 2. Ad quæstorium forum quintanamque hostes pervenerunt.

Quippe qui mercenarios milites alant 26, 43. *cf.* 3, 11.

Quiritatio 33, 28. Fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota urbe cum luminibus.

Quirites 8, 9. Respublica Quiritium. — pro patria Quiritibusque Romanis 5, 41. — pro exercitu populi Romani Quiritium 10, 28. — exercitus Quiritium Romanorum 26, 2. *cf.* 45. 37. Pro populo Romano Quiritibusque 8, 6.

Quis 5, 40. Quisque ea locus fideli asservaturus custodia esset. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 198. *cf. id. ad* 32, 35. *pag.* 198.

Quisquam 5, 4. Nec satis quidquam

justi doloris est, quod nos ad perseverandum stimulet. *eleganter, ut alibi, abundat, it. post* nullus, nemo, nihil *etc.* Nec quisquam unus malis artibus etc. 2, 9. *cf.* 32, 20. Adversus injuriam decreti quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet 3, 45. Quod quisquam indignari mirarive posset 1, 35. Cavete quisquam supersit, a quibus — vis — timeri posset 24, 38.

Quisque 7, 32. Virtute sua quemque fretos ire in aciem debere. Amicis quisque suis — scribebant 33, 45. Dum ad se quisque opes rapiunt 45, 9. Ut quisque veniret, primores eorum excipiens quærendo etc. 2, 38. Primo quoque tempore 22, 11. *cf.* 42, 8. 18. In primam quamque diem 42, 10. Cujusque populi cives eo certamine vicissent 1, 24. *pro cujuscumque. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 35. *cf.* 25, 29.

Quisquis 41, 8. Liberos suos quibusquibus Romanis — mancipio dabant. Quisquis magistratus eos ludos quando ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunto 36, 2. Quidquid postea viximus 25, 6.

Quo 40, 26. Si quo usui esse — exercitui posset. *i. e. quo modo. cf.* 4, 1. Quo tu meo imperio spreto — ausus es? 6, 32. *i. q. quare. cf* 35, 38. Quo minus timoris ratio reddi poterat — majorem inferens metum etc. 26, 20. *pro eo majorem.* Quo minus credebant — exarsit ardor 3, 45. *eo magis in sequentibus desideratur.* Urbem — quo transmigremus 5, 54. Legiones scribi jussæ, quæ, si quo (*aliquo*) opus esset, educerentur 43, 12. Quo evasura res esset 30, 21. In concionem itur. Quo — quum escendisset 8, 32. *i. e. in tribunal.* Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse 8, 33. Transferrent auspicia, quo (*ad quos*) nefas esset 7, 6. Ex sociis circa populis, quo æstate (*frumentum*) comportatum erat 25, 12.

Quoad dedita arx est 26, 46. *pro donec.* Quod stipendium serius quoad diem præstarent 42, 6. *Viris doctis legendum potius videtur* quam ad. Quoad insequi potuit 2, 25. — quoad usque ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus est 6, 38.

Quod sine jactura fieri posset 26, 32. *pro quoad, uti et nonnulli legunt. cf.* 1, 24. *it.* 44, 17. Quod ego fui ad Trasimenum, id tu hodie es 30, 30. Quod nondum factum est — ea fieri oportet 4, 5. Gallogræci vere quod appellantur 38, 17. Quod quidem continens memoria sit 5, 34. Quod sui quisque cognosset 29, 21. Quod ubi videre ipsum Camillum 6, 8. *ita abundat, ut in* quodsi. Quod quum milites consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent, quum is more majorum etc. 41, 10. *pro* quum vero. Quod manu, quod voce poterat 8, 39. *pro quantum. in repetitione est emphasis, studium viri exprimens.'* Si quo minus inventum foret 31, 12. Nec quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit, quam quæ ab sociis patiebantur 32, 13. *illud* quæ, *ut alibi, prorsus abundat.* Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos — arbitror 45, 41. *ubi vid. Bauer. pag.* 230.

Quot 2, 13. Et subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent.

Quotidiana multitudo 2, 27.

Quotidie bis in die 44, 16.

Quum Appius — jus de creditis pecuniis dicere 2, 27. *pro diceret. cf.* 4, 51. Quum se non rem novam petere, et Tatium ex hoste regem factum 1, 35. *pro tum Tatium etc. vid. Cel. Strothium ad* 21, 26. Nunc quum maxime 29, 17. Vid. *tum.*

Rabies 28, 31. In rabiem ira versus. — rabies hostilis 29, 8. — impotens *ibid. cap.* 9: Fatalem rabiem temporis accusat 28, 24. Coërceri rabiem gentis non posse 41, 27.

Radius 33, 5. Alioquin per alium immissi radii locum ad inserendam manum non relinquunt. *de vallo Romano. Sunt vallorum seu stipitum rami ea parte relicti et conserti.*

Ramus 10, 41. Frondosos ramos per terram trahebant.

Rapere 22, 39. In diem rapto vivit. Peregrinum frumentum — ab ore (*sibi*) rapi 2, 35. Ad rapiendas virgines discurrunt 1, 9. Ipsum (*ducem*) circumsistunt, insidentemque captum ad consulem Romanum rapiunt 10, 20. Tamen raptus in jus ad regem 1, 26. Ad Hasdrubalem citatum agmen rapiunt 25, 35. *cf.* 23, 36. Turbato mari rapitur vento navis 24, 8. Venandi studium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit 5, 6. Ea (*cupiditas*) ad oppugnandam Capuam rapit 7, 30. Quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset 26, 7. Ob — arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in se rapientium 33, 11. Eos inter se — partes regni rapuisse 2, 6. Rapiente fato Marcellum ad Hannibalem 22, 57. Qui adveniens castra urbesque primo impetu rapere sit solitus 6, 23. Raptæ inter arma nuptiæ 30, 14. *i. e. festinatæ, præcipitatæ.*

Rapidus 22, 12. Ferox rapidusque in consiliis.

Raptim et avide 9, 35. *cf.* 26, 55. Præcipitata raptim consilia 31, 32. — raptimque omnia præpropere agendo 22, 19. Raptim mutatione in contrarium facta 5, 18. *de intemperie cœli.* In ignem, raptim ad id factum, conjicientes 21, 14. Raptim angustias evadit 21, 32. Raptim agitur agmen 7, 37. Vid. *mœrere.*

Rarus 6, 1. Quod parvæ et raræ per ea tempora litteræ fuere. *cf.* 7, 3. Vid. *lit-*

tere. Rara lanceis vulnera facta 31, 34. *i. q. pauciora.* Rara hostium apparebant arma 2, 50. — rari in confertos illati 23, 27. Raris ordinibus — constiterant 9, 27. *i. e. latius patefacta statis, scil. dextra pars.*

Rates 21, 47. Transire non potuit pontem, ut (*ut primum*) extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente. *i. e. toto ponte. Sic bene explicat Cel. Strothius, quem vide.*

Ratio 22, 39. Agentem te ratio ducat, non fortuna. Hæc — summa ratione acta 42, 46. Victus tamen ratione etc. 42, 60. Nullum scelus rationem habet 28, 28. Et impleret hominesccertioris spei, quam quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet 26, 19. Ex ratione 34, 50. *i. e. secundum hanc computationem; sequuntur enim hæc:* adjice nunc pro portione, quot verisimile sit totam Græciam habuisse.

Ratus 25, 12. Alterius (*carminis*) post rem actam editi cum rato auctoritas eventu. Sequuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi effecit 1, 6. Tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis 45, 40. *i. e. duplex vel triplex iis, qui ordinarie stipendium duplex vel triplex peditis accipiebant.* Haud dubie videre aliqua impedimenta 44, 36. *scil. ratus.*

Reædificare 5, 53. Quia piget reædificare. *Drakenborchius edidit* ædificare.

Rebellare 9, 19. Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum. *cf.* 4, 23. — Etruria rebellans 10, 31. Omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum 42, 52.

Rebellio 2, 16. Ut diu nihil inde rebellionis timere possent. *cf. ibid. cap.* 18. *it.* 8, 14. 9, 41. 25, 16. Audita rebellione Ligurum 41, 17.

Rebellium 42, 21. Qui deditis contra jus ac fas bellum intulisset, et pacatos ad rebellium incitasset.

Recellere 24, 34. Gravi libramento plumbi recellente ad solum.

Recens ab excidio Sagunti Hannibal Iberum transilt 21, 15. Recens ad Regillum lacum accepta clades 2, 22. *i. q. recenter.* Senones, recentissimi advenarum 5, 35.

Recensere legiones 2, 39. — recensente consule biduo acceptam cladem 10, 36. Equites recenseatis 40, 46. In equitibus recensendis tristis admodum eorum atque aspera censura fuit 43, 16.

Receptaculum 6, 33. Quæ (*urbs*) receptaculum eis adversæ pugnæ fuerat. *cf.* 8, 19. — ne receptaculo (*castella*) hostibus essent 9, 41. Servitiis ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat 41, 23. Castra sunt victori receptaculum, victo perfugium 44, 39.

Receptare 5, 8. Neglectum Anxuri præsidium — Volscos mercatores vulgo receptando — oppressum est.

Receptus 27, 27. Nec receptum a tergo circumventi haberent. *cf.* 28, 23. *it.* 29, 7. Postquam receptus pulsis nullus erat 40, 32. Equitibus receptui (*jubet*) canere 42, 59. Neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neque commeatibus pervehendis eo patuisset iter 44, 6. Quo, jactati tempestate pugnæ, receptum haberent 44, 39. Vid. *portus.* Parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo receptu 22, 12. Non tutissimus a malis consiliis receptus 28, 25. Unde receptum ad pœnitendum non haberent 42, 13. *cf.* 8, 2. Libenter se daturum tempus iis fuisse ad receptum nimis pertinacis sententiæ 4, 57.

Recessus 5, 6. Nec, sicut æstivas aves, statim autumno tecta ac recessum circumspicere.

Recidere 24, 22. In antiquam servitutem reciderunt. — ut in eam fortunam recideret 44, 31. *i. e. incideret.* Pleraque (*maleficia*) eorum, quo debuerint, recidisse 25, 31. — ex quantis opibus quo recidissent Karthaginiensium res 30, 42. Ne id Jupiter optimus maximus sineret, regiæ majestatis imperium eo recidere 4, 2. Se ex liberatore patriæ ad Aquilios Vitelliosque recidisse 2, 7.

Reciperare 7, 18. Anno — quinto tricesimo, quam a Gallis (*urbs Romana*) recipérata eto. Ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, reciperaretur 25, 6.

Recipere in civitatem 2, 5. — inter signa et ordines 33, 9. — in deditionem 8, 13. — in jus ditionemque 21, 61. — in ditione 36, 41. — nomina 9, 26. Retentus — in recipiendis civitatibus Bruttiorum 23, 11. Urbem, nihil cunctatis, qui incolebant, primo adventu recipit 42, 53. Recepta ab hostibus Hispania 29. 20. Simul ex omnibus locis ad castra recipienda dementiamque ignominiam rediri cœptum est 41, 3. In novissimos te recipito 7, 40. Intentus recipiendo exercitui esse 10, 42. *i. e. reducendo.* Vid. *Drakenborch. ad* 39, 23. Ut antiquam frequentiam recipere vastam ac desertam bellis urbem paterentur 24, 3. *i. q. recuperare. Fortasse scripsit Livius* reciperare. Non, quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges etc. 2, 15. Si successisset cœptis, recepturum se afflictas res 25, 37. *Dukerus legi vult* refecturum. *non male, quoad sensum; sed* reficere *minus respondet* afflictis *h. e. projectis, proculcatis, ad terram adactis, inclinatis, quam* recipere, *i. e. suscipere, sublevare, erigere.* Re non ultra recipiente cunctationem 29, 24. Qui auspicio adest, si quid falsi nunciat, in semetipsum religionem recipit 10, 40. *i. e. auspicium sibi perniciosum reddit.* Ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique a per-

vore tanto animum 2, 50. Perseus tandem a pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo etc 44, 10. Jam non recipiebat se Romanus miles, sed immemor recentis ferociæ veterisque decoris, terga passim dabat, atque effuso cursu castra repetebat 6, 24. *cf.* 33, 18. Nullum spatium respirandi, recipiendique se, dedit 10, 28. Dictator — facturum, quod milites vellent, se recepit 7, 14. *i. e. promisit.* Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes 40, 35.

RECIPROCARE 28, 30. Quinqueremem satis credens deprehensam rapido in freto, in adversum æstum reciprocari non posse. Fretum ipsum Euripi non septies die — temporibus statis reciprocat 28, 6. Quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animam sineret 21, 58.

RECITARE 28, 30. Censores senatum recitaverunt. *scil. e tabulis, in quibus senatum a se lectum scripserant* — ex scripto recitare 23, 11.

RECLAMARE 3, 26. Reclamantibus tribunis.

RECOGNITIO 42, 19. Quia per recognitionem consulis magna pars agri — recuperata in publicum erat.

RECOGNOSCERE 42, 8. Agris recognoscendis in Campania occupatus aberat. Ut ibi recognosceret socios navales 42, 31. *i. q. recenseret.* Recognoscere sua 5, 16. *i. q. noscere, cognoscere. paullo post:* incognita veniere. Vid. *supra in h. v.* Recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste, et adversus nos fuerint 44, 38.

RECOLERE 27, 5. Desertam recoli tandem terram.

RECONCILIARE 8, 2. Amicitia de integro reconciliatur. — eam (*concordiam*) reconciliandam civitati esse 2, 32. Reconciliare pacem 9, 16. *cf.* 42, 46. — gratiam 41, 22. — cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse 1, 50. Inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant 41, 25. per speciem reconciliandæ pacis 42, 52.

RECONCILIATIO 40, 46. Quos conjunxit suffragiis suis populus Rom. hac etiam reconciliatione gratiæ conjungi a nobis sinatis.

RECONDITUS 8, 18. Medicamenta et alia recondita.

RECORDARI 6, 20. Populum — per se ipsas recordantem virtutes, desiderium ejus tenuit.

RECREARE 29, 18. Toto corpore laceratus, naso quoque auribusque decisis exsanguis est relictus; recreatus deinde legatus ex vulneribus etc.

RECRESCERE 26, 41. Nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.

RECRUDESCERE 6. 18. Recrudescente Manliana seditione. — recruduit pugna 10, 19.

RECTE restituito 38, 38. *i. e. sine fraude. cf.* 34, 35. — suos imperatores recte et ordine, et ex voluntate senatus fecisse 28, 39. Quod — qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepisset 4, 7. *i. e. vitio, vitiose.* Hi ludi recte facti, donaque data recte sunto 36, 2. Quia non recte factæ Latinæ essent 41, 16. Suffectum consulem negabant recte comitia habere posse 41, 18. *h. e. salva religione et jure publico.* Negabant unam cellam duobus recte dedicari 27, 25. *i. e. amplius quam uni deo; quemadmodum ante Drakenborchium vulgo legebatur.*

RECTOR 4, 14. Qui tumultus — aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium — rectorem reipublicæ quæsisset. *cf.* 27, 49.

RECTUS 34, 28. Recta acies. *Opponuntur* circumducto agmini. Ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles demittere se posset 21, 36. *capite præcedenti est:* pleraque Alpium arrectiora. *cf.* 38, 20. ad septemtrionem arctas et rectas prope rupes. Quoniam recta consilia haud bene evenerant, pravis reconciliare popularium animos cœpit 1, 27. Sine recti pravique discrimine 9, 30.

RECUPERARE 25, 6. Illis arma tantum atque ordo militandi, locusque, in quo tenderent in castris, est mutatus; quæ tamen — uno felici prœlio recuperarunt.

RECUPERATOR 43, 2. Prætori — negotium datum est, ut in singulos, a quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine senatorio daret etc. *cf.* 26, 48.

REDDERE 1, 56. Ex infimo specu vocem redditam ferunt. *de consulto oraculo.* Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita, cum eo, ut etc. 8, 14. *i. q. relicta. Idem alibi sic de legibus dicitur.* Reddidere — antiquum belli decus amissum 5, 51. Connubiis redditis unam tandem hanc civitatem facitis 4, 5. *i. q. datis, concessis, de more illius ætatis. Sic* 3, 10. imperatori exercituique honos suus redditus. Res tuas tibi non solum reddent cives tui 2, 2. Ut parem dolorem hosti redderent 9, 21. — haud multo minorem, quam — acceperat, reddidit hosti cladem 24, 20. — terrorem 3, 60. — reddere eventus inceptis pares 2, 49. Simul est clamor auditus — — sed ne clamore quidem reddito etc. 5, 38. Se ipse convivio reddidit 23, 9.

REDEMTURA 23, 48. Qui redemturis auxissent patrimonia. *redemturæ dicuntur de iis, qui suscipiunt, certa mercede, ex pacto, ædificare, præbere exercitui necessaria etc. unde redemtores audiunt.*

REDIGERE 21, 9. Fusum fugatumque in castra redigunt. — submoverique atque in castra redigi 26, 10. *cf. cap.* 12. — turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant 37, 43. *i. q. circumagant.* Civitates omnes, quæ defecerant, in ditionem redegit 26, 21. — præda ad quæstorem

redacta 5, 26. — quantum, venditis omnibus bonis redigi non posset 38, 59. Omnibusque in ditionem redactis arma ademit 41, 19. Republica in tranquillum redacta 3, 40. Disciplina militaris ad priscos redigeretur mores 8, 6. Et, si id ante dubium fuisset, legatorum paullo ante verba ad certum redegisse 44, 15.

Redimere 26, 27. In publicum (*servi*) redemti ac manumissi sunt. — igitur victi captique ac redemti, tantum pœnarum diis hominibusque dedimus etc. 5, 51. Redimite armis (*tradendis*) civitatem 9, 4.

Redintegrare 1, 12. Redintegrant prœlium. Redintegravit luctum in castris consulum adventus 9, 5. Vid. *geminare*. Redintegrata pace 2, 13. Redintegrata memoria fœdissimæ potestatis 3, 56. Redintegrato clamore 9, 35.

Redire 1, 41. Jam ad se redisse (*regem sopitum subito ictu.*) Res ad interregnum redit 1, 21. *i. e. venit.* Ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum 3, 68. Quum dimisso exercitu urbem redisset 4, 29. *Sic certe optimi codices legi volunt.* Rursus ad antiqua reditum 2, 55. *cf.* 9, 24. *it.* 37, 7. Reditum in vestram ditionem 29, 17.

Reditus in patriam ac parentes 9, 5. *nisi cum Creverio legas, rectius quidem,* ad parentes. Vid. *Intt. ad h. l.* Reditus metallorum 42, 52.

Reducere 43, 20. In Penestas rursus exercitum reducit. Si reducimus exercitum, quis est etc. 5, 5. Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto 10, 5. Cum gratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus 4, 24.

Redux 29, 27. Præda onustos triumphantesque mecum domos reduces sistatis.

Referre 3, 55. Relatis quibusdam ex magno intervallo cærimoniis. *i. e. repetitis, restitutis.* Lex — ab toto relata collegio, novos aggressa consules est 3, 10. Quum, in quæ (*templa*) referri oporteret (*aurum*), confusa memoria esset 5, 50. Pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit 29, 18. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum: a prima acie ad triarios sensim referebantur. 8, 8. Nec ullo (*Saguntinorum*) pedem referente etc. 21, 8. Castra referre 4, 17. *opp. proferre.* Vid. *rursum.* Ne illud quidem refert (*i. e. discrimen facit*), consul, an dictator, an prætor spoponderit 9, 9. — relatu facilia 1, 59. — in censum referre 39, 44. Idem illud responsum retulit 37, 6. *i. e. repetiit. cf.* 9, 16. *it.* 26, 19. Missique de pace ad Marcium oratores atrox responsum retulerunt 2, 39. Neque tu istud umquam decretum sine cæde, nostra referes 3. 45. Apparitores — referunt, senatum in agris esse 3, 38. Legatione Romam relata 7, 32. *i. q. renunciata.* Nec ullum factum contra utilitatem vestram vere referri posse 6, 40. *i. q. commemorari.* Non augendæ religionis causa, sed præsentis Deæ numine sæpe comperta nobis majoribusque nostris, referebantur 29, 18. Qui se Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt 27, 30. Ut in tempore et bene cumulatam gratiam referant 24, 48. Rempublicam esse gratiæ referendæ 28, 25. Meriti gratiam retulisset 39, 13. *pr.* merito. Novum referre proditionem proditis olim 24, 45. *i. e. satis facere, gratum facere, proditis.* Ut nec triumviri accipiundo nec scribæ referundo sufficerent 26, 36. Retulisse dicitur Decius parentis sui speciem etc. 10, 7. *i. e. repræsentasse.* Ut ubi sim, quam qui sim, magis referat 2, 8. — id referre tantum, utrum — an etc. 8, 39. *cf.* 25, 16.

Refertus 5, 41. Velut ea demum intacta et referta prædâ.

Reficere urbem 6, 1. *i. e. reædificare.* — eosdem tribunos refici 3, 21. *i. q. iterum creari. cf.* 6, 39. — prætor unus refectus — novi alii creati 24, 9. *cf.* 6, 39. *it.* 10, 13. *Similiter* 3, 10. reficere exercitus *i. e. novos scribere. cf.* 8, 36. Publice semper refectum 1, 26. (*sororium tigillum*). Quod inde refectum est (*pecuniæ*) 35, 1. *i. e. redactum est.* — quum divendenda præda quadringenta talenta argenti aurique refecisset 1, 53. Tum refecta tandem spe, castra propius hostem movit 23, 26. Ut quiete et pabulo læto reficeret boves 1, 7. Refecti sunt militum animi 21, 25. — refectusque miles, hibernis itineribus affectus 22, 9.

Reformidare 9, 34. Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 2, 12.

Refragari 45, 40. Si aut non refragati honori ejus fuissent aut etc.

Refringere 10, 43. Simul et refringebantur portæ. *cf.* 24, 30. *it.* 25, 9. — refracturosque carcerem minabantur 6, 17. Portula magna vi refringi cœpta 25. 24. *paullo post:* Hexapylo effracto etc. Adeo occæcat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult 5, 37. *i. q. frangi.*

Refugere 21, 28. Quum refugientem in aquam nantem sequeretur. *i. q. fugientem.* Ad Philippum captiva navis ex cursu refugit 28, 39. *cf.* 31, 36. Et subsidia armatorum, ad arcendas populationes missa, sæpius simulato, quam vero, pavore refugerunt 2, 50.

Refugium 9, 37. Silvæ tutius dedere refugium. nam castra in campis sita eodem die capiuntur.

Refulgere 7, 10. Corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veste pictisque et auro cælatis refulgens armis. *Virgil.:* os humerosque deo similis — — claraque in luce refulsit.

Regalis 27, 19. Regalem animum in se esse. *i. q. rege dignum.*

Regaliter 42, 51. Ipse centum hostiis sacrificio regaliter Minervæ — confecto etc.

Regere 10, 13. Jam regi leges, non regere.

Regerere 44, 11. Quia nusquam cumuli apparebant, quo regesta e fossa terra foret.

Regimen 4, 31. Quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur. *i. e. rector. Sic explicat Drakenborchius.* Regimen totius magistratus (*decemviratus*) penes Appium erat 3, 33.

Regio 3, 66. Populabundi regione portæ Esquilinæ accessere. — portis regione platearum patentibus 25, 25. Regionibus partiri imperium 27, 7. *i. e. secundum regiones in Italia etc.* In quatuor regiones divisa Macedonia 45, 29. *earum singulæ populos plures complectebantur. Sed* regio *tamen, et* pars *promiscue dicuntur eod. cap. ut et cap. sequenti.* Totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia 45, 23. *conf. cap.* 30.

Regionatim 45, 30. Regionatim commerciis interruptis ita videri lacerata etc. Regionatimque generibus hominum, caussisque, et quæstibus, tribus descripserunt 40, 51.

Regius 4, 32. Regia pugna *i. e. cum rege.* — inimicitias impotenti ac prope regia ira exercere 39, 4. Justum adparare bellum regio animo 42, 13. *opp.* latrocinium *et* veneficium. Tulit et Romana regia (*domus*) sceleris tragici exemplum 1, 46. — per hujusce regiæ deos 30, 12. Vid. *adulatio.*

Regnare 1, 17. Regnari tamen omnes volebant. *i. e. regium imperium conservari.* Regnatum Romæ ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor 1, 60. Nec jam libertate contentos esse, nisi etiam regnent ac dominentur 24, 29. Quem privatum viribus et audacia regnantem videtis 8, 11. *cf.* 6, 40. *ubi de tribunatu dicitur.*

Regnum consociant, imperium omne conferunt Romam 1, 13. — tenere 4, 3. — se patrio regno tutoris fraude pulsos 1, 40. — qui obstare regnum suum saluti civium nolit 5, 5. *i. q. qui rex esse amplius nolit etc.* Quod tribuni mil. in plebe Rom. regnum exercerent 5, 2. — non in regno populum Rom. sed in libertate esse 1, 40. *cf. ibid. cap.* 57. Horum in tam impotenti regno etc. 33, 46. Animi regno infesti 1, 57.

Regredi 38, 4. Ne — regressus inde in tutum non esset. *al. in tuto. cf.* 21, 41.

Regulus 29, 4. Mittique ad Syphacem legationes aliosque regulos — cœptæ. — et reguli quidam et tyranni 35, 48. *cf.* 27, 4. *it.* 28, 43. Brennus, regulus Gallorum 5, 38. Ita regulus (*Gulussa, Masinissæ filius*) Karthaginiensesque dimissi 42, 24. — responsum regulo (*Masgabæ, regis Masinissæ filio*) est, 45, 14. *Sub finem tamen ejusdem capitis* regis *pro* reguli *accipi posse videatur. Ex his locis manifestum esse arbitror, non ipsos tantum reges, sed eorum liberos quoque regulos dictos esse.* Vid. *infra in v. rex.*

Rejicere 23, 8. Rejecta ab humero toga latus succinctum gladio nudat. Si, quod imperio consulari exsequendum esset, invidiam ejus consules ad senatum rejicerent 2, 28. Ad consules rejiciebant 42, 32. *scil. centuriones, vel, cognitionem de eorum caussa, vel, ipsi eo rejiciebantur. cf.* 9, 43. Vid. *Drakenborch. ad* 2, 22. Hæc legatio, totumque, quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus rejectum est 41, 6. Senatus a se rem ad populum rejecit 2, 27.

Relanguescere 35, 45. Ut tædio et impetus relanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant.

Relegare 25, 6. Nemo eorum relegatus in exsilium est. *ibid. paullo post:* non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam relegati sumus. *cf.* 9, 26. *it.* 26, 2.

Relegatio 3, 10. Exsilio et relegatione ulciscentes tribunos. *cf.* 4, 4. Vid. *exsilium.*

Religare 21, 28. Quam — pluribus validis retinaculis parte superiore ripæ religatam — constraverunt.

Religio 5, 51. Cum urbe simul positæ traditæque religiones. *i. e. cærimoniæ, sacerdotes, loca sacra, sacrificia etc.* — — nullus locus non religionum deorumque est plenus 5, 52. *cf.* 6, 5. — negligentiores publicarum religionum 5, 52. — quid de religionibus atque auspiciis loquar 6, 41. — apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur 9, 9. — turbatis religionibus 8, 32. *i. e. non repetitis auspiciis, quum incerta essent,* dubiis diis, *uti paullo post Livius dixit.* — religionibus quibusdam animo objectis 41, 22. — ut his religionibus (*ritibus externis*) populum liberaret 25, 1. — et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nunciata 30, 2. Inclyta justitia religioque — Numæ — erat 1, 18. Periti religionum jurisque publici 41, 18. Pleni religionum animi 41, 16. Accesserunt, quæ cumularent religiones animis 42, 20. Nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset 2, 40. (*de externo habitu sacerdotum.*) Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit 7, 3. Vid. *levare.* Repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. Ea religione adductus senatus etc. *ibid.* Ne exercitus mitterentur, religio obstitit 4, 30. *cf. cap. seq.* — religio infixa animis 29, 18. — quæ dictatori religio impedimento fuerit 8, 32. — quoe-

dam religio ceperit, ulterius quidquam eo die conandi 28, 15. — movendi inde thesauros incussa erat religio 29, 18. — collegam sufficere, censori religio erat 6, 27. *cf.* 2, 62. — ejus rei religio tenuit senatum 9, 30. *cf.* 43, 13. Quæ res postea religioni fuit 5, 31. *cf.* 41, 16. In religionem trahebant 5, 23. — in religionem moti animi 21, 62. — respublica in religionem venit 10, 37. Quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset 9, 29. — qui auspicio adest, si quid falsi nunciat, in semetipsum religionem recipit 10, 40. Ut religione obstrictos haberent multitudinis animos 6, 1. Quamquam haud sane liber erat religione animus 2, 36. — liberaret religione templum 45, 5. *i. e. violatione, profanatione.* — Punica religione servata fides ab Hannibale est 22, 6. Vid. *exsolvere.* Qui sacramenti religionem rupistis 28, 27. Solutis religione animis 36, 1. *i. e. posteaquam facta erant, per quæ diis satisfieret. Vid.* induciæ. *it.* inviolatus. *it.* sanctitas.

Religiosius 10, 7. Castius eum sacra privata facere, et religiosius deos colere quam se?

Religiosus 5, 52. Transferri sacra religiosum fuit. *i. q. religio, nefas fuit. cf.* 2, 5. 3, 21. 6, 27. De diebus religiosis agitari cœptum 6, 1. *h. e. qui insignes essent rei nulli publice privatimque agendæ. Sic Livius ipse interpretatur.* Illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei seriæ esse 26, 17. Quia dies forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant 37, 33.

Relinquere 5, 40. Muliebris fletus et incursatio incerta — nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant. *i. e. summam omnino miseriam exhibebant, referebant.* Non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant 24, 33. *i. q. servata, observata erant.* Certamen sine effectu in beneficio apud primores Patrum reliquere 4, 7. *h. e. pro beneficio imputavere.* Nec, deductis præsidiis, spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem 26, 38. *egregia concinnitas.* Quæ Seleucus — per summum decus parta reliquerit 34, 58. *scil. regni sui hæredi.* Egregia spe futuri status fidissima gente relicta 43, 17. *i. q. in spe egregia.* Nisi quem hostis cædendo fessus reliquit 25, 6. Quum — legatum æque sontem — in ea potestate reliquerit 29, 19. Adduci posse, ut obsidionem relinquant 5, 48. Auctores signa relinquendi et deserendi castra 5, 6. Vid. *deserere.* Relicto ea *(Xycho)* custodibus 40, 55.

Reliquiæ cladis 22, 57. — pugnæ 5, 12. *i. e. qui e clade, e pugna, reliqui fuerant.* — persequi reliquias belli 9, 29. Ad Lychnidum protinus reliquias cladis reduxit 43, 10. Ligures, reliquiæ cædis, in montes refugerunt 41, 12. Reliquiæ direptæ fortunæ 26, 30. *i. e. fortunarum. Sic proprie inprimis in re pecuniaria, de exigendis, dicitur.*

Reliquus 9, 16. Reliqua belli perfecta. — Agrigentum, quod belli reliquum erat 26, 40. — reliquum vitæ 39, 13. Quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat 9, 24. Nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit 32, 13. Ad, confirmandos in reliquum sociorum animos 36, 10. *i. e. in posterum. cf.* 23, 20.

Remanere 9, 1. Remanet aliquid ex contagione noxæ. — quia remanendi in Græcia retinendique exercitus Argos et Nabim caussam facerent 34, 23.

Remeare 9, 16. Nisi præsidio Samnitium interfecto aut tradito ad se *(legati)* ne remearent. Eodem remeante nuncio 9, 3.

Remedium 2, 45. Simulationem intestinæ discordiæ remedium timoris inventum. — id remedium timori fuit 3, 3. Quum utrumque *(præfectum et leges)* ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent 9, 20. Remedio irritatur seditio 6, 16.

Remigium classicique milites tranquillo in altum evecti 26, 51. *i. e. remiges. cf.* 21, 22. 33, 48. 37, 11.

Remittere 33, 6. Nuncios in castra remissos — opperientes. *i. e. dum nuncii eo missi redirent.* Legiones — armatæ remissæ in Samnium 25, 6. Ego pacem, quam hosti tibi remittendo *(scil. milites tuos)* pactus sum, non habeam? 9, 11. Ut memoriam simultatium patriæ remitteret 9, 38. *i. e. in gratiam patriæ earum oblivisceretur. Sic* 8, 35. ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret. Si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam remittere industriam 2, 58. Justitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo, supplicatioque perlæta fuit 10, 21. Simul a religione animos remiserunt 5, 25. — spes remisit a certamine animos 9, 12, Illa nihil remiserat prior 3, 28. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quæ multa eum undique simul circumstabant 30, 3. A contentione pugnæ remiserant animos 5, 41. Ne bellum remitteret 30, 23. Remittentibus tribunis pl. 6, 36. *i. e. permittentibus; est enim* remittere *i. q. concedere de jure suo. sed vide Drakenborchium ad h. l. cf.* 2, 34. *vide Intt. ad Tacit. Annal.* 1, 8. Superatis, ubi primum *(scil. se)* remiserunt imbres, omnibus 40, 33. Suarum quoque rerum illis remisso honore 7, 11. *i. e. ut suas etiam laudes in illos transfunderet.* Remisso, id quod erepturi erant etc. 6, 17. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 231. Jus ipsi remittent 6, 18. Ad pecunias — — et frumentum pollicendum ad bellum. Omnibus gratiæ actæ, remissum omnibus 42, 53. *i. e. non acceptum.*

Remorari 27, 12. Ne remorandi quidem caussam in Italia fore. *i. q. morandi.*

REMORDERE 8, 4. Libertatis desiderium remordet animos. *pro mordere, angere.* vid. *morsus. Sic Virgilius Æn.* 1, 261: *quando hæc te cura remordet. ad quem locum vid. Interpretes.*

REMOVERE 9, 24. Castra ut (*ab urbe expugnanda*) removerentur. Senatusconsulto eos a republica remotos esse 5, 11. Tribu remoti et ærarii facti 45, 15. *Ubi Gronovius* moti, *alii* emoti *legi volunt. Illud sane usitatius foret.* Vid. *movere.*

REMUNERARI 2, 12. Quasi remunerans meritum.

RENATUS 6, 1. Velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ urbis. Renatum bellum 9, 12.

RENITI 5, 49. Quum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse etc.

RENOVARE auspicia 6, 5. *Propter vitium aliquod, quo superiora auspicia irrita facta sunt, denuo auspicari. cf.* 5, 18. *et* 31. *vid. Drakenborch. ad* 8, 30. — fœdus renovatum 9, 43. Renovato modica quiete exercitu 36, 14. *i. q. recreato.* — quies — renovavit corpora animosque ad omnia de integro patienda 21, 21. Robur plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat 28, 35. *vid. Intt. ad* 8, 51. Ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur — renovarunt 3, 55. Per causam renovati ab Æquis belli 2, 31. Vid. *clamor.*

RENOVATIO 5, 52. Instauratio sacrorum auspiciorumque renovatio.

RENUNCIARE 45, 25. Hæc Rhodum nunciata — in gaudium renunciata verterunt. Ita renunciant legationem 23, 6. *i. e. quid in legatione effecerint, narrant. cf.* 9, 4. — hæc dicta legatis renunciataque in concilium 29, 3. Legati, qui in Syria fuerant, renunciaverunt 42, 6. Tribuni quum ad deliberandum secessissent, victi auctoritatibus principum, de integro agere cœperunt, revocaturosque se easdem tribus renunciarunt 45, 36. Qui (*magistratus*) priusquam renunciarentur 5, 18. *de suffragio quidem prærogativæ.* Dictator comitia consularia habuit, æmulumque — Valerium — consulem renunciavit 7, 26. vid. *pronunciare.* Decreverunt societatem renunciare Achæis 38, 31. — societas eis et amicitia renuncianda 36, 3. Ad res repetendas in Macedoniam renunciandamque amicitiam regi missi 42, 25. Decemviri (*adire libros jussi*) renunciarunt 42, 20. — ver sacrum — quum — non esse recte factum renunciasset 34, 44. Hæc quum renunciata essent etc. 36, 1.

REOR 1, 59. Haud temere esse rentur. Quamquam filius ipse in primis jam animum quoque patris consenuisse in adfecto corpore rebatur; tamen etc. 9, 3.

REPARARE 3, 37. Quonam modo tribuniciam potestatem — rem intermissam, repararent. Bellum ab Æquis reparari cœptum 4, 45. *cf.* 30, 7. Hostes reparaverant animos 44, 38.

REPELLERE 25, 41. Qui Hannibalem subnisum victoria Cannensi ab Nola repulisset. Et hi repulsi — dilati 39, 32. *Dicitur simpliciter de iis, qui irrito conatu magistratus petierunt.*

REPENS 6, 42. Fama repens belli Gallici allata. — repens tumultus 21, 26. — repens alia nunciatur clades 22, 8. *cf.* 1, 14. *it.* 10, 7.

REPENTE 21, 41. Utrum alios repente (*al. derepente*) Karthaginienses — terra ediderit. Ex bello tam tristi læta repente pax etc. 1, 13. vid. *lætus.*

REPENTINUS et tumultuarius exercitus 41, 10. — repentina cohors *ibid. cap.* 1. — repentina nobilitas 1, 34. Vid. *subitarius.*

REPERCUSSUS 21, 33. Quos (*clamores*) repercussæ valles augebant.

REPETERE 5, 17. Auspicia de integro repeterentur. *cf.* 8, 30. vid. *renovare.* Repetitum ex seniorum memoria dicitur 7, 3. Memoria ex annalibus repetita 8, 18. Pro eo gratiam repetere 1, 47. Res repetere 7, 32. *i. e. poscere, ut satisfiat, etsi nihil ablatum sit. alibi significat res vere ablatas reddendas exposcere.* Qua cœpisset ire via, an eam, qua venisset, repetere melius esset 35, 28. Qui onerarias retro in Africam repetere juberent 25, 27. *cf.* 22, 18. Quid (*urbem*) repetiimus? 5, 52. — ad Nolam armis repetendam 9, 28. — repetentes pugnam conspexit 37, 43. Bello superatas (*urbes*) in antiquum jus repetit 35, 16. Haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repetiturum 6, 38. (*dictatorem iterum fieri.*) Alii deinde repetiti ac trajecti sunt 21, 28. *i. q. reditum est ad ripam, unde trajiciendi essent etc.*

REPLERE 24, 42. Brevi replevit exercitum. *i. e. supplevit; præcedit enim* conquisitio militum. *Nisi vero* replere *simpliciter pro reficere, recreare, accipere velis; præsertim quum addiderit Livius:* animosque ad tentandum de integro certamen fecit. *Est autem hæc exquisitior significatio verbi* replere. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 56. Assidentes curantesque eadem vi morbi (*pestilentia*) repletos secum traherent 25, 26. Repletas semitas — puerorum et mulierum huc atque illuc euntium 6, 25. — strage hominum armorumque insignium campi repleri 9, 40.

REPONERE 29, 19. Duplamque pecuniam in thesauros reponi. *cf.* 9, 46. Capiti (*pileum*) apte reponit 1, 34. Acceptas litteras quum in gremio reposuisset 26, 15. Qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum, reponeret 24, 37. In caritate civium nihil spei reponere 1, 49. In quo aliquanto plus spei repositum 2, 39.

REPORTARE 38, 50. Qui confecta provincia exercitum reportasset. *cf. cap.* 42.

Exercitum salvum atque incolumem plenissimum præda domum reportavit 41, 28. Reportati sumus in Italiam 42, 34. *ibid. paullo ante:* quum in Italiam portati ac dimissi essemus. [*Scripsit Livius etiam hîc* reportati.]

Repræsentare 2, 36. Quum minas irasque cœlestes repræsentatas casibus suis exposuisset. *i. e. quæ statim ratæ factæ essent, eventum habuissent. Nam proprie* repræsentare *est idem quod præsenti pecunia, ex arca solvere. Et paullo ante legitur:* præsentior res erat. — et vera esse et apte ad repræsentandam iram deûm ficta possunt 8, 6.

Reprehensare 2, 10. Reprehensans singulos (*Horatius Cocles,*) obsistens, obtestansque etc.

Repugnare 29, 33. Pertinacior (*turma*) in repugnando telis obruta et confixa est. *i. q. pugnando, defendendo se.*

Repulsa 10, 37. Consul quum — videret — collegæ amicos, ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negare triumphum etc.

Repurgare 44, 4. Præmissis, qui repurgarent iter. — *paullo post:* aperire saltum.

Reputare 1, 41. Qui sis, non unde natus sis, reputa.

Requietus 44, 38. Militem, quem neque, viæ labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum, in tentorio suo arma capere jubeas.

Requirere 42, 5. Requisitus ad supplicium. Requisitos abire ex regno jussi 42, 41. Requisitos — — legatos ad se duci jussit 44, 32.

Res est — immensi operis — et quæ — creverit *Præfat.* διλογία, *illic est historia, hîc respublica. vid. Bauer. ad h. l.* — res populi Romani *ibid. i. q. historia, res gestæ.* — quum veterem, tum vulgatam esse rem — — aut in rebus certius aliquid etc. *ibid.* — magni discriminis res 25, 41. — haud magni certaminis *ibid.* — secundæ belli res 3, 9. — adversa belli res 10, 6. — res meliores facilioresque 23, 11. Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet? 1, 3. Ne quis ullam rem in bellum magistratibus Rom. conferret, præterquam quod senatus censuisset 43, 17. In rem emendabilem visus lapsus esse 44, 10. *nisi legendum cum Gronovio* in errorem. Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos 41, 3. *belli, exercitus etc.* Ante rem nitent arma 9, 40. *i. e. ante pugnam.* — rem gerere ac tentare 28, 18. Quâ fortuna rem daret, eâ inclinare vires 1, 27. *i. e. occasionem transeundi ad hostes, aut manendi.* — summam rem complectar 34, 32. *i. e. summam rei.* vid. *summus.* Non tam magni momenti ad summam rem populi R. 33, 45. — res Romana 1, 23. *pro utilitate publica.* vid. *respublica.* Interpretando versa Romam res 9, 26. (*crimen et quæstio.*) Dilata in speciem actione, re ipsa sublata 3, 9. *cf.* 39, 35. Quum ipsa res speciesque miserabilis erat 5, 40. Si spem pro re ferentes dimittant 36, 40. Rei capitalis diem Postumio dixerunt 25, 4. — ne mulieris libertinæ cum amatore sermonem in rem, non seriam modo, sed capitalem etiam verti vellet 39, 13. Quietæ externæ res Romanis essent 6, 42. — bonis rebus vestris 7, 30. — pro remedio ægris rebus 9, 20. — res Capuæ stabilitas Romana disciplina *ibid. cf.* 8, 27. Omnium rerum caussa vobis antiquandas censeo istas rogationes 6, 41. *cf.* 36, 42. Trium rerum caussa 24, 8. Haud procul justo prœlio res erant 7, 14. Ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inscitia res 6, 30. Ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit 5, 25. *int. se, i. e. mobilium.* — præda oppidi parvi pretii rerum fuit 21, 60. Inde rem creditori palam populo solvit 6, 14. *it. cap. eod.* ea res si palam fiat. *i. e. si thesaurus ille protraheretur.* Quum jam ex re (*familiari*) nihil dari posset 6, 34. Ut ea res divinæ supplicationesque — cum cura fierent 23, 11. Factis benignus pro re 7, 33. *i. e. prouti res vel patiebatur vel postulabat.* Nihil est aliud in re 10, 8. — quid enim in re est aliud? 4, 4. Ea clades majorem, quam res erat, terrorem excivit 10, 4. Verbo socios, re vera subjectos imperio 37, 53. — pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis 7, 30. Inter scriptores rerum discrepat 29, 56. — inter antiquos rerum auctores constat 7, 42. Res ad Patres redit 1, 32. *i. e. imperium in interregno.* — parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt 6, 41. Prope secessionem plebis res terribilesque alias minas civilium certaminum venit 6, 42. — et res et gloria integra est 7, 13. Magna res — Chalcis et Euripus, ademta regi forent 31, 23. — tantis rebus sine caussa relictis 44, 7. *de locis opportunis, oppido munito, eoque ornatissimo ædificiis.* — vallum fossamque, ingentis utramque rem operis 5, 5. Multumque ab spe adeundi valli res Hernicis afuit 7, 7. Quæ cognosse in rem erat 22, 3.

Resarcire 45, 28. Referrique tegulas et resarciri tecta, sicut fuerant, jussit.

Rescindere pontem 2, 10. — dum alii pontem sublicium rescindunt. *Epitom. ejusd. libri: ubi vide Drakenborchium.*

Resciscere 41, 22. Certius aliquanto, quæ Karthagine acta essent, ab rege rescierant, quam ab ipsis Karthaginiensibus.

Rescriptus 9, 10. Rescriptæ ex eodem milite novæ legiones. *pro iterum scriptæ.*

Reserare 25, 16. Quum intentius exta reserata servarentur.

Reservare 25, 6. Nos vulgo homines laudabant, quod reipublicæ nos reservassemus. — in unum pugnæ laborem reservati 7, 7. Suis per speciem societatis prodi-

tionem reservat 1, 27. Melioribus meis vestrisque rebus reservate ista de me judicia 2, 51. Quorum cognitionem caussæ reservarat 45, 34.

Residere 35, 38. Postquam resedit terror. Quin iram ejus, si qua ex certamine residet, simplicitate et hilaritate nostra lenimus? 40, 7. Longiore certamine sensim residere Samnitium animos 10, 28. Quum iræ resedissent 2, 29.

Resides ipsi ac segnes, tamquam nec manus nec arma habeamus 25, 6. *cf.* 6, 28. Timere Patres residem in urbe plebem 2, 12.

Resistere 3, 13. Vi contra vim resistunt. — vix deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse 4, 43.

Resolvere 26, 15. Acceptas litteras, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperavit, ut etc. Vixdum omnes conscenderant, quum alii resolvunt oras etc. 22, 19. *conf. Virgil. Æn.* 3, 276.

Respectare 8, 39. Ubi respectantes hostium antesignanos, turbataque signa et fluctuantem aciem vidit. — respectans ad tribunal 8, 48.

Respectus 8, 38. Urgentes scutis sine respiratione ac respectu pugnabant. Rex primo effuse ac sine respectu fugit 32, 12. — qui respectum habent 21, 44. *i. q. receptum, qui a tergo tuti sunt.* Si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus 42, 46. — ni respectus equitum sexcentorum — præpedisset animos 9, 14. Si aliquem respectum amicitiæ eum habere cerneret 42, 37. Respectu rerum suarum 31, 46. — liberûmque suorum respectu 8, 28. *cf.* 2, 30. *it.* 9, 45. — sui aliquo respectu 42, 9. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus 9, 23. Et in præsens tempus mitiores eos justioresque respectu populi Rom. habere se 45, 18. *ex imitatione.* Recepta (*Capua*) inclinatura rursus animos videbatur ad veteris imperii respectum 26, 1.

Respergere 1, 13. Ne se sanguine nefando soceri generique respergerent.

Respicere 4, 17. Obstringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientia tanti sceleris voluisse. *pro exspectare, sperare; nam ipse respiciendi gestus desiderium et confidentiam indicat.* — subsidia, quæ respicerent in re trepida *ibid. cap.* 46. Respexisse Hannibalem sæpe Italiæ littora etc. 30, 20. *conf. Virg. Georg.* 3, 228.

Respirare 4, 25. Si plebi respirare ab eorum mixtis precibus minisque liceat. *i. q. sine interpellatione consilia inire, agitare.* Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit 10, 28. *cf.* 28, 31.

Respiratio. Vid. *paullo ante in v.* respectus.

Respondere 31, 5. Precationem admisisse deos, aruspices respondere. *verbum proprium in hoc genere.* Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento responsum est, eo loco caput rerum summamque imperii fore 5, 54. Papirio brevi ad spem eventus respondit 9, 15. *cf.* 28, 6. — ad nomina non respondere 7, 4. *de delectu.* Quum ad nomen nemo responderet 2, 28. Nec absurde adversus utrosque respondisse visus est 35, 50. *cf.* 6, 32. *it.* 30, 31. Huic nuncio — nihil voce responsum est 1, 54.

Responsum 1, 56. Neque responsa sortium (*oraculi Delphici*) ulli alii committere ausus. Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit 23, 11. Quum — legatis — triste responsum ab consule redditum esset 9, 16. — idem illud responsum retulit 37, 6. *cf. cap.* 28. — sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit 9, 38. Responsum senatus, amicitiæ Samnitium memor 7, 31.

Respublica *it. divisim* reque publica 8, 13. — reque de publica 22, 11. Resp. Quiritium 8, 9. Vide *Quirites.* — populi Rom. 3, 19. *ex antiqua formula sic dicitur. cf.* 28, 28. *it.* 45, 14. De summa rep. consultatum 26, 10. *i. e. de universæ reip. salute, et re, ex qua illa pendet.* Quo die de provinciis et de rep. (*consules*) retulerunt 38, 42. *de rep. universa, nulla re et parte nominatim.* Ut sua cuique resp. in manu esset 26, 8. *i. q. cives. cf.* 45, 23. secessisse aliquando a vobis plebem, nec in potestate vestra remp. fuisse. Rempublicam egregie gerere 40, 40. *de victoria.* Cujus imperio consilioque summam rempublicam (*bellum Macedonicum*) tuendam permiserant 42, 49. *vulgo* permiserunt. [*idque rectum. Livius universe loquitur, non de certo quodam bello.*] Ut quatuordecim legionibus — centum navibus longis resp. administraretur 30, 41. *i. e. bellum gereretur. cf.* 10, 25. Concors et e republica censura fuit 42, 10. Magisque ex sententia respublica vestra vobis procedet 23, 11. In mille curias concionesque — dispersam et dissipatam esse rempublicam 2, 28. *i. q. populum Romanum, ordinem plebeium.* Senatusconsulto eos ab rep. remotos esse, et recusantes abdicare se magistratu 5, 11.

Respuere 42, 14. Omnis et defensio et deprecatio legatorum respuebatur.

Restagnare 44, 6. Ostium late restagnans. *i. e. latissimum, ut maris vel stagni similitudinem habeat.*

Restare 9, 15. Qui obsessor Luceriæ restiterat. *i. q. manserat. cf. cap.* 29. — unam sibi spem reliquam restare 10, 16. Summa vi restare nunciabantur 4, 58. *i. e. resistere.* — nunc paucis plures vix restatis 23, 45. — restantes ac circumventos occidit 6, 29. *cf.* 6, 30. 2. 29, 2.

Restinguere 26, 23. Rivique san-

guinis flammam orientem restinguerent. — quæ (*studia*) verecundia legum restinguenda ratus 10, 18.

RESTITARE 10, 19. Hæc monendo obtestandoque, prope restitantes consules in concionem pertraxerunt. *cf.* 7, 39. *it.* 30, 31.

RESTITUERE 25, 37. Res perditas restituit. Sospitesque omnes ad propinquos restituit 2, 13. *cf.* 24, 47. Ut interfecto Punico præsidio restituerent se Romanis 28, 7. *cf.* 31, 31. Ut se restituerent in patrium ac legitimum regnum 38, 1. — restituturumque se in antiquam formulam jurisque ac ditionis eorum 26, 24. Qui te captum victori — restituis 9, 11. Restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit 7, 1.

RESUPINARE 4, 19. Assurgentem ibi regem umbone resupinat etc. *conf. Virgil. Æn.* 1, 476.

RETENTARE 10, 5. Quo magis festinantes videt dictator, eo impensius retentat agmen ac sensim incedere jubet.

RETICERE 3, 41. Ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit. *i. e. se jussu privati tacere. cf.* 21, 12.

RETINACULUM. Vid. *religare.*

RETINERE 37, 51. Consulem — ad sacra retinuerat — pontifex maximus. — quod sacris ut sollemne retentum sit 3, 39. Retinere Quinctium in senatu, ne frater quidem — si tum censor esset, potuisset 39, 42. *scil. retinent censores, quos non movent ordine.* Vid. *B. Patruus ad Sueton. Ner.* 37. Si ab hostibus metu retenti sumus 5, 52. *i. e. Capitolio inclusi.* — quem (*flaminem*) neque mittere ab sacris, neque retinere possumus, ut non deûm aut belli deseramus curam 24, 8. Retentus — in recipiendis civitatibus Bruttiorum 28, 11.

RETRACTARE 3, 49. Retractantem arripi — jubet. *i. e. semper se subducentem, non obsequentem.* — sequuta exercitum plebs, nullo, qui per ætatem ire posset, retractante 3, 52. *cf.* 2, 30. *it.* 37, 18.

RETRACTATIO 6, 28. Juniores Romani ad edictum, sine retractatione, convenere. *ante Drakenborchium legebatur* detrectatione. Vid. *Cic. Or. Philipp.* 14, 14.

RETRAHERE 30, 20. Qui, vetando supplementum et pecuniam mitti, jam pridem retrahebant. *cf.* 10, 25. Missique, qui sequerentur ab Terracina comprehensos omnes retraxerunt 2, 12. Retractus sinus 26, 42. Vid. *Drakenborch. ad h. l. Apud Virgilium quidem est* reductus. Ne ante fauces quidem saltus — sed intra penitus retractis castris 36, 17. Vid. *Intt. ad h. l.*

RETRIBUERE 2, 41. Pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo.

RETRO via repetenda 9, 2: *cf.* 22, 6. *et* 18. Vid. *repetere. conf. Virgil. Georg.* 1, 200. Cetera multitudo retro, qua venerant, transdanubianam regionem repetiit 40, 58. Retro, qui poterant, nando repetentes terram, in aliam fœdiorem pestem incidebant 44, 42. Retro ad Istrum — — redierunt 44, 27. Retro in sua castra rediit 23, 28. *cf.* 24, 20. Retro in castra sua se recepit 23, 36. *cf. cap.* 37. *et* 38. Retro — remissis — navibus 21, 10. Fugam magis retro, quam prœlium, spectante milite 8, 19. Retro revocanda et abdenda cupiditas erat 2, 45. Quum ex summo retro volvi fortuna consuesset 45, 41.

RETROCEDERE 8, 8. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant.

RETUNDERE 2, 33. Non modo impetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox irrupit. Liberandam omnem Græciam, si Ætolorum linguas retundere — vellent 33, 31.

REVEHERE 1, 35. Prædaque inde revecta. Equo citato ad urbem revectus 7, 41. *cf.* 2, 47. *it.* 34, 15. Spoliisque lectis ad suos revectus etc. 8, 7. Ne quis reveheretur inde ad prœlium 3, 70.

REVERERI 1, 48. Nec reverita (*Tullia*) cœtum virorum.

REVERTERE 7, 17. Præda ingenti parta victores reverterunt. *cf.* 26, 50. *it.* 41, 6.

REVICTUS 6, 26. Revicta rebus crimina. *i. q. convicta.* — noctis proximæ crimen facile revictum 40, 16.

REVOCARE 4, 35. Ad spem consulatus in partem revocandam. *i. q. vocandam. cf.* 25, 14. — ut ad sortem revocaret (*scil. destinationem provinciarum*) 10, 24. — disceptationem ab rege ad Romanos revocabant 41, 22. *i. e. rejiciebant. cf.* 10, 24. Cornelius — omnes duces — ad urbis præsidium revocabat 26, 8. *i. e. revocandos censebat.* — rursus ad Caudium revocavit 9, 27. Vid. *retro.* Revocatus de exsilio 5, 46. Si revocemur in suffragium 40, 46. Vid. *renunciare.* Quod, utcumque prætermissum, revocari non posset 44, 40.

REVOLVERE 4, 12. Ad dispensationem inopiæ revolutus. Eo revolvi rem 5, 11.

REUS fortunæ ejus diei 6, 24. — rei satis locupletes 9, 9. — reum qua infelicis belli, qua ignominiosæ pacis 9, 8. — ut suæ quisque partis tutandæ reus sit 25, 30. *i. e. loci a se non defensi reus fieri possit.* Rei ad populum — circumeunt sordidati 2, 54. — si reum perago, quid acturi estis 4, 42. — apud concionem prius reus agatur 45, 37. *cf.* 24, 25.

REX 2, 2. Quo adjutore reges ejecerat. *i. e. regium genus. cf.* 1, 39. — rex Gentius cum liberis et conjuge et fratre 45, 44. *paullo post* reges *appellantur.* [*Sic et Græci. vid. not. ad Euripid. Hecub. v.* 552. *ed. Lips.* 1803.] Quod Masinissam non appellasset modo regem, sed fecisset, restituendo in paternum regnum 30, 17.

Reges non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur 9, 18. Communes omnium regum hostes (*Romani*) 44, 24. Natura inimica inter se esse liberam civitatem et regem *ibid.* Regum viribus reges oppugnare *ibid.* Cursum — rex ille regum (*Agamemnon*) petiit 45, 27. Opulentus rex 45, 34. In custodiam — traditus, vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret 44, 31. Cujus regis genero hereditarii sunt relicti exercitus nostri, ejus filio parum mature serviamus 21. 3. (*iron.*)

Rhodus 44, 23. Rhodum proficisci, *sine præpositione. Contra cap. eod.* ab Rhodo.

Rigare 5, 16. Emissam (*aquam*) per agros rigabis. *i. q. deducere. Sic dicitur* sacra litare, *pro sacris etc.*

Rigere 21, 54. Tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent. *cf. cap.* 55.

Rigidus 35, 11. Cervix rigida. *de Numidarum equis.* Vid. *Clav. Cicer. in v.* obstipus. Invicti a cupiditatibus animi (*Cato*) et rigidæ innocentiæ 39, 40.

Ripa 35, 33. Super ripam Tiberis. *i. q. ad Tiberim. cf.* 32, 30. super ripas. — profectus adversa ripa Rhodani 21, 31.

Rite 27, 25. Neque enim duobus, nisi certis, deis rite una hostia fieri. Vide *Drakenborch. ad h. l.* Pecora in fanis trucidant verius, quam rite sacrificant 41, 18. Rebus divinis rite perpetratis 1, 8. Religione tactus hospes, qui omnia, ut prodigio responderet eventus, cuperet rite facta etc. 1, 45.

Ritus 5, 44. Sine stationibus ac custodiis ferarum ritu sternuntur. Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere? 3, 47. Quam — aram — maximam vocet tuoque ritu colat 1, 7.

Rivus. Vid. *aqua.*

Rixa 40, 14. Quomodo fefellissent, et alieni, et mei, et maxime suspecti, quia paullo ante in rixa fuerant. Ab lictore nihil aliud quam prehendere prohibito, quum conversus in Patres impetus esset; consulum intercursu rixa sedata est 2, 29.

Robur 30, 2. Quod roboris ea provincia habuerat. *i. e. milites.* — robur omne virium 33, 4. *cf.* 22, 40. *it.* 24, 48. — id robur toto exercitu erat 39, 30. — id roboris in omni exercitu erat 27, 14. — quod roboris in juventute erat 33, 28. — cæsum in acie quod roboris fuit 9, 39. — robore juventutis suæ acciso 7, 29. — robur animi viriumque 23, 26. — neque his ipsis tantum umquam virium aut roboris fuit 21, 1. — graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat etc. 21, 55. — senatus robur 5, 39. *i. q. fortissimi senatores.* Quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque virium aptum militiæ videbatur, conscripserat 27, 46. Quorum (*militum*) robora ac vires etc. 21, 40. Ni extraordinariæ cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent 7, 7. Robora militum ex duobus consularibus exercitibus electa 7, 12. — robora virorum 22, 6. *et* 54. — robora legionum 23, 16. — robora ex legionibus peditum 25, 6. *i. e. potiores milites legionarii.* — cohortes — lecta robora virorum 7, 7. Robore navium et virtute militum Romani longe regios præstabant 37, 30. Vid. *virtus.* Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit 1, 8. *de iis, qui ad asylum perfugerant.* Si sint duæ roboris ejusdem in urbe gentes 2, 49. *de bello familiari Fabiorum.* In carcerem includatur et in robore et tenebris exspiret 38, 59. *nempe, ut Festus ait, malefici arcis robusteis olim inclusi fuerant, unde postea roboris nomen carceri mansit.* Vid. *rorarius.*

Robustus 38, 5. In arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum, stipitesve robustos incutiebant.

Rogare 32, 26. Sacramento rogatos — sequi cogebat. *cf.* 40, 26. Quum plebeiis (*lege Licinia*) consulatos rogabatur 10, 7. *cf.* 8, 13. In legibus magistratibusque rogandis 1, 17. Ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret 6, 42. Nunc rogari — ut populus consules creet 4, 2. *absolute.* Consules, — rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat 6, 40. *ubi vid. mox.* Comitia consulibus rogandis 38, 42. *cf.* 26, 22. — uni consuli rogando 23, 31. — rogando collegæ 22, 35. Livius — primus rogatus sententiam 37, 14. Ego hanc legem — — uti rogas, jubendam censeo 10, 8. Omnes — tribus, uti rogatæ, jusserunt 33, 25. Roganti Mettio, quid imperaret, imperat Tullus etc. 1, 26.

Rogatio 33, 25. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. Rogationem pertulit 3, 54. Eo anno rogatio primum lata est — quot annos nati etc. 40, 44. Rogationemque promulgarent, ne etc. 41, 6. Rogatio — arte fallaci elusa est 42, 21. Quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora essent. nam de fœnore — rogationes jubebant etc. 6, 39.

Rogitare 4, 58. Quid dari pro republica posset, rogitantes. *cf.* 8, 36. Rogitat (*interrogat*), qui vir esset 1, 7. A plerisque rogitantibus dimissi 1, 9.

Roma — Diva 43, 6.

Romanus *pro Romanis. it. pro urbe Romana. vid. Drakenborch. ad* 3, 2. *it. ad* 9, 41. *it. pro ordine plebeio* 2, 27. Diique et homines Romani 5, 51. — nemo Romanus 8, 30. — pro patria Quiritibusque Romanis 5, 41. *vid.* nemo. *it.* Quirites. Viamque (*se*) per devios saltus Romano bello fecisse 10, 24. *i. e. ut Romani bellum gerere possent.* Romana

mœnia 21, 41. (*urbis R.*) *Virgil. Æn.* 1, 276. Mavortia mœnia.

Rorarii 8, 8. Rorarios, minus roboris ætate factisque.

Rostratæ naves 44, 28. Vid. *navis. conf. Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 35.

Rostrum 28, 30. Infesto rostro petere hostium navem. Vid. *sangualis.* Rostraque id templum (*suggestum*) appellatum 8, 14. Statuæ publice in Rostris positæ sunt 4, 17. *ubi tamen in promtu est, per πρόληψιν istum locum a Livio sic dictum esse.* Vid. *cædere.*

Rotare 42, 65. Cum majori sinu libratum funditor habena rotaret.

Rubor 4, 35. Minorem ruborem fore in juris iniquitate etc. — duas res ei rubori fuisse 45, 13. Si nomen hoc saltem ruborem incutere — possit 45, 37.

Rudera 26, 12. Æris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, vid. *Intt. ad h. l.*

Rudes 26, 51. Rudibus inter se, in modum justæ pugnæ, concurrerunt. Vid. *sudes.*

Rudimentum primum puerilis regni 1, 3. — militare 21, 3. — adolescentiæ bello lacessentem (*Syphacem*) Romanos posuisse 31, 11.

Rudis ad pedestria bella 24, 48. — ad artes oppugnandarum urbium 21, 25. — artium homines 1, 7. — ad spectacula 45, 32. — ad seditionum procellas 28, 25. *cf.* 10, 22. Scribendi arte rudem vetustatem superaturos *Præfat.* rudis *simpliciter positum* 1, 19. *vid.* incompositus. *it.* versus.

Ruere in vulnera 26, 44. — infesto agmine ruere ad urbem 3, 3. — pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere 3, 47. — crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur tecta 4, 21. — itaque latius, quam cæderetur, ruebat (*murus*) 21, 11. — ruunt fugientes in castra 24, 16. Crudelitatis odio in crudelitatem ruitis 3, 53. — ruit reus 3, 11. *i. e. crimina et invidiam auget.* Ruere ad mortem 9, 4. Ut suis ipse oneratus viribus ruat 6, 19. (*Manlius.*) In aquam cæci ruebant 1, 27. Cœlum in se ruere 40, 58. *de tempestate.* Vid. *porrigere.*

Ruina rerum nostrarum 5, 51. — strage ac ruina fudere Gallos 5, 43. — qui Cannensi ruinæ non succubuissent 23, 25. — cujus (*Camilli*) exsilium ruina urbis sequuta fuerit 25, 4. — per supinam vallem fusi sunt, multique in ruina majore quam fuga oppressi obtruncatique 4, 46. Ruinis templorum templa ædificantem 42, 3. Ut communi ruina patriæ opprimerentur 45, 26. In hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis virtus populi Romani 26, 41. Inenarrabilis labor descendentibus cum ruina jumentorum sarcinarumque 44, 5. Ibi vero clamor jubentium referre signa ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit 42, 66. Ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri 5, 47.

Rumor 22, 39. Adversos famam rumoresque hominum si satis firmus steteris. Vid. *evanescere.*

Rumpere pontem 7, 9. — mediam aciem 26, 5. — ordines 6, 13. — eo nisi corporibus armisque rupere cuneo viam 2, 50. — induciarum fidem ruperat 9, 40. — nec rupit tamen fati necessitatem humanis consiliis 1, 42. — si quis rumpet, occidetve insciens, ne fraus esto 22, 10. *i. e. lædet, corrumpet.* Sacramenti religionem rupistis 28, 27. Quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit 9, 1. Ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti 21, 10.

Rupes 32, 4. Nec altitudine solum tuta urbs, sed, quod saxo undique absciso, rupibus imposita est. Contusi ac debilitati inter saxa rupesque 21, 40. Ex rupe Tarpeia 7, 10. *alias* saxum. *Vid.* abscindere. *it.* perversus.

Ruptor fœderis humani 4, 19. *cf.* 1, 28. *it.* 25, 31. Cum fœderum ruptore duce ac populo 21, 40.

Rursum 30, 16. Ad Tuneta rursum castra refert.

Rursus novus de integro labor 5, 5. — in Penestas rursus exercitum reducit 43, 20. Rursus Virginii Largiique exemplo haud salubres (*sententiæ*) 2, 30. Ut — — eodem rursus in Græciam cum quinqueremibus remitteretur 42, 47.

Rutilatus 38, 17. Promissæ et rutilatæ comæ. Vid. *ad h. l. Bauer. p.* 262.

Saburra 37, 14. Onerarias ducere multa saburra gravatas atque eas in faucibus portus supprimere.

Sacellum 1, 55. Ut libera a ceteris religionibus area esset — exaugurare fana sacellaque statuit. *cf.* 5, 40. Complura sacella publica, quæ fuerant occupata a privatis, publica sacraque ut essent, paterentque populo, curarunt 40, 51.

Sacer lapis. Vid. *supra in v.* lapis. *conf. B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 14. Qui tribunis pl. nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset 3, 55. *paullo post:* eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. Arma lecta conjici in acervum jussit consul, sacrumque id Vulcano cremavit 41, 12. vid. *supra in v.* facere. *it.* obire. Ut volens propitius præbeat sacra arma pro patria — sese armantibus 24, 21. Ibi tum primum — sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis atque Pinariis — factum 1, 7. Hæc tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit. *ibid.* Ne sacra regiæ vicis desererentur 1, 20. Ut, qui natus sit, ignoret, cujus sanguinis, quorum sacrorum sit 4, 2. Quæ sacrorum secum ferenda, quæ relinquenda essent. — sacerdotes publicos sacraque populi Rom. pedibus ire ferrique 5, 40. *int. vasa, utensilia*

lia, simulacra templi etc. Sacra in ruina rerum nostrarum, alia terræ celavimus, alia etc. 5, 51. Tactis sacris (*Hannibalem*) jurejurando adactum 21, 1. vid. *tangere*. Sacra pecunia 29, 18. *de thesauris Proserpinæ spoliatis. conf. cap.* 21. Sacrum (*aurum*) omne judicatum 5, 50. Equitumque sacræ alæ 42, 58. *Creverius putat esse regias, tuentes regis corpus, uti vocantur* 36, 40. *cf.* 42, 66.

Sacerdos 1, 19. Ejus (*dea Egeria*) monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere; sacerdotes suos cuique deorum præficere. *Dukero videtur hæc forma singularis esse. cf,* 5, 40. Sacerdotes publici — decemvir sacrorum et — pontifex 42, 28. — oppido adolescens sacerdos lectus *ibid. cf.* 40, 42.

Sacerdotium 9, 29. Potitii, gens, cujus ad aram Maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos, ministerii delegandi caussa, sollemnia ejus sacri docuerat.

Sacramentum 4, 53. Quum — nemo invitus sacramento diceret. *cf.* 2, 24. *it.* 25, 5. — omnes juniores sacramento adigit 9, 29. Quibus (*ducibus*) sacramento liberi vestri dicant 24, 8. Exauctorati, qui sacramento dixerant 41, 5. Milites — jurejurando adacti — nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat 22, 38. *Nempe hoc voluntarium erat, illud necessarium, uti Sigonius explicat.* vid. *conjurare*. Obvios in agris sacramento rogatos arma capere et sequi cogebat 32, 26. *cf.* 35, 2. Ut — — omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret 40, 26. Hoc sacramento initiatos juvenes milites faciendos censetis? 39, 15. *de Bacchanalibus*.

Sacrare 2, 8. Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui etc. *i. e. certa formula caput, vitam et bona devovere, et addicere Telluri ac diis Manibus.* — caput Jovi sacratum 10, 38. — prædam — publicando sacrandoque ad nihilum redegisse 5, 25. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit 30, 6. Haud frustra te patrem deûm hominumque hac sede sacravimus 8, 6. — sacratis finibus non evocatum Terminum 1, 55. — fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat 10, 37. In ea arce urbis Romanæ sacratam, volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore (*Victoriam*) populo Romano 22, 37. Quod (*templum*) primum omnium Romæ sacratum est 1, 10. Duabus aris ibi Jovi et Soli sacratis quum immolasset etc. 40, 22. Qui incestas manus intulisse intra sacratos terminos templi dicantur 45, 5. Sacratæ mensæ 23, 9. Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita 26, 24. — fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratum fuisset, irritum per illos esse 38, 33. Sedemque ejus (*Fidei*) etiam in dextris sacratam esse 1, 21. — sacratæ fide manus 23, 9. vid. *fides*. Tribuniciæ potestatis sacratarumque legum oblitum 3, 17. *cf.* 9, 39. *it.* 36, 38. vid. *Clav. Ciceron. in Ind. legum.* Lex sacrata militaris 7, 41. Sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste, et paribus candore armis insignes 9, 40. *cf.* 10. 38. — sacrata nobilitas *ibid.* Sacrata (*eloquentia Catonis*) scriptis omnis generis 39, 40.

Sacrarium 1, 21. Et soli Fidei sollemne instituit. ad id sacrarium flamines curru arcuato vehi jussit etc. Iis ex obscœno sacrario eductis arma committenda? 39, 15. *de Bacchanalibus.*

Sacrificare 41, 18. Pecora in fanis trucidant verius passim quam rite sacrificant. *cf. cap.* 17. Ut id donum (*coronam*) in cella Jovis ponere et sacrificare in Capitolio liceret 44, 14. Donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque et caste a matronis sacrificatum 27, 37. vid. *lustrum.*

Sacrificium 45, 27. Sacrificio Jovi Hercynnæque facto. Sacrificia læta 36, 1. Vid. *perpetrare.*

Sacrificulus 35, 48. Vota nuncupantem sacrificuli vatis modo in acie vidisse etc. Sacrificuli reges 5, 8. *it.* 6, 41. vid. *van Dalen Dissert. ad veter. Inscript. diss.* 2. Quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, ne ubiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant 2, 2. [*ad q. l.* vid. *Stroth.*]

Sacrificus 40, 42. De rege sacrifico sufficiendo — contentio — fuit.

Sacrilegium 29, 8. Qui (*Pyrrhus*) cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit. *cf.* 42, 3. Milites contactos sacrilegio furor agitat 29, 18. Apud se templa omnibus ornamentis compilata; spoliataque sacrilegiis C. Lucretium navibus Antium devexisse 43, 7. *f. leg.* sacrilegis — navibus.

Sacrilegus 29, 18. Ausi sunt nihilominus sacrilegas admovere manus intactis illis thesauris.

Sacrosanctus 3, 55. Ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur — renovarunt — hac lege juris interpretes negant quemquam sacrosanctum esse etc. — violaturosque denuncient sacrosanctam potestatem 4, 3. Jure sacrosanctæ potestatis 29, 20. Ut plebi sui magistratus essent sacrosancti 2, 33. Dedite profanos nos, quos salva religione potestis: dedetis deinde et istos sacrosanctos etc. 9, 9. *cf.* 3, 19. Qui (*coloni maritimi*) sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant 27, 38.

Sævire ultra humanarum irarum fidem 8, 24. Vid. *fœde*. Nec in ullum ordinem sævitum 34, 44. *de censura*. In ea delubra, quæ sola religione tuta fuerint, sævisse 31, 30. *i. q. vastasse.* In delectibus sævire solitos 2, 44. *i. e. nemini parcendo.* In corpus, in tergum sæviri 41, 6.

Sævitia 2, 58. Eadem in militia sævitia Appii, quæ domi, esse, liberior, quod sine tribuniciis vinculis erat.

Sævus 28, 18. Sævis in alto jactatus ventis. Ubi sæva orta tempestas est 24, 8. Hiems eo anno nive sæva et omni tempestatum genere fuit 40, 45.

Sagaciter 27, 28. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. *i. e. acute, ac prope divinitus perspexere etc.*

Saginare plebem populares suos, ut jugulentur 6, 7. — saginatus nuptialibus cœnis 36, 17. — quæ copia rerum omnium saginaret 28, 17.

Sagitta 38, 21. Cum aculeus sagittæ aut glandis abditæ introrsus tenui vulnere in speciem urit etc. *ad q. l.* vid. *Bauer. pag.* 268.

Sagmina poscere 1, 24. — ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent: uti prætor Rom. his imperaret, ut fœdus ferirent, illi prætorem sagmina poscerent 30, 43.

Sagulum 7, 34. Sagulo gregali amictus. — militari sagulo opertum — conspexerunt 21, 4.

Sal 2, 8. Salis quoque vendendi arbitrium — — ademtum privatis. *ubi conf. Bauer. pag.* 96. Sale invecto uti vetuit 45, 29. *mox ibid.* salis commercium dedit.

Salarius 29, 37. Vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt. — salaria via 7, 9.

Salictum 25, 17. Quum forte inter salicta innata ripis laterent hostes.

Salire 27, 18. Ad id fore altitudines, — ut per præcipitia et prærupta salientes fugerent.

Saltare 7, 2. Ludiones — ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Tusco dabant.

Saltatus 1, 20. Canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu.

Saltem 5, 38. Non deorum saltem, si non hominum, memores.

Saltus silvosus 9, 2. — periculosus 42, 55. — in arctas coactus fauces 22, 15. — per saltus ignotæ antea viæ 39, 46. — per invios montes vallesque saltus cum exercitu transgressus 40, 58. — saltu angusto superatis montibus 43, 58. Interdiu — obsideri saltum 21. 32. *paullo ante:* clivi — tumuli. Saltus Thermopylarum 36, 15. *i. e. fauces, aditus prope Thermopylas.* — saltu excedere 35, 11. *i. q. aditu saltus.* Per æstivos saltus deviosque calles exercitum ducimus 22, 14. *cf.* 44. 36. — peragrando cacumina saltusque *ibid.* Restituat legiones intra saltum, quo septæ fuerunt 9, 11. — angustiæ saltibus crebris — inclusæ 28, 1.

Salubris 2, 30. Salubres sententiæ. Salubriora etiam credente (*rege*) militiæ, quam domi, juvenum corpora esse 1, 31. *cf.* 3, 7. — salubrior exercitus 10, 25.

Salubritas 42, 54. Ad has opportunitates accedit summa salubritas et copia, pluribus circumjectis fontibus, perennium aquarum.

Salum 44, 12. Naves in salo stantes.

Salus 30, 8. Nec in fuga salus ulla ostendebatur locis ignotis. *cf.* 5, 38. — una salus est, erumpere hinc atque abire 7, 35. *i. e. salutis via.* Vix salute mutua reddita 10, 18.

Salutare. Vid. *consalutare.*

Salvus. Vid. *satin'.*

Sambucistria 39, 6. Tunc psaltriæ sambucistriæque et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. [*vid. Schweighäus. Emendat. in Suid. pag.* 71. *s.*]

Sanare 2, 34. Domi sanata discordia. Ne avocarentur animi a sanandis domesticis malis 6, 18.

Sancire 1, 24. Pater patratus ad jusjurandum patrandum, id est, sanciendum fit fœdus. — sanguine Hannibalis sanciam Romanum fœdus 23, 8. — sancta fides (*induciarum*) 8, 37. — nisi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset 25, 14. Vid. *sacer.* Quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia etc. 8, 7. Sanciendo novam legem 3, 55. — lex diligentius sancta 10, 9. *cf.* 34, 7. — contra quam sanctum legibus erat 30, 19. — caussa nihil de hac re lege sanciendi 34, 4. In omne tempus gravi documento sancirent, ne etc. 28, 19. *i. e. caverent.* Quæ jurejurando, quæ monumentis litterarum in lapide insculptis in æternam memoriam sancta atque sacrata sunt. ea etc. 39, 37.

Sancte 2, 24. Quem nostri majores auguste sancteque consecraverunt. — ut hæc ara sanctius et a castioribus coli dicatur 10, 23. Tiberine pater, te sancte precor 2, 10.

Sanctio 4, 51. Jacere tamdiu irritas sanctiones, quæ de suis commodis ferrentur. *i. q. leges.*

Sanctitas templi insulæque inviolatos præstabat omnes 44, 29. — quum creditæ sanctitati assentirentur omnes 45, 4. *de asylis.*

Sanctus 3, 19. Et hi postulant, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi dii neque sacri neque sancti sunt. Gens antiquior originibus urbis hujus, hospitio deorum immortalium sancta 9, 34. Templum sanctum omnibus circa populis 24, 3. Nec earum ipsarum (*conditionum*) sancta fides fuit 8, 37. Id erat sanctius apud illos consilium, maximaque ad ipsum senatum regendum vis 30, 16. *Sic apud Virgil. Æn.* 1, 426. sanctumque senatum. Aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur, promi placuit 27, 10. Jura (*multitudini*) dedit, quæ ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si etc. 1, 8. Nulla umquam respublica — nec sanctior, nec bonis exemplis ditior *Præfat.* In qua (*urbe*) nec pudicitia nec libertas

sancta esset 3, 52. Sanctum fœdus 41, 19.

Sanctissimus. Vid. *obtestatio.*

Sanqualis 41, 13. Avem sanqualem, quam vocant, sacrum lapidem rostro cecidisse.

Sanguineus. Vid. *hasta.*

Sanguis 4, 2. Ut, qui natus sit, ignoret, cujus sanguinis etc. *i. e. cujus generis, patricii an plebeii.* — ne societur sanguis *ibid. cap.* 4. *de connubio.* — quam (*sævitiam*) in — sanguine ipse suo exerceret 7, 4. *i. q. filio.* Si quid in te nostri sanguinis est 8, 7. Ne se ortum, ejusdem sanguinis, extorrem etc. 2, 6. Sanguinis guttæ visæ sunt 34, 45. *alias:* sanguine pluit. Sanguis factus 35, 51. *in bello* — a cujus sanguine (*nece*) ordiens bellum 42, 15. — victores sanguinis cædisque ceperat satias 27, 49. Pugnatum ingenti cæde utrimque, plurimo sanguine 2, 64. — multo sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit 28, 29. Ne se sanguine nefando soceri generique respergerent 1, 18. Invidiæ dandus est sanguis 8, 54. *de metuendo supplicio.* Vid. *consecro.* Vid. *sudor.*

Sanitas 2, 29. Nihilo plus sanitatis in curia, quam in foro, esse, *i. q. sanæ mentis.*

Sanus 3, 17. Hæc vobis forma sanæ civitatis videtur ? Quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit 7, 2. Tumultu etiam sanos consternante animos 8, 27. *i. e. bene sentientes, optimates.*

Sapiens hostis 22, 39.

Sapientia nova 42, 46.

Sarcina 44, 38. Custodia sarcinarum. *paullo ante:* præsidio impedimentorum.

Sarta tecta exigere sacris publicis 42, 3. Vid. *exigere.*

Sat 6, 18. Sat planum traditur.

Satelles 34, 41. Nabidis dominantis satellitem factum populum Rom. *i. e. administrum potentiæ illius.* Vid. *Duker. ad h. l.* Eorum concioni satellites armatos circumdedit 34, 27. *Drakenborchius ad h. l. existimat, simpliciter pro* armatis *dictos esse, quoniam* 1, 49. *sit:* armatis corpus sepsit, *comparatque illos satellites armatos cum* præsidio armato 40, 34. Stationibus armatis 32, 16. Satellites Hannibalis 23, 12. *pro amicis, factione ejus.*

Satias 30, 3. Si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia cepisset. — vini satias 25, 23. — satias cædis. Vid. *sanguis. cf. Bauer. Exc. Liv.* 2, *pag.* 145. [*Optimæ monetæ vox, sæpe tamen illa vulgatiori* satietas *cedere coacta, quod pulcre monuit Oudendorp. ad Appul. Metam.*]

Satiatus 29, 9. Nec satiatus virorum pœna insepultos projecit.

Satietas 8, 7. Si ad Regillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus. Inimicos satietas pœnarum suarum cepisset 3, 59.

Satin' 1, 58. Satin' salvæ? *scil. res sunt.* Satin' salva essent omnia 3, 26. [Vid. *Sanct. Min. T.* 2. *p.* 172. *s. ed. Bauer.*]

Satio 32, 34. Curam impensamque sationis me præstaturum. *i. e. plantationis.*

Satis admodum 34, 13. *illud* admodum *videtur h. l. ita adjectum esse, ut alibi numeris, quum diligenter, non crassiori modo significantur. Itaque non opus est emendatione Drakenborchii* ad hunc modum *legentis.* Satis adhuc in vastis — montibus — nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis 21, 43. *pro satis diu etc.* Ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit 6, 18. Quibus non suæ redditæ res, non alienæ accumulatæ satis sint 9, 1. Satis esse Italiæ unum consulem 34, 43. Si ad arcendum Italia Pœnum consul alter satis esset 21, 17. Satis — militem ne tentando quidem certamini fore 9, 48. Satis ad perniciem fore rati 21, 33. Satisne est nobis vos metuendos esse ? 3, 67. *pro nonne satis est. Hujus formæ et alia exempla etiam apud Ciceronem occurrunt, sed non imitanda.* Satis honorum, satis superque vitæ (*mihi*) erat *ibid.* Satis superque humilis est 3, 53. Satis superque pœnarum habeo 28, 29. Satis superque oneris sustinenti 41, 25. Prætor Romanus, ubi satis tot dierum quiete credidit spem factam hosti, nihil se priorem moturum etc. 40, 31. Publilio triumphus decretus, quod satis credebatur, obsidione domitos hostes in fidem venisse 8, 26. *i. e. quod sufficere credebatur ad impetrandum triumphum.* Non ad præsidium modo tutandum Fabii satis erant 2, 49. *cf.* 26, 28. Controversia inde fuit, utrum populi jussu indiceretur bellum, an senatusconsultum satis esset 4, 30. Quibus non fuit satis, consulem spondere 9, 9. *i. e. qui non acquieverunt in sponsione consulum.* Senatus censuit, satis habendum,' quod prætor jusjurandum polliceretur 40, 29. At vos (*dii*) satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos 9, 8. Si scelus, libidinemque, et avaritiam solus ipse exercere in socios vestros satis haberet etc. 29, 17. Non portas claudere regi satis habuerunt 42, 54. Nec esse, quod quisquam satis putet, si etc. 6, 37.

Satisfacere 32, 14. Quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enise facere videt. *i. e. gratiæ reconciliandæ caussa.* Si satisfacere Karthaginienses populo Romano vellent 33, 49. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 213. Quum jam ex re nihil dari posset, fama et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant 6, 34.

Satius 26, 29. Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse. *i. q. utilius fore. cf.* 3, 70. *it.* 5, 20. *et* 53. Perire namque semel ipsis satius esse, quam etc. 42, 23.

Sator 21, 6. Qui litis erat sator. *i. q. auctor.*

Satura 7, 2. Impletas modis saturas

peragebant. *h. e. fabulas non unius, sed mixti argumenti.*

SAXUM 1, 24. Porcum saxo silice percussit. *i. e. saxo duro, in aciem facto, extenuato.* Nunc tela, nunc saxa — ingerere 9, 35. Sepulchrum constructum saxo quadrato 1, 27. Contusi ac debilitati inter saxa rupesque 21, 40.

SCÆVOLÆ a clade dextræ manus cognomen inditum 2, 13. *a σκαιὸς, sinister.*

SCALA 8, 29. Oppida quoque vi expugnare adortus — scalis cepit. Vid. *erigere.*

SCANDERE Capitolium 1, 10. — jam intra mœnia erit, et arcem et Capitolium scandet 3, 68. *cf.* 4, 2. — in curru scandentes Capitolium 45, 39. *de triumphantibus.* Prope jam scandentem mœnia Romæ 30, 30. *Sic Gronov. et Crever.*

SCAPHA 44, 42. Quum scaphas concurrere undique ab navibus cernerent, ad excipiendos sese venire rati etc.

SCATURIGO 44, 33. Scaturigines turbidæ primo et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam — cœperunt.

SCELERATUS 8, 15. Viva (*Vestalis*) sub terram — defossa scelerato campo. credo, ab incesto id ei loco nomen factum. An bello persequuti sceleratam legionem, in potestatem nostram redactam tergo et cervicibus pœnas sociis pendere quum coëgissemus etc. 31, 31. Sceleratus vicus 1, 48. Scelerata conjux 1, 59. — — conjuratio 2, 6.

SCELUS legatorum interfectorum 4, 32, *i. e. ob legatos interfectos.* Divinis humanisque obruti sceleribus 3, 19. *i. q. in deos hominesque. cf.* 29, 18. Arcem jam scelere emtam Latini habent 1, 12. Fœdum inhumanumque inde traditur scelus 1, 46. Consules paratos esse duces prius adversus scelus civium, quam adversus hostium arma 4, 2. Hæc scelera, quia piget ædificare, hæc dedecora pati parati estis? 5, 53.

SCENA 41, 27. Censores —locaverunt — scenam ædilibus prætoribusque præbendam. *i. e. apparandam, præparandam, in usus ædilium ludos, editurorum.*

SCILICET 7, 13. Scilicet, dictator, inquit, (*Tullius*) condemnatum se universus exercitus a te ignaviæ ratus, — oravit me etc. *principium orationis.*

SCINDERE 7, 37. Complendas esse fossas, scindendumque vallum, et in castra irrumpendum. *Verbum historicis optimis usitatum in hac re.* Pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices 28, 30.

SCIPIO 30, 15. Masinissam — scipione eburneo — donat. ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplissima data, cum sella curuli atque eburneo scipione 42, 14.

SCIRE 1, 39. Scire licet, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque regiæ afflictæ. *Eodem consilio* scilicet *dictum eodem modo construitur. Itaque Drakenborchius* scilicet *reponi vult: quod non est necessarium; nam et alii* scire licet *dixerunt, inprimis poëtæ, quos in multis, ut notum est, Livius imitatur.* Fidenates — latini sciebant 1, 27. Nec satis scio, nec, si sciam, dicere ausim *Præfat.* Jam scirent, longe aliud esse, virgines rapere, aliud pugnare cum viris 1, 12. Major animus et natura erat, quam ut reus esse sciret. *i. e. posset. cf.* 1, 53. 9, 4. 24, 25. *Eodem modo* didicisse *dicitur.* Qui vincere bello sciret 45, 32. *posset, didicisset.* Quantoque apparatu (tum sciebant aut poterant, (*ludos*) concelebrant 1, 9. Scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant 3, 52. *i. e. cognituros. Ceterum pro* quod *interpretes recte legi volunt* quam. Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 151. — inde scitum, legatos cum litteris captos 23, 39. Haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit 37, 54. *cf.* 9, 15. Vid. *nescire.* Nec quidquam scit, quam detrectare virtutes 38, 49. Libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt 24, 25. Scissem 3, 67. Id vanum nec ne sit, extemplo sciri posse 1, 51. Nihil — quod — scientes fecisse 6, 40. Ab iis certiora omnia de statu civitatium earum scituros 39, 27. Nihil facilius scitu est 23, 13.

SCISCERE 1, 17. Id modo sciscerent juberentque. *cf.* 42, 21. Nec recitari rogationes, nec sollemne quidquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt 6, 35. Nemo (*censorum*) id jus esse — scivit 9, 34.

SCISCITARI 1, 56. Cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. *de oraculo Delphico.* — Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus etc. 22. 57. — Lebadiæ quoque templum Jovis Trophonii adiit. ibi quum vidisset os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum deos descendunt, sacrificio Jovi Hercynnæque facto etc. 45, 27. Sciscitatus consulis voluntatem 7, 26. — nuncium extemplo (*scil. ad consulem*) mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiæ essent: sciscitatumque simul, utrum etc. 22, 54. — e suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit, quidnam se facere vellet 1, 54. Sciscitandoque eodem pervenit, ut haud procul esset, quin Remum agnosceret 1, 5. Multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent etc. 1, 9. Elicuit comiter sciscitando, ut fateretur 6. 34. Missi sumus — a gente nostra, qui sciscitaremur etc. 40, 47.

SCISSUS 1, 13. Scissa veste. *conf.* 3, 58.

SCITE 10, 18. Quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit. Quam mallem — tu a me strenue facere, quam ego abs te scite loqui didicissem *ibid. cap.* 19.

Scitum 1, 20. Publica privataque sacra pontificis scitis subjecit. Quo minus ferociter aliorum *(decemvirorum)* scitis adversarentur 3, 33. Scita plebis injuncta Patribus 3, 67. — et scito plebis prorogatum in annum imperium est 10. 22. — scitique plebis unus gratiam tulit 22, 26. Ut nullum de ea re scitum populi fieret 45, 25.

Scitus 25, 7. Comitia — de senatus sententia plebisque scitu sunt habita.

Scriba pontificis, quos nunc minores pontifices appellant etc. Vid. *Clav. Ciceron. in v.* pontifex. Quod scribam eum quæstor — in decuriam legerat 40, 29. Vid. *Drakenborch ad h. l. qui decernere non audet, qualis illa scribarum decuria fuerit. Fortasse fuit* ordo scribarum, *cujus mentio fit apud Ciceronem.* Vid. *Clav. Ciceron. in v.* scriba.

Scribere 21, 1. Bellum maxime omnium memorabile — me scripturum. Dum novi semper scriptores — — scribendi arte rudem vetustatem superaturos etc. *Præfat.* Congesta in ingentem acervum hostilia arma — concremavit — ne suæ gloriæ fructum dictator caperet nomenque ibi scriberet 8, 30. *i. e. in monumento inscriberet.* Bœotorum gentem, captatam Philippo, numquam ad scribendum amicitiæ fœdus adduci potuisse: tribus nunc locis cum Perseo fœdus *incisum* literis esse 42, 12. Consules Fulvio — Postumio — ut summa vi fines hostium depopulentur, scribunt 10, 27. Literæque Romam extemplo scriptæ 41, 16. Sacrificatum est, ut decemviri scriptum ediderunt 42, 2. Scipionique scribendum, ne bellum remitteret 30, 23. C. Memmio collegæ in Siciliam scriberet, ut eas etc. 42, 27. Inopia scripsit legem 34, 6. *i. e. caussa fuit scribendæ legis.* Albam in Æquos sex millia colonorum scripta 10, 1. Ut præter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperassetve etc. 36, 1. Scribere legiones 9, 19. — supplementum — 37, 50. — exercitum 9, 8. — navales socios 35, 40. Ille exercitus Hispaniæ provinciæ scriptus 21. 40. Scribebantur — legiones quinis milibus peditum etc. 8. 8. Quatuor millia — peditum et sexcentos equites dumtaxat scribere in animo est 10, 25. Socios navales libertini ordinis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius prætor scribere jussus 42, 27. Quod veteres centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset 42, 33. *pr. evocare.* Licere consuli — quum legiones hostium devoveat, non utique se, sed quem velit ex legione Romana scripta civem, devovere 8, 10. *illud* scripta *nisi corruptum, certe superfluum est.* Vid. *conscribere.*

Scriptor 21, 1. Rerum scriptores. Vid. *scribere.*

Scriptum facere 9, 46. *i. e. scribam esse.* Vid. *tabula.* — responsumque ex scripto recitavit 28, 11. Tabellas ei Popillius scriptum habentes tradit 45, 12. *Ursinus ad Polyb. Exc. Leg.* 92. *legendum censet* SCtum. *Sane speciose. Sed subsequens verbum* circumscripsit *tuetur, opinor, vulgatam lectionem. Etenim manifeste hæc duo ad se invicem, eleganter quidem, referuntur.*

Scriptura 25, 12. Carmen — perplexius scripturæ genere.

Scutale triplex, *pars fundæ, cui imponitur lapis mittendus; nominaturque a figura rhombi* 38, 29. *paullo ante:* non simplicis habenæ funda. *Nempe si triplex est scutale, etiam triplices sunt habenæ, suturis æque connexæ et duratæ; singulis scutalibus una cum habenis ab utraque parte e corio sectis. — Hoc vocabulum B. Patruus meus Livio reddendum putabat* 42, 65. *ubi dicit:* funda media, duo funalia imparia habebant. *Et profecto aptum est* scutale *huic loco; funalia autem commode intelligi nequeunt.*

Scutatus 8, 8. Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat.

Scutum 6, 8. Arrepto repente equo cum scuto pedestri. Vid. *supra in v.* clipeus. — scutum Ligustinum 44, 35. Vid. *Lips. Milit. Rom.* 3, 2. Pedestre scutum capit 7, 10. Scuta equestria 43, 6.

Se 6, 42. Fuga se longinqua — ab hoste sese tutati sunt. *bis terve se positum. Alibi omittitur, v. c.* 6, 17. Refracturosque *(se)* carcerem minabantur. *Abundat etiam in illo* per se, *sæpissime obvio. v. c.* 10, 1. solos per se Æquos ad bellum coortos etc. Dum dictator delectum per se Ardeæ habet 5, 48. Paulli in domo, præter se *(ipsum)* nemo superest 45, 41. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 332.

Secare 28, 32. Haud secus quam viscera secantem sua etc. *i. e. tristem vel maxime atque invitum.*

Secedere 2, 32. Injussu consulum in sacrum montem secessisse. *i. e. per seditionem reliquisse urbem, et a magistratibus defecisse. conf. cap.* 34. Tribuni ad deliberandum secedunt 45. 36.

Secernere 7, 16. Quod nihil in publicum secernendo *(ex præda)* augenti rem privatam militi favit. Quem enim bonum civem secernere sua a publicis consilia? 4. 57. Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis 6, 10. Quod e grege se imperatorum, velut inæstimabilem secrevisset 35, 14.

Secessio 2, 32. In Aventinum montem secessionem factam esse. *conf. cap. seq. it.* 3, 39. Secessio ab decemviris facta est, 3, 51. De secessione in domum privatam plebis 6, 19. Secessione facta 21, 14. *i. q. quum discessissent e senatu.*

Seclusus 29, 9. Ipsum ab suis interceptum et seclusum, hostiliter lacerant etc.

Secreto 32, 35. Quum aliquamdiu secreto loquuti essent. *conf.* 40, 8. Dicit esse, quæ secreto agere de republica velit 2, 37. Quæ *(consilio)* secreto ab aliis coquebant 3, 36.

Secretus 1, 52. Ne ducem suum, neve secretum imperium, propriave signa haberent, miscuit manipulos ex Latinis Romanisque etc. Qui, per eumdem illum Hispanum secretus ab aliis ad Marcellum deductus — Achradinam redit 25, 30. *Gronovius* secretim *aut* in secretum *legi vult, probante Creverio. Mihi quidem neutrum necessarium videtur. Livius alibi plane sic loquitur, uti vulgata refert. v. c.* 6, 25. Secreti ab aliis ad tribunos adducuntur. Nec quidquam secretum alter ab altero haberet 39, 10.

Secta 8, 19. Negant se pro Vitruvio sectamque ejus sequutis precatum venisse, sed pro Fundano populo. — quique meam sectam, imperium auspiciumque — sequuntur 29, 27. *conf.* 35, 49. *it.* 42, 31. Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus sequuti essent, bellum iniri? 36, 1.

Secubare 39, 10. Vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset. *i. e. secum non cubuisset, ut quidam codices habent, ab concubitu ejus abstinuisset, item, foris cubuisset.*

Seculum 9, 18. Quum ex hac parte secula plura numerentur, quam ex illa anni etc. *Secula pro ætatibus, generationibus accipienda sunt.*

Secundani 41, 8. Egregiam gloriam legionis fore, si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant.

Secundum pœnam nocentium 2, 5. *pro post. Sic sæpius Livio dicitur. conf.* 1, 30. *it.* 9, 15. 24, 21. Vid. *Drakenborch. ad* 8, 10. Satis constabat, secundum eum exercitum, quem Magnus Alexander in Asiam trajecit, numquam ullius Macedonum regis copias tantas fuisse 42, 51. Maximique secundum deorum opes imperii principium 1, 4. Genucio — Mamercino, secundum consulibus 7, 3. Gens alia, cujus, secundum Gallicos tumultus, arma terribiliora essent 9, 29. *conf.* 24, 10. Eventus eorum comitiorum docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios, secundum deposita certamina, incorrupto judicio esse 4, 6. Secundum eam *(partem)* litem judices dare 23, 4. Ne — secundum judicium supplicii auctor esset 1, 26.

Secundus 21, 47. Secunda aqua *i. e. quæ non ad ripas est, sed in medio gurgite.* Mare secundum 29, 7. — æstus secundus 23, 41. — secundus ad eventum 22, 9. Secunda iræ verba 2, 38. *i. e. quæ illam augent.* Non secundus auribus Patrum auditus est 42, 28. Omnia semper, quæ magistratus ille dicet, secundis auribus, quæ ab nostrûm quo dicentur, adversis accipietis? 6, 40. Et omnia, quæ arte belli, secunda suis, eligi — poterant, providit 5, 49. Præsentibus ac secundis diis ire in prœlium jubet 7, 26. Secundissimæ plebei leges 8, 12.

Securior 9, 22. Securior *(dictator)* ab Samnitibus agere. *i. q. sine cura.*

Securis 10, 9. Virgis cædi securique necari. Nudatos virgis cædunt, securique feriunt 2, 5. *Securim* in caput dejecit, relictoque in vulnere *telo* etc. 1, 40.

Secus 28, 32. Haud secus quam viscera secantem sua. *conf. cap.* 37. *it.* 22, 17, 23, 49. Haud secus, quam dignum erat 5, 36. Haud secus quam venerabundi intuebantur etc. 5, 41. Haud secus, quam *(intell. si)* vallo septa inhorreret acies 9, 8. Haud secus quam pestifero sidere icti, pavebant, 8, 9. Scaphis, haud secus quam naufragos — — in terram evasisse 29, 27. Quod haud secus factum improbabant boni, quam nemo facere ausurum crediderat 3, 35. Moderatum esse iræ, ne quid secus populo, aut senatui, scriberet 8, 33.

Secus 26, 47. Liberorum capitum virile sectus *(virilem sexum)* ad decem millia capta. *i. e. secundum, qua virile secus. nam non nisi casus quartus in usu est.* Vid. *Intt. ad h. l.*

Sed *pro* sed etiam. *Vid.* non modo. — *De illo ipso* sed etiam *omisso, quum* non modo *præcessisset, vid. ibid.* Sed enimvero, quum detestabilis altera res et proxima parricidio sit, quid ad deliberationem dubii superesse? 45, 19.

Sedare lamentationem 25, 37. Sedabant tumultus, sedando interdum movebant 3, 15. — hac sedata contentione, alia — exorta est 39. 39. Ut vix a magistratibus — juventus sedaretur 21, 20. *i. q. ad modestiam revocaretur, coërceretur.* — prœlium sedatum est 34, 5. *i. q. finitum.* Sedato tandem fremitu responsum legatis est 21, 20. Pestilentiam quondam, clavo ab dictatore fixo, sedatam 7, 3.

Sedere 3, 68. Sedemus desides domi. — compressis — manibus sedeas 7, 13. — qui sella curuli sedisset 30, 19. Nebula campo quam montibus densior sederat 22, 4. Ne ejus rei caussa *(Appius)* sedisse videretur 3, 46. *scil. juris dicundi caussa. proprium in hoc genere verbum est.* Ita in vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo 2, 5. Librata quum sederit glans 38, 29. *h. e. quum circumagenda funda glans hæret tenacius in scutali, ut inde certius evolet.* Sedendo expugnaturum se urbem spem Porsena habebat 2, 12. *conf.* 7, 37. *it.* 22, 38. Sedendo et cunctando bellum gerebat 22, 24. *de castris stativis. conf.* 9, 44. *it.* 10, 25. Quin sedendo superaturi simus eum,

qui senescat in dies 22, 39. Quieto sedente rege ad Enipeum 44, 27. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis: sedens bellum conficiet 9, 3.

SEDES *it.* SEDIS *in casu recto* 9, 46. sede honoris sui *(e sella curuli)* anxius invidiâ inimicos spectavit. In regia sede pro curia sedens 1. 47. *conf. cap.* 48. *ubi est* considere. Se patris sui tenere sedem *ibid.* Tenuit ales captam semel sedem *(in galea pugnantis)* 7, 26. Generosius in sua quidquid sede gignitur 38, 17. Vid. *proprietas.* In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro 22, 39. Patriam pulsam sede sua restituisse 27, 34. Veios an Fidenas sedem celli carperent 4, 31. *cf.* 28, 44. Non motam Termini sedem 1, 55. *i. e. templum. conf.* 4, 20. 5, 39. 38, 43. Num montes moliri sede sua paramus? 9, 3. Quas novas ipsi sedes ab se auctæ multitudini addiderunt 2, 1. Positisque sedibus consederunt 42, 39.

SEDITIO 42, 5. Erant Ætoli — in seditionibus. — in seditione ipsi inter se sunt 36. 17. Seditionis comes 2, 23. *i. e. seditiosorum vel socius vel adjutor.* Seditiones. id — honori fuisse 4, 2. *pro eas. intell. ex substantivo* seditiones movere, *et huc referatur illud* id. Si vero ad externum bellum domestica seditio (*discordia inter fratres*) adjiciatur etc. 45, 19. Vid. *modestia.*

SEDITIOSE 4, 6. Quicumque aliquid seditiose dixerat aut fecerat.

SEDITIOSUS 6, 20. Seditiosæ voces.

SEDUCERE 2, 54. Seducta (*consilia*) a plurium conscientia habere. *i. e. separata et arcana.*

SEDULO 2, 38. Et eos ipsos sedulo audientes secunda iræ verba. *i. q. attente, cupide.* Sedulo tempus terens 3, 46. Simul, quæ curando vulneri opus sunt — sedulo comparat 1, 41.

SEGES 23, 48. Altæ in segetibus herbæ. Desectam cum stramento segetem etc. 2, 5.

SEGNIS mora 34, 9. — navigatio 30, 10. — obsidio 10, 10. — militia 26, 21. Romæ interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse 5, 46. Nec Sagunti oppugnatio segnior erat 21, 12. Suspecta esse jam segnis mora ejus desierat 25, 8. Segnior ad alia factus consilia erat 44, 12. Segnior ad credendum 24, 13. — non segnior discordia domi 2, 43. — segnior mors 40, 4. *per venenum.* — segnior jam et infirmior 33, 2. *nisi legatur cum Gronovio* senior. Segne imperium 25, 14. — haud segne (*segniter*) tempus consumere 38, 22. — comitia nihilo segnius perficiunt 7, 18. *pro nihilo minus.* Segnius socordiusque 40, 27. Egregie legiones, nec segnius duæ alæ pugnabant 40, 40. Segnius homines bona, quam mala sentire 30, 21.

SEGNITER 40, 40. Non segniter imperium exsequuturos. Vid. *molliter.*

SEGNITIES 31, 6. Ut de integro comitia rogationi ferendæ ediceret, castigaretque segnitiem populi.

SEGREGARE 1, 25. Ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam. *pro segregaret eos, quibuscum pugnandum esset.* Captivis productis segregatisque 22, 58. *i. q. delectu facto.* Non segrego civitatis causam — a civibus nostris, et iis, quos, ut traderemus vobis, adduximus 45, 22.

SELLA in comitio posita 6, 15. *i. e. sella curulis. conf.* 3, 11. *vid. supra in vv.* curulis *et* sedes. — qui sella curuli non sedisset 25, 5. *h. e. qui magistratu majori functus non esset.*

SELLULARIUS 8, 20. Opificum vulgus et sellularii.

SEMEL 2, 45. Ut incitato semel militi adderent impetum. *conf.* 10, 14. Ut exercitum Romanum — non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere possit 5, 6. Aut vitam semel, aut ignominiam finirent 25, 6. Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum est crimen; semel —; iterum —; tertio etc. 23, 9. *i. q. primum etc.*

SEMEN 3, 19. Loquaces, seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos etc. *i. q. auctores.* Ipsa, regio semine orta 1, 47. Semina futuræ luxuriæ 39, 6. Cujus (*quæstionis*) residua quædam velut semina ex prioribus malis jam priore anno adparuerant 40, 19. Vid. *aspergere.*

SEMERMIS 27, 1. Diversis itineribus semermes ad Marcellum— perfugerunt. *al. semiermes.*

SEMESTRIS dux 21, 43.

SEMIANIMIS regius comitatus 1, 48. Tollentes corpus semianime virginis 3, 57.

SEMIANIMUS 28, 23. Quum — in succensum rogum semianima pleraque injicerent corpora.

SEMIAPERTUS 26, 39. Paucos ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, in urbem compulit.

SEMICUBITALIS 42, 65. Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat.

SEMIGERMANUS 21, 38. Obsepta gentibus Semigermanis.

SEMIGRAVIS 25, 24. Quia magna pars, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant.

SEMILIXA 28, 28. Sed illi primum, non Atrium Umbrum semilixam, — ducem — — sequuti sunt. *conf.* 30, 28.

SEMINARIUM 6, 12. Vix seminario exiguo militum relicto. Equites — seminarium senatus 42, 61.

SEMIPLENUS 25, 30. Ad Nasum armatos exponunt, qui, improviso adorti semiplenas stationes, et adapertas fores portæ etc.

SEMIRUTUS 26, 32. Ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset. *cf.* 5, 49.

SEMISOMNUS 9, 24. Fuga cuncta com-

plentur portæque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur. *cf.* 25, 39. *it.* 30, 5.

Semita 9, 24. Semitamque angustam et arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset. Ubi (*in silva*) plures diversæ semitæ erant 44, 43. *Opp. viæ militari.*

Semiustus 22, 40. Se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse. *al.* ambustus.

Semper *Præfat.* Novi semper scriptores. — seditionum semper auctores 5, 3. — avidam ulteriorum semper gentem 9, 38. — suos semper hostes 8, 1. Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo cessaret 5, 42. Quod privatorum consilium ubique semper fuit 4, 4. Non ex iisdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit 6, 12. Qua (*mercede*) vos semper tribunos pleb. habeamus 6, 40.

Senaculum 41, 27. Porticum ab æde Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam. *Erat hic locus, non, ubi consessus senatus sollemnis obtineret, sed, ubi consisterent senatores ac sermones inter se conferrent.*

Senator 36, 3. Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret. *vid. Manut. de senat. Rom. cap.* 1. Quod ad statum Macedoniæ pertinebat, senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio resp. administraretur 45, 32.

Senatus *Romanus a Græcis ita intellectus, quasi Romæ aristocratiä obtineret* 34, 31. Quum senatus quotidie esset 3, 51. Juventutem militarem senatusque robur in arcem — concedere 5, 39. Senatus, caput publici consilii *ibid.* vid. *sanctus.* Qui (*senatus*) cogitaverunt 4, 58. *vid. Drakenborch. ad h. l. qui plura exempla congessit.* A senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent etc. 44, 18. Senatus juratus 26, 33. *nempe quum jurati, quod interdum fiebat, senatores dicerent sententias.* Recitato vetere senatu 23, 23. *i. e. vetere catalogo censorio.* Hæc — acta magna pars senatus adprobabat, veteres et moris antiqui memores negabant etc. 42, 47. Consuli a Patribus permissum, ut, quem videretur ex iis, qui extra senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum 31, 9. *i. e. qui nondum senatores lecti essent, etsi jam magistratum minorem fortasse gesserant, item tribuni militum, præfecti, equites etc.* Denunciarent Samnitibus populi Rom. senatusque verbis 7, 31. Stabat cum eo senatus majestas, favor populi etc. 8, 34. Submota cetera multitudine, senatus Alorco datus est 21, 12. Senatus iis datus est 41, 6. Legatos ab rege Perseo venisse, iisque noctu senatum in æde Æsculapii datum esse 41, 22. Vid. *servator.*

Senatusconsulta fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent etc. 3, 21. *Sæpius ut diserte adjicitur, quemadmodum Drakenborchius pluribus exemplis ad h. l. docuit.* Retulit et senatusconsultum facit 5, 50. *i. e. facit, ut in suam sententiam senatusconsultum fiat.* Qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad ærarium detulerit 39, 4. Ut senatusconsultum in se factum tolli juberent 42, 9. Senatus inde consulto 31, 5. *Sic* plebiscitum *dirimi supra docuimus, interposita quidem copula. vid. Gronov. ad* 22, 26.

Senescere civitatem otio 1, 22. — dilatione belli vires 9, 27. — senescit bellum 28, 36. *cf.* 30, 19. — fama 27, 20. — invidia 29, 22. — pugna 5, 21. — ne cunctando senescerent consilia 35, 12. — non esse cum ægro senescendum 21, 53. *de abstinentia a prœlio.* Quo tum diutino (*otio*) senescere videbatur 25, 7. Hannibalem — et fama senescere et viribus 29, 3. — dubitas ergo, quin sedendo superaturi simus eum, qui senescat in dies ? 22, 39. Senescentibus vitiis, maturescente virtute 3, 12. Senescente exiguo cornu fulgere lunam 44, 37.

Senex concionalis. *vid. supra in h. v.* Senes tribunicios non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris, relinquat 6, 39. *paullo ante :* consenuisse jam secum et rogationes promulgatas, et vim omnem tribuniciæ potestatis.

Senilis 10, 22. Novo imperii socio vix jam adsuescere senilem animum posse.

Senior 2, 30. Curæ fuit consulibus et senioribus Patrum. *cf.* 3, 15. *contra et* juniores Patrum *commemorantur* 3, 41. Seniores in centuriis 1, 43. *nempe secundum censum Tullianum, qui erant emeritis stipendiis, ut militiæ vacationem haberent.*

Senium 7, 22. Nusquam acie congresso hoste, cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque (*consules*) gesserunt bella : cujus lentæ velut tabis senio victa utriusque pertinacia populi est etc.

Sensim 10, 5. Quo magis festinantes videt dictator, eo impensius retentat agmen ac sensim incedere jubet. Sensim ad montes succedit 1, 27. Hic primo sensim tentantium animos sermo per totam civitatem est datus 2, 2. Et mentio, primo sensim illata a tribunis, — eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent 4, 1. *i. e. occultis sermonibus. Sic ipse Livius* 3, 43.

Sensus 3, 18. Præ ardore impetuque tantæ rei sensus non pervenit ad militem. Quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset 5, 21. — ab sensu operis (*cuniculi*) hostes avertebat 4, 22. Partium (*scilic. urbis*) sensu non satis pertinente in omnia (*universam urbem*) 25, 24. Ut specular abditos ejus sensus posset 40, 21.

Sententia 22, 60. Quum sententiis

variaretur. — quum timor atque ira in vicem sententias variassent 2, 57. Nihil se, absentibus decem legatis, sententiæ habere. Romam eundum ad senatum iis esse 34, 25 Nec eum — patria majestas sententia depulerat 23, 8. Sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam 9, 8. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri 3, 40. Quum omnes — in sententiam ejus pedibus irent 9, 8. Vid. *ire*. In eandem sententiam ibat 1, 32. Quum vicisset sententia, quæ censebat 2, 4. Habeo, quid sententiæ dicam 23, 13. Loquutus in hanc fere sententiam 6, 40. Sententiam deinde æque trucem orationi adjecit 29, 19. Philippum, Antiochum, Persea, tamquam tres sententias, ponite 45, 24. Maxime tamen sententiam vertisse dicitur Ti. Græchus 48, 16. *Vid.* traducere. *it.* transire.

SENTINA 24, 29. Sentinam quamdam urbis exhaustam. *i. e. fecem plebis.*

SENTIRE 9, 41. Nisi quod transitum exercitus ager senserat — vastationem sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat *ibid. cap.* 37. Sensit eventus virtutis enisæ opem 6, 24. Quæ quisque Persei bello privatim ac publice sensisset 45, 28.

SEORSUM cives sociique 22, 52. — seorsum in custodia habitus 9, 42.

SEPARARE 38, 43. Nihil est, quod se ab Ætolis separent. *i. e. non debebant postulare, ut melior ipsorum, quam Ætolorum, caussa, conditio, esset.* Thessalorum omnis equitatus separatus erat 42, 55. *scil. per præsidia urbium.*

SEPARATIM 40, 47. Separatim eos ab illis se consulturos. Auctoresque et his separatim singulis fuerunt ad etc. 42, 44.

SEPELIRE 8, 24. Sepultumque Consentiæ, quod membrorum reliquum fuit. *i. q. concrematum; sequuntur enim hæc:* ossaque — ad hostes remissa. *alias hæc duo non confusa esse, Cicero docet de Legg.* 2, 22. *vid. Drakenborch. ad h. l.* Vid. *arca.*

SEPIRE 44, 39. Quum munimentis ea sepissent. *pro sepsissent.* Urbem ipsam sepiunt præsidiis 2, 10. — operibus ingentibus septa urbs est 5, 5. *de corona, qua circumdata erat urbs expugnanda. Sæpius dicitur, ubi defensionis mentio facta est.* — castraque tectis parietum pro muro septis 25, 25. Dextra montibus, læva Tiberi amne septus 4, 32. — restituat legiones intra saltum, quo septæ fuerunt 9, 11. Locum, qui nunc septus descendentibus inter duos lucos est, asylum aperit 1, 8. *i. q. septus obstat.* vid. *descendere.* Postquam omnia pudore septa animadverterat 3, 44. Albana pubes inermis ab armatis septa 1, 28. — strage armorum septa est via 35, 30. Neque, an infestus is locus esset, septus undique, circumspiciendi spatium fuit 44, 5. Patriciis juvenibus sepserant latera 3, 37. Hoc flumine Perseus septum iter hostis credens 44, 8.

SEPONERE 42, 52. Se et pecuniam et frumentum, præter reditus metallorum, in decem annos seposuisse.

SEPTENTRIO a Macedonia objicitur 32, 13. *pro vento ab aquilone distincto. cf.* 28, 45. *vid. Gronov. ad illum locum.*

SEPULCHRUM 1, 26. Horatiæ sepulchrum — constructum est saxo quadrato.

SEQUI 1, 8. Ab numero avium, quæ augurio regnum portenderant, eum sequutum numerum putant. *i. e. propter illum numerum totidem lictores sumsisse.* Omnia prospere evenisse sequentibus deos, adversa spernentibus 5, 51. Consules eum annum sequuti sunt 9, 30. Dictatoris acies alienam (*magistri equitum*) pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet? 9, 40. Sequitur errorem alius error 9, 15. Quot res, quam inutiles sequantur illam viam consilii 5, 5. Quique meam sectam, imperium auspiciumque — sequuntur 29, 27. *vid. secta.* Virum — sequuta — etiam regnantem ambitio est 1, 35. *i. e. non deseruit eum, etiam post comitia.* Patrem sequuntur liberi 4, 4. *i. e. jura et conditionem parentis habent, non matris.* Sequuntur bona deditionem domini 9, 1. — res sequeretur victorem 28, 21. — ager urbesque captæ Ætolos sequerentur 33, 13. Ut linguam, ut nomen sequutos (*Tarentinos*) crederes 31, 7. *i. e. propter linguam communem, nomenque commune a nobis defecerunt.* Dictator ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis, qua sequi munimento poterat, vallo interposito 4, 17. Et alii pari nobilitate adolescentes — in Macedonicas legiones consulem sequuti sunt 44, 1. Evocati litteris imperatoris — qui Romam ad caussam dicendam sequerentur 45, 31. Quos vincendo et victos sequendo priorem ætatem absumsistis 27, 13.

SEQUIUS 2, 37. Invitus, quod sequius sit, de meis civibus loquor. *i. e. quod honestum non sit, turpe sit.*

SERENITAS 42, 62. Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati præsentis fortunæ, prudentis hominis et merito felicis esse.

SERENO per diem totum solem rubrum fuisse 31, 12.

SERERE 2, 1. In aliena urbe cum Patribus serere certamina. — ex bellis bella serere 21, 10. — civiles discordias 3, 40. — ab stationibus procursantes certamina serebant 27, 41. *cf. Virgil. Æn.* 7, 339. In dies majora certamina serebat 40, 48. Cujus (*fati*) lege immobilis rerum humanarum ordo seritur 25, 6. *i. e. nectitur.* Serere fabulam argumento 7, 2. *i. e. construere fabulam continentem, perpetuam, cohærentem, unius quippe ejusdemque argumenti. Oppos. saturæ. vide B. Patruum ad Cic. Or. pro Cæl. cap.* 27. Vid. *argu-*

mentum. Hæc occultis sermonibus serunt 7, 39. *cf.* 3, 43. — populares orationes serere 10, 19. Non sanguine humano, sed stirpe divina satum esse 38, 58.

SERIO 7, 41. Ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret.

SERIUS 1, 4. Seria ac jocos celebrare. — illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei seriæ esse 26, 17. *cf.* 28, 7.

SERMO 34, 31. Pro patriæ sermone brevitatis. (*Laco dicit.*) Ferte sermonibus, et multiplicate fama bella 4, 6. Propter Macedonici maxime belli curam in sermonibus homines habebant, quos — consules — crearent 44, 17. Vid. *dare*.

SERPERE 28, 15. Ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis, serperet res etc. Id (*quæstionem*) persecare novum prætorem, ne serperet iterum latius, Patres jusserunt 40, 19.

SERVA 3, 44. Serva sua natam servamque (*quoque*) appellans. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 140. Vid. *servus*.

SERVARE 24, 9. Et servabant vigilias et circumibant. — qui negligenter custodias servassent 33, 4. — ordinem laboris quietisque servarunt 26, 51. Quum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet 3, 36. Neque eum pro hoste, neque pro socio in præsentia habitum, libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari per belli tempus 24, 45. Tarquinius diem quidem servavit 1, 30. *i. e. obiit, vel potius observavit. Sic alibi Livius.* Discriminaque rerum prope perditis rebus servabant 5, 46. Integerrimas vires militi servaret 10, 28. *i. q. reservabat.* Ut omnia integra ac libera Fabio servarentur 10, 25. Servatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie servavit 5, 49. Civis servandi causa 22, 38. (*in prælio*). De cœlo servare 1, 18. *dicitur de auguribus proprie. vid. in Clave Cicer. de lege Ælia.*

SERVATOR 6, 17. Selibrisne farris gratiam servatori patriæ relatam? Deos servatores suos senatum appellasse 45, 44.

SERVILIS 3, 16. Multi et varii timores. Inter ceteros eminebat terror servilis. *i. e. periculum, quod civitati a servis timendum erat.*

SERVIRE 34, 50. Ne ipsis quidem honestum esse, in liberata terra liberatores ejus servire. Qui servitutem servissent 40, 18. *cf.* 45, 15.

SERVITIUM 2, 23. Ductum se a creditore, non in servitium, sed in ergastulum etc. *i. e. ad operas servorum ordinarias præstandas, atque etiam duriores, quæ pœnæ vim haberent.* Servitium justum (*plenum, verum*) 41, 6. Inopia servitiorum et pecore direpto 28, 11. *Sic pluribus locis servi dicuntur. v. c.* 32, 26. — servitia regum superborum 2, 10. Innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quæ nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant 6, 12. Servitia maxime moriebantur 41, 21.

SERVITUDO 24, 22. Servitudinis indignitatisque homines expertos adversus notum malum irritatos esse.

SERVITUS 37, 60. Captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse — dicebatur. *i. q. servi esse dicebantur. cf.* 34, 50. *it.* 43, 4. *Nam de discrimine inter formas dicendi in servitute esse et servum esse, Livius haud dubie non cogitavit. Id ICtis est relinquendum.* Regiam servitutem, collatam cum præsenti statu, præclaram libertatem visam 41, 6. Tutam servitutem se sub dominis Romanis, quam libertatem expositam ad injurias Masinissæ, malle 42, 23. Vid. *carnifex*.

SERUS 5, 6. Sera spes. *i. e. cujus sero venit exitus. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 185. Improbum consilium serum, ut debuit, fuit 3, 46. Mille milites, quia serum auxilium post prœlium venerant 3, 5. *conf.* 31, 24. Pugna extrahebatur in quam maxime serum diei 10, 28. *vid. Virgil. Æn.* 12, 864. Quia serum diei fuerat 26, 3. *conf.* 7, 8. — in serum noctis convivium productum 33, 48. *mox:* id quod serum erat. *ubi vid. Bauer. p.* 2, 3. Vid. *lentus*.

SERVUS 29, 29. Octo millia liberorum servorumque capitum sunt capta. Servum, servaque natum — regnum occupasse 1, 47. *cf.* 4, 3. Corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit 38, 24. Serva omnia et subjecta imperio 37, 54. — serva atque obnoxia 42, 46. Græciæ urbes servæ ac vectigales 34, 38. *cf.* 35, 31. Qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis, et serva pro liberis faciat 6, 41. Vid. *serva*.

SEU — seu — et *sibi respondent* 30, 1. — sive timore ejus seu conscientia 9, 26.

SEVERUS 8, 6. Si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset.

SI 10, 3. Si qua alia arte cognomen suum æquavit, tum maxime bellicis laudibus etc. Si quando umquam ante alias *sequente* quum, *vel potius, uti Drakenborchius legi vult,* tum: *quod fere sequitur post* si umquam *aut* si quando umquam 39, 5. Ad Gonnum castra movet, si potiri oppido posset 42, 67. *pro tentaturus, an etc. cf.* 29, 25. *et alibi sæpe.* Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset 1, 57. Ab iis quæsivit, si aquam hominibus — imposuissent 29, 25. De gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud secus quam feminas — eludunt 7, 13. *pro quoniam. cf. ibid. cap.* 31. *it.* 30, 30. Si non ad fastos admittimur 4, 3. *pro etsi. cf.* 7, 10. *et* 32. *it.* 38, 57. Si aliquid possent Masinissæ honoris causa 42, 24. Si alia

quem respectum amicitiæ eum habere cerneret *ibid. cap.* 37.

Sic Numitori ad supplicium Remus deditur 1, 5. *pro ideo, ea — propter. Eodem modo* ita *dicitur. vid. supra in h. v.* et sic ratum esset, si Patres auctores fierent 1,17.

Sicubi loco cessum 7, 13. — sicubi est certamen, scutis magis, quam gladiis, geritur res.

Sicunde 26, 38. Nec consul Rom. tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat.

Sicut *sine sequente* ita 34, 9. Romanam aciem, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebat fide. *cf.* 9, 17. *ad quem locum vide Drakenborchium. Contra, sequ.* sic. *v. c.* 28, 28. Illi, sicut Campani Capuam — sic Rhegium habituri perpetuam sedem erant. Fugâ Tibur, sicut (*velut, tamquam*) arcem belli Gallici, petunt 7, 11.

Sidere 26, 45. Quod per piscatores — nunc levibus cymbis, nunc, ubi eæ siderent, vadis pervagatos stagnum compertum habebat etc.

Sidus 8, 9. Pestifero sidere icti.

Signare. Vid. *signum.*

Significare 44, 29. Quum aliquas alto præferri onerarias naves e specula significatum foret.

Significatio 31, 15. Aut significationibus acclamationibusque multitudinis, (*eam erubescere*) assentatione immodica pudorem onerantis.

Signum 2, 20. Dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. *i. q. imperat. cf.* 4, 39. Perque totam aciem, Romanum legatum esse, signum datum est 5, 36. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 191. Uti tu signa nobis certa acclarassis 1, 18. Ferociter pro se quisque signum duces poscere 7, 32. — signum pugnæ proposuit *ibid.* — classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est 28, 27. Signa canere jussit 10, 19. — signum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus 4, 31. Ubi signa concinuissent 30, 5. *vid. Virgil. Æn.* 7, 637. Signa extra vallum proferte 22, 29. — ferri ac sequi armatos jubet 10, 5. — præ se ferri — jussit 34, 15. Ad ipsam urbem Romam signa ferri jussit 26, 13. Cui signa primum intulerat 2, 53. *cf.* 9. 27. Ut signa in urbem inferrent 44, 12. Infesta — signa ab Syracusis illata sunt huic urbi 34, 4. *ubi vid. Bauer. pag.* 219. Porta Collina urbem intravere sub signis 3, 51. Signis collatis 37, 21. *Fortasse legendum* convulsis. Versis signis fuga effusa castra repetunt 9, 35. Signi unius milites 25, 23. *i. e. manipuli. cf.* 27, 14. *it.* 33, 1. Inter signa et ordines recipere 33, 9. *i. q. in manipulorum et centuriarum intervalla.* — signaque et ordines peditum atque equitum confundit 9, 27. — non signa, non ordines, servent 8, 34. — signa hostium turbare 9, 23. — signa perturbata, tota impulsa acies 24, 16. Infrequentia armatis signa egressa 10, 20. Segnius Hispanorum signa incedebant 28, 14. Diversa signa statuit 9, 21. *i. e. diversis locis præsidia imposuit.* Macedones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant, et diu ancipitem victoriæ spem fecerunt 33, 15. Quid ante signa feroces prosiluissent 7, 8. Agmenque fugientium ab signis, quum præter mœnia eorum infrequentia conspecta signa essent, fusum, ac per agros trepida fuga palatum est 7, 8. *Hic locus varie tentatus a Viris doctis nondum satis explicatus est. Maxima difficultas est in vocula* eorum. *Neque enim adhuc indicari potuit, quo referretur. Omnia plana fiunt, si legatur* Signinis. *Sic acutissime conjecit Reizius meus V. C. consentiente geographia et contextu flagitante.* Signinorum *mentio fit* 1, 56. 2, 21. 8, 3. Signa ænea ad Cereris dedere 27, 6. — his fornicibus signa aurata imposuit *31, 15. sic, non,* ærata. *vid. et in v.* statua. Falsas etiam literas, signo adulterino signatas, reddiderunt regi 40, 23. Falsas (*literas*) esse, et a scriba vitiatas, signumque adulterinum, vulgo in regia fremebant *ibid. cap.* 55. Pecuniam signatam Illyriorum signo etc. 44, 27. Vid. *deserere.*

Silens 31, 38. Silenti agmine abiit. Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos 25, 38.

Silentium 3, 41. Silentio Patrum fit delectus *i. e. silentibus Patribus, vel concedentibus, dicitur enim* silentium *de his, qui nihil suscipiunt, in suo quisque genere, nihil moliuntur. Sic* 37, 38. *leguntur hæc:* biduum deinde silentium fuit, neutris transgredientibus amnem. Armati cum silentio ad se convenirent 7, 35. Armati tenui agmine per silentium eo deducti 25, 23. Silentium omnium rerum ac justitio simile otium fuit 7, 1. Nocte silentio diceret dictatorem 8, 23. *cf.* 9, 38. Silentio noctis transductis copiis 42, 60. Silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti 7, 12. Tot annorum silentio 21, 19. Quum stupor silentiumque inde ceteros Patrum defixisset 6, 40. Quum silentio defixi stetissent 8, 7. Eo silentio clausa curia erat 42, 14. Præteritis silentio obliteratis 43, 2. Ad hæc Albana pubes — silentium tenet 1, 28. — Romana pubes — velut orbitatis metu icta, mœstum aliquamdiu silentium obtinuit 1, 16. *si modo vera lectio.*

Silere 27, 10. Ne nunc quidem post tot secula sileantur fraudenturve laude sua. Optimum quemque — inhonoratos et deterioribus obnoxios silere 39, 27. Karthaginienses fœdere illigatos silere 42, 23. *Oppon.* vi atque armis possidere.

Silex 1, 24. Porcum saxo silice percussit. Et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat 36, 25. (*de*

cuniculis in oppugnatione urbis munitæ.) Censores vias sternendas silice in urbe — locaverunt 41, 27.

SILVESTRIS 44, 6. Saxorum ad manum silvestrisque materiæ tantum erat, ut vel murus objici, turresque excitari potuerint.

SILVOSUS 9, 2. Saltus duo alti angusti silvosique sunt.

SIMILIS 3, 40. Similis precibus quam jurgio. *i. e. similior.* Incendio similius, quam prœlio territum 4, 33. *pro magis.* Qui non — Fescennino versu similem — jaciebant 7, 2. *pro versui. illud melius.* Neque erat navali pugna similis 28, 30. *nisi legatur cum aliis* navali pugnæ. Fiunt omnia castris, quam urbi similiora 4, 31.

SIMPLEX 32, 33. Simplicem suam orationem esse. *i. e. quæ sine ambagibus rem urgeret.* Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achæos 32, 19. *i. e. variis difficultatibus impediti erant, ut, quomodo se expedirent, nescirent.* Quum in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent 40, 24. *antea:* poculo epoto — torquebatur. Simplici ordine, quam poterant proxime littus tenentes etc. 44, 12. *i. e. singuli, scilic. lembi.*

SIMPLICITAS 40, 23. Quum simplicitatem juvenis incauti captaret. Quorum sermo antiquæ simplicitatis fuit 40, 47.

SIMPLICITER 34, 57. Ignorare se, quidnam perplexi sua legatio haberet, quum simpliciter ad amicitiam petendam — venissent. *i. q. quum non nisi ad etc.* Vid. *ludere.*

SIMPLUM 29, 15. Negare, tantum militum effici posse: vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros.

SIMUL 6, 1. Simul primum magistratu abiit. *pro simul ac, simul ac primum: quod adeo Ciceronianum est. v. c. Phil.* 4, 1. *it. Verr.* 1, 18. *it.* 52. Simul instrui Sabini Romanam aciem videre 3, 62. *pro simul ac. cf.* 4, 31. *it.* 8, 32. *vid. Intt. ad* 6, 1. Sacrificio rite perfecto, se et Cn. Octavium, simul senatus censuisset, exituros esse 44, 19. *pr.* simulac. Simul enim cessit possessione Dii, excitavit hostem, ut etc. 44, 8. Oculisque simul ac mente turbatum 7, 26. Uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus 6, 11. Qui simul et onerarias caperet, et tecta etc. 32, 18. *cf.* 26, 43. Ex quo asciti sumus simul in civitatem et Patres 6, 40. *cf.* 9, 8. His simul inflatus exacerbatusque 6, 18. Tanto simul publico familiarique ictus luctu 27, 51. Simul lassitudine procedente jam die, fame etiam deficere 21, 54. Ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti 31, 36. Simul cum gloria rei gestæ 8, 31. Velut diis quoque simul cum patria relictis 1, 31. Decemviri simul his, quæ videbant, simul his, quæ acta Romæ audierunt perturbati 3, 50. *pro partim — partim. cf. ibid. cap.* 68. *it.* 31, 46. Adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant 1, 9. [*ubi conf. Strothius.*] Simul ut præsidium ejus firmaret, simul ut militi frumentum — divideret 44, 8.

SIMULACRUM 5, 41. Ad eos velut simulacra versi quum starent. *i. e. statuas deorum obversi.* Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque 9. 44. *i. e. statua colossea.* Non inserám simulacrum viri copiosi, quæ dixerit, referendo 45, 25. Simulacra pugnarum picta 41, 28. — navalis pugnæ 26, 51. *cf.* 38, 26. Simulacrum decurrentis exercitus 44, 9.

SIMULATIO 1, 56. Juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat. Imperii simulatio fuit 1, 28.

SIMULTAS 26, 27. Sibi privatam simultatem cum Campanis nullam esse. *cf.* 9, 38. Simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat 23, 13. Ab ultoribus veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus rapinisque conciverat, est interfectus 1, 60. Quid Perseus — omnis injuriæ insons, suo beneficio paternas simultates obliterans, meruit? 41, 24. Contrahere ad colloquium (*Hasdrubalem et Scipionem*) dirimendarum simultatium caussa est conatus 28, 18.

SINCERUS 30, 11. Sincerum equestre prœlium. *i. e. merum, quum tantum equites pugnant.* Ne sincero gaudio frueretur 44, 44. *i. q. pleno, liquido.* Arma quia non sincera fide tradebant 39, 2. Nihil sinceri (*in Appio*) esse 3, 35. Nobilitatem — sinceram servare privatis consiliis non poteratis 4, 4.

SINE 9, 5. Se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos etc. Vid. *Drakenborch. ad* 7, 2.

SINERE 28, 28. Ne istuc Jupiter O. M. sirit. Si ego — — —, tum patriæ compotem me numquam siris esse 1, 32.

SINGULI 42, 4. Diviserunt dena jugera in singulos, sociis nominis Latini terna. *civium Romanorum, qui sunt intelligendi sub* singulis, *nulla mentione ante facta.*

SINISTER 9, 27. Sinistris — repentino consilio Pœtelii consulis additæ vires. *i. q. sinistro cornui, vel potius parti sinistræ, opponuntur enim* dextræ parti.

SINUS 6, 15. Cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis. Qui nihil agenti sibi de cœlo devolaturam in sinum victoriam censeat 7, 12. Scorti in sinu consulis recubantis 39, 43. Sinus Maliacus 37, 6. *pro terris adjacentibus.* Vid. *ostium.*

SIS *pro* si vis 23, 47.

SISTERE 6, 29. Non prius se ab effuso cursu sistunt. Fugamque fœdam siste 1, 12. Integræ vires sistunt invehentem jam se Samnitem 10, 14. Non ita civitatem ægram esse, ut consuetis remediis sisti possit. Dictatore opus esse reip. 3, 20. *cf.* 2, 29. *it. cap.* 44. Totam plebem ære

alieno demersam esse, nec sisti posse, ni omnibus consulatur 2, 29. Se exercitumque suum gravi morbo affectari: nec sisti potuisse, ni eadem vis mali, aut gravior etiam, in hostes ingruisset 29, 10. *cf.* 45, 19. Vixque concordiâ sisti videbatur posse:' tantum superantibus aliis ac emergentibus malis etc. 3, 16. Vid. *Gronov. ad* 4, 12. *qui et hanc formam ibi restituit, et primus recte explicavit.*

SITELLA 25, 3. Sitellaque allata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. *nempe in hoc vas tabellæ conjiciebantur. cf.* 41, 18.

SITIS 39, 26. Insolenter et immodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani, velut ex diutina siti meram haurientes libertatem. Ardentibus siti faucibus 44. 38. Vid. *situs.*

SITUS est, quemcumque eum dici jus fasque est 1, 2. *vid. Cicero de Legg.* 2, 22. *ubi hoc vocabulum, tamquam proprium, sæpius occurrit.* [*vid. Stroth. ad hunc Livii locum.*]

SITUS 9, 24. Quum propter difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio iniretur, et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset etc. Vid. *Gronov. ad* 23, 26. Quarum (*urbium*) plerasque, munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat 5, 6.

SITUS 33, 45. Marcescere otio situque civitatem.

SIVE *sequente* seu, *quod eo refertur* 10, 14. Sive — seu — seu — 45, 8.

SOBOLES 16, 41. Nomini Scipionum soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.

SOCIABILIS. Vid. *consortio.*

SOCIALIS 7, 25. Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret. *nisi cum Gronovio legatur* fœdus. Unde sociali egregio exercitu — usi estis 8, 13. Quum, qui hostes numquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëant 34, 57. *i. e. æquo, societatem, quæ proprie dicitur, opponiturque* ditioni *ac* fidei, in qua esse *populi subinde dicuntur.*

SOCIARE 4, 4. Ne societur sanguis.

SOCIETAS 5, 20. Ejus doni societatem sensuras æqualiter omnium domos. Hernicis in societatem armorum assumtis 2, 22. Patara, caput gentis in societatem adjungenda 37, 15. Per hos juncta societas Annibali ac Syracusano tyranno 24, 6. Ad *fœdus* ex *societate cum* Annibale faciendum. *pacto* convenit, ut etc. *ibid.* Publicanus, omnibus malis artibus et reipublicæ et societatibus infidus damnosusque 25, 1.

SOCIUS 29, 17. Indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces injurias fieri. *Propria sociorum epitheta, eaque in laude, sunt. cf.* 42, 6. *ubi de rege sermo est.* Sociis cum fide cultis 44, 1. Qui fideles nobis socii, qui dubii suspensique ex fortuna fidei, qui certi hostes viderentur 44, 18. Nunciare, ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse 44, 19. Socias Græcorum populorum 42, 60. *i. q. populos Græcos.* In formulam sociorum eum referri jussit 44, 16. Ea mihi, populo plebique Romanæ, sociis nominique Latino bene verruncent 29, 27. Ut decemviros, qui decemviratum petissent, aut socii, aut hi maxime oppugnarent 3, 40. *i. e. collegæ.* Socia nullius rei inter se (*multitudo*) 26, 16. Sociusve aut adfinis ejus conductionis esset 43, 16. Consciorum nemo, quum diu socius consilii torqueretur, aut latuit etc. 24, 5. Sociis et amicis et aliis comiter atque hospitaliter præstare Romanos — Rhodios non ita meritos eo bello, ut amicorum sociorum numero habendi sint 45, 20. Socii navales 21, 49. *remiges fuisse apparet ex cap. sq. init.* Classici milites navalesque socii *21, 61.* — socii navales milites facti 26, 17. Socios navales libertini ordinis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius prætor scribere jussus 42, 27. Socii 42, 3. *simpliciter dicti pro operis, quæ in oneribus navi inferendis adhibentur. Conf. Virgil. Æn.* 10, 299. Clades sociæ urbis 31, 24. Ut in ditione populi Romani civitates sociæ sint 41, 6. Vid. *scribere.*

SOCORDIUS res acta 1, 22.

SODALIS 2, 3. Æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum. Sequebatur turba, propria alia cognatorum sodaliumque 2, 49.

SOL utrique parti obliquus erat 22, 26. Ab orto usque ad occidentem solem 22, 7. Vid. *oriens.* Ad primum teporem solis 41, 2.

SOLATIUM 25, 16. Egregium solatium suæ morti inventurum. Ad solatium æquatæ repulsæ 10, 37.

SOLERE 36, 23. Non laqueis, ut solet, (*int. fieri*) exceptos declinabant ictus, sed etc. Vid. *assolere. non videtur legendum esse* solent.

SOLIDUS 4, 8. Ut eo magistratu parum solidum consulatum explerent. *h. e. qui per integrum annum duravit.* Desuntque dies solido anno 1, 19. Non credere populum Romanum solidam libertatem recuperatam esse 2, 2. Militia semestri solida stipendia accipere 5, 4. *h. e. quibus nihil detractum est, annuum.* Solido procedebat elephas in pontem 44, 5. *alibi* 44, 9. stabile solum.

SOLIFERREUM 34, 14. Emissis soliferreis falaricisque. *h. e. e solido ferro jaculis.*

SOLITUDO 5, 53. An malitis hanc solitudinem vestram, quam urbem hostium esse? Vid. *Intt. ad h. l. it. Bauer. in Exc. Liv.* 1, *pag.* 219. [Solitudo magistratuum

— urbem per quinquennium tenuit 6, 35.

SOLITUS 3, 38. Solitum quidquam liberæ civitatis fieret. Plus solito converterant in se civitatis animos 24, 9.

SOLIUM 44, 6. Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse, quo nuncio quum pavidus exsiluisset ex solio etc. *Solium est vas aquarium, alias et labrum dictum.*

SOLLEMNIS 2, 14. Inter cetera sollemnia manet bonis vendendis bona Porsenæ regis vendendi. *h. e. inter ceteros ritus auctionum publicarum est etiam hic, ut, quod primum a præcone venale prædicatur, appelletur bona Porsenæ.* Sollemnis dies ineundis magistratibus 3, 36. Sollemnia senatusconsulta 9, 8. Sollemni carmine ludicrum indici solet 33, 32. Statum jam ac prope sollemne in singulos annos bellum timebatur 3, 15. Sollemne allatum ex Arcadia instituise 1, 5. Sollemnis comprecatio 29, 15. In sollemnibus verbis habet — quod bene ac feliciter etc. 38, 48. Tradito servis publicis sollemni familiæ ministerio 1, 7. Sacrificiis sollemnibus non dies magis stati, quam loca sunt 5, 52. — sollemnia ejus sacri 9, 29. Ne extis sollemnium vescerentur (*Pinarii*) 1, 7. *i. e. hostiarum in illis sollemnibus mactatarum.* Sollemne notum 1, 5. *nisi cum Burmanno ad Virgil. E.* 5, 75. votum *legi velis.* Cujus (*ei*) ad sollemne ludosque — venissent 1, 9. Et soli Fidei sollemne instituit 1, 21. — pœnitet enim, quod antiquissimum sollemne, et solum ab ipso, cui fit, institutum deo, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad servorum misterium religiosus censor deduxisti 9, 34. Occulta sollemnia sacrificia Jovi Elicio facta 1, 31. Sollemnia pro pontifice suscipere 2, 27.

SOLLICITARE statum quietum civitatis 21, 10. — pacem 34, 16. Ad sollicitandam omnium pacem 1, 21. *i. q. turbandam.* Gens Bastarnarum diu sollicitata etc. 40, 57.

SOLLICITUS 28, 19. Sollicitі vicem imperatoris milites *cf. cap.* 43. Sollicito consuli, et propter itineris difficultatem, quod ingressus erat, et eorum vicem, quos etc. 44, 3. Cujus (*fortunæ*) ne quod prætermitteret tempus, sollicitus intentusque erat, dum etc. 21, 53. *cf.* 28, 19. Circumspectans sollicitusque omnia 21, 34. Sollicitus annus prodigiis 10, 31. — sollicita nox fuit, jam invasurum castra Samnitem credentibus. *ibid. cap.* 35. Imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum (*mihi*) esse 25, 28. Quum — sollicitam hiemem egissent 29, 23. Sollicitum animal (*canes*) ad nocturnos strepitus 5, 47.

SOLSTITIALIS orbis 1, 19. *i. q. solaris.* — tempus solstitiale 35, 49. *i. e. media æstas, ubi quidem rara venatio; nam vetus et accurata latinitas unum tantum solstitium habet.*

SOLVERE 31, 13. Solvendo ære esse. Solvit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum adpellat 1, 26. Primis tenebris solverat navem 45, 6. *i. q. deduxerat.* Tolerando paucos dies totam soluturos (*Campanos*) obsidionem 26, 7. *cap. seq. est:* liberare obsidionem. *cf.* 44, 13. Ut Bassanitas solveret obsidione 44, 30. Per inde ac reip. gerendæ, ac non solvendæ religione, gratia (*dictator*) creatus esset 7, 10. — solvendum religione populum 5, 23. *cf.* 8, 32. *alias: exsolvere, liberare. Oppos. obligare, v. c.* 9, 8. Regum primus traditum a prioribus morem, de omnibus senatum consulendi, solvit 1, 49. *i. q. sustulit.* Quantum in te fuit, disciplinam militarem — solvisti 8, 7. Neglecta magis omnia et soluta invenere 25, 29. *cf.* 8, 30. Nuda corpora et soluta somno trucidantur 5, 45. Ab risu et soluto joco res avocabatur 7, 2. *i. e. jocorum licentia.* Inter aurum accipiendum et spem pacis solutis animis 6, 11.

SOLUM stabile 44, 9. — nudum 26, 30. Solum patriæ deforme belli malis 5, 49. Solo patrio, terraque, in qua geniti forent, pelli Romanos 21, 53. Vid. *sedes.* Excusati exsilii caussa solum vertisse 43, 2. Solum vertere exsilii caussa 3, 13. Solo æquare dictaturam et consulatus 6, 18. *de abrogandis vel coërcendis hisce magistratibus.* Ut belluæ audacter, velut per solum, ingrederentur 21, 28. *Bauer. pag.* 25. *emend.* per solidum. *male.* Iter expeditum primo per Epirum habuit, deinde asperi ac prope invii soli 42, 55. Vid. *pestilens.*

SOLUS 10, 1. Solos per se Æquos ad bellum coortos. Per se solus 1, 49. Et soli Fidei sollemne instituit 1, 21. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 31. Pater senex et filio solus orbatus 40, 11. *i. e. filio orbatus, eoque solo. vid. ad h. l. Bauer. pag.* 300.

SOLUTE ac negligenter agentes 23, 37.

SOLUTIO justi crediti 42, 5.

SOLUTUS 2, 3. Erant in Romana juventute adolescentes aliquot — quorum in regno libido solutior fuerat etc. Vide *ludus.*

SOMNIUM 9, 9. Nec fas fuit alium rerum exitum esse, quam ut illi, velut somnio lætiore quam quod mentes eorum caperent possent, nequidquam eluderentur.

SOMNUS 5, 44. Nisi vinctos somno — trucidandos tradidero. *cf.* 8, 6. *it.* 9, 30. Somno gravis 7, 39. Nuda corpora et soluta somno trucidantur 5, 45. Aliis somno mors continuata est 41, 4. Quæ somno visa fuerant 8, 6. In somnis obversata species 2, 36. Ad primam auroram somno excitus 1, 7. Quum — ex somno pleni crapulæ surrexissent 33, 48.

SONARE 29, 17. Dies noctesque omnia passim mulierum puerorumque — ploratibus sonant.

SONITUS flammæ 5, 42. — armorum 33, 45.

Sons 3, 58. Nullo relicto sonte.

Sonus 21, 28. Cum ingenti sono fluminis.

Sopire 9, 30. Vino oneratos sopiunt. Sopita maxime quies 9, 37. — humerus sopitus (*saxo*) 42, 15. — sopitum subito ictu 1, 41. — vulnere ac nihil sentientem 42, 16.

Sopor 1, 7. Quum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset.

Sordere 4, 25. Adeo se suis etiam sordere. *i. e. a suis contemni.*

Sordes 29, 16. Obsiti squalore et sordibus.

Sordidatus 3, 47. Virginius sordidatus filiam suam obsoleta veste in forum deducit. Sordidati rei non miseritos candidam togam invito offerre 27, 33. Commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt 6, 20. In itinere sordidata turba Ætolorum occurrit 45, 28.

Sordidus 1, 58. Ut in sordido adulterio (*Lucretia*) necata dicatur. Ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique divisisse 1, 47. *vid.* deversorium. *it.* humilis.

Sors 26, 19. Ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione adsequerentur. — responsa sortium 1, 56. (*de oraculo Delphico.*) vid. *vox.* — sortes extenuatæ. vid. *supra in h. v.* Prædaque eorum, iniquissima sorte, qui pugnæ non interfuerunt, facta est 38, 23. Sorte quadam nutriendæ Græciæ datus 36, 35. Certa sorte 36, 2. *i. e. facta sortitione, quum sua cuique provincia sorte obtigisset.* Quum — dejecta in id sors esset 21, 42. Italiam et Africam in sortem conjici volebant 30, 27. *cf.* 28, 38. *it.* 30, 1. Juri dicundo urbana sors 22, 35. *it.* jure dicundo 42, 28. Urbana et peregrina, quæ duorum ante sors fuerat 25, 3. Eum jus dicere Romæ (nam eam quoque sortem habebat) inter cives et peregrinos Patres censuerant 45, 12. Ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur 10, 26. ut uni sors integra esset, quo senatus censuisset 42, 28. — quo senatus censuisset, sors evenit. *ibid. cap.* 30. Sorti Macedoniæ præcipuum datum. *ibid. cap.* 31. *i. e. provinciæ.* Cui ea provincia sorti evenit 4, 37. *alii:* sorte. *Sic* 9, 31. Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit. Ut cuique sors exciderat 21, 42. *i. q. exierat.* Esquilinæ sors exiit 45, 15. Fabius, alienæ sortis victor bello 9, 42. *i. e. in aliena provincia.* Quem animum in alienæ sortis exemplo paullo ante habuistis 21, 43. *de dimicatione gladiatorum.* Comitia suæ sortis esse 36, 6. *i. q. muneris.* — cujus sortis ea cura esset 39, 6. — ut comitiis præesset, potissimum M. Duilio sorte evenit 3, 64. *paullo post:* sors comitiorum. Quum sors prærogativæ Aniensi juniorum exisset 24, 7. *i. e. quum ei sorte hoc evenisset, ut prima rogaretur suffragium.* Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ad mediam teneamus 22, 29. *i. q. dos, indoles.* Natus in nullam bonorum sortem 1, 34. *i. e. partem hereditatis.* Se — multiplici jam sorte exsoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fœnore esse 6, 14. *de summa pecuniæ sub usuris datæ.* Sortem aliam ferte, de capite deducite, quod usuris pernumeratum est. *ibid. cap.* 15. *ubi vid. Bauer. pag.* 227. An placeret, fœnore circumventam plebem, ni potius, quam sortem creditum solvat etc. 6, 36. *ad. q. l. vid. Bauer. pag.* 241.

Sortiri 42, 31. Ut consules inter se provincias compararent, sortirenturve. *cf.* 38, 35. Ut Furius et Servilius inter se sortirentur, uter etc. 42, 4. Cui sortito provinciam — — victoriam triumphumque destinavimus etc. 45, 39. Gentis Claudiæ, regnum in plebem sortitæ etc. 3, 58. Tectosagi mediterranea Asiæ sortiti sunt 38, 16. *i. e. habitanda acceperunt, sed sine sorte.*

Sospes 2, 49. Precantur, ut — — sospites brevi in patriam ad parentes restituant.

Spargere 33, 15. Ita se in fugam passim sparserant, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. Effusa flamma veluti sparsa pluribus locis 30, 6. Sparsi per vias speculatores 9, 23. Vid. *aureus.*

Spatium 5, 5. Vallum fossamque — per tantum spatii duxerunt. Toto quantum foro spatium est 1. 12. In promontorio, quod in aliquantum maris spatium extenditur 29, 35. Paullum sumeret spatii ad consultandum ab legatis 24, 22. *cf.* 2, 56. Ut rem in posterum diem differret, et iræ suæ spatium et consilio tempus daret 8, 32. Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit 2, 46. Mille ducentæ togæ brevi spatio — missæ 29, 36. Militem — ne hiemis quidem spatio — arma deponentem 5, 2. Majora jam hinc bella, et viribus hostium, et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio, quibus bellatum est, dicentur 7, 29. *ubi vid. Bauer. pag.* 253. [*Sanissimus est hic locus. Negligit haud raro Livius in collocandis verbis ἀκρίβειαν illam, quæ viris doctis tantopere arridet. Conferantur, quæ vere monuit Creverius ad Præfat. not.* 5.] Ut — plenis annorum spatiis dies congruerent 1, 19.

Species 44, 6. Primam speciem appropinquantis terroris sustinuisset. *Drakenborchius conjicit:* prima specie adpropinquantis terrorem. *Sed nec hoc satis intelligi potest. Fortasse legendum:* vanam speciem. *Sustinere speciem terroris, recte dicitur. Apud ipsum Ciceronem Tuscul.* 2, 25. *hæc sunt:* doloris speciem ferre non possunt. Ne Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat 21, 3. *Bauer. pag.* 4. *leg.* specimen. *male.* In his (*Gallis*) nova terribilisque species visa est 21, 20. Justa belli species 40, 6. *Opponitur* simulacro belli. *cf. cap.* 9. Justi ducis speciem nactus 25, 1. *(præfectus sociûm.)* Pauci equites

Rom. (*amissi*) cruentæ maxime victoriæ speciem fecerunt 39, 31. *i. e. fecerunt, ut cruenta videretur.* A fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt 7, 15. Ab subornato ab se per fallaciam in tabellarii speciem 44, 44. Cœlius, ut abstinet numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget 29, 25. Tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante lætitia dolores, ridentis etiam speciem præbuerit 21, 2. Speciem, quam quæsierat, hosti fecit 36, 10. Navium longarum species, quæ nullæ erant, visæ 24, 44. Lanuvii classis magnæ species in cœlo visæ dicebantur 42, 2. Misericordia se in speciem crudelitatis lapsum 3, 50. Adduxerant eum duæ in speciem honestæ res: una gratulatio — altera querimonia etc. 45, 19. Specie rixæ 1, 40. *i. q. in speciem rixantes.* vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 57. Semper aliquam fraudi speciem juris imponitis 9, 11. Haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur 2, 56. Ultro mihi percussoris speciem induit 40, 12. — per speciem comissationis occiderem? *ibid. cap.* 13. Per speciem tuendæ libertatis 45, 31. *cf.* 22, 25. — dilata in speciem actione, re ipsa sublata 3, 9. *cf.* 24, 12. — bellum in speciem caussæ jactatum 6, 11. Caussas in speciem iræ adversus Romanos eas, quas ante dixi, habentem — re vera etc. 36, 6. Ignibus in speciem factis 21, 32. Per speciem societatis 1, 27. — — captivorum redimendorum 44, 24. Alia in speciem præferentes 42, 14. Per speciem celebrandarum cantu epularum caussa invitant 9, 30. *aut* per speciem *aut* caussa *abundat; fortasse ex glossemate.* Ingentisque mali non suspicionem modo, sed apertam speciem obversari ante oculos 2, 59. Ægro animi eadem illa in somnis obversata species 2, 36. *de Jove.* Species et umbræ insontis interemti eum diris agitarent 40, 56. Species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque 8, 6. *alias:* humana specie amplior. *cf.* 24, 10. Promissa barba et capilli efferaverant speciem oris 2; 23. Unus veram speciem Romani senatus cepit 9, 17. *i. e. veram dignitatem intellexit.* Ut speciem legationis adjiceret 32, 36. *i. q. amplitudinem.* Decem regum species erat 3, 36. Galeæ cristatæ, quæ speciem magnitudini corporum adderent 9, 40. *cf.* 10, 38. habitus gentium harum tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat 22, 46. Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere 9, 40. Admiratus et universam speciem castrorum, et descripta suis quæque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis 31, 34. Litteras ad nos cum muneris specie misit 41, 23. *nempe quia* ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα. Vasa omnis generis usui magis, quam ornamento in speciem facta 41, 18. — gemmati magna specie annuli 1, 11. Boves mira specie 1, 7. Bos miranda magnitudine ac specie 1, 45. Unam (*virginem*) longe ante alias specie ac pulchritudine insignem — raptam ferunt 1, 9.

Specimen 5, 26. Ni fortuna imperatori Rom. simul et cognitæ rebus bellicis virtutis specimen, et maturam victoriam dedisset. *i. q. speciminis edendi copiam fecisset. cf.* 28, 35. Id specimen mei dederam 7, 40. Si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis 38, 17. Me quidem — specimen istud virtutis, deceptum vana imagine decoris, in te movet 8, 7. *pr.* in te decepto. *Sic Bauerus. Possis etiam transponere:* in te deceptum v. i. d. movet. Vid. *decipere.*

Speciosius. Vid. *instratus.*

Speciosus 1, 23. Si vera potius, quam speciosa dictu dicenda sunt. Quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti 1, 54. Speciosam — collationem faciebant 4, 60. Specioso titulo uti vos — Græcarum civitatum liberandarum 35, 16. Magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes 4, 8. *paullo ante dicitur ea* res operosa ac minime consularis. *cf. ibid. cap.* 60.

Spectaculum circi 7, 2. — locus in circo ipsi — ad spectaculum datus 2, 31. Vid. *forus.* Indici — finitimis spectaculum (*Consualia*) jubet 1, 9. Duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur 7, 10. Loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent 1, 35. *i. q. sedilia.* — murmur repente populi tota spectacula pervasit 45, 1. Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus 4, 20. *i. q. maxime conspicuus.* Quid illud spectaculum maximum, nobilissimus opulentissimusque rex captus, ubi victori populo ostendetur? 45, 39. *de Perseo rege.* Neque vinctus per urbem Rom. triumphi spectaculum trahar 26, 13. Ut hostium quoque magnificum spectaculum esset 10, 40. Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent 1, 26. Studium spectaculi, ut videant ducem suum etc. 42, 49. Ne priore quidem (*bello*) ulla profectio tanti spectaculi fuit 29, 26. *de classe.* Triumphus spectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus fuit 37, 59. Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat 2, 46. Vos omnibus — spectaculo abeuntes fuisse 2, 38. Quum inter omne tempus pater, vultusque et os ejus spectaculo esset 2, 5. Nec classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat 29, 26. Equitibus ceteris, velut ad spectaculum, summotis 8, 7. Progredi præ turba occurrentium ad spectaculum (*Perseus*) non poterat 45, 7. *i. e. ut spectaretur.* Ad spectaculum scorti procacis 39, 43. *i. e. ut scortum spectaret, quod spectare voluerat.* Specta-

culum Euripi 45, 27. Urbs (*Corinthus*) erat tunc præclara ante excidium. arx quoque et Isthmus præbuere spectaculum 45, 28. *i. q. visu digna erant*.

SPECTARE 1, 9. Res ad vim spectat. — gentem ad rebellionem spectare 34, 56. — plebes ad defectionem spectare 23, 6. — ab scelere ad aliud mulier spectare scelus 1, 47. Nunquamne vos res potius, quam auctores spectabitis 6, 40. Alio ratus spectare Pythicam vocem 1, 56. Massæsyli — in regionem Hispaniæ — spectant 28, 17. Arx orientem spectat 36, 38. *cf.* 5, 5. — sepulchrum dirutum prora spectat 30, 25. Deditionem spectare 6, 33. — defectionem 22, 22. — ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret 10, 18. — Italiam spectatum irent 28, 39. Arma cuncti spectant et bellum 9, 10. Jam Africam magnamque Karthaginem, et in suum decus nomenque velut consummatam ejus belli gloriam spectabat 28, 17. Ubi et alia quidem spectanda visa, et etc. 45, 28.

SPECTATISSIMUS 1, 57. Id cuique spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu occurrerit oculis.

SPECTATOR 24, 34. Unicus spectator cœli siderumque (*Archimedes.*) Albanus exercitus, spectator certaminis 1, 28. Acrior virtutis spectator ac judex 42, 34.

SPECULA 29, 23. Speculis per promontoria omnia positis. Has naves per altum ferri quum ex specula signum datum Antenori esset 44, 28. Quum aliquas alto præferri onerarias naves ex speculis significatum foret *ibid. cap.* 29.

SPECULARI 9, 36. Speculatum se iturum professus, brevique omnia certa allaturum. Legati ad eum, per speciem pacis petendæ, speculatum venerunt 40, 25. Ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime familiarem usum, ut elicere omnia arcana, specularique abditos ejus sensus posset 40, 21. Ad visendum statum regionis ejus, speculandaque consilia Persei 42, 17. Legati venirent speculari dicta factaque sua 42, 25.

SPECULATOR 28, 2. Speculatores transfugarum dicta affirmantes. Speculatores mittendos censere, qui certius explorata referant 3, 40. Haud secus quam si speculator missus a vobis subjecta oculis referrem 42, 13.

SPECULATORIUS 30, 10. Speculatoriæ naves. *i. e. naves minores sine rostris. Etiam simpliciter* speculatoriæ *dicuntur* 22, 19.

SPECUS pervius 10, 1. — os specus — *it.* fauces. *ibid.* forum medium ferme specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur 7, 6.

SPELUNCA Caci 1, 7. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 194.

SPERARE 29, 39. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab diis immortalibus poteramus, gratias actum nos — Saguntinus senatus — misit. Excelsa et alta sperare 1, 34. Nisi hoc *speravissemus*, in provinciam nos — ad grave bellum — *mitti*, et sanguine nostro — senatui *satisfacturos esse* 25, 6.

SPERNERE 10, 40. Ante doctrinam deos spernentem natus — conscientia spretorum deorum 21, 63. Spreta vox cœlo emissa 5, 51. *i. q. non procurata.* Iis quoque (*saxis injectis*) spretis 31, 39. *i. e. quum non timuisset.* Libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt 24, 25. *Gronov. legi vult* sperare. Polybius haudquaquam spernendus auctor 30, 45. *i. q. magni faciendus. Imperite enim huic formæ hoc in loco vim minuendi tribuerunt, quum augeat potius, vehementer interdum. v. c.* 4, 20. Jovem — Romulumque — haud spernendos falsi tituli testes. *i. e. reverendos vel maxime.* — præmia illa tempestate militiæ haudquaquam spernenda 10, 30. *Si illi impune* spretum imperium (*dictatorium*) *fuisset* 8, 30. Tam superbe ab Romanis *fœderis* expiationem spretam 9, 1. Ab eo quoque spretum consulis imperium est 41, 10. Quum prætor, spreturum eum literas suas, diceret 30, 24.

SPES 4, 36. Agri publici dividendi coloniarumque deducendarum ostentatæ spes. Has spes cogitationesque secum portantes, urbem ingressi sunt 1, 34. Nec usquam nisi in certamine spes 40, 32. — hic omnes spes opesque sunt 9, 4. Adeo accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos 24, 35. Magis tentata est triumphi spes, quam petita pertinaciter 28, 38. Inde alia spes ab reo tentata est 26, 3. Quantum spes spopondisset 45, 19. — dolore tantæ ad irritum cadentis spei 2, 6. Levi aura spei objecta 42, 39. *vid. supra in* aura. Divinæ humanæque spei pleni 10, 40. *i. e. ex diis hominibusque.* Ut nullo bello veniretur ad exitum spei 5, 12. — quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset 21, 57. — parvaque certamina in summam totius profecerant spei 8, 61. Eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus 35, 26. Si non ante abscedimus, quam spei nostræ finem captis Veiis imposuerimus 5, 4. Spem pro re ostentandam 34, 12. *i. e. quod* in speciem fuit, *uti cap. seq. Livius ipse dicit.* — vultis pro virtute spes gerere? 10, 17. Nullam alibi quam in semetipso cuiquam relictam spem 9, 23. Adjunctam civitatem (*Rhodiorum*) — — nec terra nec mari spem relicturam Romanis 44, 23. *pr. nihil, quod sperari posset.* In Africam quoque spem extenderunt 24, 48. Posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat 1, 4. In rebus asperis et tenui spe 25, 38. In mala jam spe 22, 48. Spe vana evectus 42, 62. Velle, quid veri sit, scire, ut ex eo, utram

spem sequatur, consilium capiat 24, 6. *i. e. societatem*. Quia ea pependerant spe etc. 44, 27. Spes cupiditati admota occæcavit etc. 43, 10. Nequidquam eos perditam spem fovere 22, 53. *cf. ibid. cap.* 48. Per cujus provinciam spem ceperat elabi tuto posse 40, 23. Spem ademit, eum, qui in Gallia esset, exercitum in Ligures traduci posse 40, 26. Quem — creaverit consulem, spe destinaverit, Hannibalem ex Italia detracturum 29, 20. Differre spem 7, 38. *pro exitu spei*. — præciderant spem pacis 42, 50. — spe omni reditus incisa 2, 15. Ut quibus pro spe certum esset 40, 28. Certa spes, satis sibi virium (*esse*) adversus duos exercitus 41, 10. Partim spe, partim metu, partim vi subegit 30, 9. Præmiorum ingentium spe oneratus 29, 32. Castelli oppugnandi spe — profectus 21, 57. Id quidem (*bellum*) spe omnium serius fuit 2, 3. *in partem deteriorem pro metu. cf.* 21, 6. In spe Hannibali fuit defectio Tarentinorum 25, 7. Qui (*exercitus*) in Liguribus in spe propinqua missionis erat 40, 36. Spe deinde magis, quam meritis electi 3, 54. Falsa spe excitus, fratrem — adventare 44, 31. Spe impetrari posse 34, 24. *absolute. cf.* 6, 9. *it.* 29, 20. 44, 28. Vid. *pendere*.

Spirare 3, 46. Inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis quærere. Veluti flammas spirantium (*boum*) miraculo attoniti 22, 17.

Spiritus 5, 48. Spiritu divino tactus. Fracti simul cum corpore spiritus illi feroces 1, 31. — ingentis spiritus vir 21, 1. — idem in oratione (*Appii*) spiritus erat 2, 6. *paullo post:* accusatorio spiritu. Minitans patriæ hostilesque jam tum spiritus gerens 2, 35. Filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu 24, 22. Quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo redacturum esse etc. 26, 24. Spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator etc. 6, 18. Et ita viris equisque abundabat, ut spiritus possent facere 30, 11. Si cui honores subdere spiritus potuerunt 7, 40. Quum spiritus plebes sumsisset 4, 54. Quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animam sineret 21, 58.

Splendere 10, 24. Ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modo non sua contumelia splendeat. Quem — aliena invidia splendentem vulgus et extrahere ad consulatum nitebatur 22, 34.

Splendor 3, 35. Nequaquam splendore vitæ pares decemviros creat. Quibus splendore suo restituto etc. 44, 32.

Spoliare corpus cæsi hostis 7, 26. — Gallum cæsum torque spoliavit 6, 42. Jacentis inde corpus — uno torque spoliavit 7, 10. Ne vetere exercitu provincia spoliaretur 40, 35. Tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac virgas et secures expediri jussit — eo infestius circumscindere et spoliare lictor 8, 32. *cf.* 2, 55.

Spolium 1, 10. Spolia ducis hostium cæsi — regia arma — opima parta sunt spolia. *cf.* 4, 20. *it.* 23, 46. Spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse 10, 39. *i. e. picta atque aurata scuta, cristas, tunicas candidas etc.* Spoliis lectis 8, 7. Spolia per totum diem legerint 40, 50. Spolia jacentis hostium exercitus peditibus concessit 44, 45. Spoliis aliorum (*deorum*) alii colendi exornandique 42, 3. *(de tegulis.)*

Spondere 9, 9. Ea demum sponsio esset; quam populi jussu spopondissemus. — pacem spondere *ibid.* Hosti nihil spopondistis; civem neminem spondere pro vobis jussistis *ibid.* Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum, nominaque omnium, qui spoponderunt, exstant 9, 5. Spondebantque animis — id (*bellum Punicum*) quod instaret, P. Cornelium finiturum 28, 38. *i. e. plane sibi aliisque persuadebant.*

Spongia pectori tegumentum 9, 40.

Sponsio 9, 11. Quo minus in civitatem obligatam sponsione commissa — redeant. *vid. in* committere; *it.* spondere. Non fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est 9, 5. — tam sponsiones, quam fœdera sancta esse *ibid. cap.* 9. *Ceterum alii scriptores, nominatim Cicero; quamquam in rhetoricis libris, hanc sponsionem fœdus appellant.* Non indignitas rerum sponsionis vinculum levat 9, 9. — vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus *ibid.* Ut, si id factum negaret, ceteraque quæ objecisset, sponsione defenderet sese 39, 43. Quum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi 9, 8. Sponsione in amicitiam accepti 9, 41.

Sponsor 9, 7. Nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci.

Sponte 10, 25. Romam ipse ad consultandum de bello rediit: sive ipse sponte sua — sive senatusconsulto accitus. *alterum* ipse *abundat*: *fortasse, vitio librariorum, mera prioris est repetitio.* Justitiumque in foro sua sponte cœptum prius; quam indictum 9, 7.

Spretio 40, 5. Ex composito sermones ad spretionem Romanorum trahebant: *spretionem tentant corrigere in* spem, speciem, mentionem *denique. Sed non sapit illud vocabulum corruptelam librariorum; et obvia sunt apud Livium alia ejusmodi duriora substantiva, ut c.* cretio, contemtio, ademtio.

Squalor 2, 23. Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti. — legati Locrensium obsiti squalore et sordibus 29, 16.

Stabilire 36, 44. Demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendæ navis caussa jussit. Postquam res

Capuæ stabilitas Romana disciplina, fama per socios vulgavit 9, 20. *Oppos.* ægris rebus discordia intestina.

Stabilis pugna 28, 2. *cf.* 31, 35. — acies 30, 11. — militum virtus 6, 30. *vid. supra in v.* gradus. Cominus stabilior et tutior, aut parma, aut scuto Ligustino, Romanus erat 44, 35. Stabilis ad insistendum locus 44, 5. — stabile solum. *ibid. cap.* 9. vid. *solidus.* Per stabilem ratem 21, 28. Pondere ipso stabiles *(elephanti, in aqua)* — in terram evasere *ibid.* In ea arce urbis Romanæ sacratam *(Victoriam)* volentem propitiamque firmam ac stabilem fore populo Romano 22, 37. Unam *(societatem)* tum in terris, vel viribus, vel fide, stabilem 42, 45. Quanto minus quidquam in Africa Karthaginiensibus firmum ac stabile sit 28, 44.

Stagnum 1, 4. Lenibus stagnis effusus fluvius. *h. e. ita, ut lenia stagna efficeret; quibus servari alveus cum pueris posset: quapropter* pius amnis *a poëtis vocatur.* Non inexplorata stagni vada 26, 48. — medio stagno evadere ad mœnia *ibid. cap.* 45. *pro, per medium stagnum. cf. cap.* 42. Instructi armatique intra portam, ad stagnum ac mare versam 28, 36.

Stare 37, 58. In Asia *(non in Græcia)* totius Asiæ steterunt vires, ab ultimi orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis. Stantes et ad ictus expositos — hastati invadunt 9, 35. Quum in acie stare ac pugnare decuerat 22, 60. Nonum se annum jam velut in aciem adversus optimates stare 6, 39. Stantibus vobis in aciem armatis 24, 8. Haud impari stetere acie 26, 44. Eumenes rex Attalusque cum omni manu sua ab tergo inter postremam aciem ac vallum steterunt 42, 58. Diu pugna neutro inclinata stetit 27, 2. Primo stetit ambigua spe pugna 7, 7. Ita anceps dicitur certamen stetisse 8, 38. Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit 29, 2. Intentiores ad respectum castrorum — quam ad prœlium starent 9, 27. Neque circa urbem tuta statio erat, nec ante hostium portus in salo stare poterant 37, 16. — stetit classis 42, 28. — naves stabant 36, 20. — classem in portu stare 37, 11. *Virgil. Æn.* 6, 902. anchora de prora jacitur, stant litore puppes. *Similiter:* statio male fida carinis. *Omnino de navali militia, pugnaque omnia prope dici, quæ de pedestri terrestrique dici solent, discere licet ex* 36, 44. Stantes in portu Rhodias apertas naves etc. 44, 28. Pro virtute tua fideque, qua una hoc bello respublica stetit 4, 40. *i. e. conservata est.* Ad hoc nos — viribus nostris, milite Romano, stetimus 28, 44. Regnum eorum novum fraterna stare concordia 45, 19. — stetit regnum puero tutela muliebri 1, 3. — stante incolumi urbe 5, 53. Hac arte in patria steti 5, 44. *i. q. salvus, incolumis fui.* Ut — magistratus eorum — stantibus legatis *(Romanorum)* præfectos cohortium vocarent etc. 7, 31. *i. q. adstantibus, præsentibus.* Magna ejus diei — fama est, etiam vero stanti 10, 30. *i. e. non nimis credulo.* Quamquam vel iniquis standum est potius, quam impias inter nos conseramus manus 7, 40. Prioris decreto stare 3, 36. *i. q. contentum esse.* Quin tu — si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas? 9, 11. Etsi prior fœdere staretur 21, 19. Fama rerum standum est 7, 6. *i. e. in ea acquiescendum.* Nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse 9, 45. Quo satis certo auctore stetur 8, 40. Quæ pars major erit, eo stabitur consilio 7, 35. Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur 9, 5. Haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit 2, 60. Nec Scipioni stare sententia poterat 21, 29. *cf.* 30, 4. Postquam ipsi sententia stetit pergere ire, atque Italiam petere 21, 30. Quoniam per eum non stetisset, quin *(fides)* præstaretur 2, 30. Non per milites stetisse, ne vincerent 3, 61. *i. e. non culpa militum victoriam amissam. cf.* 2, 31. 8, 2. 9, 14. Capita nominis Latini stare ac sentire cum rege 1, 52. Stabat cum eo senatus majestas 8, 34. *cf.* 44, 14. Adeo non fortuna modo, sed ratio etiam cum barbaris stabat 5, 38. Si pro mea patria ista virtus staret 2, 12. Vid. *obnixus.*

Statarius 22, 18. Campestrem hostem, gravemque armis statariumque pugnæ genere facile elusit.

Statio segnis 27, 43. *h. e. in qua fortitudinis nulla occasio est, quia nullus in eam impetus fit.* Stationes invalidas esse pro castris 41, 2. Tuta statio, 37, 16. vid. *stare.* Diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ 9, 24. In stationem se prope perpetuam infestæ regionis, non in agros mitti rebantur 10, 21. Locum idoneum stativis delegit. ubi quum stationibus quieti tempus tererent 7, 26. Qui *(Horatius Cocles)* positus forte in statione pontis 2, 10. Ab ira inter conditiones pacis interfectæ stationis 24, 30. Consul — quum vidisset — stationes infrequentes relictas 7, 37. Pythagoram cum auxiliaribus et equitatu stationem agere pro vallo jussit 35, 29. Dum — specularentur: moremque simul noscerent stationum vigiliarumque 30, 4. Stationem navium infestam hosti facere 31, 17. *cf.* 10, 2. *it.* 28, 6. *vid. Virgil. Æn.* 10, 297. Portum inclitum statione quondam mille navium Agamemnoniæ classis 45, 27. Classis Punica ad Uticam stationem habebat 30, 25. Statione submotos hostium lembos audivit 45, 10. Et visa interdiu classis erat, nec sine caussa electam ante urbem stationem apparebat 28, 36. *cf.* 31, 23.

Stativus 44, 40. Pro castris stativum erat præsidium. *i. q. statio. cf.* 41, 1. Stativa ponere 31, 33. — quietis stativis

manserunt 39, 30. — stativa conjuncta classi 29, 34. In iis stativis, ut fit, longo magis, quam acri bello, satis liberi commeatus erant 1, 57.

STATUA 40, 34. Statuamque auratam, quæ prima omnium in Italia statua aurata est, patri Clabrioni posuit. *Gronovius legi vult* statuta. — statua ejus indicio est Præneste in foro statuta 23, 19. Legatorum — statuæ positæ sunt 4, 17.

STATUERE 1, 13. Equus Curtium in vado statuit. Quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diversa statuit signa 9, 21. His, ut assiduæ templi (*Vestæ*) antistites essent, stipendium de publico statuit 1, 20. Tempus inde statutum tradendis obsidibus etc. 9, 5. Statutus est comitiis dies 24, 27. Antiatibus dati ab senatu ad jura statuenda ipsius coloniæ patroni 9, 20. Ut statuisse non pugnare consules cognitum est 2, 45.

STATUS 27, 25. Ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur. Sacrificiis non dies magis stati, quam loca sunt, in quibus fiant 5, 52. In concione jurasse, se stato loco, statisque diebus sacrificia habere 42, 32. Fretum ipsum Euripi — temporibus statis reciprocat 28, 6. — quod velut statum Favoniis tempus esset 37, 23.

STATUS 21, 10. Quietæ civitatis status. *pro quietus. Sic* 3, 18. turbatæ urbis status. Quo statu res sit 22, 22. — quo statu esset respublica. *ibid. cap.* 24. — res vestræ in quo statu sunt 3, 68. Vid. *locus.* Si eodem statu respublica staret 30, 2. In hoc statu regum erant res 33, 41. Commonitosque, in quo statu rerum accepisset eos, et in quo relinqueret, dimisit 34, 51. Quo in statu provincia esset 35, 8. Nullius civitatis statum fortunatiorem beatioremve fore 24, 28. Quum — universa Græcia — egregie statu suo gauderet 34, 22. Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare ac statu movere volumus 30, 18. *pro gradu. forma sumta e re gladiatoria.* Quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset 9, 29.

STERNERE 27, 47. Fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim. Sternite omnia ferro 24, 38. — strati cæde hostes 4, 29. — tot Romanas acies fusas stratasque esse 23, 42. *cf.* 9, 37. *it.* 10, 41. Hæc omnia strata humi erexit ac sustulit 26, 41. Stratis ariete muris 1, 29. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret 5, 47. Collecta humi pila, quæ strata inter duas acies jacebant 10, 29.

STIMULARE 1, 12. Ira et cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos. Tum actas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat 1, 22. Cupido imperii duos — populos ad arma stimulat 1, 23. Injuriæ dolor in Tarquinium ipsum magis, quam in Servium, eos stimulabat 1, 40. Animos eorum nunc ira in hostes stimulando (*Gronov.* stimulanda) accendit 21, 11. Consulem — ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio stimulabat 44, 44.

STIMULUS 2, 54. Agrariæ legis tribuniciis stimulis plebs furebat. Acriores quippe æris alieni stimulos esse 6, 11. Hæc non hostili modo odio, sed amoris etiam stimulis, amatam apud æmulum cernens, quum dixisset 30, 14. Is' risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit 6, 34.

STIPARE 42, 39. Magnus comitatus fuit regius, quum amicorum, tum satellitum turba stipante. Stipatus agmine armatorum 1, 47. Appius stipatus patriciis juvenibus 3, 56.

STIPENDIARIUS 8, 8. Postquam stipendiarii facti sunt. *de militibus, qui stipendia mererent; nam antea milites gratuitam operam navabant reipublicæ.* Civitates — stipendiarias nobis ac vectigales esse 31, 31. *de discrimine inter stipendiarias, h. e. tributarias civitates ac vectigales vid. Clav. Ciceron. in v.* stipendiarius.

STIPENDIUM 3, 68. Quum stipendia nobis consulibus — faciebatis. *improprie pro militare; nam illis temporibus stipendia militi nondum solvebantur.* In stipendia sua (*militiam*) impensas facere 4, 60. — si quis in militare stipendium tributum non contulisset *ibid.* His — stipendium de publico statuit 1, 20. Opulenta vos ac ditia stipendia facere et magna operæ pretia mereri 21, 43. Ubi — nec pecunia quæ daretur in stipendium, esset 27, 9. — stipendium militi præstare 28, 34. Mittendum igitur supplementum esse, mittendam in stipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis etc. 23, 12. Regem excusavit, quod stipendium serius quoad diem præstaret 42, 6. Militia semestri solidum stipendium accipere 5, 4. *it. cap.* 5. — finitum stipendiorum tempus 24, 18. Stipendia pedestria facere 7, 13. — multa stipendia habere 31, 8. *i. e. meruisse, multos annos interfuisse militiæ.* — plurimorum stipendiorum milites 29, 1. *cf.* 26, 28. Viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo 42, 34. Ducere exercitum æqualem stipendiis suis 30, 28. Caussas stipendiis missorum cognoscebant 43, 15. *scil.* emeritis : *quod excidisse putat Gronovius.* Quæstores ab auguribus pontificibusque, quod stipendium per bellum non contulissent, petebant 33, 42. *pro tributo.* Stipendium, collatum a populo in publicum, quod ejus solutum antea non esset, solveretur 39, 7. *locus ambiguus; nam neque de stipendio militari, neque de tributo civili accipi commode potest.* Vid. *emerere.*

STIPES 41, 27. Stipitibusque sepserunt.

STIPS 5, 25. Nihil de collatione — stipis verius, quam decumæ. *respicitur ad*

stipem deorum. i. e. voluntariæ potius collationis ac tenuis, ut in sacris, quam legitimæ. vid. Gronov. de Sestert. 4, 11. *it. Cuper. Obs.* 3, 4. Ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret 25, 12.

Stirps *it.* stirpis *in casu recto, et* stirpes. *Sic in bonis codd. Livii reperitur. vid. Drakenborch. ad* 9, 34. *differt autem a genere, uti pars a toto; quemadmodum fere* familia *et* gens. — nondum exoleta stirpe gentis 37, 8. *quamquam hic ad indolem conditorum gentis fortasse respectum est.* Martem incertæ stirpis patrem nuncupat 1, 4. Regiam stirpem apud se educari 1, 5. Non modo civicæ, sed ne Italicæ quidem stirpis 1, 40. Quem paullo ante cum egregia stirpe conspexissent 1, 26. Ibi quoque peregrina stirpe oriundus erat 1, 34. Qui stirpem ex sese domi relinquerent 41, 8. Eumenis — nullam stirpem liberûm habentis 45, 19. In exsecrationem capitis familiæque et stirpis 10, 38. Ut ad tertiam stirpem possessio ejus (*regnum*) descenderit 33, 21. *i. e. ad nepotes.* Florere (*Persea*) juventute (*exercitu,*) quam stirpem longa pax ediderit 42, 11. Velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ urbis 6, 1. Virorum omne genus in aliqua insula, conjuratione muliebri, ab stirpe sublatum esse 31, 2. — a stirpe exstincta est gens 9, 34. *conf.* 34, 2. cum stirpe exstincti *ibid. cap.* 29. Vosque, Dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsequuturum 1, 59.

Stolide 25, 19. Id non promissum magis stolide, quam stolide creditum est. Stolide ferox viribus suis 7, 5. Stolide lætus 7, 10.

Stolidus 28, 21. Major usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit. — ut stolidam fiduciam hosti augeret 34, 46. Adeo stolida impudensque postulatio visa est 21, 20. Velut ad ludibrium stolidæ superbiæ 45, 3.

Strages 40, 2. Multis sacris profanisque locis (*tempestas*) stragem fecit. Per arma, per viros late stragem dedere 8, 30. — strage armorum septa est via 35, 30. *conf. Virgil. Æn.* 9, 784. Ita effuso agmine per stragem corporum armorumque evasere 2, 59. *conf.* 9, 40. Tantoque majorem stragem edere, quam inter hostes (*elephanti*) ediderant 27, 14. Raptum ex ipsa ruinæ strage congestis saxis 42, 63. Ruinæ similem stragem eques, quacumque pervaserat, dedit 4, 33. Impetu facto strage ac ruina fudere Gallos 5, 43. Eorum (*servitiorum*) strages per omnes vias insepultorum erat 41, 21. (*de pestilentia.*)

Stragulas 39, 6. Vestis stragula pretiosa. Quum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti etc. 34, 7.

Stramentum. Vid. *seges.*

Strenuus 8, 29. Gens lingua magis strenua, quam factis. *vid. Intt. ad Virgil. Æn.* 2, 17.

Strepere 25, 25. Quum omnia terrore ac tumultu streperent. Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos, quam deorum invocantium opem 29, 14.

Strepitus 39, 15. Viso, strepitibus, clamoribusque nocturnis attoniti. Ut inter strepitum tot bellorum conticescerent actiones tribuniciæ 4, 1.

Strictus 22, 51. Quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera. *i. e. contracta. aliis arte stringi vulnera dicuntur, h. e. alligari, deligari.* Strictis rubis vixere 23, 30. *i. e. foliis inde strictis.*

Stridor 44, 5. Qui (*elephanti*) ubi ad invia venerant, dejectis rectoribus, cum horrendo stridore pavorem ingentem, equis maxime, incutiebant.

Strigosus 27, 47. Strigosiores equi. *i. q. macilenti.*

Stringere 7, 40. Vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego. Cultrum stringit 7, 4. *mox* : ferro intento.

Struere 2, 41. Consulem periculosas libertati opes struere. Clam recuperandi regni consilia struere 2, 3. Quum Galli structis ante se scutis conferti starent — pila in testudinem hostium conjecta 10, 29. Armatosque omnes in campo struxit 42, 51.

Strues 23, 5. Pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis. Si carptim adgrediendo circumagere immobilem longitudine et gravitate hastam cogas, confusa strue implicantur 44, 41.

Studere 40, 56. Id studere, ne super etc.

Studium 1, 18. Quem (*Pythagoram*) — juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. *i. e. sapientiam divinam atque humanam.* Nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia ducibus cedunt 9, 40. Coërceri tamen ab effuso studio nequiit 39, 32. *Claudius consul, fratrem in petendo consulatu plus justo adjuvans.* — magnis contentionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra consulem, aut pro studio ejus pugnabant, comitia aliquoties turbata *ibid.* Accensis studiis pro Scipione et adversus Scipionem 29, 19.

Stupefacere 3, 39. Stupefecit privatos luctus publicus pavor. *i. e. sensum eorum ademit, oppressit.* — nisi metus mœrorem obstupefaceret 25, 38.

Stupere 8, 35. Stupentes tribunos, et suam jam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus populi Romani. Stupente ita seditione quum vivere — Scipionem certi auctores afferrent 28, 25. Capti et stupentes animi 6, 36. *pro animis, quæ est etiam lectio quorundam codicum. vid. Drakenborch. ad h. l.* Stupentibus mira-

culo rei, unde novum in Bruto ingenium 1, 59. Quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis 2, 30. Turba favore et admiratione stupens 2, 49. — exspectatione 6, 14. Pavida puella stupente 3, 44. Regalem animum in se esse, si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite indicarent, vocis usurpatione abstinerent. sensere etiam barbari magnitudinem animi, cujus miraculo nominis alii mortales stuperent, id ex tam alto fastigio aspernantis 27, 19.

STUPOR 6, 40. Quum stupor silentiumque inde ceteros Patrum defixisset. Stupor omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet 9, 2. Vid. *indignitas*.

SUADERE 45, 21. Ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset.

SUB hæc dicta 7, 31, *etiam omissa voce* dicta 41, 4. Sub recentem Romanam pacem 21, 2. Is (*Horatius*) quibusdam piacularibus sacrificiis factis — velut sub jugum missit juvenem 1, 26. Sub tempus pueros venatum ablegavit 1, 35. *appropinquante tempore comitiorum*. Sub Romana mœnia bellum transferatur 1, 53. — missi sub muros ad colloquium 44, 45. Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis 4, 4. Sub assidua militia fuerat 42. 52. — sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi 35, 19. Sub auctore certo 2, 37. Sub terra, ut mos est, necata fuerat 22, 17. *de virgine Vestali, alii:* sub terram. Erant autem sub eo (*ejus imperio*) præter Cibyram et Syleum etc. 38, 14. Mansuros se sub armis 9, 37. *i. q. in armis.* — experirique sub his (*armis*) membrorum agilitatem 44, 34. Sub corona veniere 9, 42. — comitibusque eorum sub hasta venditis 23, 38. Sub furca cæsum medio egerat circo 2, 36. Ubi primum sub jactu teli fuerunt 43, 9. Ne sub ictu superstantium in rupibus piratarum essent 37, 27. Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant 4, 28. Sub Albano monte 1, 8. — sub Ciminii montis radicibus jacens ora 9, 37. Sub terra vivi demissi sunt in locum saxo conseptum 22, 57. *in locum sub terra. i. e. subterraneum. Ita auctore Dukero hæc verba sunt accipienda ; nam lectio* sub terram *codicum auctoritate destituitur.*

SUBCENTURIO. Vid. *succenturio*.

SUBDERE calcaria equo 2, 20. *cf.* 4, 19. *it.* 22, 6. Irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni 8, 32. Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit 6, 34. Si cui honores subdere spiritus potuerunt 7, 40. Vid. *fax*.

SUBDITUS 49, 9. Me subditum et pellice genitum appellavit.

SUBDUCERE 7, 34. Spatium consuli dedit ad subducendum agmen in locum æquiorem. *i. q. deducendum*. Eam (*cataractam*) funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possent 27, 28. Hasdrubal, qui ea parte præerat, subductos ex media acie Numidas — — ad persequendos passim fugientes mittit 22, 48. Ex postrema acie triarios primos subducit 44, 37. Cohortes aliquot subductas e dextro cornu 27, 48. Ut hæ duæ turmæ ostenderentur ; dein subducerentur, ubi equitatus hostium castris procucurrissent 40, 30. *i. e. pedem referre juberentur.* Furto eos (*obsides*) subduxistis 9, 11. Classe, quæ Corcyræ subducta erat 31, 22. *Oppos.* deducere *h. e. solvere naves ex portu in altum. cf.* 23, 28. *it.* 29, 1. Ut ex veteribus quinqueremibus, in navalibus Romæ subductis etc. 42, 27. Naves, quæ in Tiberi paratæ instructæque stabant — subduci et in navalibus collocari 45, 2. — regiæ — in campo Martio subductæ sunt 45, 42.

SUBESSE 1, 41. Tamquam spes subesset. Suberat et altera inferior submissa fastigio planicies 27, 18. Nisi aliqua fraus subest 6, 15.

SUBFODERE ilia equis 42, 59.

SUBIGERE naves ad castellum 26, 7. *i. e. remigando agere, vel adigere.* Tot subacti atque durati bellis 42, 52. Subigere in deditionem 28, 43. — ad deditionem 6, 2. Spe — metu — vi subigere 30, 9. — vexari et subigi multo acrius 5, 2. Subigi nos ad necessitatem dedendi res 9, 1. Metu subactus (*Faustulus*) 1, 5. *i. q. coactus.* Præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse 7, 5. Tarquiniensem metu subegerat frumentum præbere 9, 41. — subactus injuria 45, 8. — se invitos, quidquam — dicturos, sed imperio subigi 1, 22. *i. q. cogi.* Vid. *erudire*.

SUBJICERE colli ædes 2, 7. *i. e. sub ipsum collem ponere ; ad radices collis.* In valle inferiore pedibus pæne hostium aciem subjecit 38, 46. Subjecta late planicies 9, 35. Oraque maris, late patente ex tam alto jugo prospectu, oculis subjicitur 44, 3. Castellum finibus Macedoniæ subjectum 38, 1. Valles subjectæ rupibus 38, 2. Qui nunc corporibus suis subjectis undique cinxerit collem 7, 35. subjectis *redundat ; sed respicitur ad collem, cui, quæ vicina sunt, subjecta dicuntur.* Subjicere pontifici sacerdotium 2, 2. *i. e. sacerdotem eo inferiorem facere, et ejus potestati subjicere. cf.* 10, 3. Vectigalemque provinciam securibus et fascibus subjecerunt 31, 29. *i. q. potestati imperio ; et sic eod. cap. Livius dixit.* Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subjectam esse 42, 12. Subjicere legem invidiæ 4, 59. *i. e. invidiosam et odiosam reddere.* — crimini subjecti 6, 21. Has mihi spes subjicit fortuna populi Rom. 38, 44. *pro dat, injicit.* — a quibusdam senatoribus subjectum est 29, 15. *i. q. monitum, additum est.* Communia mandata — quæ subjicere conditio rerum poterat 44, 24. Quod circumventis in solitudine natura ipsa subjicit, ut hominum — fidem implorent 40, 9. Subjectus nobis ad

omnes ictus 7, 34. — quod euntes ad ancipites utrimque ictus subjectos habebant Romanos 26, 46. Tristi servitio subjectæ (*civitates*) 26, 49. Subjecti atque obnoxii vobis minus essemus 7, 30. Virgis (*alii*) cædi, alii securi subjici 3, 37. Subjectus a circumstantibus in equum 6, 24. *i. q. sublevatus atque impositus. cf.* 3, 37. *it.* 31, 37. Tectis ignes subjicere 31, 17. Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi 6, 14. *i. e. hastæ, ibique voci præconis, quem nostri auctionatorem dicunt.* Singulos milites inspexit, relictisque, quos non idoneos credebat, in locum eorum subjecit, quos etc. 29, 24. *i. q. substituit.* Vid. *tractatio.*

SUBINDE *pro interea* 4, 44. *med.* — *pro deinde* 3, 58. *it.* 8, 27.

SUBIRE 22, 4. Ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit. Ut cloacæ — privata passim subeant tecta 5, 55. Classem subire flumine adverso jussit 10, 2. Inde excursiones in vicem fieri, et, quum pulsos indignatio accenderet plures subire 30, 11. *i. e. procedere, aggredi ad pugnandum.* Ad subeundum in vicem prœlium haud difficulter (*multitudo*) succedebat 42, 54. Primæ legioni tertia subiit, et apud hostes integri a fessis pugnam accepere 27, 2. Ad vallum subeunt 9, 37. — ad urbem subire 31, 45. In adversum Romani subiere 1, 12. *cf.* 2, 31. — subire in adversos montes 41, 18. Luce prima subiit tumulos 21, 32. Subire ad montes 1, 28. Dum murum (*Hannibal*) incautius subit 21, 7. Quum armati superstantes subissent 44, 9. Orationis acerbitatem ad hospitem, utcumque est, subibo 42, 40. *i. e. invitus utar ad te orationis acerbitate.*

SUBITARIUS exercitus 3, 30. — legiones subitariæ tumultus caussa scriptæ 31, 2. *cf.* 40, 26. Subitarii milites 3, 4. *cf.* 4, 17. — protinus subitarios milites scriberent 41, 18. *conf. Virgil. Æn.* 7, 694. Subitariis collectis militibus 41, 17. Vid. *repentinus.*

SUBITO 41, 3. Si in præda occupati barbari subito opprimantur.

SUBITUS 1, 41. Si tua, re subita, consilia torpent. — ad subita rerum 9, 43. Rei novæ ac subitæ admiratio 2, 2. Relicto magistro equitum ad subita belli ministeria 4, 27. *cf.* 6, 32. *it.* 25, 15.

SUBLEGERE 28, 23. Et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur. *de lectione senatus.*

SUBLEVARE 5, 47. Ubi quid iniqui esset, alterni innisi, sublevantesque in vicem et trahentes alii alios, prout postularet locus; tanto silentio in summum evasere etc. *cf.* 28, 20.

SUBLIMIS 1, 16. Etsi satis credebant Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella. Inde sublimis abiit 1, 34. (*aquila.*) Eos ipso, quos cernant, legatos non pennis sublime elatos Alpes transgressos 21, 30. *i. e. in sublime. passis conjicere* sublimes. [*Malim* sublime latos. Vid. *Scheller. Obs. p.* 198.]

SUBLUSTRIS 5, 47. Nocte sublustri. Vid. *Virgil. Æn.* 9, 373.

SUBMERGERE 24, 8. Aliquot procellis submersi pæne sumus. *metaphor.*

SUBMISSUS 44, 9. Stantibus primis, secundis submissioribus — postremis etiam genu nisis. *i. e. inclinatioribus.*

SUBMITTERE 6, 6. Latinorumque populos juventutem submisisse ad id bellum. *privato consilio.* — submissis centurionibus 45, 34. *i. q. clanculum missis.* subsidia identidem submissa e castris 26, 44. Ut — — minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Hannibali submittenda 22, 37. Nec auxit copias, integros fessis submittendo 44, 4. Sibique destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium 6, 6. *i. e. tradere in manus.* Submittendo in privatum fastigium, quo minus conspectus, eo solutior erat 27, 31. Obnoxios submiserant animos 6, 34. Submissis fascibus in concionem escendit 2, 7. Quum veniret in curiam, submisisse se et osculo limen curiæ contigisse 45, 44. *i. e. projecisse se in terram.* — submittentemque se ad pedes sustulit *ibid. cap.* 7. *mitiori sensu occurrit eadem forma* 3, 70. Submissa quædam et quæ planis vallibus adiri possent 24, 34. Ne ut ex consueta quidem asperitate orationis — aliquid leniret atque submitteret 2, 61. — oratio submissa et infracta 38, 14. Vid. *summittere.*

SUBMOVERE 2, 59. Ut victor jam a vallo submoveretur hostis. — procul a terra classis submota 41, 3. Primo missilibus submovere hostem 21, 7. Appium tamen ab obsidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Persei submovit 43, 23. Statione submotos hostium lembos audivit 45, 10. Quem ad submovendos a bello Antiochum et Ptolemæum reges misistis 45, 23. Esquilias quidem ab hoste prope captas — submovit 3, 67. *ubi vid. Bauer. pag.* 163. Submotis legatis 7, 30. *i. e. secedere jussis.* Ceteros tutores submovet Andranodorus 24, 4. Repente strepitus ante curiam lictorum submoventium auditur 8, 33. Vociferantemque Icilium (*lictor*) submovet 3, 45. Donec consul lictores misisset, qui submovendo iter ad prætorium facerent 45, 7. Submoto, incedere 28, 27. *i. e.* in submoto, *ubi submoti sunt homines. Sic ipse Livius* 25, 3.

SUBMOTOR 45, 29. Assuetis regio imperio tamen novam formam terribilem præbuit tribunal, submotor aditus, præco etc. *i. e. qui submovendo viam et aditus fecit.*

SUBNITI 4, 42. Ubi subnisus et fidens innocentiæ animus esset? Qui Hannibalem subnisum victoria Cannensi ab Nola repulisset 25, 41. — non videbo Appium et Fulvium victoria insolenti subnixos 26, 13. — Bastarnas — subnisos Thracum ac-

colarum — auxiliis 41, 19. Vid. *Clav. Cicer. in h. v.*

SUBOLESCERE 29, 3. Illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuisse: majorem semper frequentioremque pro tot cæsis exercitibus subolescentem.

SUBORNARE 38, 43. Subornati criminibus. *i. e. ut crimina deferrent.* Adsuetos ministeriis talium facinorum ad cædem regis subornat 42, 15. Ab subornato ab se per fallaciam in tabellarii speciem literas in foro medio accepit 44, 44.

SUBRECTUS 7, 10. Mucrone subrecto. Hastas subrecta cuspide in terra fixas 8, 8. *nisi legendum ex auctoritate plerorumque codicum* suberectas. [*Adscripserat Ernestius: "non bene."*]

SUBROGARE 2, 7. Quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti. — comitia consulis subrogandi 3, 19. — subrogare magistratus 25, 41. *cf.* 10, 11. 23, 24. 34, 54. 35, 6. 39, 39. Nullis subrogatis magistratibus 3, 38. An collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est? 9, 34. Collegæ subrogando comitia habere jussus 41, 16. Comitia consulibus subrogandis 43, 11.

SUBRUERE 5, 21. Subrutis cuniculo mœnibus. — muri pars ariete incusso subruta 31, 46. Ad subruendum ab imo murum 21, 11. Nostram ipsorum libertatem subrui et tentari patimur 41, 23.

SOBSCRIBERE odiis accusationibusque Hannibalis 33, 47. *i. q. adjuvare.* Vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 211. Subscripsit orationi ejus consul 10, 22.

SUBSELLIA 3, 64. Injecta contentione, Duilius, consules ad subsellia accitos quum interrogasset etc. Ad subsellia tribunorum res agebatur 42, 33.

SUBSEQUI 27, 31. Jussis subsequi peditibus. *pro sequi. alii:* se subsequi: *quod non est necessarium.* Tribuni quoque, inclinatam rem in preces subsequuti, orare dictatorem insistunt 8, 35. — si ducis consilia favor subsequutus militum foret *ibid. cap.* 26.

SUBSIDERE 44, 5. Alii (*elephanti*) clunibus subsidentes prolabebantur.

SUBSIDIARII 9, 32. Subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset ad castrorum præsidium.

SUBSIDIUM 9, 27. Reservare ad longioris pugnæ casus subsidia. — jaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem 21, 46. Fidissimum annonæ subsidium (*Sicilia*) 27, 5. — subsidium fortunæ 22, 32. *i. q. quo confugere in adversa fortuna licet.*

SUBSISTERE feras 1, 4. *pro sistere, conficere.* [*immo, impetum earum excipere, sustinere, ὑποστῆναι.*] Romanum nec acies subsistere ullæ, nec castra, nec urbes poterant 9, 31. *i. q. sustinere: e Græco ὑφίστασθαι.* Qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu substiterat 31, 10. *i. e. manserat.* Hasdrubalis transitus in Italiam vix Hannibali atque ejus armis subsistentem 27, 7. *pro obsistentem, resistentem.*

SUBSTITUERE 29, 1. Trecentis Siculis Romani equites substituti. Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum gestarum admiratio viri (*Scipionis*) substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam 28, 35. *i. e. finxerat sibi, animoque conceperat, præceperat.* M. Fulvium et Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Asia, velut pro Philippo atque Antiocho, substitutos regnare 38, 42.

SUBSTRATUS. Vid. *superincubare.*

SUBSTRUCTIO — in Capitolio 38, 28. *cf.* 6, 4.

SUBSTRUERE. Vid. *glarea.*

SUBTER 34, 20. Equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur. *i. q. prope murum.* Manu subter togam ad mentum exserta 8, 9.

SUBTERFUGERE 31, 10. Quæ (*coloniæ*) ingentem illam tempestatem Punici belli subterfugissent.

SUBTERLABI 30, 25. Navis celeritate subterlabens. *i. q. eripiens se, subducens.*

SUBTEXERE 37, 48. Subtexit deinde fabulæ huic, legatos etc.

SUBTRAHERE 10, 14. Hastatos primæ legionis, subtrahere ex acie. Ab dextro primum cornu singulorum paullatim signorum milites subtrahens 44, 37. Prope sacrilegium ratus sum, Cosso spoliorum suorum Cæsarem, ipsius templi auctorem subtrahere testem 4, 20. Legiones — nocturna fuga vobis subtractæ 42, 61. Subtrahente se quoque, ut credidisse potius temere, quam finxisse, rem talem videri posset 28, 25. *i. e. negante se auctorem rei.* Subtrahere sese per alias atque alias causas, ne interesset iis, quæ non probabat 44, 16. Cui judicio eum mors subtraxit 6, 1.

SUBTUS Macedones cuniculis oppugnabant 36, 25. *præcedunt:* omnibus supra terram operibus.

SUBVECTIO 44, 8. Cujus (*frumenti*) tarda subvectio erat.

SUBVEHERE 9, 15. Per quas (*vias*) commeatus ex Samnio subvehebantur. *cf. ibid. cap.* 43. *it.* 26, 20. Ab urbe commeatus intentiore, quam antea, subvehi cura 5, 7. Quia nihil ex Ægypto subvehebatur 45, 11. Advexisse etiam trecenta millia modiûm tritici, ducenta hordei; ne commeatus deessent: et, quantum præterea opus esset, quo jussissent subvecturos 22, 37. Paullus — regia nave — adverso Tiberi ad urbem est subvectus 45, 35. *conf.* 24, 30. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 58.

SUBVENIRE 25, 31. Quod (*frumentum*) ni tam in tempore subvenisset, victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat.

Priusque, quam Karthagine subveniretur, opprimi *(barbari)* videbantur posse 29, 25.

SUBVEXUS 25, 36. Omnia fastigio leni subvexa. *de collibus minus altis, præruptis.*

SUCCEDERE 2, 46. Successum nolle alicui. *i. e. nolle, ut succedat ei res prospere.* Et successisset fraudi, ni etc. 38, 25. — si successisset cœptis 25, 37. *conf.* 40, 11. Ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit; ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat 21, 7. Quum multa, succedentes temere mœnibus, Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptis succederet etc. 24, 19. Ubicumque iniquo successum erat loco 9, 31. *cf.* 9, 14. *it.* 10, 34. Ea pars, in qua ipse erat, impigre succedebat 41, 18. Levis armatura — præoccupatum inferiore loco succedens tumulum 22, 28. Ad subeundum in vicem prœlium *(multitudo)* haud difficulter succedebat 42, 34. Eques in pugnam succedit 9, 27. Succedere ad montes 1, 27. — ad hostium latebras 10, 14. — ad stationes hostium 30, 8. Succedere ad mœnia 44, 31. — — ad castra 7, 7. Quo successerit magis in arduum 5, 43. *Bauerus legi vult* successerat *aut* successisset. Nec prius inclinata res est, quam secunda acies Rom. ad prima signa integri fessis successerunt 9, 32. Quo majori gloriæ rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant 4, 11. *i. e. quo major esset gloria eorum, quibus succederent.* Male gestis rebus alterius successum est 9, 18. Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritati Hieronis 24, 5. Ut — in paternas succederet opes 21, 3, Vid. *succrescere.*

SUCCENDERE 45, 33. Ipse imperator face subdita *(spolia)* succendit. — succensus rogus 28, 23. Vid. *fax.*

SUCCENSERE 22, 29. Aliud jurgandi succensendique tempus erit. *conf.* 7, 13. Quamquam quod ob meritum nostrum succensuistis — nobis, aut succensetis? 25, 6. Juvenis incauti, et suis haud immerito succensentis 40, 23.

SUCCENTURIO 8, 8. Romano — — permissum erat ab consulibus, ut succenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste.

SUCCIDERE 22, 51. Succisis feminibus poplitibusque. — succidere crura equis 42, 59. — nervos 44, 28. — extremas arborum succisarum impellunt 23, 24. Succisis asseribus collapsus pons 44, 5.

SUCCINCTUS armis legionibusque 21, 10. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 323. Cultro succinctus 7, 5.

SUCCLAMARE 21, 18. Sub hanc vocem, haud minus ferociter, daret, utrum vellet, succlamatum est. *conf.* 6, 40. *it.* 42, 28. Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo 3, 50. *conf.* 26, 22. Quum per omnem orationem satis frequenti adsensu succlamatum esset 42, 53.

SUCCLAMATIO 40, 36. Succlamationibus apud concionantem imperatorem significent, quid sentiant, *conf.* 28, 26. *it.* 42, 28.

SUCCRESCERE 10, 13. Et se gloriæ seniorum succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum adspicere. *i. e. paullatim eamdem gloriam se consequutum. Soboles proprie parentibus succrescere dicitur.* Ut adsuesceret militiæ Hannibal, atque in paternas succresceret opes 21, 3. *vulgo* succederet. *Illud melius. vid. Gronov. it. Bauer. pag.* 4.

SUCCUMBERE 3, 59. Neque erat dubium, quin, turbato reipublicæ statu, tempori succubuissent. *i. e. nimis cessissent.*

SUCCURRERE 3, 58. Cujus adversæ fortunæ velit succursum.

SUDARE 22, 1. Scuta duo sanguine sudasse. *cf.* 27, 4. *alii: sanguinem: minus recte.*

SUDES 40, 9. Quem sudibus te inspectante prope occiderunt. *nisi legendum* rudibus. *Sic ibid. cap.* 6. vulnera sudibus facta. *ubi Schellerus in Lexico etiam legi vult* rudibus. vid. *rudis. Enimvero vid. Sallust. Bell. Catil. cap.* 56. §. 3. *conf. Virgil. Æn.* 7. 524.

SUDOR 7, 38. Qui suo sudore ac sanguine inde *(Capua)* Samnites depulisset. Sudore madens 44, 28.

SUFFICERE 3, 61. Eos, excursionibus sufficiendo — assuefecerat sibi potius fidere etc. *i. q. submittendo.* Fulvium in locum ejus consulem suffectum 9, 44. — sacerdotes mortui aliquot suffectique 27, 6. *cf.* 25, 2. *it.* 29, 38. Quod ei *(Camillo)* suffectus est extemplo P. Manlius dictator, 6, 38. Quibus vitio creatis suffecti etc. 9, 7. Pontifices suffecti sunt — — augures suffecti sunt — — etc. 41, 21. L. Cornelius Lentulus, decemvir sacrorum, eo anno mortuus est. in locum ejus suffectus A. Postumius Albinus 42, 10.

SUFFICERE 10, 25. Non suffecturum ducem unum et exercitum unum. — quoad sufficere remiges potuerunt 36, 45. Et non sufficiebant; jam enim feriebantur arietibus muri 21, 8. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 8. Multis rebus lætus annus vix ad solatium unius mali, pestilentiæ — suffecit 10, 47. Terra ingenito humore egens vix ad perennes suffecit amnes 4, 30. — ad patiendum sufficere 29, 17. — inopi ærario, nec plebe ad tributum sufficiente *ibid. cap.* 16.

SUFFODERE 42, 59. Nunc succidere crura equis, nunc ilia suffodere. Vid. *Tacit. Annal.* 2, 11.

SUFFRAGARI 28, 38. Non suffragandi modo, set etiam spectandi caussa P. Scipionis.

SUFFRAGATIO 4, 44. Nec potestas, nec suffragatio horum valuit, quin — eos nobilitate præferrent. *i. q. commendatio.*

SUFFRAGIUM 4, 49. Dare suffragium populo. *alias: in suffragium mittere.* Donec per omnes suffragium iret 25, 37. Res est militaris suffragii 22, 14. *Sic etiam* militaria comitia *commemorantur, ut supra posuimus.* Populi esse, non senatus jus, suffragium impartiri quibus velit 38, 36. Qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis, et serva pro liberis faciat 6, 41. Paucis suffragio populi relictis locis 9, 30. Jussi deinde inire suffragium 26, 18. *ante Drakenborchium edebatur:* jussi deinde inire confusum suffragium: *quod quum nihili esset, recte expunctum est. Creverius autem ex editione Campani pro* confusum *legi vult* confestim. Vid. *tamen ad h. l. Bauer. pag.* 182. Ubi tribus ad suffragium ineundum citari — — viderunt 6, 35.

SUFFUGERE 24, 46. Imber, ab nocte media coortus, custodes vigilesque, dilapsos a stationibus suffugere in tecta coëgit.

SUFFUNDERE 30, 15. Masinissæ hæc audienti non rubor solum suffusus, sed lacrimæ etc.

SUGGERERE 2. 8. Bruto statim Horatium (*consulem*) suggerunt — — ut quidam annales, velut funesti, nihil præter nomina consulum suggerant 4, 20. *cf.* 9, 44.

SUGGESTUM 8. 14. Rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit.

SUGGILLARE 4, 35. Primis annis sugillatos, repulsos, risui Patribus fuisse.

SUGILLATIO 43, 14. Id prætoribus — non sine sugillatione consulum, mandatum est. *i. q. ignominia, contumelia.*

SUMERE in publicum salis vendendi arbitrium 2, 9. *i. e. ærario vindicare, permittere. Est enim cum Gronovio haud dubie legendum:* in publicum omne sumtum: *eamque emendationem recte in textum recepit Cel. Strothius, mihi quidem, per necessitatem integrum retinendi textum Drakenborchianum, idem facere non licebat.* Rege inde (*ex Sabinis*) sumto 1, 18. Teli sumendi aut petendi — caussa 22, 28. Liberas ædes conjurati sumserunt 24. 6. Studiosus legendi, eos libros (*Numæ*) a L. Petillio sumsit 40, 29. Pontifex eum (*Decium*) togam prætextam sumere jussit 8, 9. *scilic. ante devotionem.* Rem nullam, nisi necessariam ad victum sumendo 2, 32. — interdiu cibi quietisque sumeret tempus 32, 11. — velut tacitis induciis utrimque quiete sumta 2, 64. Si — patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere 3, 68. *i. q. resumere.* Duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit 36, 2. — bellum cum Veientibus — sumtum 1, 42. *cf.* 28, 19. — ab Æquis arma sumta 2, 48. Quod illis defuit interdiu (*ferrum*) convivæ fratris noctu sumserunt 40, 10. Præcipuo certamine animi adversus eum sumto 37, 10. Tribunos tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, sumsisse, 6, 40. Furius, ferox quum ætate et ingenio, tum multitudinis, ex incertissimo sumentis animos, spe inflatus 6, 23. — quum spiritus plebes sumsisset 4, 54. Quod magistratus — nobilitas sibi sumsisset 7, 1. Spatium ad vehicula comportanda a consulibus sumsisset 2, 4. *i. e. petiissent.* Sumere itaque eosdem, non se rogare, æquum esse, neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati, quæ ibi proveniant 45, 13.

SUMMA rei Græcorum 8, 26. — Samnitium 10, 39. Quia ibi summam rerum bellique verti cernebant 30, 8. — summæ rerum prosperum eventum 21, 29. Lectis rerum summis (*in libris Numæ*) 40, 29. Summa rerum 3, 5, *i. q. exercitus cum castris. Sic* 1, 36. *dicitur de bello rite, h. e. nonnisi auspicato, incipiendo.* Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare 8, 14. *quum, quid victis esset faciendum, quæreretur.* Summa belli 3, 61. — summa belli moles 29, 4. — ad summam universi belli pertinere 32, 17. Summa gerendi belli 44, 2. Consilium habenti regi de summa 42, 62. *recte Drakenborchius existimat omissum esse* belli. Parvaque certamina in summam totius profecerant spei 3, 61. *pro eventu totius belli, victoria. conf.* 31, 37. Equitibus et summæ partis ejus Meno præerat 42, 58. — summa curæ omnis 26, 12. *de Capua obsessa.* Eo loco caput rerum summamque imperii fore 5, 54. Summa reipublicæ *nonnullis in locis, v. c.* 38, 50. *ante Drakenborchium legebatur; sed ab eodem* summa respublica *ubique reposita est, sequuto Gronovii rationes, qui hanc formam bene explicavit et asseruit pluribus locis. vide ipsum ad l. c. Ceterum ad sensum nihil interest, et* summa reipublicæ *quoque bene dicitur, occurritque sæpe apud Ciceronem.* Marcellus suarum copiarum summam exposuit 23, 25. Magni tamen memoria (*ludorum*) ea summa (*impensa*) fuit 41, 28. Summa omnium quadraginta millia fuere 42, 51. Summa tritici 43, 6. Loricæ thoracesque mille amplius summam explebant 42, 61. Argenti pondo ad summam sestertii decies in ærarium intulit 45, 4. Cædibus regis deminutum Patrum numerum — ad trecentorum summam explevit 2, 1. In principio summæ totius 21, 1. *i. e. historiæ, operis.*

SUMMATIM regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere 9, 36.

SUMMITTERE 1, 4. Eam (*lupam*) summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 632. Summissis fascibus 2, 7. Vid. *submittere.*

SUMMOVERE. Vid. *submovere*.

SUMMUS 33, 45. Summum reipublicæ tempus. *i. e. quum omnis reipublicæ salus periclitatur*. Vid. *Gronov. ad* 38, 50. Summa optimatium voluntate 10, 18. — summa ratione acta 44, 47. — summa religio 39, 13. Nihil magnopere ad summam rem pertinere 36, 34. *i. e. ad id, quod in re præcipuum est, ad caput rei.* — summa res populi Romani 33, 45. De summa republica consultatum 26, 10. *i. e. hujusmodi re, unde salus universæ reipublicæ penderet.* Ut videant ducem suum, cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt 42, 49. Uno aut summum altero prœlio etc. 21, 35. *pro ad summum. cf.* 31, 42. *it.* 33, 5. *vid. Gronov. ad superiorem locum.* Exituri in aciem hodierno aut summum crastino die 44, 38. Summus eques 24, 8. Vid. *eques*. Vid. *detrectare*.

SUMTUS 32, 27. Sumtus, quos in cultum prætorum socii facere soliti erant, circumcisi aut sublati. *Vid.* erogare. *it.* gravis.

SUOVETAURILIA 8, 10. Marti suovetaurilibus piaculum fieri. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit 1, 44.

SUPER quam quod 22, 3. *i. q. præterquam. cf.* 27, 20. Alia super alia 3, 56. Quam, super cetera, extrema fames etiam instaret 22, 6. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam territos prodigiis 21, 46. Legiones hostium, superque eas se devovisset 8, 6. *i. q. simulque se ipsum.* Domos super se ipsos concremaverunt 21, 14. *i. e. domos et insuper se ipsos etc.* Super Demetriadem 31, 46. *i. q. contra, e regione.* Super (*juxta*) Numicium flumen 1, 2. Quid tam integri esse in corpore loci — quid super sanguinis, qui dari pro rep. posset 4, 58. Super castra hostium cum suis turmalibus evasit 8, 7. Præter terram Atticam super Sunium navigans 28, 8. Consule exercituque — amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades — amissi nunciabantur 22, 54. Super telum stans 10, 7. Super telum subjectum pedibus stantem 8, 9. Super qua re Romam venisset 42, 24. Satis superque. Vid. *satis*.

SUPERABILIS 25, 23. Altitudinem muri — vel mediocribus scalis superabilem.

SUPERARE munitiones 5, 8. *i. q. transcendere. Sic* 38, 5. superato brachio. Superata media valle 1, 12. Superavit promontorium 31, 23. *navigando. i. q. prætervectus.* Quinqueremem Romanam superantem promontorium ex alto repente adgressæ sunt 30, 25. Quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent 2, 50. *i. e. præterissent.* Quam (*necessitatem*) ne dii quidem superant 9, 4. *i. q. mutare possunt.* Marcellus censor, sorte superato Quinctio, lustrum condidit 38, 36. Non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne, unde raperet, quidem quidquam reliqui erat 22, 40. *cf. cap.* 49. *it.* 5, 38. 9, 32. Numero militum aliquantum Mezetulus superabat 29, 30. *i. q. superior erat.* Facilem in æquo campi, tantum superanti multitudine, victoriam fore 5, 38. Quid igitur superat, quod purgemus 45, 24. *i. e. superest, restat.* — velut quum otium superat 3, 17. Aliquot horis die superante 29, 7. *cf. cap.* 24.

SUPERBE 9, 14. Non hæc furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi errorem fraus superbe vicisset. Hæc natura multitudinis est: aut servit humiliter, aut superbe dominatur 24, 25.

SUPERBIA 1, 54. Invisam profecto superbiam regiam civibus esse. *pr. crudelitate.*

SUPERBUS 31, 29. Jura superba reddere. — superba pax 9, 12. — superba mutatio vestis 9, 18. Superbæ aures 24, 5. *i. e. quæ precibus locum relinquere nolunt.* Cui Superbo cognomen facta indiderunt 1, 49. Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis 4, 4.

SUPERCILIUM 27, 18. Infimo stantem (*levem armaturam*) supercilio. *i. q. tumulo; e Polybio, qui habet ὀφρύς. vid. Virgil. Georg.* 1, 108. Supercilio haud procul distantis tumuli 34, 29. *i. e. fastigio; nisi vero supercilium tumuli pro ipso tumulo dictum est.*

SUPERESSE 9, 38. Quæ superfuit cædi multitudo. *cf.* 5, 39. Lucumo superfuit patri 1, 34. Si superesset 1, 40. Plerique, qui meminerimus, supersumus 23, 13. Se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque invidiam superesse 2, 7. Quod superest tempus gerendis rebus 21, 4. *i. e. post res gestas reliquum est.* Nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant 5, 40. Id Masinissæ satis esse, et fore, quod populo Romano superesset 45, 13. Supererat multitudo Albanorum Latinorumque 1, 6. *i. q. abundare.* Adeo supererant animi ad sustinendam invidiam 2, 27. Sibi neque opes deesse, animum etiam superesse 27, 10. *cf.* 1, 6. *it.* 2, 42. Ut neque hostibus quidquam relinqueretur, et sibi ac suis omnia superessent 26, 48. Vid. *super*.

SUPERFIGERE 42, 60. Superfixa capita hostium portantes. *aut intelligendum, aut addendum* hastis *vel* contis.

SUPERFUNDERE 45, 9. Superfudit deinde (*Alexander M.*) se in Asiam. Superfundenti se lætitiæ vix temperatum est 5, 7. Superfuso Tiberi circus irrigatus 7, 3.

SUPERJACERE 10, 30. Magna ejus diei — fama est, etiam vero stanti. sed superjecere quidam augendo fidem.

SUPERIMPONERE 21, 1. Stipendio etiam superimposito. *Drakenborchius legit* in-

super imposito. Vid. *Kustner. Chrestom Enn. pag.* 43. *cf. Virgil. Æn.* 6, 254.

SUPERINCIDERE 2, 10. Superincidentia tela. Utique Cannensi prœlio non prius pugna abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit oppressus.

SUPERINCUBARE 22, 51. Substratus Numida mortuo superincubanti Romano vivus.

SUPERINSTERNERE 30, 10. Tabulasque superinstravit, ut pervium ordinem faceret.

SUPERIOR sum et æquitate rei et vestra confessione 34, 31. Superior Appius in caussa 5, 7. Premendorumque superiorum *(præpositorum)* arte — sese extollebat 22, 12. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 51. [*omninoque in ind. h. v.*] Mare superius 41, 1. (*superum*) vid. *major*.

SUPERNE 1, 25. Male sustinenti arma gladium superne jugulo defigit. *cf.* 24, 39. Crate superne injecta saxisque congestis 1, 51. Callus, velut moles superne imminens 7, 10.

SUPERPONERE 1, 34. Levasse humano superpositum capiti decus.

SUPERSCANDERE 7, 36. Superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitum.

SUPERSEDERE 6, 1. Rebus divinis supersederi jussum. — quia tributo ac delectu supersessum 7, 27. — frustra certare supersedit 6, 1. Supersedissem loqui apud vos 21, 40.

SUPERSTARE 37, 27. Ne sub ictu superstantium rupibus piratarum essent. *cf.* 7, 24. *it.* 10, 28. Signa alia in circo maximo cum columnis, quibus superstabant, evertit 40, 2. Quum armati superstantes subissent 44, 9.

SUPERSTERNERE 10, 29. Corpus — obrutum superstratis Gallorum cumulis.

SUPERSTES 2, 7. Se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque invidiam superesse. Nec diu manet superstes filio pater 1, 34.

SUPERSTITIO 10, 39. Dum hostes operati superstitionibus, concilia secreta agunt. Victis superstitione animis 7, 2.

SUPERSTITIOSUS 6, 5. In civitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade superstitiosis principibus, ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit.

SUPERVACANEUS 10, 24. Cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur. *cf.* 45, 37. Supervacaneum hoc mihi fuisset iter 21. 13. Supervacanea esset oratio mea 22, 39.

SUPERVACUUS 2, 37. Auctor magis, ut fit, quam res, ad præcavendum vel ex supervacuo movit.

SUPERVADERE 31, 38. Quum omnes — protinus inde supervadentem munimenta victorem hostem fugerent, *cf.* 32, 24.

SUPERVEHI 42, 48. Præter oram Italiæ supervectus Calabriæ promontorium in Ionio mari. *alias : superare, prætervehi etc.*

SUPERVENIRE 34, 28. Tandem signa legionum supervenerunt. *pro subvenerunt.* Molientibus ab terra naves supervenit 28, 7. *conf.* 30, 25. Ita jam sua sponte ægris animis, legati ab regibus superveniunt 2, 3. Parantibusque jam oppugnare, supervenit a Creüsa prætor 42, 56.

SUPERUS. Vid. *superior*.

SUPINUS 30, 10. Ex rostratis Pœni vana pleraque, utpote supino jactu, tela in superiorem locum mittebant. Supina valle præcipites egistis 7, 24. *i. e. adverso monte subire ad vos ausos deturbastis. vide Gesner. ad Plin. Paneg. cap.* 30. *it. B. Patruum ad Sueton. Ner. cap.* 13. *cf.* 4, 46. *it.* 6, 24. Vid. *manus*.

SUPPEDITARE 6, 22. Suppeditat multitudo. *i. e. suppetit, abundat.* — nec his paucis victus suppeditat 22, 39. *cf.* 26, 45. *it.* 30, 25.

SUPPLEMENTUM scribere 25, 3. — Fabius supplementum ab Roma adduxit 9, 33. — legiones — supplemento explevit 1, 30. Novisque cohortibus in supplementum adductis 9, 24. *cf. cap.* 43. Non commeatus, non supplementum, non pecuniam habeat 22, 39. Sicilia Claudio sine supplemento decreta 41, 21.

SUPPLICARE 3, 7. Jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque exposcere deûm. *cf. cap.* 6, 8. *it.* 27, 23. Quibus (*divis*) quoque modo supplicaretur 23, 11.

SUPPLICATIO 3, 63. Maligne senatus in unum diem supplicationes — decrevit. populus injussu et altero die frequens iit supplicatum. et hæc vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratior fuit. *cf.* 41, 13. Supplicatio pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis 38, 26. *ergo supplicationes non in templis tantum, uti Creverius putabat, celebratæ. cf.* 27, 23. Gratulationes supplicationesque 34, 7. — supplicationem obsecrationemque habendam 42, 20. *synonymice dicta*. Supplicationibus habitis jam et obsecratione facta circa omnia pulvinaria 31, 8. *nec h. l. differunt supplicationes ab obsecrationibus ; factæ enim utræque in principio bellorum ad placandos deos.* Ut per totam Italiam triduum supplicatio et feriæ essent 40, 19. Prætores quadraginta hostiis majoribus per supplicationes rem divinam fecerunt 40, 53. Diem unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit 41, 9. Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit 41, 21.

SUPPLICITER 3, 35. Honorem, summa ope a se impugnatum, ab ea plebe, cum qua contenderant, suppliciter petentes. Vid. *minaciter*.

SUPPLICIUM 3, 18. De captivis, ut quisque liber aut servus esset, suæ fortunæ a quoque sumtum supplicium est. Ne ad extremum finem supplicii tenderet 8, 32. — supplicium miserabile *ibid. cap.* 35. — perfusumque ultimi supplicii metu, mulctâ dictâ dimisit 9, 16. Duces insatiabilis supplicii 9, 14. *i. e. cædendi cupiditatis.* — ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret *ibid.* Quibus precibus suppliciisque deôs possent placare 22, 57. *i. q. supplicationibus, ut et nonnulli legunt. cf.* 27, 1. *it. cap.* 50. *Quamquam intelligi etiam sacrificia in illo loco possunt.* Vid. *Sallust. Bell. Catil. cap.* 9.

SUPPORTARE 44, 18. Unde (*commeatus*) terrestri itinere, unde navibus supportarentur. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra supportabantur 41, 1.

SUPPOSITUS 3, 44. Puellam domi suæ natam, furtoque inde in domum Virginii translatam, suppositam ei esse.

SUPPRIMERE 31, 18. Obstupefactus eo furore rex, suppressit impetum militum: et, triduum se ad moriendum Abydenis dare, dixit. *cf.* 7, 24. Ira est suppressa 2, 35. Quæ (*SCta*) ante arbitrio consulum supprimebantur vitiabanturque 3, 55. Cujus decreti suppressa fama est Veiis propter metum regis 5, 1. Supprimere in occulto famam ejus rei est conatus 44, 35. Suppressæ naves 22, 19. Omnes aut supprimebat, aut spoliabat naves 44, 29.

SUPRA belli metum id quoque accesserat 2, 18. *i. q. super. præter.* Supra Coclites Muciosque — id facinus esse 2, 13. Quorum beneficio in ea fortuna esset, supra quam ne optare quidem auderet 42, 11.

SUPRASCANDERE 1, 32. Quum fines suprascandit.

SURDUS 24, 32. Surdæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant. Leges rem surdam et inexorabilem esse 2, 3.

SURGERE. Vid. *somnus.*

SURROGARE. Vid. *subrogare.*

SUSCIPERE prodigia 1, 20. *i. e. digna judicare, quorum ratio habeatur, et quæ expientur, procurentur. cf.* 43, 13. suscipere sacra 1, 7. *i. q. recipere, inducere. cf.* 5, 52. *Apud ipsum Ciceronem est:* religionem suscipere: *Verr.* 4, 16. Num alibi, quam in Capitolio pulvinar suscipi potest? 5, 52. *i. e. parari, institui.* Ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur 7, 30.

SUSPECTUS 8, 17. Samnium turbari novis consiliis suspectum erat. Ut in suspecto loco 21, 7. *i. q. non satis tuto, periculoso.* Quid rem parvam et apertam magnam et suspectam facimus? 41, 24.

SUSPENDERE 1, 26. Infelici arbori reste suspendito. Suspenso furculis ab hostibus muro 38, 7. *i. e. quum hostes muro subruto supposuissent furcas, ne collaberetur.* Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis 8, 13. Qui (*socii*) dubii suspensæque ex fortuna fidei etc. 44, 18. Quod animos ex tam levibus fortunæ momentis suspensos gererent 4, 32. Suspensi de statu alterius 2, 43. — in suspensa civitate ad exspectationem novi belli 42, 19. Suspensus ad exspectationem belli 42, 20. Erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur 1, 25. Vid. *erigere.* Metuque mutuo suspensa erant omnia 2, 32. — suspensis rebus 6, 15. Aquila suspensis demissa leniter alis 1, 34. Suspensa de legibus res ad novos tribunos militum dilata 6, 38.

SUSPICERE 40, 49.

SUSPICIO 25, 7. In suspicione Romanis fuit defectio Tarentinorum. Suspicio, vitio orationis an rei, haud sane purgata 28, 43. Ne invitum (*se*) parere suspicionem (*patri*) faceret 40, 21.

SUSPIRITUS 30, 15. Quum crebro suspiritu et gemitu — aliquantum temporis consumsisset.

SUSTENTARE 34, 18. Nec, nisi in tempore subventum foret, ultra sustentaturi fuerint. *absolute dictum.* Eo (*frumento*) sustentata est plebs 2, 34.

SUSTINERE 31, 24. Sustinuit signa; et considere — jussit. Vix arma membraque sustinentes pugnare 23, 45. — male sustinenti arma 1, 25. — sustinere se a lapsu 21, 35. Seu famam, seu vim hostium non sustinuisse 26, 3. — ne majestatem nominis Alexandri sustinere non potuerit populus Rom. 9, 18. Aliud priori simile miraculum eos sustinuit 5, 39. *i. e. procedere vetuit.* Plebem sustinendo rem ab seditionibus continuere 3, 65. *i. q. morando, trahendo.* Sustineri ira non potuit 2, 19. — neque aut corpora animis, aut animos spe sustinebant 22, 2. Maligne omnia præbentibus suis meretriculæ munificentia sustinebatur 39, 9. *i. q. alebatur.* Rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo atque audacia sustinebat 1, 12. Rem in noctem sustinere 5, 45. Tam eminens area, firma templis quoque ac porticibus sustinendis 2, 5.

SUUS 7, 8. Eventum suum in aliena virtute ponere. Suo proprio prœlio hostem excipere 3, 70. — suum terrorem intulit eques 6, 13. — sui belli decus 9, 42. *i. e. belli a se, non ab altero consule, gerendi.* Ex ferocibus universis singulos metu suo quemque obedientes fecit 6, 4. *quum sibi quisque metueret.* Sua invidia opportunus 1, 54. *i. e quam quis jam sustinet, quam suis jam factis, sua jam fortuna, non alienis contraxit criminibus.* Suam occasionem petere ex aliorum incommodo 4, 58. — neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des 22, 39. Contemtus hostium adeo ignorantium opportunitates suas 42, 65. *paullo*

ante: suo tempore ac loco. Tributum iniquo suo tempore imperatum 2, 23. Iniquo suo tempore 5, 51. — opperiri tempora sua 1, 56. — si Ardeates sua tempora exspectare velint 4, 7. — suo maxime tempore et alieno hostibus 42, 43. Instructa (*acies*) — suo stare loco 9, 37. — eam quoque (*viam*) clausam suo obice — inveniunt 9, 2. — æstu suo Locros trajecit 28, 40. In aliena victoria suam prædam faciunt 32, 14. — suaque habere jussit 34, 21. — ut, quod sui (*al.* suum) quisque cognosset, prehenderet 29, 21. Suis quemque stimulis movere 35, 12, *i. e. argumentis cuique aptis, accommodatis.* Quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant. Quum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminentes 21, 32. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 27. Quantum non meritis tantum *ejus*, sed beneficiis etiam *suis* deberi etc. 42, 11. Ne quis quem civitatis mutandæ caussa suum faceret 41, 8. *vid.* mancipium. Quam (*Asiam*) jam ex parte, sub specie liberandarum civitatium, suam fecerint 44, 24. Amicis quisque suis — scribebant 33, 45. Feroces et suopte ingenio, et pleni adhortantium vocibus 1, 25. Ne suamet plebi jam nimia libertas videretur 3, 57. Velut capti ab suismetipsis præsidiis 8, 25.

SYNEDRI 45, 32. Senatores, quos synedros vocant, legendos.

TABELLA 43, 16. Censores extemplo in atrium Libertatis ascenderunt: et, ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, et dimissis servis publicis etc. Laureatas tabellas (*victoriæ nuncias*) populo ostendit 45, 1. *paullo ante dicuntur* laureatæ litteræ. Tabellæ scriptum habentes 45, 12.

TABERNACULUM 22, 42. Fugam hostium adeo trepidam, ut, tabernaculis stantibus, castra reliquerint. Nautici tabernacula detendunt 41, 3. Tabernaculum regium 24, 40. *cf.* 28, 14. Introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit 45, 7. (*de tabernaculo consulis in prætorio.*) Quod — patrum recte tabernaculum cepisset 4, 7. *pro* recte *H. Valesius malebat* rite. *Enim vero sic et Cicero de divinat.* 2, 35. Tabernaculum parum recte capitur, *scil. a consule comitia habituro, et in tabernaculo extra urbem auspicaturo; quum quidem in tota re ille aliquid facit contra disciplinam auguralem. vid. apud eundem Ciceronem ibid.* 1, 17. *cf. Tacit. Annal.* 2, 13. *ibique Intt.*

TABES 21, 36. Per fluentem tabem liquescentis nivis ingredi. *i. q.* tabum, *humor fœdus et lutulentus e nive liquefacta.* Per tabem tot annorum (*in arca*) omnibus absumtis 40, 29. Per cumulos corporum armorumque et tabem sanguinis — sequentes hostem 30, 34. Postremo velut tabem venisse ad corpus 2, 23. *de ære alieno absumente paullatim rem familiarem.* — in urbe insidentem tabem crescentis in dies fœnoris pati 7, 38. — cujus lentæ velut tabis senio victa utriusque pertinacia populi est 7, 22. Ea contagione, velut tabes, in Perrhæbiam quoque id pervaserat malum 42, 5.

TABIDUS 21, 36. In levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. *i. q. tabescens.*

TABULA 9, 46. Tabulam posuisse et jurasse, se scriptum non facturum. *int. librum e tabulis ceratis, quem scriba apparens magistratui gestabat, ut in eum referret, si quid ille scribi jussisset.* Ut illa — ex illis tabulis cerave recitata sunt 1, 24. Ut prima inter primos nomina sua vellent in tabulis publicis esse 26, 36. Lex de tabulis novis 32, 38. *de remissione æris alieni, vel universi, vel ex parte, propter quam aliter scribi tabulæ acceptorum et expensorum debebant.* Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa 40, 52.

TABULARIUM. Vid. *tabella.*

TABULATUM multiplex 32, 17. — turris quinque tabulatorum 28, 6.

TACERE 9, 6. Tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos etc. *i. e. se non exserere. vid. ad h. l. Bauer. pag.* 282. Quod quum ab antiquis tacitum prætermissumque sit 6, 12.

TACITE habere id patique statuerat 42, 16. *cf.* 5, 27.

TACITUS 1, 54. Tacitis ambagibus patuit res. *i. e. facto, quo significaretur, quid fieri vellet.* Ubi responsa aruspicum insidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt 8, 6. Comitatus muliebris plus tacito fletu, quam ulla vox, movebat 3, 47. Tacitum signum 39, 30. *per tesseram scriptam datum.* — concilium 32, 20. *non, ubi nihil orationum habitum fuit, sed, a quo nihil certi constitutum est.* — agmen 9, 21. *alibi: silens, silentio abire. i. e. clanculum, noctu. cf.* 8, 32. Nec cum quo tacita serviret 1, 47. *i. e. sine rebus novis tentatis.* Si mori tacitum oportet 40, 9. *i. e. non auditum, non defensum.* Eam contumeliam tacitus tulit 35, 19. — non patientibus tacitum tribunis 7, 1. Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt 1, 50. Vid. *ferre. cf. Stroth. ad* 2, 65. Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi, — ut tacitum feras, quod celari vis 3, 45. Tacitæ induciæ. Vid. *induciæ.*

TÆDET 1, 53. Et liberorum quoque eum frequentiæ tædere. Dum tædet vos patriciorum, hos plebeiorum magistratuum, sustulere illi animos 3, 67. Quia tædebat populum omnium magistratuum ejus anni 9, 7. Quia tædebat (*scilic.* eos) imperii Punici 21, 19.

TÆDIUM 4, 61. Tædioque inde recessum foret.

TALENTUM 23, 13. Argenti multa talenta. Decem talentis argenti acceptis 22, 31. Quum per Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus esset 44, 23. *vid. Virgil. Æn.* 5, 112.

TALIS 5, 2. Hæc taliaque vociferantes etc. *al.* aliaque. *utrumque auctoritatibus nititur. vid. Drakenborch. ad illum locum.*

TAM 2, 26. Quandoquidem non facile loquor, inquit, Quirites, quam, quod loquutus sum, præsto. *alii legunt:* non tam facile; *sed præter necessitatem. Solet enim illud* tam *tali modo omitti.* Mors, quam matura, tam acerba 7, 1.

TAMEN 1, 12. Tenuere tamen arcem Sabini. *pro utique. certe. neque enim est, quo referatur vulgari significatione sumtum. Livius vult dicere: non una est de modo captæ urbis traditio; quidquid sit, utique Sabini, quocumque modo factum sit, artem tenuere. vid. Bauer. ad h. l. pag.* 20. Nuces tamen fusæ ab Romanis castris — cratibus excipiebantur 23, 19. *indicat illud* tamen, *omissum esse prius membrum periodi concessivæ, v. c. licet intentissimam curam Pœni adhibuerint; tamen etc. Sic et* 45, 29. Assuetis (*licet*) regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.* Etsi levata usura erat; (*tamen*) sorte ipsa obruebantur inopes 7, 19. *Sic* tamen *desideratur, prægressis* licet, quamquam, quamvis, *aliis. cf.* 38, 9. *vid. Intt. ad* 22, 20. Qui, quum merito vestro vobis infestus esset, (*scilic. tamen*) et nihil a vobis ultra, quam pacem petiit, fidemque hodie pacis partæ desiderat 31, 29. Consul equo advectus suos quidem a fuga revocavit; ipse — missili trajectus cecidit 41, 18. *pro ipse tamen — missili etc.* Tamen *post parenthesin positum pro igitur, ergo, verumtamen etc.* 1, 12.

TAMQUAM 40, 9. Ita me audias, precor, tamquam si, voce et comploratione nocturna excitus, mihi quiritanti intervenisses. *vid. Drakenborch. ad* 45, 23.

TANDEM 3, 68. Quid tandem? privatæ res vestræ quo statu sunt? *plane uti Græcorum* περὶ *positum. cf.* 4, 3. Quum tantum laboris exhaustum sit, et ad finem jam operis tandem perventum 5, 5.

TANGERE 22, 46. Aliquot homines de cœlo tacti exanimatique fuerunt. Tacta de cœlo multa 25, 7. Capuæ multa in foro ædificia de cœlo tacta 41, 9. Religione tactus hospes 1, 45. Vid. *intactus.* Spiritu divino tactus 5, 22. *it. cap.* 43. — altaribus admotum, tactis sacris, jurejurando adactum (*Hannibalem*) 21, 1. *conf. Virgil. Æn.* 2, 239. Vid. *admovere.* Tetigerat animum memoria nepotum 1, 5. Numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu, quam, inter tam suspensos sociorum animos id tactum, quod insuper sollicitaret eos 23, 22. Quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violata, elataque inde essent 29, 20.

TANTISPER 1, 22. Tantisper Romani et res repetiverant etc. Tantisper certe, dum prisca illa tota mente repeto *Præfat.*

TANTUM non ad portas et murum bellum esse 25, 15. *pro propemodum. cf.* 34, 40. *vid. Drakenborch. ad* 4, 2. Quum agger promotus ad urbem, vinceæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent 5, 7. Tantum *pro tantopere* 5, 38.

TANTUMMODO 2, 29. Non id tempus esse, ut merita tantummodo exsolverentur.

TANTUS furor illo tempore gentem Ætolorum, tantusque magistratus eorum cepit! 39, 33. *in ratione reddenda efficacius dicitur omissa particula* enim, *sine exclamatione. Similiter* 22, 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. *vid. Gronov. ad* 37, 57. Tanta cum gratia, tum arte præparaverant senatores etc. 2, 30. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 112. Alterum tantum 8, 8. Vid. *alter.* Tantus bello vir 5, 44. Tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit! Tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda! 24, 5. Qui inducias (*in*) tantum temporis petant 36, 35. Per quæ populus Rom. ad tantum fastigii venerit 44, 1. *alias:* ad id fastigii: *quia in fastigio non magnitudo, sed altitudo intelligitur.* Quum tantum belli circumstaret tyrannum 34, 27. Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est 5, 26. Tantum, quod exstaret aqua 22, 2. *vid. Gronov. ad* 33, 5. Tanto in majore, quam paullo ante etc. 2, 20. Non tanta spe, scalis capi urbem posse, quam, ut — fessis laxaretur labor 6, 9. Non tantum gaudii ab recenti metu attulerunt, quam averterunt famam 38, 51. Quantum augebatur militum numerus; tanto majore pecunia — opus erat 5, 10. — quanto jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur 6, 38.

TAPETES 40, 24. Injectis tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt.

TAURUS. Vid. *agrestis.*

TECTUM 26, 10. Inter convalles tectaque hortorum et sepulchra, aut cavas undique vias. — castraque tectis parietum pro muro septa 25, 25. *si modo sanus locus.* Vid. *villa.*

TEGERE 1, 53. Qui a patrum crudelibus atque impiis suppliciis tegere liberos sciant. *i. q. protegere.* Quo (*casu*) nihil se præter errorem insidiatoris texisset 2, 13. Umbra vestri auxilii — tegi possumus 7, 30. Mago cum equitatu, tectus collibus ad tegendas insidias oppositis subsistit 25, 15. Nebula matutina texerat inceptum 40, 2.

TEGMEN 5, 38. Multosque — — graves loricis aliisque tegminibus hausere gurgites.

TEGUMEN 4, 39. Quod tegumen modo omnis exercitus fuerat. *de equitibus. cf.* 1

20. Æneum pectori tegumen. Vid. *Tacit. Annal.* 2, 14.

TEGUMENTUM 9, 19. Romano scutum majus corpori tegumentum etc. — spongia pectori tegumentum *ibid. cap.* 40. — mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis 22, 1. Arma his imperata, galea, clipeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc ut tegumenta corporis essent 1, 48. Vid. *arma*.

TELUM *dicitur de omnibus instrumentis, quibus vis infertur. Nam* 1, 40. *manifeste* securis *et* telum *synonymice posita sunt. Porro* 38, 29. *Pro* funda *dictum est.* Vid. *funda*. — saxa *quoque et* sudes 34, 15. *cf.* 31, 34. Vehementius ictu missuque telum 9, 19. Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo 21, 8. Agrestibus telis, falcibus gæsisque binis armati 9, 36. Tela et armatos tenere arcem 9, 24. Nec jam tela habebant præter gladios 38, 21. — telis uti *opponitur τῷ* terga dare 31, 35. *cf.* 9, 37. Clamore tantum missilibusque telis et primo pugnæ impetu ferox 6, 13. — nunc tela, nunc saxa ingerere 9, 35. Necessitate, quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis 4, 27. — nullum eo telum ad vincendum homini — acrius datum est 21, 44. *de animi destinatione, obstinato proposito.* Detractatio militiæ telum acerrimum adversus Patres 3, 69. Qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est 3, 55. Quandoquidem tantum intercessionem pollere placet; isto ipso telo tutabimur plebem 6, 35. Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros esse 5, 29. Telum aliud occultum scituros in tempore 9, 37.

TEMERARE 26, 13. Aræ, foci, deûm delubra, sepulchra majorum temerata ac violata. [Vid. *Perizon. Dissert. de Dict. Cret.* §. XL. *ad* V, 2.]

TEMERARIUS 25, 37. Consilium temerarium magis, quam audax.

TEMERE 7, 3. Fescennino versu similem, incompositum temere ac rudem alternis jaciebant. *nisi vero,* compositum temere, *non improbante Drakenborchio.* Quidquid sit, haud temere esse rentur 1, 59. Temere ac fortuito 2, 28. Forte temere 25, 38. *conf.* 41, 2.

TEMERITAS 22, 38. Temeritatem, præterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse. Vid. *audacia*.

TEMPERANS 26, 22. Principes graviores temperantioresque a cupidine imperii.

TEMPERANTIA et continentia libidinum 30, 14. *Sic Cicero de Orat.* 2, 60. Dicacitatis temperantiam *dixit*.

TEMPERARE 39, 10. Ab his sacris se temperaturum. — ut vix parentes ab liberis temperaverint 32, 22. Templis tamen deûm — temperatum est 1, 29. Ab oppugnatione urbium temperatum 7, 20. — urbibus oppugnandis temperatum est 10, 12. Negant se manibus temperaturos violaturosque sacrosanctam potestatem 4, 3. *cf.* 2, 23. Ratus, timore deterritos temperaturos proditionibus præsidiorum Siculos 24, 39. Quum — nec, nos temperemus imperiis, quominus illi auxilii egeant 3, 52. Tum valida, tum temperata et belli et pacis artibus erat civitas 1, 21. Suopte ingenio temperatum animum virtutibus fuisse 1, 18.

TEMPERATIO 9, 46. Ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.

TEMPESTAS cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta 2, 62. — cum magnis procellis coorta 39, 46. *in terra continente.* — atrox tempestas 21, 58. Vid. *Virg. Georg.* 1, 323. *Æn.* 3, 192. *conf. Ind. Rerum in h. v.* Tempestates fœdæ fuere 25, 7. Quo, jactati tempestate pugnæ, receptum haberent 44, 39. Vid. *portus. it.* pugna. Sustinebant tamen eam tempestatem propugnatores urbis 43, 18. (*Sturm.*) Postquam non cessere (*tribuni pl.*) nec publicæ tempestati, nec suæ invidiæ 4, 55. *i. q. periculum e bello.* Haud ignari, quanta invidiæ immineret tempestas 3, 38. Accessisse etiam novam tempestatem regno tumultus Gallici 45, 19. *cf.* 31, 10. Qui — multis ante tempestatibus ea tenuerat loca 1, 5. *cf.* 9, 29.

TEMPESTIVUS 4, 59. Additum deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere, ut stipendium miles de publico acciperet. *cf.* 5, 12. Tempestiva oratio. Aggressus tempestivis temporibus rem prope prolapsam restituit 45, 19.

TEMPLUM 2, 1. Sub tutela inviolati templi etc. *de asylo.* Intra terminos sacratos templi 45, 5. Ut Jovis templum — monumentum regni — relinqueret — et ut libera a ceteris religionibus area esset — exaugurare fana sacellaque statuit 1, 55. Ad inaugurandum templa capiunt 1, 7. Occupant tribuni templum 2, 56. *i. e. tribunal.* — rostraque id templum appellatum *(suggestum)* 8, 14. *cf.* 3, 17. *it.* 8, 35. — templum magistratus 23, 10. Templo egressus 41, 15. *pro curia. cf.* 1, 30. 37, 52. 39, 5. Jussis excedere e templo 29, 19. (*senatu.*) de templo descendit 1, 18. *de augure ex edito loco, ubi definierat regionem, intra quam auspicium fieri deberet, descendente. Nam is locus, ea regio* templum *proprie dicitur, idque* capi, *quum definitur ab augure: cujus rei ritus l. c. describitur.* Vid. *descendere. it.* tabernaculum. Templum — testis 41, 20. Valerium auspicato sortitum constat, quod in templo fuisset 41, 18. Templa augusta 1, 29. Vid. *augustus*. Augustissimum ac celeberrimum templum 42, 12. Ruinis templorum templa ædificantem 42, 3. Vid. *fanum*.

TEMPUS 5, 7. Longi temporis opus. *de historia, quæ longi temporis res gestas complectitur.* — tempora harum rerum 6, 12. *i. e. res his temporibus gestæ. alias tempora pro ipsis rebus dicuntur.* Constantiores nos tempus diesque facit 22, 39. Quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret 7, 12. Tempore tuo pugnasti 38, 45. *i. q. opportuno tibi.* vid. *suus.* Non pugnandum cum infesto tempore anni 43, 22. Et tempore improvise ex montibus signa etc. 10, 14. *i. e. in tempore, opportune.* vid. *Intt. ad h. l.* Tempus est, etiam majora conari 6, 18. *cf.* 21, 54. *it.* 30, 4. — tempus exsurgendi ex insidiis et aggredi hostem 27, 41. Tempus agendæ rei 1, 47. Nec gloriandi tempus adversus unum est 22, 39. *i. e. locus, conditio. Sic καιρός.* Tempus comitiorum appetebat 25, 2. Quum inter omne tempus (*scil. supplicii*) pater vultusque et os ejus spectaculo esset 2, 5. Forte quadam utili ad tempus 3, 64. *pro ad id tempus. cf.* 31, 24. *eodem modo* sub tempus (*scilic. comitiorum*) *dicitur* 1, 35. Tempus autumnale 25, 26. Primo quoque tempore 42, 8. vid. *quisque.* Ut tempora postulabunt belli 24, 8. Post tempus ad bella ierunt; ante tempus — revocati sunt; in ipso conatu rerum circumegit se annus 9, 18. Ut Potitii ad tempus præsto essent 1, 7. Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos etc. 5, 39. *Vid.* dies. *it.* momentum.

TEMULENTUS ex convivio 41, 4. — per quam (*In diem*) temulento agmine comissabundus incessit 9, 17.

TENAX 39, 25. Ut equum tenacem, non parentem, frenis asperioribus castigandum esse. Pondere tenacior navis 28, 30.

TENDERE 4, 8. Et tribuni — ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haud sane retendere. Summa vi ut tenderent 32, 32. *i. e. perficere conarentur.* — si pertinacius tendent 5, 9. Quod tanta vi, ut liceret, tetenderant 6, 34. Se tendere nihil ultra, quam ut, si se dignum provincia ducerent, in eam mitterent 10, 24. Si adversus consensum amplissimi ordinis ultra tendant 4, 26. *cf.* 5, 9. Alii primo audaciter negantem, postquam in conspectum adductus sit Xychus, non ultra tetendisse — — adfirmant 40, 55. Si — captæ civitati leges imponere tendent 6, 38. Dum evadere tendunt 10, 1. — quo tenderent cursum 23, 34. Tendendo ad sua quisque consilia 4, 31. In adversum ventum nequidquam tendere 40, 4. — tendebant in diversam sententiæ 36, 10. Supinas tendens manus 3, 50. Omnes (*legati*) manus ad consules tendentes — procubuerunt 7, 31. In prætorio tetenderunt Albius et Atrius etc. 28, 27. *i. e. eo usi sunt, tamquam suo tentorio. cf.* 25, 6. Ut in iisdem castris tenderet 44, 13. Locus (*illis*), in quo tenderent, in castris est mutatus 25, 6. (*pœna militaris.*) Campi quoque partem, ubi eques tenderet, amplectebantur 44, 5.

TENERE 30, 35. Tenente omnia equitatu. *i. e. non deserente, sed urgente. cf.* 28, 43. Cujus (*Numæ*) ego caput teneo 1, 18. Tenuere ad Mendin 31, 45. *i. q. ibi constitere.* — hi — tenuere dextrum cornu 1, 27. Tenuit imber continens per totam noctem 23, 44. *i. e. duravit. cf.* 2, 3. vid. *Duker. ad* 4, 7. Ne vos falsa opinio teneat 1, 28. Nondum hæc, quæ nunc tenet seculum, negligentia deûm venerat 3, 20. Per aliquot dies ea consultatio tenuit 2, 3. Tenet consultatio 33, 22. — tenuit eum consultatio 35, 42. *i. e. morata est, impedivit in agendo. cf.* 3, 26. 27, 5. 35, 42. Tenuit impetum ejus fama lemborum vastantium maritimam oram 44, 30. Pace obnoxia tenere populum 6, 28. *i. q. in potestate habere.* Istum juvenem domi tenendum sub legibus 21, 3. Quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset 7, 25. Virtute regnum tenere 4, 3. *i. e. obtinere.* — diique et homines Romani tenuerint Capitolium 5, 51. *pro retinuerint.* In forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa Deûm arcemque, solam belli speciem tenentem 5, 41. Tenuere tamen arcem Sabini 1, 12. *i. q. occupavere, obtinuere.* Se patris sui (*regis*) tenere sedem (*in curia*) 1, 48. Proconsules, sicut priore anno tenuissent, obtinere eas provincias jusserunt 29, 13. Tenere vestigia 29, 32. — tenuit ales captam semel sedem 7, 26. Tenet nomen 1, 17. *i. e. in usu est, obtinet.* — fama tenet 1, 18. vid. *fama.* Nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit 22, 17. *cf.* 25, 20. Sinum tenuisse 32, 15. — regionem tenere 30, 25. *cf.* 22, 22. *i. e. eo pervenire.* — montes — Sabini petebant et pauci tenuere 1, 37. Ex Italia profecti — — portum tenuerunt 44, 1. Et quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam 43, 13. *i. q. impedit, vetat. itaque pro* dignis *recte legi vult Drakenborchius cum Creverio* indignis. Gallos — miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit 5, 39. *pr.* sustinuit. *Sic mox eod. cap.* Tenuit Æmilia lex violentos illos censores 9, 34. Duos tamen cum eo pudor tenuit 2, 10. Multa, quæ non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, (*Perses*) admirando rerum successu tenuisse 42, 11. Ne quid ferretur ad populum, Patres tenuere 3, 29. *i. e. eo rem deduxerunt, perfecere, ut ne etc. cf.* 4, 30. *it.* 24, 19. Magno certamine cum prætore habito tenuerunt caussam 39, 8. *i. q. vicerunt.* Aliud integer populus — aliud forensis factio tenebat 9, 46. In æterno se ipsa teneret servitio 4, 35. — in eo fœdere teneantur 1, 52. *i. q. comprehen-*

dantur. *cf.* 24, 29. Quod constanter vetus decretum tenuissent 42, 6. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit (*retinuit*) juventus 7, 2. Ut, quod tributim plebs jussisset, populum teneret 3, 55. *i. e. obligaret.* — quanta universos teneat Macedonas formula dicta 45, 30.

TENOR 5, 5. Brevis profecto res est, si uno tenore peragitur. — uno tenore fidem coluisse 22, 37. *cf.* 22, 47. *it.* 23, 49. Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi 7, 40. Tenorem pugnæ servabant 30, 18. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima sit 41, 15. Obstinatos tamen eodem consiliorum tenore ætatis reliquum extraxit 22, 15. Sinceram ejus fidem æquali tenore, egregiamque operam in bello fuisse 44, 13.

TENTARE 26, 28. Tentata est spes triumphi magis, quam petita pertinaciter. — tentare spem pacis 21, 12. *i. e. periculum facere, an pacem consequi possis.* Adversus hos tentare magis quam tueri libertatem 6, 18. Silentio nequidquam per præconem tentato 8, 33. *i. e. num effici possit, ut sileant.* Tentare sermonibus perplexis 40, 5. *i. q. experiri per ambages, quo animo sint.* *cf.* 26, 24. Mens in Africam trajiciendi, nulli ante Scipionem duci tentata 29, 26. vid. *Gronov. ad h. l.* Urbis tentandæ conatu abstitit 63, 5. — tentare munitiones 9, 35. — frustra tentatis mœnibus Alexandriæ 45, 11. — tentata verius pugna, quam inita 22, 19. — cujus ut prius nosceret vires, quam periculo ultimo tentaret 7, 23. *cf. ibid. cap.* 32. Tentata paullisper intercessio est ab tribunis plebis 9, 8. *i. e. cœperunt dicere, ex quibus intelligeretur, eos cupere intercedere, ut viderent, quomodo acciperentur, et an tuto intercedere liceret.* Tentari patientiam, et tentatam contemni 1, 32. Ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta — demittere sese posset 21, 36. Tentatum ab L. Sextio — ut rogationem ferret — per intercessionem collegarum — discussum est 4, 49. *pro quod ab L. S. tentatum fuerat, id — id vero etc.*

TENTATIO 3, 38. Tentationem eam fore abolendi sibi magistratus. — tentationem eam esse credens perseverantiæ suæ 4, 42. *cf.* 9, 44.

TENUIS 2, 3. Nec ii (*adolescentes*) tenui loco orti. In rebus asperis et tenui spe etc. 25, 38. Vid. *humilis. it.* Tiberis.

TENUS 21, 54. Et erat pectoribus tenus aucta (*aqua pervadenda*) nocturno imbri. — urbium Corcyræ tenus 26, 24. Et inde Antio atque Ostia tenus Samnites 9, 19. Vulneribus tenus 41, 20. Per aquam, ferme genu tenus altam 44, 40.

TEPOR 41, 2. Ad primum teporem solis.

TERERE 6, 8. Ne in opere longo sese tererent. — ut in armis terant plebem. *ibid. cap.* 27. — cunctando tempus terere 29, 24. Quo purius frumentum tereret 42, 64. Otium conviviis comessationibusque inter se terebant 1, 57. Jurgiis sæpius terunt tempus, quam consiliis 3, 51.

TERES 21, 8. Missile telum hastili abiegno, et cetera tereti.

TERGEMINI. Vid. *trigeminus.*

TERGERE tentoria 26, 51.

TERGIVERSARI 2, 23. Consules ipsos tergiversari. Tergiversari res cogebat 2, 27.

TERGUM 8, 55. Tergo ac capite puniri. — terga adgredi 32, 30. *pro hostem a tergo.* De tergo plebis Romanæ 2, 35. Fugeris etiam honestius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra patriam 7, 40. Ut Fidenatium nuda terga invadant 1, 27. Terga vertunt *ibid.* Insignis inter conspecta cedentium pugnæ terga 2, 10. Versisque in Valerium Etruscis terga cædit 2, 11.

TERMINARE 32, 4. Immensa planicies, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. *i. e. finem perspicere. nostri: übersehen.* Fana omnia, quod ea hostis possedisset, restituerentur, terminarentur expiarenturque 5, 50. *i. q. fines fanorum ab auguribus pro more designarentur.* Ad agrum publicum a privato terminandum 42, 1. *pro terminis separandum.* Terminare jussi, qua ulterior citeriorve provincia servaretur 32, 28. Vid. *amplexus.*

TERMINUS 21, 44. Circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus; neque eos, quos statuit, terminos observat. Eo bello terminos populi R. propagari 36, 1. Intra sacratos terminos templi 45, 5.

TERRA, quam matrem appellamus 5, 54. — urbs Roma — terra Italia 42, 29. *cf.* 30, 32. *it.* 39, 16. — Africa 29, 28. — Hispania 38, 58. — Pharsalia 33, 6. Donec hostis in terra Italia esset 25, 7. In media hostium terra 23, 12. (*Italia.*) Ad maxime inclytum in terris oraculum 1, 56. Medeone Labeatidis terræ Pantauctus regi Illyrio occurrit 44, 23. Has terras ceperunt. Duratos eos exasperatosque accepit terra, quæ copia rerum omnium saginaret 38, 17. Ratem — a terra (*ripa*) in amnem porrexerunt 21, 28. Auxilium Romanorum terræ, ob nimiam cultorum fidem in Romanos, laboranti orant 21, 52. Ad eos Murgantinæ desciverunt terræ 26, 21. Cœlum ac terras miscere 4, 3. Karthaginienses principes terrarum 29, 17. — populi principis terrarum omnium legatos 42, 39. — principi orbis terrarum populo 34, 58. *cf.* 28, 41. [Alia terræ celavimus 5, 51. *in terra.* vid. *Schelleri Observat. in Livium pag.* 308.] Ipse terrâ eodem — pergit 31, 16. *Oppos.* classe. *cf.* 29, 18. vid. *nefastus.* vid. *arare.*

TERRENUS 38, 20. Terrenos et placide acclivos ad quemdam finem colles esse. *paullo post:* unum (*iter*) medio monte, qua terrena erant. *opponuntur saxosis montibus ac rupibus.*

TERRERE 7, 34. Territus animi.

TERRESTRIS. Vid. *amœnitas.*

TERRIBILIS 44, 10. Trepidos intra mœnia compulit. Jamque ipsi urbi terribilis erat etc. Majora ac terribiliora vero afferre 25, 24.

TERRICULUM *et* TERRICULA 5, 9. Sine tribuniciæ potestatis terriculis. Nullis minis, nullis terriculis se metos 34, 11. *i. q. terriculamenta.*

TERRITARE 2, 26. Sabini Romanos territavere; tumultus enim fuit verius, quam bellum. — missilibus territavere 28, 33. Tribunicium domi bellum Patres territat 3, 24. — finis et Gallis territandi et pavendi Romanis fuit 21, 25. — minis territare 8, 28. Ultro ex stationibus ac vigiliis territant hostem 3, 28. Nequidquam territando consules avertere plebem a cura novarum legum 4, 1. Nervo ac vinculis corpus liberum territent 6, 11.

TERROR judiciorum 29, 36. — populationum 21, 57. — nominis nostri 5, 6. — belli 3, 68. Terror externus 3, 10. — peregrinus 3, 16. — servilis *ibid.* — anceps 28, 19. — equester 6, 12. *cf.* 9, 21. — terrores cœlestes maritimique 29, 27. Ratus, vel terrore ceterarum expugnatarum, vel beneficio præsidii dimissi — non ultra in pertinacia mansuros 36, 10. Tantus ejus magistratus (*dictatoris*) terror erat 6, 28. Perseus — in magno terrore erat 44, 32. Haud paullo ibi plus, quam quod secum ipsi adtulerant, terroris fecerunt 41, 2. Nihil ad vocem cujusquam terroremque (*minas*) motus 5, 46. Deme terrorem Romanis 1, 12. Ut — terrorem — Latinis injiceret 1, 51. Aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris 10, 14.

TERTIUS 43, 15. Lepidus princeps (*senatus*) ab tertiis jam censoribus lectus. *cf.* 6, 27.

TESSERA 7, 34. Tesseram dari jubet. — extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat 9, 32. *cf.* 27, 46.

TESTARI 37, 56. Testante fœdera Antipatro. *i. e. ad ea provocante.* Obtestansque deûm et hominum fidem testabatur 2, 10. *i. q. declarabat. cf.* 31, 13. — consulibus deos hominesque testantibus 4, 53. *cf.* 3, 72. vid. *Virgil. Æn.* 12, 581. Ego vos (*deos*) testor, populum etc. 1, 32. Jovem Martemque atque alios testatur Deos 9, 31. Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 2, 154. Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita 26, 24. Quum — immemor in testando nepotis decessisset 1, 34. *de testamento.*

TESTATIO 8, 6. Inter fœderum ruptorum testationem. *quum quidem deos testes invocaret, violata esse fœdera.*

TESTIS 3, 71. Editis testibus. *i. e. auditis testimoniis: certe provocatio ad testes nominatos intelligenda est. Sic et* 25, 3. *ult.* testibus datis *accipiendum.* Jovem testem facis 1, 32. Testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices etc. 2, 23.

TESTUDO *castrensis quid sit?* 44, 9. *hæc proprie dicta, cujus ante Livium meminit Polybius in Excerptis.* vid. *Vales. ad Ammian.* 16, 12. *p.* 146. *de altera testudine* vid. *Liv.* 10, 29. *it.* 41. *cf. cap.* 43. Testudine ad portas successit. *it.* 44, 9. Fastigatam *(per scuta)* testudinem faciebant.

TETERRIMUS 4, 3. Decemviris — teterrimis mortalium — similes consules sumus habituri? *i. e. crudelissimis, nocentissimis.* Vid. *Drakenborch. ad h. l.*

TETRADRACHMUM 34, 52. *i. q. quatuor denarii.* vid. *Clav. Ciceron. in h. v.*

TETRICA ac tristis (*disciplina*) veterum Sabinorum 1, 18. *conf. Virgil. Georg.* 2, 532. *Æn.* 7, 713. 8, 638.

THENSA 5, 41. Quæ augustissima vestis est thensas ducentibus. vid. *Bauer. ad h. l. pag.* 199.

THESAURUS 29, 18. Nec ante (*dea*) desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit.

THORAX. Vid. *lorica.*

TIBERIS 1, 4. Super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis. Fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet 2, 5. *conf. Virgil. Æn.* 2, 782. Fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant 1, 3.

TIBICINES 1, 43. Cornicines tibicinesque 9, 30. *cf.* 7, 2. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.*

TIGNUM 5, 54. In superficie tignisque caritas nobis patriæ pendet?

TIMERE 4, 25. Famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam — frumenti caussa misere. Timens sciscitari, uter Porsena esset 2, 12.

TIMOR 2, 39. Externus timor, maximum concordiæ vinculum, quamvis suspectos infensosque inter se jungebat animos. Metus a Romanis — timor a principibus 45, 26. In timore civitas fuit — ea moliri Pœnos 32, 26.

TIRO 21, 43. Pugnabitis cum exercitu tirone.

TIROCINIUM 9, 43. Malo tirocinio imbuendum Samnitem. *paullo post* novæ copiæ *dicuntur i. e. tirones.* Quum contemtum tirocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum possit 40, 35. *antea:* novæ legiones. Galba si in L. Paullo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiæ dare voluit 45, 37. Senatus quum — simul et tirocinio et perturbatione juvenis (*Demetrii*) moveretur 39, 47.

TITULUS 26, 25. Adhiberentque humatis titulum. — aram cum ingenti rerum ab se gestarum titulo Punicis Græcisque litteris insculpto 28, 46. Quæ titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa (*arca*) 40, 29. Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque, et triumphus, æquo animo legetur 10, 7. Insignes imaginum titulos claraque cognomina familiæ fecere 30, 45. *cf.* 36, 40. — augentes titulum imaginis posteri 22, 31. Par — titulo tantæ gloriæ 7, 1. — quidquid umquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit 25, 29. Specioso titulo uti vos — Græcarum civitatum liberandarum 35, 16. Cum patre suo gerentes bellum Romanos speciosum Græciæ liberandæ tulisse titulum 42, 52. *cf.* 31, 15. *it.* 45, 11. — sub titulo prima specie non atroci 2, 56. — sub titulo æquandarum legum 3, 67. Quum, qui prior auctor tam sævi exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit 24, 18. — quem tandem titulum nostra calamitas habitura est? 45, 22. Quem titulum prætenderitis, prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum belli 37. 54. Titulus bona hostiliter vendendi 2, 14. Litteræ cum privati nominis titulo missæ 45, 4. *i. e. Perseus, non Rex P.* Nisi in trajectu forte fluminis prohibendo, aliquarum navium concursum in majus, ut fit, celebrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere 4, 34. Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa 40, 52.

TOGA 24, 38. Quum toga (*rejecta*) signum dedero. — quos — toga picta — honoraritis 10, 7. Vestimenta exercitui deerant — mille ducentæ togæ — et duodecim millia tunicarum missa 29, 36. *fortasse* saga *legendum.*

TOGATUS 3, 52. Non pudet, lictorum vestrorum majorum prope numerum in foro conspici, quam togatorum etc. *i. e. civium honestiorum, quum plebs infima singulis vestimentis, h. e. tunicis, uteretur. cf.* 9, 25. Rogatus, ut — — togatus mandata senatus audiret 3, 26. Sicut mihi dederunt (*dii*) armato, togatoque, ut vos — defendam 6, 18.

TOLERABILIS 10, 45. Quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset. *i. e. quomodo occurri potentiæ Etruscorum potuisset. cf.* 28, 16. Quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit 7, 2. *de ludis.*

TOLLERE 40, 47. Quum ignes nocte turribus sustulissent. Equite, ut singulos e juvenibus pedites secum in equos tollans 41, 3. Tempus, quo ipse (*Faustulus*) eos (*Romulum et Remum, expositos*) sustulisset 1, 5. Patrum ac plebis certamina — sustulere illi animos 3, 67. — seditio — deinde defectio Indibilis animos ejus sustulerant 28, 36. Dictator laudibus legati militumque — — simul audientibus laudes meritas, tollit animos 7, 7. Romanos, omni cura vacuos, quum Ætolorum gentem sustulissent, omnibus copiis in Asiam trajicere 36, 26. *i. q. vicissent, debellassent.* Ut SCtum in se factum tolli juberent 42, 9. Sublatis rebus commigrant Romam 1, 34. Ille tamen dies est intercessione sublatus 10, 9. Quod satis erat, in usum sublato, ceterum omne incensum 22, 20. *absolute dictum.*

TORMENTUM 24, 34. Missa tormento tela. Tormentis quoque quum laceraretur 21, 2. In tormentis moribus 40, 23.

TORPERE gelu 21, 56. Torpebat vox spiritusque 1, 25. Torpent consilia subita re 1, 41. *i. e. non occurrunt.*

TORPESCERE 23, 9. Quid tot dextræ? torpescentne in amentia illa?

TORPIDUS 7, 36. Torpidos somno insuper pavore exanimat. *cf.* 25, 38. Quod malum — quum stupore ac miraculo torpidos defixisset 22, 53.

TORPOR 9, 2. Stuporque omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet.

TORQUERE 40, 24. Poculo epoto — — coortis doloribus — — torquebatur.

TORRERE 35, 5. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æstus corpora. *Itaque Perizonius* 44, 38. *pro* militem torrentem meridiano sole *legi volebat* torrente.

TORRENS 33, 18. Ad ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis. *paullo post* amnis *dicitur. Apud Virgilium sunt* torrentia flumina. *est enim* torrens *proprie adjectivum: ut* serpens *scil.* bestia, *e. i. g. a.* Descensus ripæ utriusque in *alveum* 300 ferme passuum erat: *medium spatium torrentis,* alibi aliter cavati, paullo plus etc. 44, 35.

TORRIDUS 4, 30. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque. Pecora — torrida frigore 21, 32. Membra torrida gelu 21, 40.

TOT tam opulenti tyranni regesque 25, 24. Tot ac tam potentibus populis 8, 12. vid. *Drakenborch. ad* 5, 54. Inter tot tam effrenatarum gentium arma 21, 9. *ad q. l.* vid. *Bauer. pag.* 10. Cujus vitia vitæ tot (*quatuor*) horis expromi non possent 45, 37.

TOTIES 6, 15. Non adversus Volscos toties hostes, quoties Patribus expediat — dictatorem, creatum esse. *Sic* semper auctores *et alia dici supra notatum est.*

TOTUS 25, 16. Toti a patiendo exspectandoque eventu in impetum atque iram versi. Multitudo tota Antiochi erat 35, 3. Vid. *Gronov. ad illum locum.* Toti plebis fuissent 3, 59. Totumque, quod ad Sardiniam pertinebat 41, 6. In totam penitus aciem (*terror*) pervasit 8, 9. Totis viribus aggressus urbem 21, 14.

TRABEA 1, 41. Servius cum trabea et lictoribus prodit.

TRACTARE 44, 13. Tractatæ conditiones amicitiæ. Consilia tractabantur 33,

31. — consilia tractatu dum 35, 32. Quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret 23, 28. Seditio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur 5, 12.

Tractatio 45, 18. In quibus præsens tractatio rerum certiora subjectura erat consilia.

Tractus 3, 28. Qui tractus castrorum quæque forma esset. — tractos maris 28, 30.

Tradere 36, 24. Majus victoribus gaudium (*Damocritus*) traditus fuit. Vid. *manus*. Traditur ad supplicium 24, 5. *Bauer. ad h. l. pag.* 106. *leg.* trahitur. Illi sacra — nobis facienda tradiderunt 5, 52. Tradere equos in fluctuantem aciem 6, 24. *pro immittere equites, si quidem vera lectio est.* Convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse 5, 21.

Traditio imperii 41, 15.

Traducere 36, 3. Regem Antiochum in Europam ad bellum gerendum traduxisse. *i. e. movisse, ut transiret in E.* Populum omnem Albanum Romam traducere in animo est 1, 28. Ante currum (*triumphalem*) traducti 33, 23. — traducti sub jugum 9, 6. In Etruriam traducto exercitu 10, 37. *cf.* 9, 39. Quæ manus — Perrhæbiæ saltum — traducta *ibid. pro* in *P. saltum: quam voculam Gruterus præter necessitatem putat excidisse.* Lilybæum classe traducta 29, 24. — instructasque copias flumen traduxit 22, 45. In concionem traducti legati 45, 2. *i. q. producti.* Diem — consultando traduxerunt 9, 32. *cf. cap.* 3. Vestros liberos traductos per ora hominum 2, 38. Traductis in sententiam ejus 44, 40. Ad eosdem deos — merita dona populi Romani traducit 45, 39. (*de triumphante.*) *de victimis potissimum intell., de quibus paullo post.*

Tragicus 1, 46. Tulit enim et Romana regia sceleris tragici exemplum.

Tragula 26, 5. Undique in eum tragulæ conjectæ.

Trahere 26, 5. Hannibalem diversum Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ. Ut naves onerariæ comprehensæ Lilybæum omnes traherentur 29, 24. Pervicit — ut dejecto Fabio (*petitione*) fratrem traheret 39, 32. *i. e. ad consulatum perduceret, efficeret, ut consul crearetur.* Mora, qua trahebatur bellum 9, 27. — res lentius spe trahebatur 30, 16. — belli trahendi caussa 5, 11. — traxerat tempus 44, 10. Scipio trahens exercitum gravem jam spoliis multarum urbium 30, 9. Ferocissimum ex iis (*elephantis*) irritatum ab rectore suo — traxisse gregem 21, 28. Legati urbem ingressi sunt, ingentem secum occurrentium prosequentiumque trahentes turbam 45, 2. Mulierum ac spadonum agmen (*Darium*) trahentem 9, 17. — impedimentum majus quam auxilium traheret 9, 19. — fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus 1, 25. — fessa ægre trahentes membra 22, 2. Pœnus — expertum omnis juris et conditionis et linguæ prope humanæ, militem trahit 23, 5. Auctores utroque trahunt 1, 24. — in diversum trahunt 25, 11. — trahere ad meliora responsa 8, 21. *i. e. responsa in melius interpretari.* Trahere in prodigium 44, 37. Dictatoris acies alienam (*magistri equitum*) pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet? 9, 40. — nisi partem petendo totum traxeris? 6, 40. *conf. Tacit. Annal.* 2, 18. In hoc me longa vita et infelix senecta traxit, ut exsulem te — viderem? 2, 40. — Servilius exigua in spe trahebat animam 3, 6. Trahere rem ad hostes *dicuntur, qui deditionem et volunt et perficiunt. Sic* 23, 8. *cf.* 24, 2. plebs ad Pœnos rem traheret. Tempore illi præcepto, at hi numero avium, regnum trahebant 1, 7. *scil. ad caput factionis suæ.* Captæ decus Nolæ ad consulem trahunt 9, 28. *i. q. ad eum auctorem referunt.* Aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos 42, 44. Adversus amentiam eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant 42, 17. Quo traxit fortuna temere facinus 2, 12. — Tusci fere omnes consciverant bellum, traxerat contagio proximos Umbriæ populos 10, 18. *cf.* 26, 1. *it.* 42, 44. Multitudinem credens trahi spe posse 44, 26. Invitatio benigna in vinum traxit 40, 7. Trahique magis, quam vellet, in arcanos sermones est captus 42, 17. Neminem — sæpius, quam Postumium in disceptationem trahebat 4, 49. Lacessere ac trahere (*hostem*) ad decernendum 21, 41. Quia apud cives partem doloris et exercitus amissi — et publica trahebat clades 25, 36. *i. q. producebat, diuturniorem faciebat.* Hoc tractus vinculo quum (*Romam*) redisset 42, 22. *i. e. nova rogationis denunciatione.*

Trajicere 31, 48. Quum una (*colonia*) direpta et incensa esset, trajecturumque id incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset. Mediam trajecit (*pars equitum*) aciem 42, 7. *i. e. perrupit.* tumultuose amne trajecto 37, 38. — amnem vado trajecit 21, 5. Vid. *Virgil. Æn.* 6, 536. — omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis 21, 26. — quem (*exercitum*) Iberum amnem trajecit 22, 39. *cf.* 26, 42. Coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere 10, 2. — legiones trajectæ 37, 2. In continentem trajectus 32, 6. *cf. cap.* 17. — Ægeo mari trajecit 37, 14. Conatu tam audaci trajiciendarum Alpium 21, 39. Bini consules cum binis exercitibus ante trajecerant 29, 26. Trajecit ferro pectus 41, 11. Missili trajectus cecidit 41, 18. Vigilem venabulo trajicit 25, 9.

Trames 2, 39. Transversis tramitibus transgressus. Vid. *obliquus*.

Tranare 21, 27. Cætris suppositis incubantes, flumen tranavere.

TRANQUILLITAS 31, 27. Tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 23.

TRANQUILLUS 28, 25. Tranquillam seditionem; jam per se languescentem, repentina quies rebellantium Hispanorum fecit. Aut tranquillum, aut procellæ in vobis (*militibus*) sunt 28, 27. In urbe ex tranquillo necopinata moles discordiarum inter Plebem ac Patres exorta est 4, 43. Nec cetera modo tribuni tranquillo peregere etc. 3, 14. *ante Drak. legebatur* tranquille. *cf.* 26, 51. Tranquilla nox 5, 42. Republica in tranquillum redacta 3, 40. Vid. *redigere*.

TRANS 8, 7. Manlii cuspis super galeam hostis Metii trans cervicem equi elapsa est.

TRANSCENDERE 9, 44. An (*Piso*) consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit etc. *i. e. omiserit*. Transcendere festinat ordinem ætatis 40, 9. *conf. cap. eod.* — transcendendo media, summa imis continuare 32, 7. Transcendentem me jam muros a capta prope urbe revocavit consul 39, 29. in urbem milites transcenderunt 44, 9.

TRANSCRIBERE 21, 26. In locum ejus (*legionis*) transcripta legione nova. Transcribi tantum recitarique eos jussurum 23, 23. *de lectione senatus*.

TRANSCURRERE 40, 40. Cum magna strage hostium, infractis omnibus hastis, transcurrerent.

TRANSDUCERE 42, 22. Transductisque Padum ager est adsignatus. Silentio noctis transductis copiis 42, 60.

TRANSFERRE 3, 68. Nisi a portis nostris mœnibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem transtulero. Ut ab portis Gabinis sub Romana mœnia bellum transferatur 1, 53. Ut trans Peneum transferret castra 42, 60. Lituo in lævam manum translato 1, 18. Pecuniam regiam translaturus in triumpho est, et in ærarium laturus 45. 37. Armorum hostilium magnam vim transtulit; nullam pecuniam admodum 40, 59. Quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus transtulit, viginti millia Albinus 41, 7. Transtulit in triumphum multa militaria signa spoliaque alia et supellectilem regiam 45, 43. Vid. *Intt. ad h. l. cf. cap.* 39. *it.* 34, 52. *et Sueton. Jul. cap.* 80.

TRANSFIGERE 5, 36. Fabius — ducem Gallorum — per latus transfixum hasta occidit. Simul verbis increpans transfigit puellam 1, 26. Ut cum armis transfigere corpus posset 21, 8.

TRANSFOSSUS 44, 11. Transfosso pariete iter in urbem patefacere.

TRANSFUGAM — nihil aliud, quam unum vile atque infame corpus esse ratus 22, 22. *cf.* 37, 39. *ubi* hostes *cum* pecoribus *comparantur. it.* 26, 12. Si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis etc. 2, 1.

TRANSFUGIUM 22, 43. Ut, quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent. *paullo ante dicuntur milites* de transitione consilium cepisse.

TRANSGREDI 10, 27. Transgresso Apennino. *si modo sanus locus.* — in Corsicam transgressus 42, 1. *cf.* 21, 5. Vid. *trames*. Inde, in Latinam viam transversis tramitibus transgressus etc. 2, 39.

TRANSIGERE 23, 32. Transactis rebus, quæ in urbe agendæ erant. Prius de prætoribus transacta res, quæ transigi sorte poterat 32, 28. Optimum visum est, committere rem fortunæ, et transigere cum Publilio certamen. Itaque in aciem copias educunt 9, 12. — nisi in primo pavore — transacta res esset 10, 41.

TRANSIRE 2, 10. Si transitum pontem relinquerent. *cf.* 21, 43. — transito amne 28, 28. Nec manere ergo, nec transire aperte ausus 1, 27. *scil. perfugæ modo*. Pedites equitesque insignes donis transiere ac transvecti sunt 10, 46. Minucium — transiisse a Patribus ad plebem — invenio 4, 16. Ut transisse in sententiam meam videri posset 44, 38.

TRANSITIO 26, 12. Famesque — nulli non probabilem caussam transitionis faceret — scortum transfugarum unius etc. Vid. *transfugium. cf.* 45, 6. Pacto transitionis Albanorum 1, 27.

TRANSITUS quosdam pretio mercatum 23, 28. Transitum ea non esse 21, 32. Transitum claudere 27, 46. Transitum exspectantes 24, 7. *scilic. per angustam viam. Nempe transitum regis. Nisi legendum* transeuntem. *Sed sic etiam Ciceroni* adventus *pro* advenientibus.

TRANSMARINUS 26, 24. Quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent.

TRANSMIGRARE 5, 24. Actio movebatur — transmigrandi Veios. Ut, relictis ruinis, in urbem paratam Veios transmigrarent 5, 50. Ut Veios transmigraremus 5, 53.

TRANSMITTERE 44, 28. Unde transmittere in Macedoniam possent. Ne in Italiam transmittant Galli bellum 21, 20. Ex Corsica subacta Cicereius in Sardiniam transmisit 42, 7. Transmisso per viam tigillo 1, 26. Navium agmen — transmittens 21, 27. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 23. In naves impositos præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit 40, 41.

TRANSNARE 2, 47. Magonem cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extemplo transnasse: ipsum Hannibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse.

TRANSPORTARE 26, 17, Exercitum — in naves impositum Nero in Hispaniam transportavit. Ne supplementum cum stipendio commeatuque ab Karthagine Hannibali transportaretur 24, 8. In eo exercitu, qui in Macedoniam est transportatus 42, 34.

TRANSVEHERE 21, 47. Ut jam Hispanos omnes inflati transvexerint utres. *cf.* 10, 46. Ut equites idibus Quintilibus transveherentur 9, 46. In eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque et spolia omnis generis transvexit 36, 40. Juno regina transvecta a Veiis 5, 52. Quadringentis ferme onerariis exercitum transvexit 29, 26. Cum omnibus copiis transvectus 42, 49.

TRANSVERBERARE 38, 22. Transverberatis scutis. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 336.

TRANSVERSUS. Vid. *trames.* Transversis itineribus 3, 7. *i. e. obliquis.* Per transversos limites superatis montibus 41, 14. *Virgil. Æn.* 5, 19. Mutati transversa fremunt, et vespere ab atro consurgunt venti.

TRANSULTARE. Vid. *desultor.*

TREPIDARE *indicat non motum aliquem simpliciter, ad capessendam rem, neque omnem tumultum illum, qui fit ante concursum, sed motum cum festinatione aliqua, sive e terrore repentino, sive quacumque alia subita re, ex qua festinatione aliquid confusionis tumultusque oritur. vide B. Patruum in Actis Eruditor. ad a.* 1743. *p.* 17. *Hinc intelligi commode possunt sequentia:* Maximam patrem ad arma trepidantes cædes oppressit 9, 37. Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa 23, 16. Ut — exercitus — haud satis decoro prœlio trepidaret 28, 19. Dum trepidant acie instruenda 34, 14. *cf.* 44, 14. *et* 38. Æquorum exercitus, tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio trepidare 9, 45. Ut — pars terga trepidantium invaderent 27, 1. Strepitu sequentium trepidante equo 1, 13. — inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu *ibid. cap.* 14. Concursu pastorum trepidantium circa advenam 1, 7. Ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis quam consulerent 21, 16. Subinde per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans 44, 6. *cf.* 28, 30. Ne in foro subitis trepidaret consiliis, et omnia temere ac fortuito ageret 2, 28. Trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse 42, 60. Terra marique trepidatur 41, 3.

TREPIDATIO 21, 25. Cum magna trepidatione et pavore omnium. Contemplatique trepidationem fugamque hostium prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur 38, 24. Quam trepidationem ubi Flaccus conspexit etc. 40, 40. Nihil trepidatione opus esse 1, 27. Ut jam ex trepidatione concurrentium turba constitit 3, 50. Ibi vero clamor jubentium referre signa ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit 42, 66.

TREPIDUS 8, 37. Trepidam civitatem excire. *i. e. ut trepida fieret, exciendo trepidam reddere.* Trepido nuncio excitatus 1, 48. — res trepidæ 34, 11. — trepidi rerum suarum 5, 11. *it.* 36, 31. In re trepida 1, 27. Re nova trepidus rex 1, 60. Trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse 42, 57.

TRESVIRI coloniam deduxerunt 40, 29. *conf. ibid. cap.* 34.

TRIARIUS 8, 8. Res ad triarios rediit.

TRIBUNAL 28, 27. Albium et Atrium sedisse in tribunali P. Scipionis. *i. e. castrensi, cespiticio.* Vid. *templum.* Tribunal Porsenæ 2, 12. Legati — in forum ad tribunal perrexerunt 45, 2. (*de victoria a Perseo reportata.*)

TRIBUNATUS 9, 46. Tribunatu ante gesto, triumviratibusque, nocturno altero, altero coloniæ deducendæ.

TRIBUNICII 3, 35. Ipse medius inter tribunicios — in foro volitare. *qui tribuni fuerant. conf.* 4, 6.

TRIBUNICIUS 2, 1. Tribuniciæ procellæ.

TRIBUNUS Celerum, in quo tum magistratu etc. 1, 59. Tribuni *dicti simpliciter pro* tribunis plebis. *Vid. Drakenborch. ad* 2, 56. *cf.* 3, 64. *it.* 9, 33. Tribuni consulares 8, 33. — tribuni mil. comitiati Rufuli 27, 36. *cf.* 42, 31. 43, 12. 44, 21. — quos sibi (*tribuni pl.*) collegas cooptassint 3, 64. Tribuni suffragio populi creati 28, 27.

TRIBUS 1, 43. Post expletos quinque et triginta tribus duplicatio earum numero, centuriis juniorum seniorumque etc. Vide *Gronov. ad h. l. it. B. Patruum ad Sueton. Jul. cap.* 13. *cf.* 3, 64. *est autem* explere tribus *i. q. dimidio numero tribuum majorem suffragatorem habuisse.* Jure vocatur tribus 5, 17. *i. e. ad eum ordinem, quem Servius instituerat.* — tribum ferre 8, 37. *pro suffragia tribus.* — tribu moti 24, 18. *cf.* 45, 15. *i. e. ut posteriori loco Livius ipse dicit, mutare tribum jussi.* Fierique se pro tribu ædilem videret 9, 46. *i. e. a tribu prærogativa.* Vid. *Gronov. ad h.l. it. in Obss.*4, 1. *vid.* describere· *it.* movere.

TRIBUTUM 45, 18. Dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.

TRIDUUM ac tres noctes (*Apollo*) lacrimavit 43, 13.

TRIFARIAM exercitum in diversissimas regiones distraxere 26, 41.

TRIGEMINUS 6, 7. Trigeminæ victoriæ triplicem triumphum — egistis. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 202. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres 1, 24.

TRIPARTITO urbem aggreditur 21, 7. — Iberum copias trajecit *ibid. cap.* 23.

TRIPUDIUM 25, 17. Armatum exercitum decucurrisse, cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suæ cuique genti assuetis *cf.* 23, 26. Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes more suo. Vid. *saltatus.*

TRISTIS 24, 9. Tristia ad recordationem exempla. Additumque inerti censoriæ no-

tæ triste senatusconsultum 24, 18. Disciplina tetrica ac tristis veterum Sabinorum 1, 18.

Tritici summa 43, 6.

Triumphare 45, 39. Triumphantes aurati purpuratique. Hi omnium primi, nullo bello gesto, triumpharunt 40, 38. Ex Hispania triumphavit 34, 46. Ex Liguribus Ingaunis triumphavit 40, 34.

Triumphus castrensis 7, 36. — triumphum clamare 21, 62. *pro* io triumphe! *exclamare*. Vid. *titulus*. Triumphum nomine cient 45, 38. Duo singularia hæc ei viro (*Publilio*) primum contigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus 8, 26. *cf.* 28, 38. — triumphus agebatur 41, 13. Triumphi — ex Hispania duo continui acti 41, 7. Papirium, tamquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore victoriam et triumphum petere 8, 33. — justissimos meritis triumphos intentari. *ibid. i. e. nunc bene meritis triumphos aliorum de se metuendos esse, denunciari*. Boiorum triumphi spem collegæ reliquit 33, 37. *i.e. de Boiis*. Vid. *navalis*.

Triumviri capitales 32, 26. *it. cap.* 42. *et* 40, 19. — mensarii 23, 21. — agrarii 27, 21. — sacris conquirendis donisque persignandis 25, 7.

Trucidare 6, 37. Nec fœnore trucidandi plebem alium (*modum*) Patribus umquam fore. Papirius — traditur — ceteros trucidatos 5, 41. *oratio* ἀνακόλουθος. Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant 41, 18. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 670. Ex ingenti captivorum numero 358 delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur, vulgus aliud trucidatum 7, 19. Servilibusque omnibus suppliciis cruciatos trucidando occidit 29, 18. *cf.* 21, 13.

Trucidatio 28, 16. Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri.

Trulla 37, 11. Trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabant.

Truncus 41, 9. Puerum trunci corporis — natum. *i. e. parum integri*. Urbs trunca (*Capua*) sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret 31, 29.

Trux ingenium 3, 54. — oratio 4, 48. — orator 34, 5. — sententia 29, 19. — cantus 5, 37. — vox 45, 10. Species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis in oculis atque in auribus fore 6, 28. Truces oculi 2, 10. Qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint 5, 2.

Tubicines. Vid. *accensere*.

Tueri castra 33, 15. *alias:* tenere 5, 51. Pecunia ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est 23, 38. Ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur 10, 26. Eodem se genere (*vitæ*) tuebatur 39, 9. *i. e. quæstum eumdem faciebat*.

Tugurium parvum 42, 34.

Tum quum maxime in hostiam intuens 40, 13. *cf.* 23, 9. *it.* 40, 32. Vid. *Clav. Ciceron. in* quum maxime. Deinde quæ tum quum maxime L. Hortensius faceret 43, 7. Si sciens fallo, tum me Jupiter O. M. etc. 22, 53. *Gronovius legi vult* tu. *Dukerus autem vindicat vulgatum*. Tum bellum et fortia consilia placeant, tunc sponsio et pax repudietur 9, 11. *cf.* 21, 36. *it.* 28, 15. Tum quoque etc. 39, 13. *pro nunc etc. Si dimicandum erit, tum* tu in novissimos te recipito 7, 40.

Tumere et queri 33, 11. *pro ira tumere, ut alibi Livius loquitur, nisi vero pro* jam tumentes *legamus* ira tumentes. *Sic* 31, 8. Vid. *Bauer. ad illum locum pag.* 201.

Tumidus 45, 23. Tumidior sermo Rhodiorum. *mira ibi ratio addita:* quod excellere inter finitimas civitates videamur.

Tumultuari cœptum est 36, 44. *cf.* 24, 21. — tumultuatum verius quam belligeratum 21, 16. Ne tumultuarentur 41, 5. *scil. Romæ, conscribendis propter tumultum legionibus*.

Tumultuarius exercitus raptim conscriptus 8, 11. *cf.* 9, 45. — castra tumultuaria raptim communierunt 28, 16. Velut tumultuario exercitu raptim ducto 5, 37. Imperatum est, ut Petillius duas legiones civium Romanorum tumultuarias scriberet 40, 26. *ibid.* ut, quairent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentque secum. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent 21, 8. *Tamen cap.* 11. prœlia *dicuntur*. Tumultuaria prœlia 27, 42. *cf.* 29, 36. *it.* 35, 4. — certamina 21, 7. Tumultuario opere 42, 63. *de muro restituto. cf.* 44, 19. Tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes 9, 36. — tumultuarius miles 1, 37. — dux 26, 37.

Tumultuose 2, 29. Senatus tumultuose vocatus tumultuosius consulitur. Adeo tumultuose excepta est (*res*) clamoribus undique et indignatione Patrum 2, 28. Quam potuere tumultuosissime 1, 40.

Tumultuosus nuncius 2, 24. Facta popularia in speciem, tumultuosa eadem 6, 14. Tumultuosa prœlia 27, 2. *cf.* 28, 15. *it.* 30, 8. *Oppos.* magna. — tumultuoso et minaci genere pugnæ 1, 14. Quod tumultuosissimum pugnæ erat 2, 10. — iter prope ipso prœlio tumultuosius fuit 42, 66. Tumultuosa turba 6, 14.

Tumultus 21, 48. Tumultu, quam re, major cædes. — tumultum magis, quam certum nuncium intulerunt castris 31, 36. Tumultus verius fuit, quam bellum 2, 26. — triarii tumultum jam in concione miscentes 8, 32. Ad crescentem tumultu jam metum seditionis 2, 45. — conticescente tumultu 22, 55. Hispania magno tumultu ad bellum consurrexit 33, 19. — provincia est in tumultu 3, 10. Tumultumque inter se majorem, quam in prœlio, edentibus 36, 19. Ita Hispaniæ rebellantis tumultu,

haud magno motu intra paucos dies conclto et compresso 29, 3. Tumultum apud alterum consulem in castris (*pulvis conspectus*) fecit 9, 43. Desperato improviso tumultu 10, 14. *i. e. impetu ex insidiis.* Quidam et a Cenomanis — tumultum ancipitem injectum, cæsaque in medio quinque etc. 32, 30. Cujus (*gentis*) secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent 9, 29. Vid. *bellum.* Ad quorum (*Gallorum*) prætereuntium raptim tumultum quum exterritæ urbes ad arma concurrerent 5, 37. Nata in vanos tumultus gens *ibid.* Lupus — agitatus — magno consectantium tumultu evasit 41, 9. Ut — equites — in hostes, quanto maximo possent tumultu, incurrant 42, 7. Vid. *ardere.*

Tumulus silvestris 27, 26. *debebat esse silvester ; sed, quantum e silentio Drakenborchii conjicere licet. libri non variant.* Nudus tumulus et asperi soli 25, 36. Loco jacente inter tumulos castra habentes 5, 48. *Drakenborchius intelligit colles ipsius urbis Romæ ; Doviatius autem sepulchra.* Vid. *clivus.*

Tunc 1, 25. Illorum tunc arma, illorum intueri manus. *pro* nunc. (*Sic* 39, 11. *ult.*) *Sed fortasse Livius e sua persona hoc dixit. conf. Bauer. ad h. l. pag.* 36. Vid. *tum.*

Tunica lato clavo 30, 17. — tunicæ versicolores 9, 40.

Turba navalis, mixta ex omni genere hominum 26, 20. Clauserant portam turbæ et turba conferta iter reliquum clauserat 39, 49. Vid. *tumultuosus.* Ingens turba circumfusi fremebant 26, 35. — tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset 43, 14. Omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit 9, 46. *cf.* 24, 48. Ne in turba quidem 5, 2. *de octo tribunis mil. cons. potestate.* Omnis turba, non habitantium modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia 29, 26. Turba scutatorum (*scilic. militum*) 8, 8. Acceptus extemplo in tumultuosam turbam, et ipse tumultum augebat etc. 6, 14. Quum circumfusa turba esset, prope in concionis modum 2, 23.

Turbare 3, 66. Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret. Ne incerta prole auspicia turbarentur 4, 6. — ne spem pacis turbare vellent 32, 36. *cf.* 29, 12. Turbantes civitatis otium 3, 48. *conf. Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 180. Permissus equitatus turbaverat ordines 3, 70. — tum quoque equites haud modice primo impetu turbavere 38, 13. *i. q. turbas dedere.* Donec territum — oculisque simul ac mente turbatum — obtruncat 7, 26. Quantum in turbatis mentibus poterat 5, 47.

Turbator 2, 16. Quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur. Vid. *bellum.* Vulgi turbatores 4, 2. *it. cap.* 48.

Turbidus 3, 40. Nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur. Arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant 10, 41. *i. e. per lucem excitato pulvere turbatam.*

Turma 8, 7. Turmarum præfecti.

Turpiter 22, 50. Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit. Vid. *Virgil. Æn.* 2, 511.

Turris 33, 48. Hannibal — ad suam turrim pervenit. *i. e. speculam s. villam in edito sitam, quemadmodum et Græci πύργον dicunt : unde πύργοι in vineis, etiam in scriptura sacra, memorantur.* vide *B. Patruum ad Sueton. Ner.* 38. E turri prætoriæ navis 37, 24. *naves turribus allevatæ apud Florum commemorantur.* vid. *Scheffer. de Re Vehicul.* 3, 1. Postquam turres excitari viderunt 43, 18. Portarum turres 44, 31. *it.* castrorum 44, 39.

Tutamentum 21, 61. Adeoque pluteos ac vineas Romanorum (*nix*) operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit.

Tutari 6, 42. Fuga se longinqua — ab hoste sese tutati sunt. *cf.* 8, 32. Egregiis muris situque naturali urbem tutantes 5, 2. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 178. Ceteros propinquitas urbis tutata est 10, 37. *cf. cap.* 46. *it.* 21, 61. Isto ipso telo tutabimur plebem 6, 35. Eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur 41, 5. Conferti in portis, obstando magis, quam pugnando castra tutabantur 40, 25. Fidem tutandam 1, 21. Metu regnum tutandum esse 1, 49. Ut suæ quisque partis tutandæ reus sit 25, 30. *h. e. ita eam curandam habeat; ut neglectæ et amissæ solus culpam sustineat.*

Tutela 1, 6. Ut dii, quorum tutelæ ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret. Fratre relicto Pergami ad tutelam regni 42, 55. Sub quorum tutela atque cura militent 24, 8. Sub tutela inviolati templi 2, 1.

Tuto in Hexapylo agmen receptum est 24, 32. *nisi cum aliis* totum *legatur.*

Tutor 1, 34. Ut — tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

Tutus 39, 19. Utique (*Fecenia*) tuto esset. *pro in tuto. Sic* 3, 45. — intervallo ac locis tutus 23, 26. Vid. *Gronov. ad h. l.* Tuta celeribus consiliis præpositurum 22, 38. Castra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hostis etc. 27, 44. Quælibet Hannibali tuta atque integra ab domo venerunt 24, 8. Ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines 25, 38.

Tuus 25, 12. Multaque millia occisa tua deferat amnis etc. *pro tuorum.* Næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur 28, 42.

Tyrannis 38, 14. Quinque et viginti talenta tyrannidem suam exhaurirent. *Sml. de terris ejus.*

Tyrannus. Vid. *exitiabilis*.

Vacare 42, 4. Quum agri Gallici — aliquantum vacaret. *i. e. sine cultoribus esset.* Vacat respublica milite et sumtu 2, 48. Cognitio vacantium militiæ munere post bellum differtur 4, 26.

Vacatio 27, 38. Qui *(coloni maritimi)* sacrosanctam vacationem dicebantur habere. — vacationes recitare *ibid. i. e. jura vacationis.* Scribere exercitum sine ulla vacationis venia 8, 20. *cf.* 24, 18. Quinquennii militiæ vacationem decrevit 23, 20. *cf.* 42, 33.

Vacuus 24, 18. Censores vacui ab operum locandorum cura propter inopiam ærarii. Omni cura vacuus 36, 26. Vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt 37, 13. — vacuis occursu hominum viis 5, 41. — per vacuum in submoto locum cuneo irruperunt 25, 3. Ut in vacuo *(agro)* vagaretur cupiditas privatorum 42, 19. Qui obsidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat 9, 13. *i. e. a cura obsidionis, ut Duherus explicat. Sed idem conjicit, fortasse legendum esse* vagus. Vacuam domum novis nuptiis fecit 1, 46. Per cædem senatus vacuam rempublicam tradere Hannibali 23, 2. Vacuam noctem operi dedere 3, 28. *i. e. non impediverunt, quo minus per noctem opus perficeretur.* Vacui pace Punica Romani 31, 1. — vacua civitate 3, 40. *i. q. quieta, pacata.*

Vadere citato equo 30, 12. — in hostem 7, 24. — in quas *(cohortes)* — victores vadunt 9, 43. — in prœlium 7, 16. Ut — — stingerent gladios, vadentes in hostem 9, 35. Armis arreptis, simul ad arma ceteros ciens, vadit 5, 47. Vadere ad hostem 22, 19. — ad subjectum arci forum 32, 25. Vadit adversus imminentem hostium aciem 9, 31. Vadentemque per intermissa custodiis loca Decium sequuti sunt — jam evaserant media castra — obviis custodiis cæsis ad castra consulis pervadit 7, 36. Quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset 1, 7. Per turbam vadens 3, 49.

Vades deserere 39, 41. *dicitur de reis, qui vades dedere de sistendo ad diem. cf.* 3, 13. *it.* 23, 32.

Vadum 38, 12. Vado superari amnis non poterat. *conf. cap.* 18. — proxima littori vada 31, 1. Vid. *destituere.*

Væ victis esse 5, 48. *ad q. l.* Vid. *Bauer. pag.* 211.

Vagari populabundum hostem per agros possi 2, 60. — duo consulares exercitus, diversis vagati partibus, omnia — evastarunt 10, 15. Cum hac — licentia per urbem *(tibicines)* vagarentur 9, 30. Manesque Virginiæ — per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto sonte, tandem quieverunt 3, 58. Aut passim, aut late vagatus est ignis, 3, 42. Ut in vacuo vagaretur cupiditas privatorum 42, 19. Lemborum — passim per Cycladas atque Ægæum vagantium mare 44, 29.

Vagus 7, 17. Multosque populatores agrorum vagos palantes oppressit. *conf.* 33, 15. Vagus paullo post equus errans per urbem cognitus 27, 16. Vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratior fuit. 3, 63. *i. e. injussu facta.*

Valere 7, 6. Num etiam in deos immortales inauspicatam legem valuisse? *i. e. vim habuisse, efficacem fuisse.* Metus ad omnes valuit 38, 28. *i. q. omnes impulit, ut etc.* In mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores jam gentes valuit 21, 60. *i. e. apud eas in auctoritate fuit.* Jus tamen gentium valuit 2, 4. *i. q. prævaluit.* Ibi crimen valuit 6, 20. *i. q. agnitum est.* Ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur 7, 30. Repentinum terrorem valiturum 44, 31. *i. q. felicem eventum effecturum.* Dum pro argenteis decem aureus unus valeret 38. 11.

Valetudo 26, 22. Oculorum valetudinem excusavit. Vid. *jocari.*

Valida civitas 3. 8. *h. e. quæ pestilentiam superaverat.* Urbs portu ac mœnibus valida 24, 2. — munitiones validiores impositæ 36, 17. Urbem — neque mœnibus neque viris atque armis validam 24, 40. *conf.* 43, 21. Neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma 21, 1. Insulam fertilem agro; viris, armis haud æque validam 28, 37. — præsidia valida 44, 35. Res Romana adeo valida erat, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset 1, 9. Tot tam valida oppida 5, 54. Tum valida, tum temperata et belli et pacis artibus erat civitas 1, 21. Multo et ætate et viribus validior 1, 48. Pedites equitesque ut validiores *(hoste)* habeamus 24, 8. Gens opibus armisque valida, 7, 29.

Vallare 9, 41. Castra vallantem Fabium adorti sunt.

Vallis 4, 46. Per supinam vallem fusi sunt. Vid. *supinus.* In aversis vallibus considere jubet 27, 41. *eamdem vocem pro* adversus *restitui vult Gronovius* 2, 31. Vallis planior patentiorque 21, 7. Vid. *æquus.*

Vallum *Græcum et Romanum quale?* 33, 5. Vid. *Polyb.* 17, 14. *it. Clav. Ciceron. in h. v.* Haud secus, quam vallo septa inhorreret acies 8, 8. *scil. ob hastas in terra fixas ab militibus, qui in subsidiis erant.* Quæ *(hastæ)* pleræque adversæ cadentes, velut vallo objecto iter impediebant 35, 30. Vallum secum portare Samnitem 10, 35. Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno 28, 39. Vid. *scindere. it.* strages.

Valva 40, 52. Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa est.

Vanitas itineris 40, 22. *i. q. iter frustra susceptum.* Qui se propalam per vanitatem jactassent 45, 31.

VANUS 34, 39. Vani ictus i. q. irriti. — vanum teli genus 31, 39. i. e. non efficax. — vana incassum jactare tela 10, 29. Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo 21, 8. In advenientis arma hostis vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit 7, 10. Ex vano habere spem metumque 27, 26. — vanam victoriam vanior irritam faceret pax 9, 9. Famam egregiæ victoriæ cum vanioribus litteris magistri equitum Romam perlatam 22, 24. Vanior jam erat hostium acies 2, 47. ubi quidem Gronovius legi vult rarior. Equestris pugna effectu, quam conatibus, vanior erat 7, 7. Vana laudibus suis oratio 4, 40, — haud vana attulere ibid. cap. 37. i. e. vera. Nihil haustum ex vano velim 22, 7. nisi legendum ex vario. vid. Drakenborch. ad h. l. it. ad 29, 23. Vana versare in omnes opiniones licet 4, 20. Quoniam primum vanum inceptum evasisset 35, 47. Nata in vanos tumultus gens 5, 37. Ne vana urbis magnitudo esset, adjiciendæ multitudinis caussa — asylum aperit 1, 8. Ut collegæ vanam fidem faceret 2, 27. Vana legatio 21, 18. Invidia vulgi vanum ingenium dictatoris corrupit 1, 27. Vanis animis et minis increpat hostem 22, 28.

VARIARE 3, 45. Variat lex caussis et personis. — fortuna 9, 18. Variante fortuna eventum 23, 5. — variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos hominum 25, 1. Quod si — nunc quoque fortuna aliquid variaverit 23, 13. Variata memoria actæ rei 21, 28. i. e. vario traditur de modo rei gestæ. Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque 22, 2. Ibi si variaret 1, 43. si suffragia primæ classis non eundem legerent.

VARIATIO 24, 9. Consules centuriæ sine variatione ulla dixerunt.

VARIE 5, 23. Quia tot annis varie ibi bellatum erat. i. q. ancipite Marte. conf. 2, 2. Varie militum versat animos, castigando adhortandoque 21, 30. conf. Virgil. Æn. 10, 368.

VARIETAS 9, 17. Varietatibusque distinguendo opere, et legentibus velut deverticula amœna, et requiem animo meo quærerem. Varietates annonæ 7, 31.

VARIUS 2, 6. Ibi varia victoria et velut æquo Marte pugnatum est.

VASA pro omni instrumento ac supellectili dicta 1, 24. Vasa comitesque meos. — vasa silentio colligere 21, 47.

VASTARE 5, 53. Vastatam incendiis ruinisque relinquere urbem. Omnia ferro ignique vastata 7, 30.

VASTITAS 8, 9. Consternatæ cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt. i. e. vacuitatem. Plus vastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet, quam adversa fecit 5, 51.

VASTUS 3, 7. In vasto (vacuo) ac deserto agro. — solitudines vastæ 6, 41. — urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes 23, 30. — nec solum modo vastum hosti relictum 10, 12. Agrestium fugâ vasti relicti agri 2, 50. Quum vasta Romæ omnia insueta solitudo fecisset 3, 52. Omnia, velut forte congregata turba, vasta ac temeraria esse 24, 48. Oppos. conferta et ordinata. Vastam incendiis ruinisque relinquere urbem 5, 53. vulgo exhibent vastatam: quæ verba sæpius confusa sunt. conf. 4, 39.

VATES 6, 12. Si quid dii vatesque eorum in futurum vident. conf. 44, 37. Animus meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, præsagit 26, 41. Cujus tantæ dimicationis vatem — Fabium haud frustra canere solitum 30, 28. Sacrificulos vatesque foro, circo prohiberent? 39, 16. cf. 25, 1.

VATICINI libri 25, 1. Quicumque libros vaticinos precationesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet.

UBER 29, 25. Imbelles, quod plerumque in ubere agro evenit, barbari sunt. Uberrimo agro, mitissimo cœlo — — mansuefacta est feritas 38, 17.

UBI 39, 19. Ubi — huc pro eo. Ubi primum — statuit. (scilic. eum locum) Curtium lacum appellarunt 1, 13. Vid. ad h. l. Bauer. pag. 23. Mirandoque, ubi illi viri essent, qui secum Veios — cepissent 5, 43. i. q. cur non amplius tam fortes essent etc. Domesticæ cladis, ubi avunculus ejus nuper — absumtus erat 9, 17. Ex olla, ubi exta coquerentur 41, 15. Hic Capitolium est, ubi quondam — responsum est, eo loco caput rerum — fore 5, 54. Ubi primum degressos tumulis montanos laxatasque sensit custodias 21, 32. Ubi primum magistratum inissent 43, 11. Ubi primum posset 42, 38. Ne ubiubi regum desiderium esset 2, 2. cf. 42, 47. Ubiubi essent 42, 57. Vid. ibi. it. locus.

UBIQUE semper. vid. semper. Tamquam non ubique dii immortales sint 42, 3.

VECORS 9, 23. Velut vecordes illati. i. q. furibundi. conf. 28, 22. Vecors impetus 7, 15. conf. 4. 50.

VECTARI per urbem 34, 3. conf. 35, 35. — id satis habitum ad fructus ex agris (navi) vectandos 21, 63. cf. 28, 42.

VECTIGAL 40, 51. Portoria et vectigalia: Liberatis vectigalibus 41, 28. Pacem petere, vectigal, quantum Philippus pactus esset, daturum Persea Romanis pollicentes 42, 62.

VECTIGALIS 23, 48. Quæ (Sicilia ac Sardinia) ante bellum vectigales fuissent. cf. 5, 10. Vectigalis (Hannibal) stipendiariusque et servus populi Romani 21, 41.

VEGETUM ingenium in vivido pectore vigebat 6, 22. eadem hæc verba leguntur 7, 4. additis his: virebatque integris sensibus.

VEHERE 22, 23. Qui (*ventus*) campis torridis siccitate nubes pulveris venit. Uno equo per urbem verum triumphum vehi 28, 9. Pecuniam — portantibus suis præcipit, parvis itineribus veherent 44, 27.

VEHICULUM 1, 59. Invecta corpori patris nefando vehiculo filia.

VEL 44, 6. Ut vel murus objici, turresque excitari potuerint. Ne Romana plebs, metu percussa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet, 2, 9. Unum vel adversus omnes satis esse 2, 44. *conf.* 5, 6. *it.* 9, 24. Cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat 36, 41.

VELAMEN 1, 32. Filo, lanæ velamen est. Vid. *lana.*

VELAMENTA supplicum, ramos oleæ — porrigentes 29, 16. — velamenta et infulas præferentes 25, 25. *cf.* 30, 36. — ramos oleæ ac velamenta supplicum alia porrigentes 24, 30. Vid. *Virgil. Æn.* 11, 101.

VELATUS 2, 54. Claris insignibus, velut infulis, velatos ad mortem destinari. Vid. *Clav. Ciceron. in h. v.* Qua (*toga*) simul — velatus processit 3, 26. Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt 24, 16. Navis velata infulis ramisque oleæ 30, 36. Capite velato, 1, 18. Capite velato filo 1, 32. Sacerdotes — suis insignibus velatos etc. 2, 39.

VELLE 3, 68. Male rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt. *i. q. malunt, uti enim* magis *ante* quam *sæpe omittitur. ita* magis *latet in* velle. *cf.* 25, 29. Ne quem eorum Ætoli recepisse velint 38, 11. *pro recipiant.* Volens propitius adesset 7, 26. Quibusdam volentibus novas res fore 21, 50. *i. e. quosdam libenter rerum novarum participes fore.* Quid sibi vellent 8, 50. Quid vobis vultis? 8, 67. Quid sibi vellet 41, 20. Quidnam sibi repentinus clamor vellet 44, 12. Vid. *auspicium.*

VELLERE vallum 9, 14. *it.* 10, 25. — omni parte munimenta vellebantur 2, 25. Vellerentque signa, et Romam proficiscerentur 3, 50.

VELOCITAS 25, 9. Velocitate corporum ac levitate armorum.

VELUM 25, 25. Libero mari vela in altum dedit. *Vid.* dare. *conf. Virgil. Æn.* 2, 136. *it.* 3. 9. dare fatis vela.

VELUTI si sensisset auditas preces 1, 12. *al. illud* si *omittunt.* Velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque in pugnam procursum est 21, 8. Pars Insulæ, velut munitissima, prodita atque alienata 24, 22. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 114.

VENA 44, 33. Quorum (*montium*) venæ in mare permanantes undæ miscerentur. *de fluvio subterraneo.*

VENALEM sanguinem habere 28, 21.

VENATIO 25, 9. Cum solito captæ venationis onere. *i. q. feræ confectæ.*

VENDERE 40, 51. Quas (*tabernas*) vendidit in privatum. Ut præconibus Latine vendendi jus esset 40, 42.

VENDITARE 3, 35. Ipse (*Appius*) medius inter tribunicios — in foro volitare, per illos se plebi venditare etc. In eo suam operam venditare concilianda gratia magis cupiit 44, 25.

VENENUM — efficacia 42, 17. Venenum urbis hujus (*discordia*) 3, 67. — tribuni plebem agitare suo veneno 2, 52. Id unum venenum (*seditiones*) eam labem civitatibus opulentis repertam 2, 44. Donum inimicorum veneno illitum fore 5, 2.

VENERABILIS vir miraculo literarum — — venerabilior divinitate credita Carmentæ matris etc. 1, 7. Si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset 1, 8. Virginitate aliisque cærimoniis venerabiles ac sanctas fecit 1, 20.

VENERARI 1, 5. Ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes (*celebrantes*), per lusum atque lasciviam currerent.

VENERATIO 5, 21. Convertentem se inter hanc venerationem etc. *i. q. precatio.*

VENIA 8, 35. Quod suis precibus negasset, ejus populo Rom. veniam dedisse. *i. q. id populo Rom. concessisset; nam* venia *h. l. est gratia, quæ fit alicui.* Vid. *Intt. ad Virgil. Æn.* 1, 519. Cum bona venia se auditurum 29, 1. *paullo post:* cum gratia imperatoris. Oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret 7, 41. In desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret 9, 14. — ad petendam errori veniam 7, 20. Veniam irarum cœlestium finemque pesti exposcunt 8, 7. Vid. *pax.*

VENIRE 42, 25. Legati venirent, speculari etc. — te ad opem ferendam aliis gloriari venisse 10, 18. Ubi ad pecuniæ mentionem ventum erat 44, 25. Si quando similis fortuna venisset 24, 40. — quam prope ultimum discrimen suis et collegæ certaminibus nuper ventum foret 10, 22. *pro evenisset.* Quæ deinde venerunt 9, 12. — si quid adversi venisset 10, 45. Vid. *B. Patruum ad Ciceron. Verrin.* 5, 6. Parum est, si, cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis 6, 40. Bis ejusdem voti damnata resp. in religionem venit 10, 37. Disciplina militaris in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat 9, 17. Abjectis armis — in fidem consulis venerunt 10, 43. — castella integra in potestatem venere 9, 38. Quam ab sano initio res — — in hanc insaniam venerit 7, 2. *Bauer. emend.* verterit. In amicitiam venimus vestram 7, 30. Ipsi in hanc necessitatem venerunt *ibid.* Quod jam in morem venit, ut sine auctoritate

publica fieret 42, 21. Priori Remo augurium venisse fertur 1, 7. Pugna jam in manus venerat 2, 46. Ut jam novis copiis veniat 5, 53. *i. q. cum n. c.* Malum ad extrema venisse 2, 44. Omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum 36, 34. Vid. *hereditas.*

VENIRE *venundari.* Vid. *corona.* Venisse libertatem plebis 5, 3.

VENTER 1, 34. Nurum ventrem ferre. (*gravidam esse.*)

VENTOSUM ingenium, quia Perseus magis auræ popularis erat 42, 30.

VENTUS versus in Africum 30, 24. — quum quid venti ,motum esset 5, 48. Venti ab utriusque terræ prealtis montibus subiti ac procellosi se dejiciunt 28, 6, Vid. *vehere.* Vid. *cadere.*

VER sacrum vovendum 22, 9. — ex pontificum jussu fecere 33, 44. Ver sacrum videri pecus, quod natum esset etc. 34, 44.

VERBENA caput capillosque tangens 1, 24. *i. e. herba e sacro loco petita.* Vid. *sagmina.*

VERBERA 8, 28. Nudari (*eum*) jubet, verberaque adferri.

VERBUM 10, 22. Ad verborum et linguæ certamina rudes. Verbo objecta verbo negare 42, 41. *i. e, sine argumento, probatione objecta, eodem modo negare.* Pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis 7, 30. Quæ (*verba*) ad concionem vocato exercitu habuit 42, 61.

VERE 3, 19. Et prope nulla spes esset vere suas hostiumque æstimanti vires. Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 290. Appellatio — ostentata tantum inanibus literis, an vera data sit 3, 56. Læto verius dixerim quam prospero eventu 22, 23. — latronibus verius, quam hostibus justis 40, 27. Te de nostra virtute dubitasse videri, quam nos de tua, verius est 7, 13. *i. q. æquius. cf.* 35, 8. *it.* 39, 27.

VERECUNDIA 1, 6. Nec ætatis verecundia discrimen facere posset. Nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat 8, 34. — verecundiam imperii habere 27, 10. Illis violandi supplices verecundiam se impositituros 36, 27. Claudium interpellandi verecundia fuit 3, 40. Si nomen hoc — — verecundiam aliquam imperatoris violandi adferre possit 45, 37. Verecundia inde imposita est senatui ex Patribus jubendi ædiles curules creari 7, 1. Quos prætereundi verecundiam crederent fore 5, 14. — verecundiâ in tali necessitate deserendi socios 23, 36. Omissa in id verecundia 37, 52. Verecundia nostra adversus regem nobis obstat 37, 54. Privatis dictatorem poscere rerum verecundiæ non fuit 9, 26. Verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum — sub hostium potestate esse 24, 42. In eam verecundiam adducti sunt 1, 21. Quæ verecundia est, vos — postulare etc. 21, 19. Seu vi, seu verecundia victus etc. 7, 8. Quum apparitor verecundia majestatis Postumium laxe vinciret 9, 10. Pro istius magistratus majestate ac verecundia 9, 34. Verecundia majestatis magistratuum 2, 36.

VERERI 39, 37. Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus; sed plus et veremur et timemus deos immortales. *conf.* 5, 6. *ult.* Non veritus (*Damocritus*) majestatem viri 35, 33. Verentibus nequidquam offendere etc. 44, 40.

VERIDICUS 1, 7. Veridica interpres deûm — cecinit. Vid. *Virgil. Æn.* 8, 271.

VERNACULI artifices 7, 2.

VERO. Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1, *pag.* 290.

VERRERE 26, 9. Matronæ crinibus passis aras verrentes. *cf.* 3, 7.

VERRUNCARE 29, 27. Uti quæ — gesta sunt — mihi populo Rom. — bene verruncent. *pro vulg.* vertant. Vid. *Gronov. ad hunc locum. Sic loquitur et Cicero de Div.* 1, 2.

VERSARE 4, 20. Vana versare in omnes opiniones licet. Versare in omnes partes muliebrem animum 1, 58. Patrum animos certamen regni ac cupido versabat 1, 17. Versare animos castigando adhortandoque 21, 30. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 368. At imperitæ multitudinis nunc indignatio, nunc pudor pectora versare 2, 45.

VERSATILIS 39, 40. Versatile ingenium (*ei*) sic pariter ad omnia fuit.

VERSICOLOR 9, 40. Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ.

VERSUS 38, 51. Omnibus ad orientem versus regibus gentibusque. *Sic et Cicero dixit* in Italiam versus. *Sed Drakenborchius ex Mss. et editionibus reposuit* versis, *quod tamen ad* regibus *relatum durius videtur.* In lapide ad meridiem versus consedit (*Numa*) 1, 18. *Etiam pro participio præter. pass. haberi possit.*

VERSUS 33, 30. Regiam unam (*navem*) inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant. *Hæc prope totidem verbis leguntur* 45, 35. *conf. Virgil. Georg.* 4, 144. Fescennino versu (*versui*) similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant 7, 2. Literæ paucorum versuum 41, 24.

VERSUTIA 42, 47. Hæc Romana esse, non versutiarum Punicarum, neque calliditatis Græcæ etc. Vid. *calliditas.*

VERTERE sententiam 43, 16. *i. e. mutare.* — necdum se (*gloria*) vertente in invidiam 2, 7. — quo majore discrimine res vertebatur 10, 39. — verso Marte 29, 3. — verso in Africam bello 29, 12. *cf.* 10, 8. — versis signis fuga effusa castra repetunt 9, 35. Veiens bellum in privatam curam, in privata arma versum 2, 49. Terga vertunt 1, 27. Exsilii causa solum vertisse 43, 2. Littus in septemtrionem

versum 29, 35. — porta in mare versa 28, 36. — tumulus est in extrema parte urbis versus a mari, viseque imminens 25, 25. — ventus versus in Africam 30, 24. Portus — ad Hellespontum versi 45, 30. Spes — Samnites in Apuliam versos — revocavit 9, 26. — decem millia sociorum — versa in Punicum bellum (*Gallia*) habuit 21, 17. — frequentis concionis modo turba in comitium et curiam versa 22, 7. Occasio in se unum vertendæ gloriæ 21, 53. — suorum ipsorum exemplum in eos versurum 7, 38. Versa est summa curæ omnis in præfectos 26, 12. *cf.* 9, 26. In quem (*Scipionem*) tum omnis civitas versa erat 30, 3. In admirationem versus 2, 13. Vertere hostes in fugam 1, 37. — adversos (*alii aversos*) vertere in hostem 34, 14. — et in hostes verterunt terrorem, fugam et cædem 5, 51. Versum est factum in maximam laudem 22, 23. *i. q. peperit eam.* Vertit auspiciorum vitium non in eventum belli (*tristem*) sed in rabiem imperatorum 8, 30. *i. e. effecit, vel præmonstravit.* Libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur 2, 3. *i. e. excitavisse eam, produxisse.* — vertit adversæ rei fama in Romanos 9, 38. Pestilentia vertit (*se*) in hominum morbos 41, 21. Jam verterat fortuna 5, 49. In bonum versuram (*se*) id prodigium 42, 20. Quæ omnia, si tamen populo foret, in capita noxiorum versura 45, 10. Quid, nisi longa vita, sicut magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ? 9, 17. Omnis ira belli ad populationem agri vertit 2, 62. *In hisce aliisque locis se est subintelligendum.* Vide *Drakenborch. ad h. l. it. ad* 10, 10. Verti ad cædem (*mutuam*) certamine irarum 1, 7. Totam (*Etruriam*) ferme ad Magonem, ac per eum ad spem novandi res, versam 29, 36. Devictorum Samnitium decus — ad legatos — est versum 9, 40. Quæque alia in deûm iras — vertunt 4, 9. *i. e. se, iras deûm excitant. pr. vertuntur.* Vertere in religionem comitia 5, 14. *h. e. in iis contra auspicia aliquid factum dicere, et propterea mala immissa reipublicæ.* Quum omnium secundorum adversorumque caussas in deos verterent 28, 11. Vertitur discrimen rerum in eventu belli 8, 27. — quia ibi summam rerum bellique verti cernebant 30, 3. — animi in eo vertuntur 32, 15. In eo victoriam verti 41, 18. Puncto sæpe temporis maximarum rerum momenta verti 3, 27.

VERTEX. Vid. *vortex*.

VERTIGO 44, 6. Rupes utrimque ita abscissæ sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit.

VERUM enim vero 4, 4. *cf.* 24, 4. *it.* 29, 8.

VERUS 8, 40. Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium rei tantæ afferre. *i. e. æquum. cf.* 2, 48. *it.* 23, 11, 32, 33. Multo verius esse, quæ sub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem, quam Philippum, habere 39, 27. Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere 40, 16. Veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos fecisse 40, 50. Vid. *nemo*.

VESANUS 7, 33. Oculos sibi Romanorum ardere visos — vesanosque vultus et furentia ora. — vesanus impetus 9, 13.

VESCI 9, 30. Restitutumque in æde vescendi jus iis, qui sacris præcinerent. Ne extis sollemnium vescerentur (*Pinarii*) 1, 7.

VESPER 45, 8. Nec præsenti credere fortunæ, quum, quid vesper ferat, incertum sit.

VESTIBULUM 25, 17. In vestibulo Punicorum castrorum. — in vestibulo urbis 36, 22. Extemplo a vestibulo curiæ — inquit 1, 48. In vestibulo regiæ 2, 12. — curiæ 2, 48. Vestibulo carceris 6, 16.

VESTIGARE 31, 19. Perfugas et fugitivos, quos inquirendo vestigare potuerint, reddidisse. *cf.* 32, 26.

VESTIGIUM 9, 17. Saltus Apuliæ — cernenti, et vestigia recentia domesticæ cladis, ubi avunculus ejus — absumtus erat. Nusquam te vestigio moveris 21, 44. Vestigia omnia foras versa vidit 1, 7, Vid. *Virgil. Æn.* 8, 210. Negantis e republica esse, vestigium abscedi ab Hannibale 27, 4. — an occurrere in vestigiis ejus? 21, 41. Quum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur 6, 32. — vestigiis instare 27, 12.

VESTIRE 32, 13. Vestiti (*montes*) frequentibus silvis.

VESTIS 5, 41. Quæ augustissima vestis est thensas ducentibus triumphantibusque, ea vestiti etc. Vid. *Bauer, ad h. l. pag.* 199. *Vid.* amplissimus. *it.* stragulus.

VESTITUS 28, 27. Corpora, ora, vestitum, habitum civium. agnosco. Vid. *cultus*.

VETARE 25, 5. Senatus absistere eos incepto vetuit. *cf.* 2, 5. Vetant mirari 1, 53. Tamquam non eadem mente pugnari vetuerit, qua pugnatum doleat 8, 31. Veta in tam prosperis rebus grates Diis immortalibus agi 23, 12. Vetando supplementum et pecuniam mitti 30, 20. Quo (*capite fæderis*) diserte vetentur cum sociis populi Romani bellum gerere 42, 23.

VETERANUS dux, fortissimus bello 7, 13. Veteranus pedes 21, 44. Legionem secundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat 42, 27. Ibi dimitti veteranos sese velle 40, 39. *h. e. qui essent emeritis stipendiis.* Veterani omnes et periti belli erant 37, 20. *opponuntur* tironibus, *suntque, non evocati, sed, qui jam multa stipendia fecerant. vid. in voc. sq.*

VETUS miles 31, 8. *Qui stipendia nondum emeruit.* Vid. *Duker. ad h. l.* — milites veteres, periti hostium belliquc 34,

17. Centuriones veteres belli periti adjecti 4, 17. *Ubi quidem Gronovius voc.* periti *ejici vult, ut* veteres belli *dicantur, quemadmodum apud Tacitum sunt* veteres militiæ : *quod nobis quidem durius videtur ; etsi Livius in multis talibus Tacito prolusit. Et pariter sic, ut editur, lectio vulgata obtinet* 34, 17. Milites veteres periti hostium bellique. Inter tot veterrimos populos tamdiu bella geritis 5, 54. Ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum 44, 16. *Nisi* ædes Scipionis *intelligendæ sint, aut de* curiis *aut de* tabernis, *quod maxime probabile videtur, capi possunt.* Vid. *Init. ad h. l.* Cum quibus prætor, cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transgressus bellum gereret ; interim M. Atilius vetus prætor etc. 42, 1. *i. q. antecessor, qui proprætor anno superiori fuerat.* Veteres (*scil. senatores*) et moris antiqui memores 42, 47. *paullo post* seniores *vocantur.* Veterrimas provincias meas — adimis 21, 44. Vid. *antiquus. it.* mos.

Vetustas *Præfat.* Scribendi arte rudem vetustatem superaturos. *Sic paullo post* antiquitas.

Vetustus 9, 19. Vetusta fœdera. Vetustissima Karthaginiensium societas 21, 11. Vetustas res scribenti — antiquus sit animus 43, 13.

Vexare 26, 2. Sempronius die dicta Fulvium, ob exercitum in Apulia amissum, in concionibus vexabat etc. *i. q. objurgabat. cf.* 10, 13. Ædificando inopem plebem vexare 5, 53. Lycii — ab Rhodiis bello vexabantur 41, 25. Vexari et subigi multo acrius 5, 2. — agmine vexato vulneribus 9, 35. Vexatis hominibus equisque 42, 55. *scil. per viæ difficultatem. cf.* 44, 5. Quos et ipsos, quum ab nulla parte hostis terruisset, locorum asperitas hostiliter vexavit.

Vexatio 43, 23. Non minore vexatione jumentorum hominumque in Macedoniam rediit. *cf.* 44, 5. Ingens ibi vexatio partis utriusque fuit 42, 66. Cum ingenti vexatione, præcipue jumentorum 43, 21. Corpus ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit 7, 10. *cf.* 44, 44. agrosque circa vexari. *i. e. spoliari.*

Vexillum 39, 15. Vexillo in arce posito comitiorum caussa exercitus eductus esset. *vid. supra in v.* exercitus. Vexilla efferri e castris jussit 10, 19. *haud dubie* signa *sunt intelligenda. sæpius enim* signa e castris efferri *dicuntur. videtur Livius noluisse* signa *dicere, quia præcesserat* signa canere. Ordo — tribus vexillis constabat etc. 8, 8. *de peditibus.* — vexilla cum vexillis concurrebant *ibid.* Primum vexillum triarios ducebat 8, 8. Vexillum centum octoginta sex homines erant *ibid.* Vexillum cohortis Pelignæ 25, 14. *peditum socialium.* — vexilla equitum 8, 39. *ubi vide Drakenborchium.*

Vexillarii 35, 5. Inferre vexillarios jussit signa. *vide B. Patruum in Excursu ad Tacitum de vexillariis.*

Via nuda ac facilis 27, 42. — iniqua 9, 27. — jactans 21, 48. — inops aquarum 42, 64. Via expedita 44, 43. Via omnis sine aqua et plurimi pulveris erat 42, 57. Vid. *iter.* Inter cavas undique vias 26, 10. — confragosa loca, implicatasque flexibus vallium vias 32, 4. Restabat aliquantum viæ communis — prope divortium itinerum 44, 2. Fœdi agminis miserabilem viam 9, 5. — flexit viam Brutus — ne obvius fieret 1, 60. — via cita transgressus 33, 48. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 212. Panduntur inter ordines viæ 10, 41. — viæ patentes inter manipulos 30, 33. Dolo viam obseptam 2, 6. Ferro via facienda est 4, 28. *conf. Virgil. Æn.* 10, 373. — per vias, per invia 38, 23. — viæ per agros publica impensa factæ 9, 43. Vaticinantes fanatico carmine deam Romanis viam belli et victoriam dare 38, 18. *Sunt, qui* vim *legi velint ; sed omnes libri et scripti et editi habent* viam. *Recte. Sic Thucydides* ὁδὸν πολέμου *dixit, quod et Tacitus imitatus est.* Viam consilii invenire 4, 48. — unam viam saluti esse ratus 37, 11. Videte, quot res, quam inutiles, sequantur illam viam consilii 5, 5. Seque ipsi per omnes vias lethi interficerent 31, 18. *i. q. mortis genera.* Fabium — direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem. Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbes agrosque amplectatur. Ad ea Philippus longe aliam — ingressus dicendi viam etc. 39, 27. Quam potissimum capesseret viam 44, 2.

Viaticum 44, 22. In Macedoniam mecum veniat. Nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur.

Vicarium tibi (*militi futuro*) expediam 29, 1.

Vicatim 10, 4. Vigiliæ vicatim exactæ *cf.* 9, 13.

Vicesima 43, 2. Vicesimas vendere. *locus vix intelligendus ; forsitan vitiosus.* — de vicesima eorum qui manumitterentur 7, 16. *vectigal e manumissis. vid. Lips. ad Tacit. Ann.* 13, 31. *it. Burrman. de Vectigal. cap.* 10.

Vicesimarius 27, 10. Aurum vicesimarium. *e vicesimis manumissionum, quæ olim auro solvebantur.*

Vicinalis 21, 26. Ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum.

Vicis regiæ sacra 1, 20. *i. q. muneris.* Cogor vestram omnium vicem unus consulere 25, 38. Quum suam vicem functus officio sit 1, 9. Insigne regium in orbem suam cujusque vicem iret 3, 36. *cf.* 1, 40. Quum simplicitatem juvenis incauti — assentando indignandoque et ipse vicem ejus captaret 40, 23. *i. e. miseriam, injurias*

acceptas. Adparuit causa plebi, suam vicem indignantem magistratu abisse 2, 31. Suam jam vicem magis anxios, quam ejus etc. 8, 35. *ita et* sollicitus vicem *et similiter alia dicuntur*. Vid. *sollicitus*. *Sed codices testante Drakenborchio ibi omnes habent* vice. *Sic* 1, 25. exanimes vice unius. vid. *exanimis*. Commoti Patres vice fortunarum humanarum 7, 31. — transmarinæ quoque res quadam vice pensatæ 26, 37. Non comissantium in vicem (*in modum, more*) jam diu vivimus 40, 9. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 296. Pœnaque in vicem fidei cesserat 6, 34. In vicem prolapsorum equitum vacuos capere ad pugnam equos 44, 26. Vid. *invicem*.

Vicissitudo imperitandi 3, 39. *de annuis magistratibus*.

Victima 10, 7. Si — capite velato victimam cædat. *de pontifice dictum. vide B. Patruum ad Sueton. Tiber. cap.* 25. Qui eam victimam præ se ad inferos misisset, eum decus eximium, egregiumque solatium suæ morti inventurum 25, 17. *vid. Virgil. Æn.* 11, 168.

Victor maritus comiter invitat regios juvenes 1, 57. *eleganter; antecedunt enim hæc:* muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Victor cursu 9, 16. *de Papirio*. — alienæ sortis victor belli 9, 42. Camillus in urbem triumphans rediit, trium simul bellorum victor 6, 4. Tanti belli victorem 45, 36. Jam Horatius cæso hosti victor secundam pugnam petebat 1, 25. *leg. cum Bauero pag.* 37. cæso hoste; *nisi malis* cæsi hostis.

Victoria parata 5, 6. — matura 27, 45. — incruenta 9, 12. Aut tempore longinqua aut præceps periculo victoria 9, 24. — quantam de Samnitibus nemo — pepererat 10, 38. Ut in eo tam lentæ spei victoriam exspectaret 6, 8. *de obsidionis felici eventu. cf.* 5, 6. Modo trigeminæ victoriæ triplicem triumphum — egistis 6, 7. *i. e. de victoria*. Victoria certaminis 2, 60. — duelli 23, 11. — ex collega victoria 2, 44. — victoria animo est 29, 36. Nihil a victoria cessare 34, 16. *h. e. ea uti, eam persequi*. In aliena victoria suam prædam faciunt 32, 14. Verum certe victoriam ejus rei (*qui vir optimus in civitate esset*) sibi quisque mallet, quam etc. 29, 14. Nuncius victoriæ ad Cannas (*Cannensis*) 23, 11. *Sic cap. eod. ult.* Isque juvenis — ex centurione Latino victoriam tulit 8, 8. — gensque una populi Romani sæpe ex opulentissima, ut tum res erant, Etrusca civitate victoriam tulit 2, 50. *Sic et* referre victoriam. *conf. Virgil Æn.* 4, 93. Spolia ampla refertis. Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis 8, 9. Malle — apud Samnites, quam apud Romanos, victoriam esse 8, 31. Vid. *mitis*.

Victoriatus *scil.* nummus 41, 13.

Victrix libido 1, 58.

Victus 44, 27. Ut, quanta maxima posset, præda (*Perseus*) ex victo (*quum victus fuisset*) Romanis reservaretur.

Victus 2, 35. Cibo victuque fraudari. Vid. *liberalis*.

Viculus 21, 33. Viculos circumjectos capit.

Vicus 10, 11. Quum passim non villæ solum, sed frequentes quoque vici, incendiis fumarent. *cf.* 2, 62. Tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram 10, 2. Congii olei in vicos singulos dati 25, 2. *aut numerus congiorum omissus, aut viros cum Perizonio legendum videtur*.

Videlicet 9, 4. Imbellis videlicet atque inermis multitudo? *i. q. scilicet, ironice dictum. cf. cap.* 17. *it.* 21, 63. Hostium cepi bina castra, prædæ videlicet plena et commeatuum 23, 12. Sed videlicet, cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit 45, 37.

Videre 3, 50. Quanto visa, quam audita, indigniora potuerint videri. Spem factam a te civitati video 6, 15. Id ubi vidit 28, 19. *i. e. sensit*. — vide ne *ibid. cap.* 44. *pro vereor ne*. Si extis eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur 8, 6. Ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident 2, 12. *i. q. spectant, appetunt. cf.* 3, 68. *it.* 6, 24. Ne Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat 21, 3. *i. q. spectet, appetat*. Si quid dii vatesque eorum in futurum vident 6, 12. Hoc quam vobis tutum aut honestum sit, vos videritis 42, 13. — de his videris 2, 40. *i. e. prospicias his*. Mitteretque cum imperio, quem ipsi videretur 23, 34. — legiones, quas videretur, ei darent 33, 26. *vid. supra in v.* qui. Nulla re, quæ agenda videndaque magno futuro duci esset, prætermissa 21, 4. *vid. ad h. l. Bauer. pag.* 6. Virginius viderit de filia, ubi venerit, quid agat 3, 45. Visu, quam dictu, fœdiora 21, 32. Vid. *spectare*.

Vidua 1, 43. Quibus equos alerent, viduæ attributæ. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 61.

Vigere 6, 22. Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat. Hannibalem ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emisso, torpere 28, 42. Canticum egisse aliquanto magis vigente motu 7, 2. Viget quæstio per clara nomina reorum 9, 26.

Vigiliæ 9, 24. Diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ.

Vigor 7, 4. Si quid in eo (*ingenio*) exiguum naturalis vigoris sit, id exstinguere vita agresti et rustico cultu, inter pecudes habendo. Si vigor juventæ inest 1, 57. Eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri 21, 4.

Vilis 22, 60. Si tanta clades vilem vitam non fecit, nulla faciet. — capita vilia

sima 24, 5. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 106. *cf.* 25, 6.

Villa 33, 24. Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique iis locus et lautia præbita. *Fuit ædificium publicum suburbanum, unde villa dicitur, in campo Martio.* Quum tectum villæ, qui ad id missi erant, intrassent 7, 39. vid. *vicus.* Rapiendo enim passim villas primum, dein quosdam vicos etiam, evastarunt 40, 22.

Vincere 9, 18. Populus Rom. etsi nullo bello, multis tamen prœliis victus. — etiamsi pugnando acie vicisset 44, 39. Nec ab Hannibale, sed ab imperatore suo victos esse 26, 2. *i. e. corrupta et neglecta disciplina.* Morte sola vinci 7, 33. — loco vincere 9, 9. — loco victo 10, 43. Vincunt regendi spem elephanti 27, 49. *i. e. nulla amplius spes est eos regendi.* Vincere eventu comitiorum 4, 56. — victum ingens vinculum fidei 8, 28. — lex victa 34, 3. Hæc sententia vicit 37, 19. — vicit ea pars senatus 42, 47. Victi ira vetuere reddi etc. 2, 5. — victi necessitate legatos mittunt 9, 4. — verecundia victus *ibid. cap.* 29. Unus — Perolla vinci potuit 23, 8. *i. e. moveri, potuit ei persuaderi.* Si vincent (*duumviri*) 1, 26. Quos vincendo et victos sequendo priorem æstatem absumsistis 27, 13. Ut magnis omnibus bellis victi vicerimus 26, 41. Quem (*hostem*) per annos jam prope viginti vincimus 9, 3. *ubi vid. Bauer. pag.* 275. Victo malis muliebri pavore 1, 13. Ne victi beneficio viderentur 1, 17. Vid. *victus.*

Vincire 5, 44. Nisi vinctos somno — trucidandos tradidero. *Sunt, qui victos legi malint. cf.* 9, 30. Sub furca vinctus 1, 26. vid. *nexus.* vid. *laxe.*

Vinculum satis validum legis 10, 9. Hoc tractus vinculo (*necessitate*) quum redisset 42, 22. Vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum est 10, 13. Vinculis fugæ obstricti stabant 10, 41. *cf.* 41, 43. Non indignitas rerum sponsionis vinculum levat 9, 9. Veritus, ne parvum vinculum eæ nuptiæ essent 29, 28. Itaque, quod omne vinculum cum Romanis societatis erat, Thrasone sublato e medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat 24, 6. Quod, quum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant trecenti equites etc. 23, 4. Qua inhæserant vinculis membra 1, 28. Ex vinculis causam dicere 29, 19. Vid. *infirmus.*

Vindex injuriæ 3, 46. *h. l. non* ultorem *significat (necdum enim facta erat injuria) sed defensorem ejus, cui imminebat. cf.* 1, 4. Vindex libertatis vox 3, 56. — vindices majestatis imperii 28, 28. Vindex populationis 3, 66. — prædarum 9, 36. — periculi 10, 5. *i. e. qui opem fert in periculo.*

Vindicare conjurationes 39, 41. *cf.* 4, 13. *it.* 5, 51. Vindicasse ipsos (*deos*) suum numen, sua auspicia 7, 6. Omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho (*Paullus*) vindicavit, alias alio cædente, mactate 45, 39. Victoriæ majore parte ad se vindicata 44, 14. — nec ad se sui belli vindicarent decus 9, 43. *cf.* 3, 19. A societate pacis — inhonestæ sese vindicaverunt 6, 33. Ubi non sua decora eum a tanta fœditate supplicii vindicent 1, 26. Nec dii nec homines aut ipsam — — a crudelitate regia vindicant 1, 4. Ab alia violentia ejus (*Appii*) eodem se animo suum corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiæ 3, 50. Quæ (*loca*) servitia Romana ab solitudine vindicant 6, 12. *i. e. nisi servi ibi essent, solitudo foret.* Ita vindicatur Virginia spondentibus propinquis 3, 45. *h. e. relinquitur in domo paterna; nam* vindicare *est possessionem petere.*

Vindiciæ ab libertate 3, 56. *scil. in, vel potius, secundum servitutem.* Cedere vindiciis 3, 45. *clarius cap. præced.* neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias. *i. e. puellam pro libera declarantibus, ejusque libertatem agnosci volentibus.*

Vindicta *pro vindiciis* 26, 15. Petatur a virtute invisæ hujus vitæ vindicta. In ipsa vindicta libertatis perituram 34, 49. — mors una vindicta est 40, 4. Vindicta liberatus, quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo (*Vindicio*) putant 2, 5.

Vineæ 41, 11. Oppidum circumsedit et vineis oppugnare intendit. Postquam vineas agi viderunt 43, 18.

Vinosus 41, 4. Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ. *i. e. non nimis inebriati.*

Vinum 40, 7. Festo die invitatio benigna et hilaritas juvenalis utrosque in vinum traxit. — per vinum — paullisper vociferatus *ibid. i. e. quia, ut bene potus, paullisper etc.* Vid. *intemperantia.*

Violare 1, 9. Violati (*violatum*) hospitii fœdus accusare. Ne hospitali cæde dextram violet 25, 18. *i. q. polluat.* Corpus violatum 1, 58. *de stupro.* Spes pacis violata 30, 25. Gentium jus ab legatis nostris violatum quum vindicari deberet, eadem negligentia deorum prætermissum 5, 51. Violaturosque denuncient sacrosanctam potestatem 4, 3. — neu potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione sua Romanum imperium 8, 34.

Violatio 36, 20. Haud secus, quam in pacato agro, sine violatione ullius rei, processit. Contactis ea violatione templi furorem objecit 29, 8.

Violator 29, 18. A violatoribus gravia piacula exegit.

Violenter dicere in aliquem 22, 24. Quia sollemnia ludorum, quos intermitti nefas est violenter diremisset 5, 1. Qui tribunus plebis eos violenter accusasset 44, 16.

VIOLENTUS 1, 46. Ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur. Violenti censores 9, 34. Obstupefactus tam violento *(Popillii, legati)* imperio 45, 12. Padus amnis, major ac violentior Rhodano 21, 43.

VIR 38, 17. Viri Martiæ. *(Romani.)* Neque illo die virum quemquam in acie Romana fuisse, præter unum ducem 27, 13. Neque hostium multitudo, neque telorum vis arcere impetum ejus viri potuerunt 26, 5. Ni vir unus fuisset Horatius Cocles 2, 10. — mirandoquè, ubi illi viri essent, qui secum — cepissent 5, 45. — si viri arma illa habuissent 3, 67. Prima eorum prœlia plus quam virorum, postrema minus, quam feminarum esse 10, 28. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet *(scil. fortuna)*, nec adversa infringet 45, 8. Vid. *Virgil. Æn.* 10, 502. Tum viro et gubernatore opus est 24, 8. Vid. *agnoscere.* Ipse *(Hannibal)* cum expeditis, acerrimo quoque viro etc. 21, 32. Cum mille ducentis viris 9, 27. *pro militibus, sed fortibus; atque etiam appellantur paullo post* fortes viri. Omnem ripam equites virique obtinentes 21, 27. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 22. Equis virisque — immensum obtinentes loci 5, 37. Quum vir virum legisset 9, 39. Conclamant vir *(Lucretiæ) paterque* 1, 58. Vid. *campester.*

VIRGA. Vid. *circumscribere.*

VIRGO, 4, 9. Virginem plebeii generis, maxime forma notam, petiere juvenes. *scilic. in matrimonium.*

VIRIDIS 29, 1. Novas *(naves)* Panormi subducit, quia ex viridi materia raptim factæ erant, ut in sicco hibernarent.

VIRILIS 26, 47. Virile secus. Illius *(Camilli)* gloriæ pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint 6, 11. — virilis patientia 5, 6. — pars virilis. Vid. *Præfat. ibique Bauer. pag.* 2. *it.* 10, 8. Immunes quoque operum militarium erant, ut, in unum pugnæ laborem reservati, plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum scirent 7, 7.

VIRITIM 41, 8. Genera autem fraudis duo mutandæ viritim civitatis inducta erant.

VIRTUS 21, 41. Vis virtusque. *vid. in voc. sq.* Virtus navium 37, 24. Vid. *robur.* Virtus navalis 35, 48. Iratus virtuti alienæ felicitatique 8, 31. *de duce bellico.* Vid. *enitere.* Vid. *felicitas.*

VIS 7, 31. Quandoquidem nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Inexsuperabilis vis fati 8, 7. Quum vi se defendisset 1, 5. Vis imperii erat in Papirio 9, 16. Ut vis a censoribus nullius auctoritate — deterreri quiverit 4, 24. Qui omnes Italiæ populos vi aut voluntate in deditionem accepissent 29, 8. — aut vi, aut metu, aut voluntate 33, 21. vid. *grassari.* Omnes undique annisi ad restituendam pugnam milites, peditum equitumque vis 10, 36. Ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce — vis aliqua externa adoriretur 1, 17. *(eine auswärtige Macht.)* Cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade 25, 38. — non vi aut virtute, sed proditione ac furto 26, 39. Quod consilium, quorum et vim bello, et fidem in pace expertus esses, cum iis tibi bellum esse, quam pacem, malle? 45, 8. Uti populo Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis 8, 9. Tum, jam deorum hominumque victa vi, funduntur linteatæ cohortes 10, 41. — vis virtusque 21, 41. — vis in oculis 21, 4. — virium vi 9, 16. Nec vi nec munimento capi poterat 10, 9. — bis castra vi cepistis 7, 40. *cf.* 34, 46. Mollitiaque sua, quam vi hostium victos esse 7, 32. — si qua externa vis ingruat etc. *ibid. cap.* 25. Utrum recto itinere per castra hostium vim facere conaretur 32, 9. — vi viam faciunt 4, 38. Segetem magna vis hominum — fudere in Tiberim 2, 5. — magna vis hominum conscripta Romæ erat 22, 11. Vis magna Volscorum 2, 37. *(multitudo.)* Pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse 9, 31. Vim ac jus magistratui demere 26, 12. — sine tribuniciæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos magistratus 6, 9. *int. dictaturam.* Tantum virium aut roboris 21, 1. *cf.* 9, 16. *it.* 21, 55. 22, 40. In flore virium se credens esse 42, 15. Quid consuli adversus collegam seditiosum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? 22, 40. Viribus ingens bellatorque primus 8, 8. Ut suis ipse oneratus viribus *(factione plebeiorum)* ruat 6, 19. Major usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit 28, 21. Ferox ea parte virium 21, 54. *i. e. equitatu.* Dum urbis vires inspiceret 24, 40. Vid. *illibatus.*

VISCERA Italiæ 32, 21. — Græciæ 33, 44. *cf.* 31, 48. Bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet 22, 38. *i. e. diuturnum fore.* Tum se, haud secus, quam viscera secantem sua etc. 28, 32.

VISCERATIO data a M. Flavio in funere matris 8, 22. Quod *(munus gladiatorum)* mortis causa patris sui, cum visceratione epuloque et ludis scenicis, quatriduum dedit 41, 28.

VISERE 1, 31. Missis ad id visendum prodigium. — præda ut viseretur exposita 45, 33. Ad castra hostium speculatum misit, quam proxime succedere ad vallum jussum, ut viseret, quanta essent 40, 30. Ex muris visite agros vestros 3, 68. *i. q. spectate.* Visenda urbe magnam partem diei consumsit 38, 7. Ad res Græciæ Macedoniæque visendas 40, 2. *cf.* 29, 12. *it.* 42, 42. Legati, qui missi ad res visendas in Mace-

doniam erant 41, 19. Ad visendum statum regionis 42, 17. Gallisque ad visenda loca præmissis 21, 32. Circa armamentaria et horrea, aliumque belli apparatum visendum — ducti 29, 22. Præter cupiditatem visendi deos hominesque (*Romam*) 42, 11.

Visum 1, 20. Missa fulminibus aliove quo viso prodigia. *i. e. specie oblata divinitus, vel visa, ut Livius loquitur* 1, 55. *Ceterum Drakenborch. edidit* visu. Errantis in alienos fœtus naturæ visa 31, 12. *i. e. prodigia.*

Visus 8, 9. Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu. Domestico exterritus visu 1, 56. *cf.* 7, 26. *it.* 21, 23. Vid. *Virgil. Æn.* 3, 35. Nequaquam visu ac specie æstimantibus pares 7, 10. Nocturni visus 8, 6. *paullo ante:* in quiete — visa species. Per nocturnos etiam visus omnia læta ac prospera portendunt 26, 41.

Vitalis 6, 40. Ut si quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat pro cibo, et aut abstinere eo, quod vitale sit, jubeat, aut mortiferum vitali admisceat. *i. e. quod vitæ convenit.*

Vitiare 3, 55. Quæ (*senatusconsulta*) antea arbitrio consulum supprimebantur vitiabanturque. *cf.* 40, 55.

Vitium 4, 7. Perinde ac vitio creati. — — quod parum recte tabernaculum cepisset. Vitio diem dictam 45, 12.

Vivere 39, 40. Vivit immo vigetque eloquentia ejus, sacrata scriptis omnis generis. Quam indignos ducerent, qui una secum urbe intra eadem mœnia viveretis 4, 3. Hamilcarem viventem redditum sibi — credere 21, 4. *Bauer. ad h. l. pag.* 5. *leg.* vigentem. *Gronov.* juvenem. Uno animo vivere Macedonum et Illyriorum regem 42, 26.

Vividus 2, 48. Evanescere vividum quondam illud Kæsonis ingenium. *cf.* 6, 22.

Vivus 43, 7. Quum sibi nihil vivi reliquum, præterquam linguam, ad deplorandas patriæ suæ calamitates, præfatus esset. Ad vivum imaque cornuum (*calor*) adveniens 22, 17. Vid. *perfundere.*

Vixdum inchoatis rebus 32, 28. Vide *Drakenborch. ad h. l.* Vixdum e naufragiis prioris culpæ cladisque emergentes 5, 52.

Ulcisci 2, 17. Consules, magis ob iras graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli, triumpharunt. Suas quoque veteres injurias ultum irent 2, 6. Imperiosum ducem et malignum — ulciscerentur 45, 35.

Ullus 2, 59. Nemo ullius, nisi fugæ, memor. — nusquam ullis futuris nobis 7, 30. Si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset 8, 6. Quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest 8, 7.

Ulterior pars urbis 34, 20. *i. e. remotior; etenim nullo flumine dirimebatur, sed erat in longitudinem valde porrecta.*

Ulterius 3, 30. Domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat, ulteriusque ventum foret etc. Si non in ea quoque, quo nihil ulterius sit, sævire populus Romanus velit 30, 42.

Ultimum 1, 29. Nunc errabundi domos suas, ultimum illas visuri etc. Ultimum de cœlo, quod comitia turbaret, intervenit 40, 22.

Ultimus 44, 20. Quinquatribus ultimis. *i. e. ultimo die quinquatruum.* Ultima crudelitas 42, 8. — ultimum supplicium 9, 16. — certamen ultimum 7, 35. *i. e. in quo ultima spes est.* Ultima experiri 2, 28. Quid prodesse, si, incolumi urbe, quæ, capta, ultima timeantur, liberis suis sint patienda? 3, 47. Ultima rabies 7, 40. Deditos ultimis cruciatibus affecturi fuerunt 21, 44. Ab ultima spe dimicare 10, 31. *h. e. exigua et ad desperandum vicina.* — ultimam spem furto insidiarum tentantem 9, 31. *cf.* 23, 14. Necessitate, quæ ultimum ad maximum telum est, superiores estis 4, 28. Ultimis urbis partibus audiebatur 1, 29. *i. e. ex remotissimis u. p. a.* Ab ultimis Orientis terminis 35, 48. — ab ultimi Orientis partibus 37, 59. — ab oceano terrarumque ultimis oris 5, 37. *i. q. remotissimis.* Maledicta ab stirpe ultima (*Servii*) orsus 1, 47. Vid. *maledicta.* Rem ad ultimum seditionis erupturam 2, 45. *cf.* 3, 25. Ad ultimum dimicationis rati rem venturam 2, 56. *qua bellum decerneretur, exitum haberet. cf.* 8, 29. Ad ultimum laboris ac periculi ventum est 9, 39. Descendere ad ultimum auxilium 23, 14. Ne se ad ultimum perditum irent 26, 27. *Etiam* ultimum *simpliciter dicitur, v. c.* 40, 42. Ad ultimum 1, 53. *i. q. postremo. Quamquam sequitur* postremo. *conf. cap.* 54. Quum experienda omnia ad ultimum — censuisset 42, 43. An (*fratrem*) ultimum (*pr. ad ultimum*) mori jussurum 45, 19.

Ultio iræ hæc, et non occasio cupiditatis explendæ 7, 30.

Ultra 4, 2. Negabant — ultra ferri posse. *cf.* 24, 26. *it.* 42, 23. Negare, ultra decipi plebem posse 2, 28. Quo ultra iram — excessuram fuisse, quam ut verberaret 8, 33. — non ultra sævisse, quam ut etc. *ibid.* Nihil ultra valuerunt, quam ut in officio cessaremus 45, 23. Etsi nihil ultra malorum est — quam quod passi sumus 28, 39. Ad quem nuncium nihil ultra motus præfectus Rom. quum ut etc. 25, 9. Nec ultra, nisi regem — videbantur passuri 1, 17.

Ultro, *insuper, præterea.* 1, 5. Ultro accusantes. *vel potius h. l. ipsi quum latrones essent, tamen Remum, tamquam latronem accusabant. cf.* 3, 11. *et* 62. *it.* 4, 27. 10, 17. *ubi manifeste pro* insuper *dic*

tum est. [*Alibi rectius adeo interpreteris. vid. Scheller. Observat. in Ciceron. pag.* 41.] Ultro querente pauca petitore 3, 47. Postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani 5, 37. Nico et Philemenus, progressi ad stationes comprehensique, ultro id petentes, ad Hannibalem deducti sunt 25, 8. *vid. Virgil. Æn.* 2, 59. Galli, postquam ultro, vim facere conati, pellebantur 21, 28. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 24. Ultro bellum Philippo Romani inferebant, quum ipse facturus esset 23, 38. Offerendum ultro rati, quod amissuri erant 1, 17. In omnia ultro suam offerens operam 40, 23. Oratione ultro citroque habita 9, 45. Data ultro citroque fide 29, 23. (*de fœdere.*) Inde injuriæ ultro citroque fieri 40, 58. Vid. *obses.*

Ultrotributa 43, 16. Publica vectigalia aut ultrotributa. — et vectigalia summis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt 39, 44.

Ululatus cantusque dissoni (*Gallorum*) 5, 39. Cum variis ululatibus cantuque moris sui 21, 28.

Ululare 43, 10. Ululantes mulieres cum crepitu undique æris.

Umbilicus 41, 23. Ut repente in medio umbilico Græciæ conspiceretur, Delphos ascendit. *cf.* 38, 48. Delphos umbilicum orbis terrarum. Umbilicum Græciæ indolere 35, 48. *cf.* 37, 54.

Umbo 9, 41. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. — ala deinde et umbonibus pulsantes. *Sic et Curtius* 8, 10. *aciem umbonibus posse propelli.* Umbone ictum deturbat 5, 47.

Umbra 3, 25. Quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca sedes erat. Quum — species et umbræ insontis interemti filii agitarent 40, 56. Quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant 34, 9. Sub umbra auxilii vestri latere volunt 32, 21. *i. e. tutela cf.* 4, 42. *it.* 38, 51. — umbra fœderis 8, 4. Umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus 7, 30.

Umquam 32, 5. Si quando umquam ante alias. *vid. supra in v.* adverbia. Si umquam ante alias 1, 28. *it.* 31, 7. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 183. Quantus non umquam antea exercitus ad Sutrium venit 9, 37. Non nocte, non die umquam cessaverant ob opere 21, 11. Si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset 8, 6.

Unanimitas 40, 8. Eumenem Attalumque fratres, a quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, et cuilibet regum hujus ætatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate, regnum æquasse.

Unde 1, 24. Ibi imperium fore, unde victoria fuerit. *i. e. a qua parte victoria steterit.* Eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit 21, 10. Majora castra, unde antea cessatum fuerat, 5, 14. Unde pugnabat, stantem — averterunt 25, 15. Unde deditio facta est 31, 46. *ab arce.*

Undique 2, 45. Totis castris undique ad consules curritur. *vid. Virgil. Æn.* 3, 193. Undique ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur 8, 13.

Unice 3, 35. Donec collegæ quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum oculos mirantes, quid sibi vellet.

Unicus consul 2, 58. — imperator 6, 22. — dux 8, 31. — spectator cœli siderumque 24, 34. *cf.* 4, 57. 8, 32. 9, 15. Dictatorem, qui se in aciem numquam commiserit, unicum haberi imperatorem 23, 11. Quum ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent 1, 21. Tulli — uxorem — ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio etc. 1, 39. Unica comitas 28, 42. — concordia 3, 33. Unicum relictum amicum 45, 6. Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna 7, 1.

Unimanus 41, 21. In Veienti agro biceps natus puer, et Sinuessæ unimanus.

Universus eventus belli 32, 5. *i. q. universi belli eventus.* Universo periculo summa rerum committebatur 22, 12. Dimicatio universæ rei 1, 38. Vid. *dimicatio.* Ut prope serum auxilium, jam pene circumventis; ita universa (*universis*) requies data est 10, 5.

Unus 3, 55. Quia nondum in quemquam unum sæviebatur. *h. l. præ ceteris. alibi eleganter abundat.* — nec quisquam alterius gentis unus etc. 28, 37. Unus Quiritium quilibet 6, 40. — unus quilibet 42, 42. — quilibet unus ex iis, quos nominasti 9, 17. Ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam 28, 35. Quia nemo unus satis dignus regno visus sit 2, 6. Prope tota in unum acies versa 26, 5. *conf. Virgil. Æn.* 10, 691. Prœlium uno animo et voce una poscunt 21, 45. Qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos 42, 8. Vid. *omnis.* Ut uno die in omnes perveniretur 45, 34. *pro uno eodemque. cf.* 9, 17. Ut omnia unus Gabiis posset 1, 54. *cf.* 2, 38. *it.* 3, 11. Unus ille vir ipse consul rempublicam sustinuit 2, 43. *cf. cap.* 61. Uni viro Messio fortuna hostium innititur 4, 28. Nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat, unicus spectator etc. 24, 34. Uno plus Etruscorum cecidisse in acie 2, 7.

Vocare 10, 29. Rapere ad se ac vocare Decium devotam (*Gallorum*) secum aciem. Umbros ad defectionem vocari 10, 21. Quum hinc Ætoli haud dubie hostes vocarent ad bellum 34, 43. *i. e. belli gerendi necessitatem afferrent.* Quo clamor, quo subita res vocasset 26, 44.

i. e. ire jussisset. Servos ad libertatem Herdonius ex Capitolio vocabat 3, 15, *i. e. ad eam sibi vindicandam provocabat. hortabatur.* In partem prædæ suæ vocatos deos 5, 21. *pro partem ejus diis oblatam.* Cassium in agros plebem vocantem 6, 17. In commune honores vocare 6, 40. *i. q. communicare honores cum plebe. cf.* 7, 22. Tribuni pl. vocaverunt plebem, quæ ita scivit 25, 4. *i. e. advocarunt, in concionem acciverunt. cf.* 22, 7. *quamquam illo in loco vulg. habet* rogaverunt. Si ad calculos eum respublica vocet 5, 4. Ut in senatum vocarentur, qui Patres quique conscripti essent 2, 1. Plebem Brutus ad concionem vocat 2, 2. Vocata in concilium multitudine 1, 8. Vocare ausus es Patres 1, 48. Vid. *citare.* Vocare senatum 3, 49. Quum — Galli objicerent, eaque necessitate ad deditionem vocarent 5, 48. *vocatum* perductumque in regiam *vocari* jubetet 40, 55. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 312.

Vociferari *pass.* 24, 21. Primo tumultuatum — fuerat, vociferatumque ferociter etc. Canuleius pauca in senatu vociferatus 4, 1. Hæc taliaque vociferantes 5, 2. Vociferatus de superbia patrum 6, 14. Id ut facerent, pro se quisque Patrum vociferari 40, 26. *i. e. obtestari, etiam atque etiam orare.*

Vociferatio 42, 53. Vociferatio simul indignantium minitantiumque.

Vocitare 4, 61. Servius Romanus vocitatus.

Volare 26, 44. Ingens — vis omnis generis telorum e muris volabat. Vid. *Virgil. Æn.* 12, 923.

Volens propitius 24, 21. *de Jove.* In ea arce urbis Romanæ sacratam (*Victoriam*), volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore populo Romano 22, 37.

Volitare 28, 44. Quum victor tota Italia volitaret Hannibal. Ipse medius inter tribunicios — in foro volitare 3, 35. Cum magno clangore volitans 1, 34. (*aquila.*)

Volvere 21, 31. Saxa glareosa volvens. *de flumine.* Volvens errorem per sinus flexusque tortuosi amnis 27, 47. *i. e. progrediens juxta ripam per easdem ambages, quas flumen faciebat.* Ut idem in singulos annos orbis volveretur 3, 10. Volvere orbem 4, 28. *aliud est, quam colligere orbem* 2, 50. *hoc pugnantium est, fronte in omnes partes facta; illud convertere aciem, ut terga dentur hosti, uti patet ex seqq.* Quos (*equites*) ubi nequidquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit 7, 33. Volvere inanium rerum inanes cogitationes 6, 28. Bellum cogitatum in animo volvens 42, 5.

Voluntarii 9, 42. Delectu an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent. *cf.* 3, 57. *ubi et veterani dicuntur.* Vid. *inprimis* 42, 34. Voluntarius exercitus 4, 60. Voluntariam extra ordinem professis militiam 5, 7. Ipse me huic voluntario certamini obtuli 21, 40. Reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis 4, 59.

Voluntas 3, 69. Paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus. — si non voluntate mansimus in Capitolio 5, 52. — qui omnes Italiæ populos vi aut voluntate in deditionem accepissent 29, 3. *cf. cap.* 38. *it.* 42, 32. Voluntate sua facere 39, 37. — summam ad id suam voluntatem esse 29, 5. Summa optimatium voluntate 10, 18. — sciscitatus consulis voluntatem 7, 26. Servius — primus injussu populi, voluntate Patrum regnavit 1, 41. Haud sane voluntate principum 21, 2. *i. q. invitis principibus.* Quia indignos vestra voluntate creaturi non estis 6, 40. *i. e. suffragio.* Prope malebant, postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu, quam etc. 3, 41. Per metum potius, quam postmodo voluntate, adflictis civium suorum fortunis consuluisse 2, 24. Parum spei erat, voluntate quidquam facturum: vim adhiberi ac metum placuit 7, 39. Vid. *jussus.*

Voluptas 36, 11. Voluptates vinum sequentes. Venandi studium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit 5, 6.

Volutare animum cogitationibus 9, 17. *haud dubie per elegantissimam hypallagen dictum.* Gladios in comissationem præparatos volutabam in animo? 40, 13. Hæc eum volutantem in animo 42, 11. Volutantibus res inter se pugnantes 32, 20. — has conditiones quamquam ipse volutaverat in secreto cum amicis 34, 36. In levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur 21, 36.

Vomica 25, 12. Hostem, Romani, si expellere vultis, vomicamque, quæ gentium venit longe etc.

Vorago 7, 6. Neque eam voraginem conjectu terræ — expleri potuisse prius, quam etc. Unam profundam quidem voraginem tamen patientia nostra expleremus 29, 17. Intra prorupta, in mare evolvendo terram, præaltas voragines (*facit*) 44, 8.

Vortex 23, 19. Transverso vortice dolia impulit ad ripam. Ut fugientem navem videres retro vortice intortam victoribus illatam 28, 30.

Votum 21, 63. Sollemnem votorum nuncupationem fugisse. *cf.* 10, 7. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expoposci, ejus me compotem voti vos facere potestis 7, 40. Ludos magnos Jovi voveret — Id votum in hæc verba, præeunte — pontifice maximo, consul nuncupavit 36, 2. Populus in foro votum concepit 41, 21. Voti damnata respublica 10, 37. *conf. Virgil. Æn.* 5, 237. Vid. *nuncupare.*

VOVERE 40, 44. Qui ipse eam ædem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnasset. *Indicare videtur votum factum post victoriam, ut infra cap.* 40. Vid. *votum.*

VOX ex eo missa ore 3, 56. — extra ea cave vocem mittas 8, 32. *cf. cap.* 33. Una vox — vocantium 41, 2. Valerium magna voce inclamat 8, 9. Sequuta ex omni multitudine consentiens vox 1, 6. Reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit 1, 7. Ex infimo specu vocem redditam ferunt 1, 56. — alio fatus spectare Pythicam vocem *ibid. cf.* 1, 31. *it.* 30, 12. Vocem audisse, quæ juberet 5, 32. *cf.* 1, 24. — quid eam vocem animorum non plebi Rom. sed Volscis etc. allaturam ? 4, 2. Icilii vox tota tribuniciæ potestatis ac provocationis ad populum ereptæ — esse 3, 48. Vocibus alienis id modo, quod domi præceptum erat, intercessioni suæ prætendebant 6, 36. *i. e. verbis aliorum, quæ ab aliis edocti erant.* Vocis verborumque, quantum voletis, ingerent 3, 68. *Vid.* obtundere. *it.* vindex.

URBANUS 9, 42. Urbanis artibus opes augere. — nec in curia adeptus erat — opes urbanas *ibid. cap.* 46. Quum — — fundamentis templi jaciendis aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet 1, 53.

URBS 8, 29. Dilaberentur in oppida, situ urbium mœnibusque se defensuri. *Contra* 31, 27. *multum differre urbem ab oppido, satis perspicitur:* Ilion, nomen propter alteram in Asia urbem, quam oppidum, notius, vi capitur. Muri deinde direptarum urbium diruti sunt: ea fuere oppida circa septuaginta 45, 34. Fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est 1, 14. *pro civitates. cf.* 4, 3. Quum et fœderibus vetustis juncta Punica res Romanæ esset, et timor par adversus communem hostem duas potentissimas armis virisque urbes armaret etc. 9, 19. Urbs trunca, sine senatu, sine plebe etc. 31, 29. Velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ urbis 6, 1. Agassam urbem, tradentibus sese ipsis 44, 7. Urbibus arceri Antiochum ; quæ Seleucus — parta reliquerit 34, 58. Templum Urbis Romæ se fecisse — ludosque anniversarios ei Divæ instituisse 43, 6. Urbs Romana 22, 37. *Virgil. Æn.* 1, 247. urbs Patavi. *ubi vid. Intt.* Pestilentiam, quæ jam tertium annum urbem Romanam atque Italiam vastabat 40, 36. Medeonem, Labeatium gentis urbem, profectus 44, 32. Vid. *gens.* Nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia 22, 39. Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci 1, 9. Aucta civitate magnitudine urbis 1, 45. *Vid.* dignus. *it.* maritimus. *Repetita vox* urbis *præter necessitatem.* Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1. *pag.* 74.

URERE 10, 11. Urendis tectis. *cf.* 28, 23. An tutos (*fines*) uri, exscindi videas? 28, 44. — uri sua popularique passi 3, 3. Agros urere 40, 47. Jam pigritia singulos sepeliendi promiscue acervatos cumulos hominum urebant, bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere 5, 48. Quum diu Sicilia Punico bello ureretur 28, 48. Quos tyrannus — finitimo bello urebat 27, 29. Tamquam non intestino et hærente in ipsis visceribus uramur bello 32, 21. Hæc eos in Etruria jactantes mollentesque bellum domi Romanum urebat 10, 17. Dies noctesque assiduo labore urente 36, 23. Urente assiduo sole 44, 33. Pestilentia urens simul urbem atque agros 10, 47. Quod invidiam urit 40, 14. *i. q. auget, irritat.* Quum aculeus sagittæ aut glandis, abditæ introrsus tenui vulnere in speciem urit, et scrutantes, qua vellant, telum non sequitur 38, 21.

URGERE sciem 4, 37. — scutis *ibid.* — opere, vigiliis, vulneribus, quæ semper eosdem urgebant 6, 3. Quum multis urgerentur rebus 36, 23. Urgentibus Romanam urbem fatis 5, 36. Ea suspicio crimen urgebat 34, 62. *paullo ante : onerare* crimina suspicionibus. Quem urgeat fames 6, 40. Ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationem aliquantum edebant 21, 28.

URINATOR 44, 10. Per urinatores omne ferme extractum est.

USQUAM 42, 6. Se nullo usquam cessaturum officio. Quum adolescentes nihil adversus magistratuum senatusque auctoritatem usquam feceritis etc. *ibid. cap.* 34.

USQUE alterius initium 44, 5. *pro usque ad.* Usque in adventum ejus 32, 32. Longius usque a navibus procedunt 10, 2.

USUCAPERE 22, 44. Quod Hannibal velut usucepisset Italiam. *i. e. longa possessione suam fecisset.*

USURA 9, 9. Hic in comitio virgis cæsos (*dedetis*) hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant.

USURPARE 24, 22. Sæpe usurpata Dionysii vox. Accepta itaque res sæpiusque usurpando excitata 7, 2. Usurpare libertatem et creare magistratus 5, 2. *cf.* 4, 2. Etsi appellationis vobis usurpatis jus 42, 34. *de militibus vacationem postulaturis.* Quidnam incidisset, cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent 3, 38. Possessionemque honoris, usurpati modo a plebe per paucos annos, recuperasse etc. 6, 34. Palam res odiosas fieri, juris etiam usurpandi causa 41, 6.

USURPATIO 41, 23. Delphos ascendit. Hæc usurpatio itineris insoliti quo vobis spectare videtur ? Vid. *stupere.*

USUS 1, 46. Quamquam jam usu haud dubium regnum possederat. Quia et urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri futurum esse 1, 56. Reducêretque navos,

quibus consuli usus non esset 30, 41. Admonebat enim desiderium usus 6, 4. *i. q. novorum ædificiorum, et vitæ commoditatum.* Quæ belli usus poscunt 26, 43. — qua quemque suorum usuum caussæ ferrent 6, 25. *i. e. necessitates.* Vid. *Cort. ad Sallust. Bell. Catil. cap.* 48. Usu possidemini 6, 18. *i. e. servi estis, pedetentim facti consuetudine diuturna, nec id sensistis. Proprie de usucapione et præscriptione.* Quod ad eum diem numquam usu venisset 6, 20. Usu regni contentum scire, dominium et jus eorum, qui dederint, esse 45, 13. Ut — (*naves*) quæ possent usui esse, reficeret 42, 27.

Ut quod bellum — ut id etc. 42, 28. *cf.* 4, 1. Vid. *Drakenborch. ad* 4, 4. *it. ad* 7, 13. Ut ego non dicam 5, 53. — ut alia vetustate abolevissent 21, 52. — ut omnis coleretur 28, 12. *pro licet, quamvis.* Ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci hujus transferri non possit 5, 54. Ut non omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis didici 36, 7. Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subjectam esse 42, 12. Ut neminem alium suorum moveret, levi armatura immissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse *ibid. cap.* 60. Ut *pro quamvis sequente* sic 34, 4. *ubi vid. Bauer. pag.* 230. Ut in ea regione, quam ab omni parte solitudines clauderent 40, 22. *i. q. utpote.* Læti, ut ad regem diu desideratum, concessere 30, 11. — ut ubi nulla esset statio 41, 2. *i. q. quippe, utpote etc. cf.* 8, 30. Res est præterea et immensi operis, ut quæ supra — repetatur *Præfat.* Sine ulla sede vagi dimicassemus, ut quo victores nos reciperemus 44, 39. *Sensus est: dicite quæso, quo nos victores recepissemus, si sine ulla sede vagi dimicassemus. f. sic leg.* ut, quo victores nos reciperemus, non haberemus? Ut subinde, ut (*prout*) quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent 10, 27. Victamne ut quisquam victrici patriæ præferret? 5, 24. *indicat vehementiam interrogationis. cf.* 4, 2. *it.* 9, 11. Factum senatusconsultum, ut decemviri se — abdicarent 3, 54. *scil. quo decretum erat, ut etc. Interdum illud* ut *omittitur, non mutata constructione; quemadmodum et alias fieri consuevit.* Eo accedebat, ut in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset 1, 49. *pro quod etc. Nisi potius pro — tutandum esse. cf.* 5, 55. Ut quando aqua Albana abundasset 5, 15. *pro si quando. cf.* 7, 33. Agitatum etiam in consilio est, ut, si quando — tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores 8, 6. *cf.* 3, 64. *ubi quidem* uti *præcedit.* Ut extrema resoluta erant 21, 47. *pro simulac.* Sive, ut et ipse in parte prædæ sis, sive quia etc. 6, 15. *ad q. l. vid. Bauer. pag.* 227. Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo; ex quibus etc. 4, 35. ut *pro* utinam. *Itaque post* nullo *signum exclamandi ponendum.*

Utcumque aut locus opportunitatem daret, aut etc. 21, 35. — quæ dubiis in rebus utcumque tolerata essent 29, 15. Utcumque erit *Præfat.* — utcumque animadversa aut existimata erunt *ibid.* — utcumque (*multitudo*) adfecta erat 9, 39. — utcumque est 42, 40. Verentibus nequidquam offendere in eo, quod, utcumque prætermissum, revocari non posset 44, 40. Utcumque tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt 45, 8.

Utensilia 3, 42. Exutus omnibus utensilibus miles. Quæque una secum dediderunt, agrum urbemque, divina humanaque, utensiliaque, sive quid aliud dediderunt 26, 33.

Uter ab utro petitus fraude et insidiis esset 40, 55.

Uterlibet 10, 24. Eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri recte possit.

Uterque 2, 5. In utramque partem nobile exemplum. *scil. tam nocentum pœnâ, quam indicum.* Quum sui utrosque (*trigeminos*) adhortarentur 1, 25. Ætolorum utræque manus Heracleam sese incluserunt 36, 16. Duæ filiæ sunt; utræque jam nuptæ 42, 34.

Uti 9, 41. Quod uti ea (*pace*), quum daretur, noluissent. Os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt 45, 27. Neminem curuli honore usum 34, 44. Filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum 22, 25. Vid. *frui.*

Uti *in precum formulis simpliciter ponitur, intellecto* precor 1, 18. Uti *pro* utique 8, 6. *nisi cum Sigonio sic legas.*

Utilis 9, 2. Ubi — expedire quosdam utilia operi — cernebant. *i. e. instrumenta ad muniendi negotium necessaria.* Utiles documento 24, 8. *ubi vid. Stroth.*

Utiliter 28, 19. In eos populos — quum dubiæ Hispaniæ essent, merito magis, quam útiliter sævitum foret. Parum utiliter in præsens certamen respondit 4, 6.

Utique quæ ad Berrinum ferunt, obsepta fuissent Hannibali 21, 38. *i. e. ea certe loca. cf.* 3, 68. 6, 37. 21, 29. 22, 7. [*vid. Stroth. ad* 6, 20.] Utique Largii putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret 2, 30. Facilem jacturam esse seniorum, relictæ in urbe utique perituræ turbæ 5, 39. Consulumque utique alter ex plebe crearetur 6, 35. Non, ut ego utique (δὴ) in patria essem 5, 51. Utique si inferioris adversus superiorem est 45, 23. *pro præsertim.*

Utrarius 44, 33. Sequi se utrarios ad mare — — jussit.

UTRIMQUE 2, 13. Constat utrimque fides. *i. e. ab utraque parte servatur.* Fames utrimque exercitum urgebat 5, 48. *Bauer. leg.* utrumque.

UTROQUE 1, 24. Auctores utroque trahunt. — utroque coloniæ missæ 1, 11. Legatos utroque de pace mittendo 45, 23. *i. e. ad Persea et ad Romanos.*

UTROBIQUE 6, 30. Ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inscitia res.

UTRUM — an — et (*pro* et utrum) — an etc. 3, 56. — Vid. *Bauer. Exc. Liv.* 1. *pag.* 186.

VULGARE 2, 29. Rem non vulgare. *i. e. non promiscue ad omnes pertinere velle.* Munus vulgatum a civibus isse in socios 2, 41. Consulatum vulgari viderunt 10, 6. — vulgari cum infimis 4, 1. Vulgari cum privatis 3, 35. *de Appio, qui, decemvir, ejus magistratus continuationem peteret, ut privatus.* Quippe qui, quum veterem, tum vulgatam esse rem videam *Præfat.* Alia vulgata miracula erant 21, 10. — quæ vulgata sermonibus erant 29, 21. Luce prima vulgata per urbem fuga est 25, 7. *i. e. innotuit.* Vulgatur doni laus 1, 10. *explicandum de multitudine compotum.* Contagio ipsa vulgaverat morbos 3, 6. Vulgatis velut in pecora morbis 5, 48. Ex vulgato corpore genitum 39, 53. *i. q. ex prostibulo.* Ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis Patrumque 4, 2.

VULGATIOR fama est 1, 7.

VULGO pontifices, augures, sacrificuli reges creentur 6, 41. *i. q. promiscue, sine discrimine generis. iron. cf.* 5, 8.

VULGUS 21, 32. Apud vulgum. — milite in vulgus (*gregario*) læto ferocia ducis 22, 3. *cf.* 7, 19. *ubi vulgus delectis nobilissimisque captivis opponitur.* Eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quæsierat 6, 34. Vulgi turbatores 4, 2. — opificum vulgus et sellularii 8, 20. Vulgus aliud armatorum 7, 8.

VULNERARE 34, 7. Virorum hoc animos vulnerare posset. *i. e. commovere.* Vulneratæ naves 37, 30. — multis ictibus vulnerata navis *ibid. cap.* 24.

VULNUS 9, 35. Agmine — vexato vulneribus. *Vid.* deligare. *it.* strictus. Vulnera, nisi tacta tractataque, sanari non possunt 28, 27. Non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, nunciabantur 22, 54. Vulnere affectum corpus 1, 25.

VULTURIUS 41, 21. Satisque constabat, nec illo, nec priore anno, in tanta strage boum hominumque vulturium usquam visum. *paullo ante:* cadavera, intacta a canibus ac vulturibus, tabes absumebat.

VULTUS indignitate rerum acrior 9, 6. Vultum secundæ fortunæ gerere 42, 62. Vid. *vigor.* Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit 6, 13. Præsenti vultus demittere, tacite prætereuntem exsecrari 2, 58. Quum — pater, vultusque et os ejus spectaculo esset 2, 5. *Virgil. Æn.* 1, 209. curisque ingentibus æger spem vultu simulat. Vid. *Intt. ad Virgilium.*

ZONA 33, 29. Quia negotiandi ferme caussa argentum in zonis habentes in commeatibus erant.